PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA ; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM, ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO AD CONCILII USQUE FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS, NEMPE MORTEM CARDINALIS BESSARIONIS.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, 222 VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, 1110 FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, ET 109 VOLUMINA, PRO PRIMA SERIE GRÆCA, NON EXCEDIT. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA 55 VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA AD 58 VOLUMINA TANTUM ATTINGIT; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA 29 VOLUMINIBUS EST ABSOLUTA. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM 8, UNUMQUODQUE MERE LATINUM 5 FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. IDEO, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO 9 VEL PRO 6 FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. QUÆ CONDITIONES POSTERIORI PATROLOGIÆ LATINÆ SERIEI, PATRES AB INNOCENTIO III AD CONCILIUM TRIDENTINUM EXHIBENTI, APPLICABUNTUR. PATROLOGIA QUÆ MANUSCRIPTIS IN BIBLIOTHECIS ORBIS UNIVERSI QUIESCENTIBUS CONSTABIT, NECNON PATROLOGIA ORIENTALIS, CONDITIONIBUS SPECIALIBUS SUBJICIENTUR, ET IN TEMPORE SUO ANNUNTIABUNTUR SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NOBIS NON DEFUERIT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXXXVII.

THEODORUS BALSAMON.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

C 1865

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XIII. ANNUS [illegible].

ΘΕΟΔΩΡΟΥ

ΤΟΥ ΒΑΛΣΑΜΩΝ

ΠΑΤΡΙΑΡΧΟΥ ΘΕΟΥΠΟΛΕΩΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

THEODORI BALSAMONIS

PATRIARCHÆ THEOPOLIS MAGNÆ ANTIOCHIÆ

OPERA QUÆ REPERIRI POTUERUNT OMNIA,

CANONICA, JURIDICA, DOGMATICA.

ACCEDUNT

JOANNIS ZONARÆ ET ARISTENI

COMMENTARIA IN CANONES SS. APOSTOLORUM, CONCILIORUM ET IN EPISTOLAS CANONICAS SS. PATRUM.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS PRIMUS.

VENEUNT 2 VOLUMINA 22 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1865

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XIII; ANNUS 1206.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXXXVII CONTINENTUR.

THEODORUS BALSAMON.

* Textum contulimus cum editione Atheniensi anni 1855.

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

NOTITIA

EX BIBLIOTHECA GRÆCA JOAN. ALB. FABRICII

(Ed. Harles, tom. X, pag. 573.)

Theodorus Balsamon, a Georgio (*a*) et Michaele (*b*) Balsamone distinguendus in Ecclesia patria CPolitana varias dignitates (*c*) obiit, patriarchatus quoque Antiocheni titulo atque insignibus decoratus, licet Antiochia in Latinorum fuisset potestate jam ab an. 1100 (*d*), et verus patriarcha Antiochenus tunc esset Amatricus. V. Nic. Comneni *Prænot. mystagog.* p. 181. Etiam spes illi ab imp. Isaacio Angelo Comneno (*e*) facta est, quod an. C. 1191, Nicetæ Muntani in patriarchatu CPolitano esset successurus, modo ipse, utpote legum et canonum peritissimus (*f*), demonstraret translationem episcoporum de sede una in aliam iisdem neutiquam repugnare. [Quod cum demonstrasset, translationisque jus imperatoriis etiam litteris confirmatum esset: non tamen Antiochenus Balsamon, sed Dositheus Hierosolymitanus translatus, ad Constantinopolitanam sedem, et ad patriarchatum hunc evectus fuit (*g*). Maxima tamen haud dubie Theodori Balsamonis est gloria, quod consiliis et scriptis promeruit, ut unus omnium sua ætate juris omnis, ecclesiastici maxime, consultissimus haberetur, ἀνὴρ ὑπὲρ τοὺς τότε πάντας νομοτριβής (*h*), sive, ut Joannis Citri episcopi (*i*) verbis dicam, τρίβων ἐς ἀκριβὲς τῶν νομικῶν καὶ κανονικῶν νομοθετημάτων, καὶ παρὰ πᾶσιν ἐν τούτοις περιᾳδόμενος, *accurate percallens leges civiles et canonicas constitutiones, et hoc nomine omnium ore decantatissimus.* Philotheo patriarchæ CPol., in Refutatione scriptorum ab Harmenopulo anathematismorum (*j*) Σοφὸς νομοφύλαξ ὁ ἐν νόμοις τε καὶ κανόσι πολυμαθέστατος καὶ σοφώτατος. *Eruditus nomophylax et in legibus ac canonibus summe instructissimus et sapientissimus.* Vixisse adhuc, et ad Marci patriarchæ Alexandrini quæstiones (*k*) respondisse traditur an. C. 1203, paulo ante scilicet, quam CPolis a Latinis caperetur; sed Allatius (*l*) quidem numerum illum non dubitat corruptum esse, ut sane est necesse, cum Georgius, cujus patriarchæ tempore Marcus Alex. Balsamonem consuluisse eodem loco traditur, jam diem obierit an. 1198 (*m*). Idem Allatius non uno in loco (*n*) in Balsamonem, ut Latinæ Ecclesiæ infamatorem et schismatis Græcorum defensorem fervidum, acriter, ut solet, Baronii exemplo invehitur. Atque Nicol. Comnenus in *Prænot. mystagog.*, p. 190 seq., gravissima illi tribuit mendacia; et pag. 349, mendacissimum canonum corruptorem appellat.

(*a*) Georgii Balsamonis, Græci, qui in cardinalis Salviati familia vixit, carmina et soluta oratione quædam exstare, scripsit Lilius Gyraldus, de poetis sui temporis, dialogo II. Salviatus ille obiit Ravennæ, an. 1553. Ex scriptis hujus Balsamonis nec ego quidquam vidi, nec a Gyraldo, aut Diatriba de Georgiis, p. 383; ab Allatio quidquam commemoratur.

(*b*) Michael Balsamo Magnæ Eccles. CPol. chartophylax (scevophylax) et archidiaconus, synodo Florentinæ an. C. 1438 subscripsit, sed invitus, ut ipse postea professus est in *Anaphora cleri CPolitani*, quam reversus CPolim composuit, et ex qua loca affert Allatius, *De consensu utriusque Ecclesiæ*, III, 2 et 3. (Anaphoræ III, c. 5. citat Nicol. Comnen. p. 143. *Prænott. mystagogicar*, et p. 181, ait, duas se hujus Balsamonis epp. habere, cujus argumenta exponit, et duas anaphoras.) Inter alia ap. Allat. pag. 922, legas; Balsamonem hunc conquerentem minas contra Græcos præsentes jactatas pontificis, ἀπαλὴν μονονουχὶ διαῤῥήδην βοῶσαν, *aut una cum papa sentirent, sicque largissimis donis, gratiis ac dignitatibus cumulati in patriam redirent: aut fame et siti confecti exsiccatique postmodum occultæ neci addicerentur:* Πεινῇ καὶ δίψῃ πρότερον ταριχευθέντας ὕστερον ἀφανεῖ θανάτῳ παραπεμφθῆναι ἡμᾶς. Alius quoque fuit Balsamon Thessalonicensis, clarus circa an. 1350, cujus epistolam ad Nicephorum Gregoram edidit Græce et Latine Joan. Boivinus ante tom. I. *Hist. Byz.* Gregoræ Paris. 1702, fol. Omitto Petr. Balsam. martyrem, de quo Bolland. 3 Januar. tom. q. p. 128 sq.

(*c*) Diaconi Magnæ Ecclesiæ CPol. nomophylacis, chartophylacis sive sigilli patriarchalis et archivi custodis, et præpositi ædis S. Mariæ ad Blachernas. Vide Guil. Beveregium, Prolegom. ad tom. I Synodici.

(*d*) Baron. ad an. 1100. num. 9.

(*e*) Nicetas Choniates in Isaacio Angelo, lib. II, c. 4, pag. 440.

(*f*) Ὡς νόμους καὶ κανόνας ἀκριβωσάμενος. id.

(*g*) Καὶ ὁ μὲν Ἀντιοχείας πάλιν Ἀντιοχείας ἰώμενος, καὶ ὁ Δοσίθεος ἀπὸ τοῦ τῶν Ἱεροσολύμων θώκου εἰς τὴν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἀγόμενος. idem.

(*h*) Nicetas l. c.

(*i*) Responsis ad interrogationes Constantini Cabasilæ Dyrrachii archiep. quas, Balsamone jam defuncto, scripsit, libro V *Juris Græco-Rom.* pag. 333. Quanquam, non in omnibus tuto sequendas Balsamonis sententias, libere ibidem Joannes profitetur.

(*j*) Id. lib. IV, p. 238.

(*k*) Lib. V, Juris Græco-Rom. p. 362.

(*l*) Lib. II, *De consensu utriusque Eccles.* c. 13, § 4. Idem monuit Beveregius, in Prolegom. ad tom. I magni synodici, p. XI.

(*m*) Vide volum. VI, hujus bibl. pag. 736. [in ed. vet. sed in nova edit. illum Conspectum chronol. hist. CPolitanæ omisi. V. notam ad vol. VIII, pag. 101 sq. Harl.] Male ad an. 1430 refertur a Gabriele Severo, ap. Nic. Comnenum, pag. 178. Nam is alius est, Junior Michael Balsamon, de quo paulo ante dixi. (Fabr.) Vid, infra, vol. XI, p. 47, ed. vet. (Harl.)

(*n*) *De consensu utriusque Eccles.* p. 705; *De interstitiis ordinum apud Græcos*, p. 128 seq.

Septuaginta circiter annis post Joan. Zonaram canonibus ecclesiasticis illustrandis animum appulit Balsamon, qui passim libenter ejus verbis et sententiis (*o*) utitur, et semel laudat etiam de nomine, in scholiis ad Epistolam canonicam S. Athanasii, tom. II Synodici Beveregiani, pag. 37 : Ὑπερφυέστατος ἐκεῖνος Ζωναρᾶς σοφῶς καὶ ὑπερδεξίως καὶ ὡς οὐκ ἄν τις κρειττόνως ἡρμήνευσε. Unde falluntur, qui cum Natali Alexandro (*p*), Balsamonem ante Zonaræ tempora floruisse, verisimilius putant ; atque si ætatis rationem quæ ipsi probe erat cognita, habere voluisset Beveregius, Zonaræ scholia Balsamonianis, ut fit in ms. Basil. non hæc illis in præclaro illo suo synodico præmisisset. Sed auctoritati et eruditioni Balsamonis primum locum concedere maluit. Itaque idem Balsamoni et Zonaræ scholiis subjecit scholia Alexii Aristeni, magni œconomi, licet et ille (post Zonaram quidem, sed) ante Balsamonem circ. an. Ch. 1150, scripserit, et ab eo laudetur ad can. 6 apostolicum et ad Trullanum xxxvii. Zonara etiam antiquiorem facit Allatius, *De consensu*, etc., pag. 419, Ab eodem, p. 491, ante Aristenum. Zonaram et Balsamonem epitomator canonum satis antiquus Græcus citatur. Idem, p. 354, ait ex Alexio sua hausisse Balsamonem. (Fabr.) De nostro Theodoro, viro juris ecclesiastici consultissimo, confer. Gerh. von Mastricht, *Hist. juris eccles.* n. 339 sqq. p. 377, G. Cave, *Hist. litter. SS. Eccles.* tom. II, pag. 246. — Ell. du Pin, *Nouv. bibl.* tom. IX, p. 204, f. vol. X, p. 191; C. Oudin. *Comm. de SS. Eccles.* tom. II, p. 1606, sqq. (qui, nulla vero reddita ratione, nulloque adducto teste, Theodorum pronuntiat mortuum esse provectæ ætatis, a. Ch. 1214, cum titulum patriarchalis Ecclesiæ Antiochenæ per annos 28 tenuisset); Joan. Fabricii *Hist. bibl. Fabric.* in parte ii, pag. 337 seq., ubi a pag. 335 Synodicon, sive Pandectas canonum ss. apostolorum ab Ecclesia receptorum, etc., per Guil. Beveregium Oxon. 1672, fol. tom. II recenset; et pag. 337, de Theodoro Balsamone agit; ac pag. 338, alios de nostro laudat; Hamberger. in *Zuverläss. Nachr.* part. iv. pag. 290-294, qui alios, annum mortis Theodori vel 1180, vel 1203, vel 1214, designantes refutat : nec tamen certi aliquid definire conatur, sed tantummodo, ipsum adhuc post an. 1192 in vivis fuisse, declarat; Christn. Godofr. Hoffmann, in Historia juris Romano-Justinianei, part. i, lib. iii, cap. 6, § 6 et 7, pag. 715 716. sqq.; — Joan. Aug. Bach., in *Historia jurisprudentiæ Romanæ*, lib. iv, cap. 2, § 14, pag. 654 seq. edit. 5 Aug. Cornel. Stockmann. Lips. 1796, 8; — Saxium, in *Onomast. litterar.* part. ii, pag. 266 seq., qui nostrum circa an. 1179 maxime floruisse, scribit, et præter alios, quos citat, Pagii *Critic. Baron.* an. 1179, XXI, laudat. (Harl.)

Theodori Balsamonis scripta.

I. *Scholia in Canones* conciliorum Patrumque, et hisce præmissum Photii patriarchæ *Nomocanonem*, sive legum imperatoriarum et ecclesiasticorum canonum concordiam. Hoc præcipuum opus, jussu imperatoris Manuelis Comneni, qui an. 1180 obiit et patriarchæ CPol. Michaelis Anchiali, an. 1177 defuncti susceptum a Balsamone adhuc diacono, quod patriarcha jam Antiochenus ad umbilicum perduxit et Georgio Xiphilino (ab an. 1192) patriarchæ CPol. dedicavit. Totum primus Latine ex Joan. Tillii codice versum edidit Gentianus Hervetus, Paris. 1561, fol. Græce et Latine cum Herveti versione Fronto Ducæus, ibid., 1620, fol. Integriore codice in *Nomocanone* usus est Henricus Agylæus, cum cujus versione (eam an. 1562, fol. Basileæ excuderat Oporinus) emendata hinc inde ac suppleta *Nomocanonem* Photii, Balsamonis scholiis illustratum, Græce ex cod. bibl. Palatinæ vulgavit Henricus Justellus Paris. 1615, 4; atque secundis curis collata editione anni 1620, et Mazariniano codice, nec non Photii præfatione ex ms. bibl. Bodlei. præmissa, Paris. 1661 fol. in bibliothecæ Canonicæ tomo secundo p. 785. Scholia vero in canones conciliorum ac Patrum longe integriora ex codicibus Bodleiano, Ætonensi et Basileensi Amerbachiano habemus Græce et Latine vulgata in laudato Guil. Beveregii synodico Oxon. 1672 fol. duobus volum. una cum scholiis Joan. Zonaræ et Alexii Aristeni in eosdem canones et Matthæi Blastaris Syntagmate canonum legum alphabetico. De codice insigni Cæsareo hujus operis vide Lambecium VI, pag. 51 seq.; Fabr. s. p. iii. sqq. n. 1, cum Photii *Nomocanone*, ed. Kollar. (ubi Lambec. comprobat judicium Phil. Labbei, in tomo II. Dissert. *de script. ecclesiasticis*, p. 396 sq. latum, Theodorum Balsamonem, Romanæ Eccl. hostem, in suis Commentariis multa effutiisse in defensionem falsorum quorumdam canonum.) In eod. vol. p. 114, eodemque cod. 15, n. 2, sunt canones sanctorum apostolorum, variorumque conciliorum generalium et provincialium, ut et diversorum vett. Patrum epistolæ canonicæ, cum Theodori Balsamonis Commentariis amplissimis, ubi Lambec. adnotat, omnia quidem edita esse in ed. Paris. 1620, fol. pag. 233-1088; beneficio tamen illius cod. Vindobon. posse multis locis emendari ac suppleri. — In cod. 256, n. 7, sunt canones quidam sanctorum apostolorum, cum expositione Theodori Balsam. V. Lambec. V, p. 363, qui in vol. III, pag. 76, interpretatur Theod. Balsam. locum in explicatione decimi septimi canonis concilii Laodiceni. — In cod. Escorial. Balsam. s. Expositio in Photii *Nomocan.* et reliqua, teste Plaero in *Itiner. per Hispan.* pag. 191. — In cod. Barocc. 194, Photii Canones cum Comment. Balsamonis, et Balsamon in canones apostolorum. — In cod. Barocc. 205 iidem libri, atque canones et epistolæ canonicæ

(*o*) Corrector et plagiarius Zonaræ dicitur Balsamon a Nortono Knatchbull in notis ad Act. xiv, 23. Confer Allatium, *De consensu*, etc., pag. 475; et W. E. Tentzelii Dissert. *de duplici baptismo Constantini Magni*, § 16.

(*p*) Natalis Alex. Hist. Eccles. sæc. XI et XII, p. 517, 6a edit. in fol. : « Balsamonem ex Zonara mutuatum, falso conjicere videntur eruditi viri : imo potius hunc ex Balsamone hausisse duxerim, quem ante ipsum floruisse verisimilius est. »

cum Comm. Balsamonis. — In cod. 30, Jamesii, Excerpta ex canon. et Commentar. Balsamonis V. Cat. codd. Angliæ, I, pag. 263. In eod. catal. tom. II, n. 1836, in cod. canonum collegii Etonensis, qui continet præfat. Theod. Balsamonis, *Nomocanon* Photii cum comment. Balsamonis; quæstiones quorumdam monachorum et responsa, canones apostolorum Nicæn. CPolit. Ephesin. Chalced. cum Comment. Theod. Balsamonis. — Ibid. synodum Carthag. præsidente sancto Cypriano cum Comm. Balsam. etc. — Ibid. n. 3439, in cod. Norfolc. 540, Concilia, cum Expositione Balsamonis et Zonaræ. — Ibid. n. 5905, in Thom. Gale, cod. 71 Canones sanctorum apostolorum et conciliorum, in catologo plene indicatorum; item Petri, archiepiscopi Alexandrini Epistola cum scholiis Balsamonis, et alia, quæ omnia in multis locis esse impressis libris auctiora, adnotat confector catalogi. — Dublini (secundum eumdem catalog. vol. II, p. II, pag. 231, n. 277) in collegii S. Trinitat. cod. 137, n. 11 sqq. epistola Tarasii CP. ad Adrian. papam f. 66, ap. Balsam. p. 1083, cum notis; Synodus I sub Photio, f. 68 b. Balsam. p. 519 c. not. sed imperfectis; synodus II sub Photio f. 71 c. not. ap. Balsam. p. 583; Dionysii Alex. ad Basilid. Epistola f. 72, apud Balsamon. p. 879; S. Petri, Alex. martyris canones, qui feruntur in sermone de pœnitentia, f. 78 b. Balsamon. 887 (q) caret uno f. inter 78 et 79, etiam in fine; Athanasii Alex. epistola ἑορταστικὴ 39, fol. 84, caret initio, et incipit p. 922, ap. Balsamonem; tres S. Basilii Epistolæ canonicæ, etiam ap. Balsamon. Sed apud hunc non exstat Præfatio Epistolæ tertiæ; Basilii epistola ad Amphilochium, aliter inscripta, ac ap. Balsamon. f. 104, et multa alia quæ in Cat. indicantur. — Florent.! in cod. Medic. Laurent. 2, Collectio sacrorum canonum cum Expositione Zonaræ, Balsamonis et anonymi, quam collectionem iu illo cod. fusius recenset et plura de singulis partibus refert Bandin. in Cat. codd. Gr. Laur. I, p. 1-11. — Haud pauca Balsamonis ib. in cod. 40 continente canones ecclesiasticos diversorum. V. Bandin. I, c. pag. 70 sqq. qui, ut de superiore cod. notaverat, etiam ubi singula sint edita aliaque animadvertit. P. 78 sq. primus ex illo cod. Gr. evulgavit Joannis patriarchæ CPolit. Synodicam dijudicationem f. Constitutionem de rebus, quæ ad monasteria pertinent, etc. Pag. 81, ex cod. 2, n. 100 Gr. publicavit Balsamonis epilogum in *Nomocanonem*, versibus iambis, qui deest in Beveregii *Pandectis canonum* et in *Justelli Bibl. juris canonici veteris*. — In cod. 2 (V. Bandin. I, pag. 11, n. 101) est etiam Balsamonis de ordine tenendo in sedibus a metropolitanis et archiepiscopis, secundum eorum descriptionem, quæ est in chartophylacio; exstat quidem in Leunclavio lib. III, pag. 243, sed auctoris nomen non præ se fert. — Taurini in cod. 105 est amplissima sacrorum conciliorum generalium et particularium, nec non epistolarum canonicarum Collectio, addito Balsamonis Commentario; ib. in cod. 219, Theod. Balsam. Commentaria in *Nomocanonem* Photii, nec non apostolicos et conciliorum generalium ac provincialium Canones et SS. Patrum Epistolas canonicas. Præit rerum Index, ad cujus calcem leguntur versus heroici ejusdem Balsamonis. V. Cat. codd. Gr. Taur. pag. 194-212, et pag. 310. — Venet. in bibl. Marc. codd. 168 et 169, canonum Collectio cum Scholiis Theod. Balsamonis. V. Recensionem in Cat. codd. Gr. pag. 95-98. Curatiorem tamen in c. Morelli bibl. mst. Gr. et Lat. I, pag. 96 sq. — Paris. Balsam. Scholia in canones conciliorum et in Photii *Nomocan.* in codd. 1318, n. 1, 3-39; et n. 40, Balsam. epilogus, versibus iambicis (1329-1331), in quo etiam plurima sunt, quæ Fabric. sect. II, III et IV, recensuit in cod. 1319, n. 2, Zonaræ et Balsamonis Commentar. in SS. Patrum Epistolas canonicas; — In cod. Coisliniano 39 Zonaræ et Balsamonis canones, et alia quæ magna ex parte cusa non esse, testatur Montfauc. in bibl. Coislin. p. 113 sq. Venet. in cod. Naniano, 133 *Nomocanon*. a Joan. Trulino Cretensi, ex testimoniis sacræ Scripturæ, Patrum, conciliorum, legum civilium, Novellarum, nomocanonis Photii. Balsamonis aliorumque contextus. Plura vero de eo in Cat. codd. Gr. Nan. p. 428. — Præterea notandum est, priorem Photii *Nomocanonis* edit. cum Comment. Theod. Balsamonis in-4, non ab Henrico Justello, sed ab ejus patre, Christophoro Justello, esse curatam, contra alteram ed. multo auctiorem, sive *Bibliothecam juris canonici veteris*, in duos tomos distributam. etc. Lutetiæ Paris., 1661 in fol. editam esse ab ejus filio Henrico Justello. Nam inscriptionis altera pars id diserte declarat: « Alter vero (tomus) insigniores juris canonici veteres collectiones Græcos exhibet. Ex antiquis codd. mss. bibliothecæ Christophori Justelli. Horum major pars nunc primum in lucem prodit, cum versionibus Latinis, præfationibus, notis et indicibus huic editioni necessariis, opera et studio Guil. Voelli, Theologi et Henrici Justelli, Christophori F. » Utramque habeo edit. conf. infra, vol. XI, pag. 50 sqq. De Beveregii Synodico vid. infra, in vol. XI, pag. 54 sqq. et Joan. Fabricii *Hist. bibl. Fabric.* part. II, pag. 335 sqq. Insuper conf. supra, vol. VI, pag. 698, vol. IX, p. 168, n. 10; et infra vol. IX, pag. 47, 49, etc. ed. vet. (HARL.) — De Florent. cod. in bibli. M. Ducis, V. Frid. Lindenbrog. in Comm. in l. unicam, *Si quis imperatori maledixerit*, tom. IV *Thes. juris Ottonian.* pag. 348.

II. Τῶν ἐκκλησιαστικῶν διατάξεων συλλογή. *Constitutionum imperatoriarum de rebus ecclesiasticis* libri III, 1° ex codice, 2° ex Digestis et Institut.. atque 3° ex Novellis. Sub *Paratitlorum* nomine edidit Joan. Leunclavius Latine, Francof. an. 1593, 8 (r). Sed Græce cum Leunclavii versione et duobus notatorum

(q) In quo Balsamonis Syntagmate sunt canones 15, sed in cod. Laurent. 40, n. 25, sunt 14 canones. Conf. Tillemont. tom. V, p. 450 seqq. aliosque a Bandin. in Cat. codd. Gr. Laur. I, pag. 73, laudatos: in cod. autem 2, n. 39, sunt quindecim canones. V. Bandin. I. c. p. 5.

(r) Joan. Leunclavii Notatorum libri duo sunt recusi in Everh. Ottonis *Thesauro juris Romani*, tom. III, Lugd. Batav. 1727, fol. pag. 1474 1861. HARL.)

libris, Carolique Annibalis Fabrotti, qui versionem cum Græcis mss. contulit, notis prodierunt in H. Justelli *Bibl. Canonica* tom. II, pag. 1223. Paris. 1661, fol. Vide et Fabrottum ad Constantinum Manassem, pag. 193, ubi de codice ms. (Fabr.) Conf. infra, vol. XII; p. 403, Jos. Mar. Suaresii Notit. Basilicorum, ed. D. Christi Frid. Pohlii, Lips. 1804, 8, § 9, pag. 28. — Exstat Balsamonis Collectio constitutionum variis in codd. e Gr. Vindobon. 16, n. 3 Novellarum Constitutionum imp. Justiniani I Epitome ecclesiastica, a Theodoro Balsam. composita, et in capp. octoginta septem divisa. V. Lambec. VI, part. I, pag. 118 sqq. ed. Kollar. Atque Lambec. adnotavit, exstare quidem id opusculum in Voelli et Justelli Bibl. Gr. Lat. Juris canonici vet. tom. II, p. 1312-1361, sed longe aliter, quam in hoc codice Cæsar. (sed. vid. paulo post de codd. Taurin. et Marciano) Fabrott. autem in fronte monet. exstare in Vatic. cod. 856 et Palatin. cod. 226 Gr. simillima Paratitla. —Florent. in cod. Laurent. 8, n. 56, plut. 9, et cod. 13, n. 15 sqq. plut. 56, de quibus V. Bandin. in Cat. codd. Gr. Laur. I, pag. 402, et tom. II, p. 310. —Taurini in cod, reg. 26 qui continet varia Theodor. Balsam. Opusc. juridico-canonica, quem confector cat. codd. gr. Taur, p. 96 sqq. curate copioseque recenset. Primum monet contra Nesselium, in Cat. bibl. Vindob. part. II, p. 22, n, 3. (cui tamen jam, ut vidimus, præivit Lambec.) affirmantem, illud Balsamonis opus in cod. Vindob. exstare in Voelli et Justelli Bibliotheca, tom. II. Longe aliter tamen expositum atque diversum, valde errare; et tractatus, qui editi fuerunt a Voello et Justello, alios prorsus esse et distinctos ab opere in cod. Taurin. (quocum cod. Laurent. memoratus, paucis initio exceptis, concordat, animadvertente Bandin. l. c.) Hinc, quod id primum opusculum (nimirum 87, priora capitula) prætermissum fuit in Voelli et Justelli Bibl. (nam in hac reliqua, quæ a folio 100 deinceps sequuntur in codice, sunt vulgata), confector Cat. titulos singulorum capitum ex cod. protulit pag. 96-107. — In codice 26, a folio 262, 2. V. catal. cit. p. 198. — Venetiis in cod. Marciano 269. V. Cat. codd. Gr. Marc. p. 98. Sed multo distinctius recensuit eum cel. Morelli, in bibl. mss. Gr. et Lat. I, pag. 97, nempe insunt : 1° Constitutiones, ex iis selectæ, quas post Novellarum codicem Justinianus edidit, sub capp. 87, syllogen, a Theodoro Balsam. adornatam, efficiunt, qualem exhibet cod. Taurinensis, et quæ sylloge a Lambecio in cod. Vindobon. memor. pro sequenti Balsamonis opere perperam habita est. Exstat quoque in cod. Coislin. pag. 87, Bibl. Coislinianæ. 2° XXV Constitutiones legum civilium ex Novellis Justiniani, ut in cod. Taurin. p. 104. catal. et Laurent. ap. Bandin. I, p. 478, n. 7-25) duæ collectiones cum titulis tribus, quæ continent Balsamonis Collectionem Constitutt. ecclesiasticarum, tribus libris distinctam, qualem bibl. Justelli complectitur. — Paris. in cod. 1333, atque cap. 11 et 12 in cod. 1332, n. 51, bibl. publ. Conf. etiam D. Casp. Achat. Beck, De Novellis Leonis Aug., etc. ed. D. Car. Frid. Zepernick, Halæ 1779, 8, p. 27; ibique not. Zepernickii, et hunc p. 362. (Harl.)

III. Responsa varia et imperatoria edicta causas ecclesiasticas spectantia, quæ exstant in libro secundo Juris Græco-Romani a Marqu. Frehero Græce et Lat. editi Francof. 1596, ubi Balsamonis nomen occurrit :

1. Περὶ τοῦ ἐφειμένον εἶναι τῷ βασιλεῖ, ἀνάγειν τὰς ἐπισκοπὰς εἰς μητροπόλεις (s). *Quod imperatori permissum sit episcopatus in metropoles erigere*, p. 130.

2. Περὶ γάμου θείας καὶ ἀνεψιᾶς μετὰ θείου καὶ ἀνεψιοῦ (t) : *De nuptiis amitæ et fratris filiæ legitimi cum filio fratris et patruo ineundis*, pag 138. (Fabr. (Conf. cod. Nanian. 229, n. 1, et Cat. codd. Gr. Nan. p. 423. (Harl.)

3. Περὶ τῶν ψηφισθέντων εἰς τὰς Ἀνατολικὰς Ἐκκλησίας (u) : *De electis ad Orientales Ecclesias*, pag. 138.

4. Περὶ δικαστηρίου τῶν κληρικῶν (v) : *De foro clericorum*, p. 139.

5. Περὶ τοῦ πατριαρχικοῦ δικαίου ἐπὶ τὰ μοναστήρια (x) : *De jure patriarchico in monasteria*, p. 140. [Paris. in cod. 1332, n. 43.]

6. Περὶ διδασκάλων (y) : *De doctoribus*, p. 143.

7. Περὶ δικαιωμάτων τῶν ἁπανταχοῦ ἐκκλησιῶν ἐπὶ τῇ κατοχῇ τῶν ἀκινήτων (z) : *De instrumentis omnium, quæ ubique, ecclesiarum ob possessionem immobilium*, p. 149.

8. Περὶ ἡμερῶν ἀπράκτων (a) : *De feriis*, pag. 160. (Fabr.) Eruditissimis scholiis a Balsamone in Summario ad Novellas illustrari a Man. Comneno constitutionem de feriis, non diffitetur Nic. Comnenus, p. 388, Balsamoni alias iniquior.

IV. *Responsa ad quæstiones LXIV canonicas*, sive De jure ecclesiastico, propositas a Marco Alexandrino patriarcha. Prodierunt in jure Orientali cum versione Enimundi Bonefidii edito an. 1573, 8, apud Henricum Stephanum, libro tertio, Græce p. 237-300, et Latine pag. 263-309. Et in Jure Græco-Romano Marquardi Freheri, libro quinto, pag. 362-394 (Francof. 1596, fol.). ubi p. 388, lacuna supplenda κυρίου Νικολάου, ut ex Balsamonis canonum Collectione observavit Cotelerius, tom. I, ad Patres apostolicos, pag. 320. Ex procemio colligas, a. C. 1203 scripta fuisse Responsa ; sed numerum corruptum esse, non dubitat

(s) Cum versione Latina Enimundi Bonefidii exstat in ejus *Jure orientali*. lib. I Gr., p. 64 ; Lat. p. 46, Paris. 1573, ap. Henr. Stephanum, 8.
(t) Id Gr. p. 40 ; Lat. p. 29.
(u) Gr. Bonefidius, p. 62 ; Lat. p. 45.
(v) Id. Gr. p. 75 ; Lat. p. 54.
(x) Id. Gr. p. 71 ; Lat. p. 51.
(y) Id. Gr. p. 61 ; Lat. p. 44.
(z) Id. Gr. p. 109 ; Lat. p. 79.
(a) Id. Gr. p. 80 ; Lat. p. 58.

Allatius, p. 705, de consensu, et verum an. 1193, restituendum. (Fabr.) — Paris. in septem codd. bibl. publ.— Sexaginta sex quæstiones, etc. Vindob. in cod. 13, 11. *V.* Lambec. VI, part. I, pag. 106. — Monac. in cod. Bavar. 85. *V.* Hardt. in Aretini Beytrægen, etc., 1804, part. v, pag. 17 et 18.— Venet. in cod. Nanian. 228 15, *V.* Cat. codd. Gr. Nan. pag. 420. — Florent. in cod. Laurent. 2, n. 96, plut. 5, et cod. 40, n. 61 *V.* Bandin. cat. cit. I, pag. 10 et 78. ubi adnotat. in versione, quæ a Leunclavio lib. v, p. 362, affertur, multa reprehendi a Jac. Gretsero, Opp. tom. XVII, p. 16, ed. Ratisbon.—LX Quæstiones, etc., Mosquensi 52, n. 45. *V.* Matthæi Notit. p. 54, fol. paulo aliter in ed. in 8, p. 47, ibid. n. 55 Balsamonis, εἰσῆλθε τὸ ἀξίωμά σου· et ejusdem alia. (Harl.)

V. Μελέται ἤτοι ἀποκρίσεις· *Meditationes sive Responsa.* 1° Χάριν τῶν πατριαρχικῶν προνομιῶν· *De patriarcharum privilegiis*, tom. VII *Juris Græco-Rom.* p. 442. (Fabr.) In cod. Mosquensi 32, n. 39 sqq. sec. Matthæi Notit. p. 53 ed. in fol. sunt Μελέται, etc., 1, 4, 5 et 6. — Vindob. in cod. Cæsar. 15, n. 4, sunt Balsam. meditata sive responsa ecclesiastica octo, e quibus quinque exstant in Freheri *Jure Gr.-Rom.* pag. 412-478; reliqua tria ibi desunt, docente Lambec. vol. VI, part. I, pag. 115, ubi quoque v. Kollar. not. Inter ea quæ non edita sunt, est Epistola *de libro mathematico non legendo*, (quæ tamen reperitur quoque in cod. Paris. 1332, n. 48 bibl. publ. (in quo etiam exstant septem Responsa secund. ordinem Fabric. et Venet. in cod. Marciano 168, in quo cod. sunt præterea Μελέται, n. 2, 4, 5 et 7, a Fabr. signatæ. Vid. cat. codd. Gr. Marc. p. 96, et conf. infra, vol. XII, p. 494. (Harl.)

2°. Χάριν τῶν δύο ὀφφικίων, τοῦ τε χαρτοφύλακος καὶ τοῦ πρωτεκδίκου· *De duobus officiis, chartularii ac primi defensoris*, p. 453.

3°. Χάριν τοῦ λαληθέντος συνοδικῶς ζητήματος, περὶ τοῦ, εἰ χρὴ τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα δυσὶ διαξαδέλφαις συνάπτεσθαι· *De disceptata in synodo quæstione, num unus et idem duabus sobrinis jungi debeat*, p. 463. (Fabr.) In cod. Barocc. 149.—Paris. in codd. 1327, n. 15, et 1331, n. 49; Vindobon. in cod. 13, n. 9, ex quo Responsum, in Freheri *Jure Gr. Rom.* tom. I, p. 463 editum, posse emendari ac suppleri, Lambec. VI, part. I, p. 105, testatur, et in cod. 270, n. 8, Excerpta a Simeone Thessalon. facta, teste Lambec. V, p. 455. (Harl.)

4°. Ἐπιστολὴ χάριν τῶν διδομένων θυμιαμάτων παρὰ τοῦ πατριάρχου κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς κατηχήσεως· *Epistola de incensis, quæ a patriarcha dari solent eo die quo catechesis habetur*, p. 470.

5°. Μελέτη χάριν τῆς εἰς τοὺς θείους ναοὺς τῶν μοναστηρίων γινομένης μεταχλήσεως διὰ σημαντηρίων τριῶν· *Meditatum de convocatione, quæ fit ad sacras monasteriorum ædes per tria signa*, p. 476. (Fabr.) In cod. Naniano 228, n. 5. V. Cat. codd. Gr. Nanian. p. 419. (Harl.)

6°. Ἐπιστολὴ χάριν τῶν ὀφειλουσῶν τελεῖσθαι νηστειῶν ἑκάστου ἔτους, πεμφθεῖσα πρὸς τοὺς Ἀντιοχεῖς· *Epistola de jejuniis, quæ peragi debent per singulos annos, missa ad Antiochenses*, et primum Græce ac Latine edita a *Joan. Baptista Cotelerio*, tom. II *Monument. Ecclesiæ Græc.* p. 492-514, Paris. 1681, 4. (Fabr.) [V. Bandini Cat. codd. Gr. Laurent. I, p. 11, n. 99; et p. 78, n. 60; et Lamb. vol. V, p. 338 sq. n. 12, ibique Kollar. In cod. Paris. 1328, n. 41. (Harl.)] *Tomum synodicum* appellat Balsamon ad interrogata Marci Alex. quæst. 55, et paucis mutatis etiam ad Theodosium Sarpeiotem, monachum in valle S. Auxentii missum a se testatur in *Responso synodi CPol. sub Nicolao patriarcha ad quæstionem tertiam monachorum quorumdam*, cujus partem, Latine tantum ab Herveto editam, Græce mss. regis Christianiss. dedit idem Cotelerius in Notis ad Constitutiones apostol. lib. v, cap. 20.

7°. Ἐπιστολὴ χάριν τῶν ῥασοφόρων· *Epistola de rasophoris* (*b*), sive monachis ad Theodosium monachum καθηγητὴν τῶν κατὰ Παπίκιον μοναστηρίων præpositum Papicii monasteriorum. Edita ab eodem Cotelerio, tom. III *Monument.* pag. 473, 494, Paris. 1686, 4. (Fabr.) Vindobon. in cod. 15 Cæsar. n. 4. V. Lambec. VI, part. I, pag. 115, ubi Kollar. in not. ex Cotelerii loco, a Fabricio jam citato, adnotatt. de Papicio et rasophoris excerptas reddidit. (Harl.)

Nicolaus Comnenus Papadopoli in *Prænotionibus mystagogicis*, pag. 3, citat Athenagoræ testimonium ex Balsamonis *Respons. ad episc. Cypri*, quo monet, ordinationis negotium negotiorum omnium in Ecclesia maximum ac divinissimum ab ipsis fuisse habitum apostolis. (Fabr.)

In cod. Paris. bibl. publ. 1328, n. 21 sqq. Balsamonis scholia ad quasdam Gregorii Neocæsariensis, Athanasii, Basilii, Gregorii Nysseni, etc., Epistolas. — Tres Balsamonis Epistolæ, in cod. Naniano 281, n. 121. Vid. Cat. codd. Gr. Nan. p. 470. Add. supra, vol. VII, p. 655, sub fin.

Balsamonis *Carmina*. Venet. in cod. bib. Marcianæ 524. V. Cat. codd. Gr. Marc. p. 283. — Versus quinquaginta iambici in Lapidem quemdam, etc. Florent. in cod. Laurent. V, n. 27. V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. II, p. 665.

Martyrium Theodori, orientalis, et Claudii, auctore Theodoro, patriarcha Antiocheno, in cod. Selden. 62, s. n. 3274, in Cat. codd. Angliæ, etc., tom. I.

Dionysii, archiep. Alexandrini, Epistola de hora jejunii Paschæ, cum Commentario Balsamonis, in *Bibl. Patr.* Paris. 1575, vol. I; ibid. 1589, vol. III, Gr. ac Lat.; ibid. vol. I, p. 273, fol. (Harl.)

(*b*) Ῥασοφόροι etiam ῥασενδύται, raso sive viliore panno induti. Vide Cangii *Glossar.* et Cotelerium, lib. III *Monument.* p. 659.

EX PRÆFATIONE

GUILIELMI BEVEREGII

In *Pandectis canonum*, 2 vol. folio Oxonii 1672.

—

Juris canonici studium duodecimo præcipue sæculo in Oriente viguit, quo currente tres eruditissimi viri, Theodorus Balsamon, Joannes Zonaras et Alexius Aristenus claruerunt, qui omnes egregiam huic rei operam dederunt. Horum itaque singulorum scholia in hoc libro exhibemus, idque ea methodo, ut singuli canones trium istorum interpretum commentaria sibi annexa habeant. In quibus tamen disponendis ordinem temporis, quo quisque scripsit, non observamus, sed Theodorum Balsamonem, qui tempore postremus fuit, primo in loco constituimus, nimirum ob summam ejus in hisce studiis auctoritatem, et maximam in Ecclesia dignitatem; nam patriarcha fuit, ut mox ostendemus. De singulis autem hisce scholiastis, quos edimus ordine quem in libro occupant, ratio pariter atque consuetudo postulat, ut nonnihil hoc loco præmittamus.

Theodorus Balsamon Constantinopoli oriundus est. Ipse enim se Constantinopolitanum appellat in altera interpretatione duodetricesimi canonis Chalcedonensis, dicens: Ἐγὼ δὲ Κωνσταντινουπολίτης ὢν ἀκραιφνέστατος, καὶ τοῦ ἁγιωτάτου θρόνου τῆς Κωνσταντινουπόλεως μέρος γεγονώς. *Ego vero, cum Constantinopolitanus civis sim integerrimus, et sanctissimi throni Constantinopolitani pars factus.* Unde simul colligitur eum in ista Ecclesia primo ordinatum fuisse. Nimirum diaconus, nomophylax, atque etiam chartophylax istius Ecclesiæ fuit, ut patet ex inscriptione Constitutionum ecclesiasticarum quas ipse collegit, quæ in codice ms. Nicolai Peirescii, senatoris Aquissextiensis, a Carolo Annibale Fabroto in notis ad easdem Constitutiones citato, sic se habet: Θεοδώρου διακόνου τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας νομοφύλακος, καὶ χαρτοφύλακος, καὶ πρώτου τῶν Βλαχερνῶν, τοῦ Βαλσαμῶνος, τοῦ μετὰ χρόνους τινὰς γεγονότος πατριάρχου Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας. *Theodori diaconi sanctissimæ Dei Ecclesiæ nomophylacis et chartophylacis, et primi Blachernarum Balsamonis, post aliquot vero annos patriarchæ Theopolis magnæ Antiochiæ.* Quæ eadem fere habentur et in inscriptione hujus operis mox citanda. Quin etiam a Philotheo patriarcha in Refutatione exsecrationum ab Harmenopulo scriptarum ὁ σοφὸς νομοφύλαξ appellatur. Ipse etiam se chartophylacem fuisse in scholiis ad primum synodi Nicænæ I canonem testatus est, his verbis, Καὶ ὅτε τὸ χαρτοφυλακικὸν ἐνήργουν ὀφφίκιον καὶ μετὰ τὸ πατριαρχεῦσαι. E quibus ultimis verbis se patriarcham etiam fuisse fidem facit; Antiochiæ scilicet, quam patriarchalem sedem eum occupasse Isaacii Angeli diebus, qui imperare cœpit anno Domini 1185 ex Nicetæ Choniatæ Annalibus discimus; qui memoriæ tradidit, ut dictus imperator in animo habens Dositheum patriarcham Hierosolymitanum ad sedem Constantinopolitanam Leontii expulsi loco promovere, et certior factus hoc contra canones esse, ad Balsamonem Antiochenum, utpote jure canonico exercitatissimum se contulerit, de hac re consulturus: Εἰδὼς δὲ τοὺς κανόνας τοῦτο μὴ συγχωροῦντας, μέτεισιν ὑπούλως τὸν διέποντα τὸν θρόνον τοῦ Θεοῦ πόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας, Θεόδωρον τὸν Βαλσαμὼν, ἄνδρα ὑπὸ τοὺς τότε πάντας ὄντα νομοτριβῆ. *Quod cum canones non permittere sciret, ad Theodorum Balsamonem thronum Dei civitatis magnæ Antiochiæ administrantem, virum ea ætate supra omnes alios juris consultissimum subdole accedit.* Et paucis interjectis scribit, ut idem imperator cum Balsamone colloquens simulaverit se eum voluisse Antiochia Constantinopolim transferre. Καὶ τοιαῦθ' ἕτερα σχετλιαστικῶς προαναβαλόμενος, ἐπήγαγε πάλαι μὲν βούλεσθαι μετενεγκεῖν αὐτὸν ἐκ τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας εἰς τὴν οἰκουμενικὴν περιωπὴν ὡς λύχνον τῆς τῶν νόμων τηλαυγείας πάμφωτον. *Hæc et id genus alia non sine questu præfatus subjunxit, olim fuisse sibi in animo illum ex Antiochena Ecclesia ad œcumenicam dignitatem, ut illustrem legalis puritatis lucernam transferre.* Nicet. Choniat. in Isaac. Angel. lib. II. E quibus simul constat quanti nominis atque in jure canonico auctoritatis Theodorus hic Antiochenus tum dierum fuerit. Qui nihilominus ad thronum sibi commissum nunquam accedere potuit, Latinis tunc temporis Antiochiam tenentibus, ac propterea omnia ecclesiastica, quæ ad patriarchatum suum pertinebant negotia Constantinopoli administrare coactus est.

Hunc porro Theodorum Balsamonem jure canonico pariter ac civili instructissimum fuisse, non tam ex aliorum testimoniis, quam ex suis ipsius operibus constat. Multa siquidem composuit, quæ omnia ad jurisprudentiam spectant. Hic enim auctor fuit collectionis illius Constitutionum ecclesiasticarum, quæ sub Paratitlorum nomine a Joanne Leunclavio primo Latine edita est, et postea Græce a Carolo Annibale Fabroto J. C., ut idem Fabrotus in notis probavit. Plurimos etiam tractatus conscripsit, ut de patriarcharum privilegiis; de duobus illis officiis chartophylacis et primi defensoris; de quæstione ista, An unus

et idem duabus consobrinis conjungatur : de incensis quæ a patriarcha dari solent eo die quo catechesis habetur ; et de convocatione quæ fit ad sacras monasteriorum ædes per tria signa, qui omnes sub *Meditatorum* nomine septimum librum *Juris Græco-Romani* a Joanne Leunclavio emissi constituunt. Scripsit etiam responsa ad LXIV canonicas interrogationes a Marco Alexandrino patriarcha ipsi propositas, quæ etiam in quinto dicti *Juris Græco-Romani* libro exstant. Horum prooemio istæ interrogationes factæ dicuntur, imperante Isaacio Angelo, et Georgio patriarchatum Constantinopolitanum tenente, mense Februario, indictione XIII, anno post incarnationem Domini 1203, μηνὶ Φεβρουαρίῳ, ἐπινεμήσεως ιγʹ, καὶ ἐτῶν μετὰ τὴν σάρκωσιν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ͵ασγʹ. Hæc autem sibi non constant. Nam anno 1204 a Venetis et Francis occupata est Constantinopolis. Verum post Isaacium, Alexius Angelus octo annos, et alius post eum Alexius, Ducas cognomine, aliquantisper imperavit ante captam urbem ; quin etiam post Georgium istum Xiphilinum Joannes Camaterus thronum Constantinopolitanum quinque annos et octo menses administravit, priusquam urbs a Latinis caperetur. Ac proinde si istæ interrogationes factæ fuerint sub imperio Isaacii, et patriarchatu Georgii, ante annum 1203 factæ sint necesse est. Neque etiam indictio convenit ; isto enim anno, non XIII sed VI indictio currebat ; in utroque itaque numero, et anni scilicet et indictionis, error admissus est. Nec video quomodo corrigatur, nisi pro ͵ασγʹ scribatur, ͵αρϟγʹ et ιαʹ pro ιγʹ. Ut istæ nimirum interrogationes Balsamoni propositæ fuerint anno Domini 1195, indict. XI, quo quidem anno Isaacius Angelus imperium, et Georgius Xiphilinus Ecclesiam Constantinopolitanam gubernabat : quam facilis autem frequensque sit lapsus in Græcis describendis numeris, neminem latet.

Inter omnia autem opera quæ illustris hic in utroque jure princeps elaboravit, primum illud jure merito habetur, quo antiquos conciliorum Patrumque canones interpretatus est, quodque his verbis inscribitur : Ἐξήγησις τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων, τῶν τε ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων καὶ τῶν ἱερῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν τοπικῶν ἤτοι μερικῶν καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων Πατέρων· πρὸς δὲ καὶ δήλωσις τῶν ἐνεργούντων νόμων, καὶ μὴ ἐνεργούντων, τῶν ἀναταττομένων ἐν τοῖς δέκα πρὸς τοῖς τέσσαρσι τίτλοις τοῖς κατ' ἀρχὴν τῶν κανόνων κειμένοις· πονηθεῖσα κατὰ πρόσταξιν βασιλικὴν καὶ πατριαρχικὴν Θεοδώρῳ τῷ εὐτελεῖ διακόνῳ τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ Μεγάλης ἐκκλησίας νομοφύλακι, χαρτοφύλακι, καὶ πρώτῳ τῶν Βλαχερνῶν, τῷ Βαλσαμὼν τῷ μετὰ χρόνους τινὰς πατριάρχῃ Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας καὶ πάσης Ἀνατολῆς. *Expositio sacrorum divinorumque canonum, sanctorum celebratissimorumque apostolorum et sacrorum œcumenicorum atque etiam provincialium sive particularium conciliorum, reliquorumque sanctorum Patrum : insuper et declaratio efficacium atque inefficacium legum in quatuordecim titulis ante canones positis collocatarum ; elaborata jussu imperatorio atque patriarchali, a Theodoro Balsamone, sanctissimæ Dei Magnæ ecclesiæ diacono, nomophylace, et chartophylace, præfecto Blachernarum, qui etiam post aliquot annos Theopolis magnæ scilicet Antiochiæ et totius Orientis patriarcha factus est.* Hoc est eximium illud opus, quod totum hoc libro in publicum damus, nisi quod illam declarationem legum in titulo commemoratam, hoc est, nomocanonis Photii in quatuordecim titulos distributi, interpretationem prætermittere visum est (a) ; partim quod in Bibliotheca veteris canonici juris non ita pridem edita est, et partim quod de legibus civilibus potius quam de canonibus ecclesiasticis agit : unde et in ipsa hac canonum interpretatione, ubi de legibus politicis loquitur, ibique solum, istam Nomocanonis expositionem citat, sub nomine τοῦ παρόντος συντάγματος. Ut in secundum canonem concilii Constantinopolitani, novellam citat κατασκευασθεῖσαν εἰς τὴν ἑρμηνείαν τοῦ εʹ κεφ. τοῦ αʹ τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος ; hoc est, *in interpretatione quinti capitis primi tituli Nomocanonis Photii sitam.* Quod παρὸν σύνταγμα propterea appellat, quod iste Nomocanon ipsis canonibus præfigi, et unum cum iis volumen componere solitus fuerit ; quod hic lectorem præmonitum esse sufficiat. Cum autem in titulo supra laudato, hoc opus elaboratum dicatur κατὰ πρόσταξιν βασιλικὴν καὶ πατριαρχικήν, hoc idcirco asserit, quod illud aggressus est jussu Manuelis Comneni imperatoris et Michaelis Anchiali patriarchæ Constantinopolitani ut ipse sub initium præfationis suæ in Nomocanonem Photii, quæ eadem et huic canonum interpretationi inservit, testatus est, dicens : Τοῦτο καὶ ἡμεῖς ὁρισθέντες παρὰ τοῦ θεοστεφοῦς ἁγίου ἡμῶν αὐτοκράτορος ἁγίου Μανουὴλ Κομνηνοῦ καὶ τοῦ παναγιωτάτου ἡμῶν δεσπότου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου τοῦ γεγονότος ὑπάτου τῶν φιλοσόφων, κυρίου Μιχαὴλ τοῦ Ἀγχιάλου, τοὺς ἱεροὺς κανόνας κατασκέψασθαι, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ἀσαφῆ καὶ τοῖς νόμοις τὸ δοκεῖν ἐναντιούμενα σαφηνίσαι καὶ ἑρμηνεῦσαι. *Quapropter nos sane, ubi a divinitus coronato sancto nostro imperatore D. Manuele Comneno, et sanctissimo domino nostro et œcumenico patriarcha D. Michaele Anchialo, qui philosophorum princeps fuit, decretum esset, ut sacros canones diligenter inspiceremus, et quæ in illis obscuriora essent, modoque aliquo legibus adversari viderentur, declararemus, atque interpretaremur.* Ubi etiam observare licet, hoc ei opus impositum fuisse, priusquam patriarcha creatus esset, et cum adhuc officio aliquo in Ecclesia Constantinopolitana fungeretur : siquidem patriarcham Constantinopolitanum dominum suum appellet. Cœptum est igitur hoc opus Michaele Anchialo thronum Constantinopolitanum tenente ; sed non consummatum est usque ad Georgium Xiphilinum, ad sedem istam evectum anno Domini 1191, plus minus. Huic enim patriarchæ Balsamon præclarum hoc opus a se elaboratum dedicavit : et ad eumdem

(a) Edidimus inter Photii opera, tom. CIV. Edit. Patr.

carmina quædam dedicatoria conscripsit, quæ Gentianus Hervetus ex codice Tiliano Latine vertit in hunc modum :

Theodori patriarchæ Antiocheni ad sanctissimum patriarcham dominum Georgium Xiphilinum, carmen.

Perquam pias traditiones canonum
In vasto ego mari tremens Atlantico
Pervasi, ut Ascræus Charybdin hospes trajicit,
Vel Rubrum ut pelagus Israelites senex,
Tuæ manus dextræ stabilitus gratia,
O patriarcharum valde pium decus.
Unde bacilli mystici calamo levans
Illorum inaccessum iliner bifariam
Ipse in duobus tradidi scripto libris,
Quæ canonicæ disciplinæ sunt opera.
Te rogo, qui bonis nites actionibus,
Et luce doctrinæ cunctos illuminas,
Hujus libri columna itineris ut sies,
Ægyptiorum mores quidem exustulans,
Verum in salutis via lucem porrigens.
Hæc tibi scribo Theodorus Balsamon,
Qui patriarcha sum religione inclytæ
Antiochiæ, atque adeo Orientis totius.

Egregium hoc opus a patriarcha Antiocheno non citius editum est, quam summo a plerisque applausu exceptum, licet nonnullos invenerit malevolos, qui illud vellicare studuerant. Namque Constantinus Cabalisa, archiepiscopus Dyrrachii, hanc ad Joannem episcopum Citri quæstionem proposuit : Αἱ παρὰ τοῦ μακαρίτου πατριάρχου Ἀντιοχείας Θεοδώρου, τοῦ ἐπιλεγομένου Βαλσαμὼν γεγονυῖαι ἀποκρίσεις πρὸς τὰς ἐρωτήσεις Μάρκου, τοῦ ὁσιωτάτου πατριάρχου Ἀλεξανδρείας, εὑρίσκονται τινὰς παρεκβάσεις ποιούμεναι ἔν τε κανονικαῖς καὶ νομικαῖς διατάξεσι. Δεῖ οὖν ταύταις προσέχειν; *A beatæ memoriæ patriarcha Antiochiæ cognomine Balsamon, factæ responsiones ad interrogationes Marci sanctissimi Alexandriæ patriarchæ, comperiuntur quasdam digressiones facere in canonicis et civilibus constitutionibus. An iis adhærendum sit necne?* Respondet Joannes, Ὁ ἱερὸς οὗτος ἀνὴρ, ὁ Ἀντιοχείας, τρίβων μὲν ἦν ἐς ἀκριβὲς τῶν νομικῶν καὶ κανονικῶν νομοθετημάτων, καὶ παρὰ πᾶσιν ἐν τούτοις περιᾳδόμενος. Τὰ μέντοι συγγράμματα τούτου, ὅσα πρὸς κανονικὰ καὶ νομικὰ λήμματα ἐξηνέχθησαν, οὐκ ἐς τὸ πᾶν ἀκριβείας ἐχόμενα καταφαίνονται, τὸ παράδοξον· ἀλλ' ὡσπερανεὶ ἐκ λήθης μάλιστα καὶ παροράσεως προϊόντα, καί που καὶ ἐφ' ἑαυτὸν μεριζόμενα. Καὶ οὐκ ἄν τις ἐφιστῶν τούτοις, οὐκ ἀπορήσειεν, εὑρίσκων τῇ ἐκείνου ἀκριβείᾳ τὰ ἑαυτοῦ συγγράμματα μὴ συντρέχοντα. Ἐγὼ δὲ καὶ ζῶντος ἐκείνου πολλῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει νομοτριβουμένων ἀκήκοα ἐπιλαμβανομένων τινῶν τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου γνωμοδοτημάτων, ὡς μὴ κατὰ μοῖραν ἐξενεχθέντων, ἔν τε κανόνων ἑρμηνείαις καὶ νόμων, καὶ ἄλλοις τοιοῖσδε συντάγμασι. *Divinus ille vir, Antiochiæ patriarcha, accurate percallebat civiles et canonicas constitutiones, et ab omnibus in hisce rebus celebratus fuit. Ejus autem scripta, quæ ad canonica et civilia lemmata edita sunt, in omnibus, quod mirum est, accurationem habere cernuntur, sed velut ex oblivione maxime et inconsiderantia procedentia; alibi etiam in seipsis divisa. Nec de eo dubitet, qui diligenter considerarit, inveniens ejus scripta subtilitati viri non respondentia. Ego autem etiam illo vivo multos audivi Constantinopoli legisperitos, qui quasdam viri illius sententias reprehenderent, quod non essent recte prolatæ in canonum et legum interpretationibus, et aliis hujusmodi voluminibus.* Et deinde addit eum oportere in jurisprudentia instructissimum esse, qui hæc commentaria evolvit. Sed, ut ut ab aliis suggillatus fuerit, ipso etiam Joanne judice, Balsamon canonicas æque ac civiles constitutiones accurate tenuit, et ab omnibus propterea celebratus fuit.

Quantæ autem auctoritatis Balsamon ipse, et hæc illius in canones commentaria Constantinopoli olim fuerant, ipse Philotheus patriarcha clare satis indicat; quippe qui in refutatione scriptarum ab Harmenopulo execrationum, hæc habet : Τοῦτο γάρ φησιν ὁ σοφὸς νομοφύλαξ καὶ τῶν ὁμοίων σοι σπουδαστὴς Βαλσαμὼν, ὁ ἐν νόμοις τε καὶ κανόσι πολυμαθέστατος καὶ σοφώτατος, ὁ καὶ πατριάρχης Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης ἀναδειχθεὶς ὕστερον· ὅπερ οὐδὲ σε διαλανθάνειν εἴποιμι ἂν ἔγωγέ ποτε σοφόν τε ὄντα, καὶ σπουδαῖον τὰ τοιαῦτα, εἴπερ τινά. *Hæc enim tradit eruditus ille nomophylax et consimilium tuis studiorum particeps Balsamon in legibus et canonibus summe instructissimus, et sapientissimus, qui est magnæ illius Antiochiæ patriarcha tandem designatus est : id quod nec te quidem ignorare dicerem, virum doctum, et hujusmodi imprimis rerum studiosum.* Et paulo post, Ὁ τοίνυν προῤῥηθεὶς πατριάρχης Ἀντιοχείας, ὁ σοφὸς Βαλσαμὼν, τοὺς ἱεροὺς εὐξηγούμενος κανόνας, τάδε φησὶν ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς ἐξηγήσεως τῶν κανόνων τῆς ἐν Γάγγρᾳ συνόδου. Ἡ μὲν παροῦσα σύνοδος. *Prædictus igitur Antiochenus patriarcha, sapiens ille Balsamon, dum sacros exponit canones, hæc in præfatione expositionis canonum synodi*, etc. Et deinde recitatis Balsamonis in synodum Gangrensem verbis, iisdem scilicet quæ in hoc opere loco ibi citato legas, illum in ea fuisse sententia asserit, quod tomus synodalis, sub Constantino Porphyrogenneta imperatore et Alexio patriarcha factus, in usu esse desierit. Hoc enim ita esse ait, κατὰ τὸν σοφὸν Βαλσαμὼν, ὅπερ καὶ ἡμῖν ὁ σκοπὸς ἦν δεῖξαι, *secundum sapientem illum Balsamonem, quod nobis etiam propositum erat ostendere.* Nimirum ac si indubium illud redderetur, cum sapiens ille Balsamon ita esse affirmaret. Quin et citantur Balsamonis scholia a Nicolao Hydruntino, in scholio e principio codicis Græci ms. Barberini, a Leone Allatio, *De perpetua consensione Ecclesiæ Occidentalis* et *Orientalis* libro, cap. 1, 21 laudato, ubi hæc habet : Εὗρον δὲ οὕτως καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἐν τῇ βίβλῳ Θεοδώρου τοῦ Βαλσαμὼν πατριάρχου Ἀντιοχείας· φησὶ γὰρ ἐκεῖνος ἐν τῇ κατ' αὐτὸν ἑρμηνείᾳ τοῦ Νομοκάνονος οὕτως· Σὺ δὲ εὑρίσκων ἔν τισιν ἀντιγράφοις σφάλμα γραφικὸν τὸ περὶ Κελεστίνου (ἀντὶ γὰρ Κελεστίου, Κελεστίνου μέμνηται) μὴ προσχῇς τοῖς οὕτω γεγραμμένοις. Ὁ γὰρ Κελεστῖνος πάπας ἦν Ῥώμης, ὀρθόδοξος, ὡς ἄνωθεν εἴρηται· ὁ δὲ Κελέστιος ὁμόφρων τοῦ Νεστορίου, ἤτοι αἱρετικὸς ἦν. *Et cum essem Constantinopoli, illud ita esse comperi in libro Theodori Balsamonis patriarchæ Antiocheni : ille enim dicit in sua canonum expositione : Tu*

vero inveniens in nonnullis codicibus errorem scripturæ circa Celestini nomen (namque pro Celestio Celestinus insertus est) dictis scriptis ne animum advertas. Nam Celestinus papa erat Romanus, orthodoxus, ut supra dictum est : Celestius vero cum Nestorio sentiebat, sive hæreticus erat. Quæ ipsa Balsamonis verba exstant in scholiis ejus ad primum synodi Ephesinæ canonem. Matthæus Blastares etiam in alphabetico ipsius syntagmate, hæc Balsamonis scholia non citat modo, sed et subinde transcribit. Quin etiam Isidorus Mercator, ad Latinam suam canonum versionem exornandam, hisce commentariis usus est. Is enim suæ duodecimi canonis synodi Gangrensis versioni hæc interserit, *Beros videtur Balsamon episcopus Antiochenus hunc locum interpretans, vocare vestes ex serico contextas.* Et ita quidem Balsamonem vocem Βήρους interpretatum esse, ex scholiis ejus in dictum canonem elucescit.

A tempore autem quo consummata sunt doctissima hæc Balsamonis in Nomocanonem Photii, et conciliorum Patrumque canones commentaria, quadringentos propemodum annos inter Græcos latuerunt, Latinis pleriaque incognita : donec Gentianus Hervetus, Tridenti, cum concilium ibi haberetur, commorans, et accuratum eorum nactus exemplar a Joanne Tilio, episcopo Briocensi, illud Latine vertit. Quæ ejus versio sine Græco textu, a Gulielmo Morelio Lutetiæ Parisiorum typis mandata fuit anno Domini 1561. Post multos autem annos bibliopolæ Parisienses Græcum quoddam consecuti apographum, illud una cum prædicta Herveti versione in publicam lucem emiserunt, Lutetiæ Parisiorum anno Domini 1620. Et hæc quidem editio, eaque sola, ab eo usque tempore doctorum manibus trita fuit. Verum enimvero licet ad istam exornandam editionem Parisiensem, multa ex mss. Vaticanis, et nonnulla ex codice hæredum Achillis Harlæi, primi in suprema curia Parisiensi præsidis, collecta fuerint ; quamplurima tamen in ea doctis adhuc desiderata sunt. Multæ enim lacunæ in ipso Græco textu relictæ sunt, quæ a nullo exemplari Græco suppleri poterant : et ipsi editores ingenue fatentur, se in nullum incidisse perfectum et expletum codicem Græcum, qui Latinam Herveti versionem æquaret, quam nihilo secius adhibuerunt. Quo factum est, ut inter Græcum textum et Latinam versionem, quamplurimis in locis minime conveniat, cum exemplar quo usus est Gentianus Hervetus nunc plura, nunc pauciora habuerit, quam illud quod ejus versioni adjunxerant. Et ubi totidem utrobique sunt sententiæ, sensus tamen hic atque ibi alius sæpe deprehenditur.

Cum itaque Parisiensis horum Balsamonis in canones commentariorum editio adeo mutila fuerit, atque imperfecta, summo rei canonicæ emolumento accidit, ut vetus admodum et completum eorumdem exemplar in locupletissima nostra bibliotheca Bodleiana Oxoniæ haberemus, quod quadringentis circiter abhinc annis, ut ex charta, characteribus, ligaturis, aliisque istiusmodi antiquitatis indiciis conjicimus, eleganti manu exaratum prelo tandem aliquando subjecimus, et publici hoc in opere juris fecimus. Neque enim fas erat, ut tam pretiosum juris canonici κειμήλιον in una bibliotheca diutius lateret : quo non modo omnes, quæ in priori fuerunt editione, lacunæ suppletæ sunt ; verum etiam alia quamplurima ibi desiderata, hic interseruntur, et omnia fere usque adeo emendantur, ut vera Balsamonis Antiocheni in canones commentaria nunc primum in lucem emissa videantur.

Ad majorem tamen operis ornatum duobus aliis eorumdem scholiorum codicibus mss. usi sumus, Ætoniensi, et Amerbachiano ; quorum illud amplissimo viro Richardo Allestry, SS. theologiæ professori regio in Academia Oxoniensi, et regalis collegii Ætoniæ constituti præfecto acceptum ferimus : utpote qui curam adhibere dignatus est, ut variantes ex codice ms. in bibliotheca ejusdem collegii reposito lectiones colligerentur. Alter codex ms. quo adjuti sumus, est vetustus ille et insignis, qui in publica Academiæ Basileensis bibliotheca exstat, cui eum clarissimus vir Basilius Amerbachius (a cujus nomine *Amerbachianum* appellamus) legato dedit anno Domini 1593. Quo inter alia, Balsamonis simul et Zonaræ in canones commentaria, nitido et vetusto charactere descripta, continentur ; sed Zonara perpetuo Balsamoni præmisso. Hujus elegantis codicis usum-fructum honoratissimi illius Academiæ proceres ad hanc editionem adornandam permiserunt nobis exhibendum per manum et industriam doctissimi viri domini Joannis Rodolphi Wetstenii, filii, qui tanta fide, tanta diligentia ms. istum codicem cum Parisiensibus Balsamonis et Zonaræ editionibus contulit, ut pares ei gratias referre nequaquam possimus, neque nos solos, verum et omnes omnino juris canonici studiosos hoc singulari ipsius officio sibi in æternum devinctos habebit. Omnes enim varias lectiones exquisitissime collegit ; et multa insuper antiqua in canones scholia e codice isto exscripsit, quæ nec in Balsamonis, nec Zonaræ commentariis, nec alio, quantum scimus, codice habentur. Hoc sane dolendum est, quod nescio quo fato accuratæ istæ collectiones, per biennium fere in itinere hærentes, serius ad manus nostras pervenerunt, quam ut dicta scholia ipsi operis hujus corpori suis in locis interseri poterant. Ne quis tamen de iis omnino hic desideratis conquereretur, ea omnia, Latine etiam a nobis versa, annotationibus inseruimus, ad eosdem relata canones, quibus in codice Amerbachiano ascripta sunt. Ex variis autem lectionibus pro comperto habemus, codicem istum Amerbachianum cum Bodleiano nostro plerumque convenire, etiam ubi Parisiensis editio ab utroque discrepat : adeo ut inter innumeras illas, quas clarissimus vir, ms. Amerbachianum cum Parisiensibus codicibus conferens, varias collegit lectiones, raro admodum ulla, notatu saltem digna, occurrat, quæ a codice nostro hic impresso dissidet. Quod idem et de codice Ætoniensi dicendum est. Namque inter tres hosce codices optime convenit ; quemadmodum in annotationibus multoties observare licet, ubi tres hosce codices se invicem confirmantes sæpe producimus. Inter eos autem

et Parisiensem editionem multum discriminis passim occurrit, et idcirco etiamsi Latinam Gentiani Herveti versionem, quoad ejus fieri potuit, retinere eniteremur; eam tamen quamplurimis in locis immutare coacti sumus, ut Græco eam textui a nobis edito adaptaremus. Et ubi Gentianus Hervetus sensum alicujus loci, quod sæpe accidit, male intellexit, vel saltem non bene expressit, nos versionem ejus emendavimus, et emendationis istiusmodi rationem in annotationibus ut plurimum reddidimus.

Hactenus de Balsamone, et eruditis ejus in canones commentariis. Sequitur Zonaras, qui sub Alexio Joanne Comneno floruit, et summos in imperio Orientali honores gessit: nam magnus drungarius vigiæ, et protoasecretis fuit, sive primus a secretis. Post aliquot autem annos sæcularium pertæsus negotiorum, ad monasticam vitam secessit, quam transigens, multa scripsit, quibus posteros sibi obligatos tenet. Primo enim universalem conscripsit historiam a mundo condito usque ad Alexii Comneni imperatoris, sub quo vixit, obitum, hoc est, usque ad annum Domini 1118. Elegantem etiam orationem composuit, quæ inscribitur, Ἰωάννου τοῦ Ζωναρᾶ τοῦ γεγονότος μεγάλου δρουγγαρίου τῆς Βίγλης καὶ πρωτοασηκρῆτις λόγος πρὸς τοὺς τὴν φυσικὴν τῆς γονῆς ἐκροὴν μίασμα ἡγουμένους. *Joannis Zonaræ, magni quondam drungarii vigiæ, et primi a secretis oratio ad eos, qui naturalem seminis effluxum immunditiem existimant.* Exstat in *Juris-Græco-Romani* lib. v. Quin etiam majorum jussu et amicorum suasu compulsus, canonico Græcorum juri interpretando egregiam operam navavit, quod eruditum opus a se conscriptum sic inscripsit; Ἐξήγησις τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων τῶν τε ἁγίων καὶ σεπτῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν ἱερῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν τοπικῶν ἤτοι μερικῶν, καὶ λοιπῶν ἁγίων Πατέρων, πονηθεῖσα Ἰωάννῃ μοναχῷ τῷ Ζωναρᾷ, τῷ γεγονότι μεγάλῳ δρουγγαρίῳ τῆς Βίγλης, καὶ πρωτοασηκρῆτις. *Expositio sacrorum divinorumque canonum, tam sanctorum et venerandorum apostolorum, quam sacrarum œcumenicarum synodorum, sed et localium sive particularium, reliquorumque sanctorum Patrum, elaborata per Joannem Zonaram monachum, qui fuit olim magnus drungarius vigiæ, et primus a secretis.* Ipsi autem operi hanc præfationem præmisit, quam suo loco prætermissam hic apponere visum est. Ἡ δήλωσις τῶν λόγων σου φωτιεῖ καὶ συνετιεῖ νηπίους, πρὸς τὸν Θεόν φησιν ὁ προφήτης, καὶ θεοπάτωρ Δαβίδ. Λόγος δὲ τοῦ Θεοῦ εἰκότως ἂν τις καὶ τὰ τῶν θείων ἀποστόλων καὶ Πατέρων λογίσαιτο διατάγματα, ἐπεὶ τῷ θείῳ Πνεύματι ἐνηχούμενοι ἐκεῖνοι ταυτὶ διετάξαντο. Εἴ τις οὖν ποιήσαιτο τὴν τῶν ἱερῶν κανόνων σαφήνειαν, καὶ τὸν τούτων νοῦν ἀναπτύξας δηλώσειε, φωτιεῖ τοὺς δι' ἁπλότητα καὶ ἀπλαστίαν ἠθῶν νηπιάζοντας, καὶ μὴ πεφυκότας τοῦ βάθους ἐξικνεῖσθαι τῶν κανόνων τῶν ἱερῶν. Διὰ ταῦτά μοι ἐγχειρητέον τῷ ἔργῳ, ὡς εἰς ὠφέλειαν ἴσως ἐσομένῳ πολλοῖς, καὶ ὡς δύναμις ἑκάστῃ διαταγῇ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων, καὶ σεπτῶν Πατέρων, μᾶλλον μέντοι, ὡς ἂν δοίη Θεὸς, ἰδιάζουσαν ποιητέον καὶ συντετμημένην ἐξήγησιν. Μή τις δέ μοι καταγνοίη προπέτειαν· οὐ γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ τῷ πονήματι ἐγχειρῶ, ἀλλὰ παρακληθεὶς ὑπέκυψα, καὶ τῷ πόνῳ δέδωκα ἐμαυτὸν, ἵνα μὴ δι' ἀνηκοΐαν κατακριθῶ. *Declaratio sermonum tuorum illuminat, et intellectum dat parvulis. Hæc Deo dicit propheta et divinus pater David. Porro Dei sermones merito quis et probabiliter dixerit esse divinorum apostolorum Patrumque præceptiones, quia divino ipsi afflati doctique Spiritu hoc instituerunt. Si quis igitur elucidationem sacrorum canonum fecerit, eorumdemque sententiam reserans declararit, his quidem certe lumen intulerit, qui per simplicitatem morumque ruditatem sunt velut infantes, haud dum satis apti in sacrorum canonum profunditatem penetrare. Propterea mihi sumendum fuit hoc opus in manus, ut usui fortasse futurum multis, ut etiam pro mea virili sit unaquæque sacrorum apostolorum Patrumque venerandorum dispositio nota, maxime quidem, prout dederit ipse Deus, peculiarem compendiosamque faciens enarrationem. Nullus autem me condemnet insolentiæ vel temeritatis. Nec enim mea sponte labori manus admolior; sed rogatus obsecundavi, negotioque me dedi, ne propter inobedientiam coarguerer.*

In hisce autem scholiis in canones componendis, Zonaræ aliud atque Balsamoni propositum fuit. Hic enim civilis æque ac canonici juris consultissimus, utriusque concordiam persequitur, apparentes discrepantias componit, et canonicas quæstiones a se motas multoties solvit. At Zonaras e contra ipsis canonum verbis et sensui interpretandis stricte adhæret, raro admodum ad civiles leges digrediens. Hinc fit, quod Balsamon totum Zonaræ commentarium totidem nonnunquam verbis transcribat; superfluum nimirum judicans, alia Zonaræ dictis addere, cum nihil in tali canone occurrat, de quo ex legibus politicis et imperialibus constitutionibus disputatio instituatur, hoc est, nihil quod ad suum propositum pertineat. Subinde etiam Zonaræ interpretationem celato nomine perstringit; neque uspiam ejus mentionem facit, præterquam commentariis ad epistolam canonicam sancti Athanasii ad Ammunm, ubi eum vocat ὑπερφυέστατον ἐκεῖνον Ζωναρᾶν, *summe excellentissimum illum Zonaram*, eumque dictam epistolam σοφῶς καὶ ὑπερδεξίως, καὶ ὡς οὐκ ἄν τις κρειττόνως, *sapienter, et peraptissime, atque ita ut nemo melius*, interpretatum esse affirmat.

Quin etiam Matthæus Blastares Zonaræ scholia subinde citat, nomine etiam ejus nonnunquam iis præfixo, ut lit. E, cap. 11: Εἰ μήπου τις εἴποι, ὁ ὑπερφυὴς δὲ τοῦτό φησι Ζωναρᾶς, *Ne forte dixerit quispiam, insignis autem hoc dicit Zonaras*, scilicet in syn. Chalced. can. 28. Alias raro invenimus hæc Zonaræ commentaria ab antiquiori aliquo laudata; nisi quod anonymus quidam a Leone Allatio, *De perpetua consensione Ecclesiæ Occidentalis et Orientalis*, lib. II, cap. 10, citatus, hæc de iis habeat: Τελευταῖος δὲ πάντων καὶ ὁ θαυμαστὸς Ζωναρᾶς μοναχὸς Ἰωάννης τοὺς θείους καὶ ἱεροὺς κανόνας τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, καὶ τῶν ἑπτὰ ἁγίων οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ πάντων τῶν

ἁγίων Πατέρων ἡμῶν συνέστατο καὶ εὐλαβέστατα ἐξηγησάμενος, καὶ οὐδαμοῦ τὸν πάπαν ὡς ὀρθόδοξον ὠνόμασε· μᾶλλον δὲ καὶ τῷ ἀναθέματι καθυπέβαλεν τοὺς τὰ ὅρια Πατέρων σαλεύοντας, καὶ ἀθέτησιν ποιοῦντας τῶν θείων κανόνων. *Quidam vero postremus, et admirabilis ille Joannes Zonaras monachus, divinos sacrosque canones sanctorum et perillustrium apostolorum, et septem sanctarum œcumenicarum synodorum, et omnium sanctorum Patrum nostrorum, clarissime et plenissime interpretatus, nullo in loco papam orthodoxum vocavit: sed eos potius, qui terminos Patrum transmovent, et sacros canones pervertunt, anathemati subjecit.* Ex quo tamen uno testimonio satis abunde constat, quanti hæc canonum expositio a Joanne Zonara elaborata, apud Græcos suos æstimata fuerit.

Quod ad priores horum Zonaræ in canones commentariorum editiones spectat, primo quidem scholia ejus in canones apostolorum sola Latine versa et in lucem emissa sunt anno Domini 1558 per Joannem Quintinum, in Academia Parisiensi juris canonici tunc temporis professorem. Postea Antonius Salmatia commentarios ejus etiam in canones conciliorum Latine versos edidit Mediolani, anno Domini 1618. Latinæ cujus versioni typographus Parisiensis Græcum etiam textum ex codice ms. in bibliotheca regis Christianissimi erutum, addidit, et evulgavit Lutetiæ Parisiorum anno Domini 1618. Sed adhuc desiderata erant commentaria ejus in canonicas sanctorum Patrum epistolas, quæ propterea ibidem impressa sunt una cum S. Gregorii Neocæsariensis sive Thaumaturgi, Macarii Ægyptii, et Basilii 1622. Adeo ut omnia Zonaræ in canones commentaria, ante hanc nostram eorum editionem Oxoniensem, simul nuspiam prodierint. Ad hanc autem exornandam editionem, non modo variantibus lectionibus ex codice Henrici II insignibus ornato, et ex altero illo Augusti Gallandi, in Parisiensi foro advocati, in supplemento ad Parisiensem editionem collectis, usi sumus, verum etiam consultum ivimus antiquum ms. codicem in bibliotheca nostra Bodleiana, quo omnes habentur apostolorum canones una cum Zonaræ et Balsamonis commentariis iis annexis. Summo autem ornamento huic nostræ editioni fuit, codex ille Amerbachianus ante commemoratus, ex quo variantes lectiones per universa Zonaræ non secus ac Balsamonis commentaria, clarissimus vir, Joh. Rod. Wetstenius supradictus, nobiscum communicare dignatus est. Quibus omnibus codicibus summa diligentia et fidelitate inter se collatis, perfecta tandem et completa Joannis Zonaræ in omnes apostolorum, conciliorum, et Patrum canones commentaria, una cum prioribus Latinis versionibus, sed innumeris in locis emendatis, et Græco textui longe accommodatioribus edimus.

Post Balsamonis et Zonaræ commentaria, epitome cujusque canonis, et Alexii Aristeni in eamdem scholia hoc opere exhibentur. Quantum primo ad canonum epitomen spectat, ea partim in *Bibliotheca Juris canonici veteris* edita est, idque sub ipsius Alexii Aristeni nomine, perinde nimirum ac si is epitomes istius auctor fuisset. Sed multa sunt, quæ isti opinioni refragantur. Eadem enim epitome, licet alio conciliorum ordine observato, etiam Symeoni Logothetæ in eadem Bibliotheca attribuitur. At veri prorsus dissimile est, ut ambo canones in epitomen redigentes in eadem verba conspirarent. Nec video quidem, quo jure hæc epitome utrivis eorum ascribatur. Sane Alexio Aristeno ascribi nequit, quippe qui eam nonnunquam redarguit, et auctorem ejus, quicunque demum is fuerit, canonem non recte intellexisse asserit, ut in scholiis ejus ad epitomen canonis apostolici LXXV dicit, Ὁ τὸν παρόντα συνοψίσας κανόνα οὐ καλῶς τοῦτον ἐνόησε, *Qui synopsin præsentis canonis fecit, eum non bene intellexit*: et ad epitomen undevicesimi canonis synodi Ancyran., ait, Ὁ γοῦν συνοψίσας τὸν παρόντα κανόνα τὸν μὲν ἐν πλάτει κείμενον ἀφορισμὸν τῶν διγάμων, τῷ ἀθετοῦντι τὴν παρθενίαν παρέδραμε, *Qui hujus itaque canonis synopsin fecit, digamorum segregationem in latitudine positam in eum qui cœlibatus professionem irritam fecit, transtulit*. Adeo ut sole meridiano clarius elucescat, Alexium Aristenum hujus canonum epitomes auctorem non fuisse.

Quisnam itaque epitomes hujus sive abbreviationis canonum auctor fuit, minus compertum habemus. Hoc saltem constare videtur, quod ea diu ante Aristenum memoriæ sublevandæ causa confecta fuit, atque adeo ut nonnunquam totius cujusvis canonis vicem suppleret, ejusque loco citaretur. Cujus rei illustre habemus exemplum in Nicolai Hydruntini (qui sub Alexio Angelo floruit) scholio ex Leone Allatio superius citato, quod sic incipit, Σχόλιον Νικολάου Ἰδροῦντος, περὶ Κελεστίνου καὶ Κελεστίου παπῶν Ῥώμης. Ὁ εὑρίσκων ἐν τῷ τέλει τοῦ τετάρτου κανόνος, τῆς ἐν Ἐφέσῳ ἁγίας συνόδου, οἵτινες τῶν κληρικῶν Κελεστίνῳ ἢ Νεστορίῳ συμφρονήσωσιν καθαιρετέοι, μὴ ἀναγινωσκέτω Κελεστίνῳ μετὰ τοῦ ν, ἀλλὰ Κελεστίῳ χωρὶς τοῦ ν. Ὁ γὰρ Κελεστῖνος ἅγιος ἦν καὶ ὀρθόδοξος πάπας Ῥώμης, ὁ δὲ Κελέστιος ἦν αἱρετικός. *Scholium Nicolai Hydruntini de Celestino et Celestio papis Romanis. Qui offendit in fine quarti canonis sanctæ Ephesinæ synodi, clerici*, qui Celestino sive Nestorio consenserint, deponendi, *ne legat Celestino cum* n, *sed Celestio sine* n. *Namque Celestinus sanctus erat et orthodoxus papa Romæ, Celestius autem hæreticus*. Ista enim verba, οἵτινες τῶν κληρικῶν Κελεστίνῳ ἢ Νεστορίῳ συμφρονήσωσιν, καθαιρετέοι, in ipso quarto canone synodi Ephesinæ non inveniuntur; sed in epitome istius canonis quam hic exhibemus, totidem verbis leguntur; nisi quod pro οἵ τινες, in nostro codice levissima mutatione scribatur εἴ τινες. Unde palam est ipsam epitomen hic citari, idque sub nomine totius canonis. Adeo ut hæc canonum synopsis legis vicem iis supplevisse videatur, quibus integri canones haud præsto essent. Et hinc, ni fallor, est, quod nunc Alexii Aristeni, nunc Symeonis Logothetæ, et aliquando forsitan aliorum nomina sibi inscripta habeat, a quibus ad privatum usum descripta fuit. Vel forsitan quod Symeon Logotheta, non minus quam Alexius Aristenus, scholia in eam ediderit, quæ modo

perierunt. Et nos enim Aristéni nomen ad epitomèn eo tantum nomine præfiximus, quod ille eam interpretatus est.

Istam autem antiquam canònum abbreviationem magni olim factam fuisse, ex eo constat, quód Alexius Aristenus tantum operæ et laboris in ea interpretanda consumpserit. Neque enim in re nihili se tam diu exercuisse censendus est. Nec parum huic pro antiqua hujus epitomes auctoritate argumento exinde accrescit, quod Aristenus eam scholiis illustrare dignatus est, etiam post divulgata erudita illa Joannis Zonaræ in integros canones commentaria, Aristenus enim Zonarą posterior claruit, sed anterior Balsamone, vel saltem eadem ætate. Balsamon enim eum commemoravit in sua sexti canonis apostolici interpretatione, ubi ait, Ὅτι καὶ τὸν ὑπέρτιμον ἐκεῖνον καὶ μέγαν οἰκονόμον, τὸν Ἀριστηνὸν διὰ τριακονθημέρων ἐπιφωνημάτων τριῶν ἐπεφωνήσατο ἡ ἁγία σύνοδος ἀποσχέσθαι τοῦ δικαιοδοτικοῦ ὀφφικίου. *Nam et incomparabilem illum, et magnum œconomum Aristenum, tribus publicis* XXX *dierum edictis a juris dicendi officio cessare jussit sancta synodus.* Ubi etiam observes, quanto hic officio in Ecclesia Constantinopolitana functus est, cum magnus in ea œconomus fuerit; item quanto eum elogio Balsamon ornat, ὑπέρτιμον appellans : quam honorificam ejus mentionem idem Balsamon etiam in scholiis suis ad synodi Trullanæ canonem 37 facit, his verbis, Προεβάλετο γὰρ τὸν τοιοῦτον κανόνα ὁ ὑπέρτιμος ἐκεῖνος κῦρος Ἀλέξιος ὁ Ἀριστηνὸς κατὰ τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου Ἱεροσολύμων κυροῦ Νικηφόρου. *Hunc enim canonem incomparabilis ille dominus Alexius Aristenus contra sanctissimum illum patriarcham Hierosolymitanum Nicephorum protulit.* Ubi obiter etiam observatum velim, quantum in jure canonico interpretando nomen Alexius Aristenus tunc dierum habebat, cum consultus esset, et in isto jure contra patriarcham responderet. Ex istis insuper verbis colligere est, quibus temporibus ille floruit. Namque Nicephorus ille Hierosolymitanus, contra quem Aristenus istum canonem protulit, synodo interfuit Constantinopoli celebratæ anno mundi 6674, sive Christi, 1166, ut ex subscriptionibus patet, quas Leo Allatius edidit, *De perpetua consens. Eccles. Occidentalis et Orientalis* lib. 11, cap. 12. Is erat annus Manuelis Comneni XXIII, cujus imperatoris jussu Balsamon sua in canones commentaria aggressus est, ut e supradictis liquet. Sub eodem igitur imperatore Aristenum etiam claruisse certum est : etiamsi Leo Allatius tractatu *de ætate et interstitiis*, in collatione ordinum etiam apud Græcos servandis, eum jussu Joannis Comneni, qui Manuelem proximus in imperio præcessit, Nomocanonem suum edidisse asseruerit.

Porro hæc Alexii Aristeni in dictam canonum synopsin commentaria, in codice ms. quem edimus, sic inscripta sunt, Νομοχάνονον σὺν Θεῷ ἑρμηνευθὲν παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου νομοφύλακος κυρίου Ἀλεξίου τοῦ Ἀριστηνοῦ, *Nomocanonum, Deo assistente, interpretatum per Deo charissimum nomophylacem dominum Alexium Aristenum.* Ubi primo observare licet, hanc ipsam canonum in epitomen contractorum collectionem νομοχάνονον vocari : quo nomine etiam integrorum canonum collectio sæpe nuncupatur. Nemo, fateor, inficias eat, quin veteres istiusmodi solos libros, quibus νόμοι καὶ κανόνες leges civiles et canones ecclesiastici simul collecti sunt, νομοκανόνας appellarint; quemadmodum Joannes Antiochenus librum istum, quo canones solos in quinquaginta titulos digessit, simpliciter συναγωγὴν τῶν κανόνων vocavit; istum autem, quo canonibus ecclesiasticis leges imperatorias et civiles adjunxit, νομοκανόνα nuncupavit. Et ob eamdem etiam rationem Photii Nomocanon nomen istud sortitus est : quem Balsamon in præfatione ad eumdem, etiam νομοχάνονον appellat. Verum enimvero quævis integrorum canonum collectio νομοχάνονον etiam nonnunquam audit : quod miror ab ullo unquam denegatum fuisse, cum hæc vox in isto sensu ab ipso Balsamone sæpe usurpetur; ut in Nomocan. Phot. tit. 1, cap. 9 ait, Αὐτὸς ἐπέμεινε λέγων, μὴ δίκαιον εἶναι κεραίαν ἀθετηθῆναι ἐκ τῶν ἐν τῷ Νομοκανόνῳ γεγραμμένων, τῷ ὡς θεογράφους πλάκας παρὰ τῇ Ἐκκλησίᾳ λογιζομένῳ. *Ipse perstitit dicens, non æquum esse ut vel apex aboleretur ex iis, quæ in Nomocanone scripta sunt, quod instar divinarum tabularum ab Ecclesia reputatur.* Ubi Νομοχάνονον corpus canonum ecclesiasticorum aperte significat, quemadmodum et in ejusdem Balsamonis scholiis ad synodi Trullanæ canonem 1 dicentis, Τὰ μὲν νεόγραφα Νομοχάνονα, ὡς μὴ ἔχοντα καὶ ὑπογραφὰς τῶν ἐκθεμένων τὰς συνόδους βασιλέων καὶ πατέρων παρέδραμον· ἐψηλάφησα δὲ παλαιόγραφα Νομοχάνονα. Et sic passim alibi; ut nihil certius esse possit, quam ipsas canonum collectiones νομοχάνονα vocitari. Hoc autem nomen etiam synopsi canonum ab Alexio Aristeno interpretatæ inscriptum est, ut ex titulo superius citato constat, quod prius expositam nostram de hac canonum epitome sententiam egregie confirmat; cum hæc eodem nomine, quo ipsa integrorum canonum collectio, νομοχάνονον scilicet, appelletur : nimirum quod totum jus canonicum in ea non secus atque in ipsis canonibus exhiberi persuasum esset. Hoc itaque Nomocanonum Alexius Aristenus interpretatus est, qui in inscriptione θεοφιλέστατος νομοφύλαξ nominatur, quem etiam magnum œconomum aliquando fuisse, Balsamonis verba superius laudata fidem faciunt.

Hæc Aristeni in Nomocanonum abbreviatum scholia non memini ab antiquiori quopiam scriptore commemorata esse vel laudata; nisi quod scholiastes in codice Amerbachiano nonnulla ex iis mutuatus esse, et Balsamon ea nonnunquam citasse videatur, ut in annotationibus subinde observatum est. Ex recentioribus, Gilbertus Genebrardus libro *De Trinitate* Alexium Aristenum citat, eumque diaconum Ecclesiæ Constantinopolitanæ fuisse affirmat. Leo Allatius hæc scholia sæpe laudat, sed ex biblio-

theca Vaticana : nunquam enim antehac edita fuerunt. Ad hanc autem nostram eorum editionem perpoliendam, quatuor usi sumus codicibus mss. quorum unum nobiscum communicavit clarissimus vir Joannes Pearson, SS. theologiæ professor Margareticus in universitate Cantabrigiensi, qui in bibliotheca collegii SS. Trinitatis, cui ipse præfectus est in eadem universitate, codicem istum nitide exaratum inveniens, eumdem nobis Latine vertendum concedere dignatus est, et sic primam huic edendo operi occasionem præbuit. Iste autem codex e longe vetustiori in bibliotheca Bodleiana Oxoniæ exscriptus fuerat, quem propterea sæpe consulere necessum habuimus. Quin et alium suppeditavit insignissimus vir Thomas Brown, SS. theologiæ professor, et capellæ regiæ Windesoriæ præbendarius. Cum opus autem pene ad umbilicum perductum fuerit, alius in supradicta bibliotheca Bodleiana inventus est codex ms. eleganti et vetusto charactere exaratus : e quo nonnulla excerpta sunt, quæ in aliis codicibus desiderantur, ac proinde post canonicas epistolas, ad quas pertinent, in secundo tomo eduntur. Eorum autem collectionem pariter atque versionem viro multis nominibus honorando D. Joanni Fell, S. T. P., Ecclesiæ cathedralis Christi decano in Universitate Oxoniensi debemus, qui ad uberiorem hujus operis ornatum curavit, ut illud opus a docto quodam viro in eadem Academia perficeretur. Sed et eidem etiam præclara eruditione et insigni pietate viro accuratam totius hujusce operis editionem respublica canonica acceptam referat, quippe cujus solius cura atque consilio in omnibus adhibito, accurate adeo et polite prodit.

Ad calcem totius operis annotationes subjunximus (*a*); in quibus quid præstitimus, vel saltem præstare conati sumus, paucis expediemus. Primo enim nobis minime propositum fuit, in singulos canones eorumque scholia commentarios edere, quod operæ nobis pretium haud visum est. Ac proinde istiusmodi tantummodo locis, quæ obscuriora visa sunt, quæ perperam ab aliis intellecta, aut majoris momenti, et frequentioris in ecclesiasticis discutiendis controversiis usus, dilucidandis, vindicandis et ad genuinum ipsorum sensum restituendis, totam, qualis qualis fuit, operam locavimus. Hinc etiam variantes passim lectiones ex codicibus tam mss. quam impressis, adnotavimus; alia etiam quamplurima scholia, quæ ut neque ad Balsamonis, nec Zonaræ, nec Aristeni ἑρμηνείας pertinentia, in ipso operis corpore consulto prætermissa sunt, ex mss. Bodleianis et Amerbachiano, ad suos quæque canones inter annotationes apposuimus. Quidquid etiam scholiastes in Constantini Harmenopuli epitomen canonum conscripserunt, ad locum itidem quodque suum congessimus. Adeo ut nihil a Græcis quibuslibet in hoc canonici ipsorum juris corpus conscriptum ad notitiam nostram pervenit, quod non in hoc unico opere collectum exhibetur.

(*a*) Notas textui subjecimus, sed delectu habito. Edit. Patr.

THEODORI BALSAMONIS

ZONARÆ, ARISTENI

IN CANONES SS. APOSTOLORUM, CONCILIORUM

ET IN EPISTOLAS CANONICAS SS. PATRUM

COMMENTARIA *

—

ΚΑΝΟΝΕΣ

ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

—

CANONES

SANCTORUM APOSTOLORUM.

—

CANON I.

Episcopus a duobus vel tribus episcopis ordinetur.

BALS. Hic canon apostolicus disserit de ordinatione, quæ fit ab antistite in ecclesia; sicut magnus quoque dicit Paulus, *Nemini manus cito imponas*[1], nec alienis peccatis communices: non autem de electione, ut nonnulli dicebant, secuti ea quæ dicebantur sine scriptis, per manuum extensionem, factam quando a populo civitatum electiones antistitum fiebant. Etsi enim Laodicena synodus dicit in quinto canone non debere fieri ordinationes in præsentia audientium, et ideo nonnulli existimarunt hunc quoque canonem loqui de electione, mihi tamen videtur eos non recte dicere; quæ enim fit in Ecclesia ordinatio, per preces mysticas peragitur, etiamsi fiat coram multis: insuper cum quartus canon sanctæ primæ synodi Nicænæ decernat debere fieri electionem episcopi ab omnibus episcopis provinciæ, vel a tribus saltem, reliquis in scriptis assentientibus; dubito quomodo dixerunt nonnulli hunc canonem de electione antistitis intelligi qui

ΚΑΝΩΝ Α'.

Ἐπίσκοπος χειροτονείσθω ὑπὸ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν.

ΒΑΛΣ. Ὁ ἀποστολικὸς οὗτος κανὼν, περὶ χειροτονίας διαλέγεται τῆς παρὰ ἀρχιερέως τελουμένης ἐπ' ἐκκλησίας· καθὼς καὶ ὁ μέγας Παῦλός φησι· *Χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει, μηδὲ κοινώνει ἀλλοτρίαις ἁμαρτίαις.* Οὐ μὴν περὶ ψήφου, καθώς τινες εἶπον, ἀκολουθήσαντες τοῖς ἀγράφως λεγομένοις διὰ τὴν τῶν χειρῶν ἔκτασιν, τὴν γενομένην ὅτε παρὰ τοῦ πλήθους τῶν πόλεων αἱ ψῆφοι τῶν ἀρχιερέων ἐγίνοντο. Κἂν γὰρ ἡ ἐν Λαοδικείᾳ σύνοδος ἐν ε' κανόνι φησὶ, μὴ δεῖν τὰς χειροτονίας ἐν παρουσίᾳ ἀκροωμένων γίνεσθαι, κἀκ τούτου τινὲς ὑπέλαβον καὶ τὸν κανόνα τοῦτον περὶ ψήφου διαλέγεσθαι· ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ μὴ καλῶς τούτους λέγειν, ὅτι καὶ ἡ ἐπ' Ἐκκλησίας χειροτονία διὰ μυστικῶν εὐχῶν τελεῖται, κἂν ἐνώπιον πολλῶν γίνηται. Ἄλλως τε τοῦ δ' κανόνος τῆς ἐν Νικαίᾳ α' ἁγίας συνόδου, διοριζομένου τὴν τοῦ ἐπισκόπου ψῆφον γίνεσθαι παρὰ πάντων τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων ἢ τέως τριῶν, ἐγγράφως καὶ τῶν λοιπῶν

[1] I Tim. v, 22.

* Collectio sacrorum canonum, in quam Balsamon, Zonaras et Aristenus commentaria ediderunt, ea ipsa est, ni fallor, quam Photius olim confecit ad usum Ecclesiæ Græcæ, quamque hic edendam esse promisimus in tomo CIV *Patrologiæ Græcæ*. J. B. M.

συναινούντων, ἀπορῶ πῶς εἰπόν τινες τὸν κανόνα A τοῦτον νοεῖσθαι περὶ ψήφου ἀρχιερέως, λέγοντα ὑπὸ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν χειροτονεῖσθαι ἐπίσκοπον.

ΖΩΝΑΡ. Νῦν μὲν χειροτονία καλεῖται ἡ τῆς καθιερώσεως τοῦ ἱερᾶσθαι λαχόντος τελεσιουργία τῶν εὐχῶν, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπίκλησις· ἀπὸ τοῦ τὸν ἀρχιερέα τείνειν τὴν χεῖρα εὐλογοῦντα τὸν χειροτονούμενον· πάλαι δὲ καὶ αὐτὴ ἡ ψῆφος χειροτονία ὠνόμαστο· ὅτε γὰρ τοῖς τῶν πόλεων πλήθεσιν ἐξῆν ἐκλέγεσθαι τοὺς ἀρχιερεῖς, συνῄεσαν τὰ πλήθη· καὶ οἱ μὲν τόνδε ᾑροῦντο, οἱ δὲ τόνδε· ἵνα οὖν ἡ τῶν πλειόνων κρατοίη ψῆφος, λέγεται τείνειν τὰς χεῖρας τοὺς τὴν ἐπιλογὴν ποιουμένους, καὶ διὰ τούτων ἀριθμεῖσθαι τοὺς ἕκαστον ψηφιζομένους, καὶ τὸν παρὰ τῶν πλειόνων αἱρούμενον εἰς τὴν ἀρχιερωσύνην προκρίνεσθαι· κἀντεῦθεν ἐξελήφθη τῆς χειροτο- B νίας τὸ ὄνομα· τούτῳ δὲ καὶ οἱ τῶν συνόδων Πατέρες οὕτως εὑρίσκονται χρησάμενοι, καὶ τὴν ψῆφον χειροτονίαν καλέσαντες· ἡ γὰρ ἐν Λαοδικείᾳ σύνοδος ἐν πέμπτῳ κανόνι φησὶ μὴ δεῖν τὰς χειροτονίας ἐπὶ παρουσίᾳ ἀκροωμένων γίνεσθαι· χειροτονίας δὲ τὰς ψήφους ὠνόμασεν· ἐν γὰρ τῇ τελεσιουργίᾳ τοῦ ἀρχιερέως μᾶλλον ἔθος πολλοὺς συνέρχεσθαι· ἐν δὲ ταῖς ψήφοις, διὰ τὸ εἰσάγεσθαι τινὰ αἰτιάματα κατὰ τῶν ψηφιζομένων ἀνδρῶν, ἀπηγόρευται τὸ παρεῖναί τινας, καὶ ἀκροᾶσθαι τούτων. Χειροτονεῖσθαι δὲ οὗτος ὁ κανὼν διατάττεται ἐπίσκοπον παρὰ δύο ἐπισκόπων· ψηφίζεσθαι δὲ ἐπίσκοπον ὁ τέταρτος κανὼν τῆς πρώτης συνόδου ὁρίζει παρὰ πάντων τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων ἢ τέως τριῶν, ἐγγρά- C φως καὶ τῶν λοιπῶν συναινούντων.

ΑΡΙΣΤ. Δύο ἢ τρεῖς ἐπίσκοποι χειροτονοῦσιν ἐπίσκοπον.

Τρεῖς δὲ ἐξάπαντος ὀφείλουσι ψηφίζεσθαι ἐπίσκοπον, καὶ μὴ ἥττονες τούτων εἴπερ δυσχερές ἐστι πάντας τοὺς ἐπαρχιώτας ἐπισκόπους ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναχθῆναι· καὶ ζήτει κανόνα τέταρτον τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, καὶ ιγ' τῆς ἐν Καρθαγένῃ, καὶ ιθ' ἐν Ἀντιοχείᾳ.

ΚΑΝΩΝ Β.

Πρεσβύτερος ὑπὸ ἑνὸς ἐπισκόπου χειροτονείσθω, καὶ διάκονος, καὶ οἱ λοιποὶ κληρικοί.

ΒΑΛΣ. Καὶ οὗτος ὁ κανὼν περὶ χειροτονίας ἀκολούθως νομοθετῶν παρίστησι καὶ τὸν πρὸ αὐτοῦ κανόνα ἐκλαμβάνεσθαι περὶ ἐπισκόπων χειροτονίας, D οὐ περὶ ψήφου αὐτῶν. Οὐδὲ γὰρ ψηφίζεσθαι πρότερον πρεσβύτερον ἢ διάκονον ἀνεδιδάχθημεν ἢ ἕτερον κληρικὸν, καὶ οὕτω χειροτονεῖσθαι αὐτόν.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ τὴν ἐπιλογὴν, καὶ τὴν χειροτονίαν τῶν πρεσβυτέρων, καὶ διακόνων, τῷ ἐπισκόπῳ ἀνατίθησιν ὁ κανών· ᾧ ὑποκεῖσθαι μέλλουσιν οἱ χειροτονούμενοι.

ΑΡΙΣΤ. Εἷς ἐπίσκοπος χειροτονεῖ πρεσβύτερον καὶ διάκονον. Σαφής.

ΚΑΝΩΝ Γ'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος παρὰ τὴν τοῦ Κυρίου διάταξιν τὴν ἐπὶ τῇ θυσίᾳ προσενέγκῃ ἕτερά τινα ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, ἢ μέλι,

dicit a duobus vel tribus episcopis ordinandum episcopum.

ZONAR. Nunc quidem chirotonia vocatur *absolutio precum*, sanctique Spiritus invocatio, dum sacerdotio quis initiatur, et consecrationem sortitur. Ex eo dicta, quod pontifex extendat manum benedicens homini ad sacra deligendo : sed ipsum suffragium quondam nominatum est chirotonia. Nam cum urbium cœtibus liceret eligere sacrorum præfectos, conveniebant ipsi cœtus, et alii quidem hunc, alii vero deligebant illum. Quatenus autem plurium suffragium vinceret, eligentes ferunt solitos extendere manus; et per illas numerabantur, qui vel hunc, vel illum delegissent. A pluribus vero electum summo sacerdotio præfecere. Et hinc chirotoniæ nomen desumptum, quo sic etiam synodorum Patres inveniuntur usi, suffragium etiam nominantes chirotoniam. Laodicensis nempe synodus in quinto canone, dicit, Non oportere chirotonias in audientium præsentia fieri. Chirotonias autem appellavit suffragia. In plena enim pontificis consummatione magis obtinebat consuetudo ut plures una convenirent : sed in suffragiis ferundis, eo quod inducerentur contra electos viros accusationes quædam, aliquos vetatur adesse, et has audire. Hic autem canon a duobus episcopis episcopum jubet initiari. Sed quartus primæ synodi canon episcopum creari debuit ab omnibus episcopis provinciæ : vel tribus interea, dum reliqui subscriptione consentiant.

ARIST. Duo vel tres episcopi ordinant episcopum.

Tres omnino debent ordinare episcopum et non pauciores illis; siquidem difficile est omnes provinciæ episcopos in unum convenire. Quære etiam canonem quartum synodi Nicænæ, et XIII Carthaginensis, et XIX Antiochenæ.

CANON II.

Presbyter ab uno episcopo ordinetur, et diaconus, et reliqui clerici.

BALS. Hic quoque canon de ordinatione consequenter statuens, probat etiam præcedentem canonem accipi de ordinatione episcoporum, non de eorum electione. Neque enim presbyterum, vel diaconum, vel alium clericum prius eligi et sic ordinari docti sumus.

ZONAR. Et electionem, et ordinationem presbyterorum, atque diaconorum canon remittit episcopo : cui subjicientur ii, qui ordinantur.

ARIST. Unus episcopus ordinat presbyterum et diaconum. Perspicuus.

CANON III.

Si quis episcopus, vel presbyter, præter Domini de sacrificio ordinationem, alia quædam ad altare attulerit, vel mel, vel lac, vel pro vino siceram fa-

citiam, vel aves, vel aliqua animalia, vel legumina, præter ordinationem, deponatur, præterquam novas spicas vel unam tempore opportuno. Ne liceat autem aliquid aliud ad altare offerre quam oleum ad luminare, et incensum tempore sanctæ oblationis.

ἢ γάλα, ἢ ἀντὶ οἴνου σίκερα ἐπιτηδευτὸν, ἢ ὄρνεις, ἢ ζῶά τινα, ἢ ὄσπρια, παρὰ τὴν διάταξιν, καθαιρείσθω· πλὴν νέων χίδρων (1), ἢ σταφυλῆς τῷ καιρῷ τῷ δέοντι. Μὴ ἐξὸν δὲ ἔστω, προσάγεσθαί τι ἕτερον εἰς τὸ θυσιαστήριον ἢ ἔλαιον εἰς τὴν λυχνίαν, καὶ θυμίαμα τῷ καιρῷ τῆς ἁγίας προσφορᾶς.

BALS. Sacrificia quæ ex lege antiqua in templo fiebant, per sanguinem et animalium cædem, prohibentes divini Apostoli, incruentum, quod a Domino traditum est, sacrificium fieri jusserunt, et sacerdotem, qui præter hæc facit, deponendum esse statuerunt. Est autem sicera quidquid præter vinum inebriat. Cum autem audis canonem dicentem, Præterquam novas spicas vel legumina, ne putes per hæc permitti fieri sacrificium, et hoc enim prohibetur; sed dic ea offerri sacerdoti, tanquam novorum fructuum primitias : et ut ea ex manibus sacerdotis cum benedictione accipientes, Deo gratias agamus, qui ea nobis suppeditat, quæ ad victum nostrum cultumque sufficiunt. Et ideo, ut est verisimile, patriarchæ quoque uvæ offeruntur in altari sacræ ædis Blachernarum, peracto sacro in festo Dormitionis sanctissimæ Deiparæ. Ego autem vidi quemdam depositum, et ex venerandi monasterii regionis, cui præerat, præfectura ejectum, quod caseos et carnes ad altare inferret, consilio cujusdam improbi hominis, qui eum seduxit, et dixit hoc modo futuram plurimorum morborum medelam. Incensum autem et oleum propter sacrificium non offertur, sed ad templi illuminationem, et veræ luci et Deo gratiarum exhibendam actionem. Lege sextæ syn., can. XXVIII et XXXII et LVII.

ΒΑΛΣ. Τὰς ἐκ τοῦ παλαιοῦ νόμου γινομένας ἐπὶ τοῦ ἱεροῦ θυσίας δι' αἵματος καὶ ζώων-σφαγῆς ἀπαγορεύσαντες οἱ θεῖοι ἀπόστολοι, τὴν ὑπὸ τοῦ Κυρίου παραδοθεῖσαν ἀναίμακτον θυσίαν ἐκέλευσαν γίνεσθαι καὶ τὸν παρὰ ταῦτα ποιοῦντα ἱερέα καθαιρεῖσθαι διωρίσαντο. Σίκερα δέ ἐστι πᾶν τὸ ἄνευ οἴνου μέθην ἐμποιοῦν. Ἀκούων τὸ τοῦ κανόνος λέγοντος, « *πλὴν νέων χίδρων*, » ἤγουν ὀσπρίων, μὴ νομίσῃς συγκεχωρεῖσθαι τὴν διὰ τούτων θυσίαν· καὶ τοῦτο γὰρ ἀπηγόρευται· ἀλλὰ λέγε προσφέρεσθαι ταῦτα τῷ ἱερεῖ, ὡς ἀπαρχὰς τῶν ἐτησίων καρπῶν· καὶ ἵνα, λαμβάνοντες αὐτὰ ἀπὸ τῶν χειρῶν τοῦ ἱερέως μετ' εὐλογίας, εὐχαριστίαν τῷ Θεῷ ἀναπέμπωμεν, τῷ οἰκονομήσαντι τὰ πρὸς ζωάρκειαν καὶ θεραπείαν ἡμῶν. Διὰ γὰρ τοῦτο, ὡς ἔοικε, καὶ σταφυλὰς τῷ πατριάρχῃ προσφέρουσιν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ τοῦ θείου ναοῦ τῶν Βλαχερνῶν μετὰ τὴν ἱεροτελεστίαν κατὰ τὴν ἑορτὴν τῆς Κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου· ἐγὼ δὲ εἶδον καθαιρεθέντα καὶ τῆς ἡγουμενίας ἐκβληθέντα τινὰ προεστῶτα τῆς σεβασμίας μονῆς τῆς χώρας, διὰ τὸ τυροὺς καὶ κρέα ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ εἰσαγαγεῖν ἀπὸ συμβουλῆς ἀνθρώπου κακοῦ, πλανήσαντος αὐτὸν, καὶ εἰπόντος ἐκ τούτου τοῦ τρόπου πολλῶν ἀῤῥωστημάτων θεραπείαν γενέσθαι. Θυμίαμα δὲ καὶ ἔλαιον οὐ χάριν θυσίας προσάγεται, ἀλλ' εἰς φωταγωγίαν τοῦ ναοῦ καὶ εὐχαριστίαν τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς καὶ Θεοῦ. Ἀνάγνωθι τῆς ϛ' συνόδου κανόνας κη', λβ', νζ'.

ZONAR. Dominus tradens discipulis suis illud quod agitur in incruento sacrificio mysterium, hoc ipsum pane, vinoque conficiendum tradidit. Ob quod etiam ipsi apostoli prohibuerunt aliud quid in sacrificium adduci : vinique loco alia potionis uti specie vetuerunt, qualis est sicera. Sicera autem est, quidquid præter vinum facit ebrietatem, qualia sunt, quæ per artem parant homines, ut est appel-

ΖΩΝΑΡ. Ὁ Κύριος παραδιδοὺς τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ τὴν ἐπὶ τῇ ἀναιμάκτῳ θυσίᾳ τελετὴν, ἄρτῳ καὶ οἴνῳ ταύτην τελεῖν παραδέδωκε. Διὰ καὶ οἱ ἀπόστολοι ἕτερόν τι πρὸς θυσίαν προσάγεσθαι ἀπηγόρευσαν· καὶ ἀντὶ οἴνου δὲ ἑτέρῳ πόματι κεχρῆσθαι ἐκώλυσαν, οἷον σίκερα· σίκερα δέ ἐστι πᾶν τὸ ἄνευ οἴνου μέθην ἐμποιοῦν, οἷά εἰσιν ἃ ἐπιτηδεύουσιν ἄνθρωποι, ὡς ἡ λεγομένη χουμέλη (2), καὶ

Guil. Beveregii notæ.

(1) *Πλὴν νέων χίδρων*. Interpretes hic consentiunt, quod hoc canone præcipitur, ut novæ spicæ, tempore opportuno, id est, cum primo maturescant, non ut sacrificia Deo, sed ut primitiæ sacerdoti offerantur. Sic etiam Scholiastes in Harmenopuli epitomen, οὐχ ὡς θυσία ταῦτα, ἀλλ' ὡς ἀπαρχὴ καρπῶν νέων. Harmenop. epit. can. sect. 2, tit. 2.

(2) *Χουμέλη*. Etiamsi nomen hoc vix alibi, ni fallor, præterquam hoc loco occurrat, quin potionem tamen aliquam ex melle confectam significet, nemo dubitare potest. Et quidem mellitum aliquid vini loco offerre concilium Antisiodorense etiam prohibet : *Non licet in altario, in sacrificio divino mellitum, quod mulsum appellant, nec ullum aliud poculum, extra vinum cum aqua mistum, offerre.* Concil. Antesiod. can. 8. At præter χουμέλη, aliæ sunt quamplurimæ potiones inebriantes, quas sub *siceræ* nomine canon hic offerre vetat. Observatu dignissima sunt D. Hieronymi verba : *Sicera Hebræo sermone omnis potio nuncupatur, quæ inebriare potest sive illa, quæ frumento conficitur, sive pomorum succo, aut cum favi decoquuntur in dulcem et barbaram potionem, aut palmarum fructus exprimuntur in liquorem, coctisque frugibus aquæ pinguior coloratur.* Hieron. ad Nepot. *De vita cleric.* p. 6, col. 1, tom. 1, oper. per Erasmum. De sicera primo ex frumento consecta, sic Plinius : *Est et Occidentis populis sua ebrietas fruge madida : pluribus modis per Gallias Hispaniasque nominibus aliis, sed eadem ratione.* Plin. l. XIV, cap. 22. *Ægyptus quoque e fruge sibi potus similes excogitavit, nullaque in parte mundi cessat ebrietas*, ibid. et alibi. *Et frugum quidem hæc sunt in usu medico. Ex iisdem fiunt et potus, zythum in Ægypto, cœlia, et ceria in Hispania, cervisia et plura genera in Gallia, aliisque provinciis*, Id. lib. XXII, cap. ult. a fine.

ἔσα ὁμοίως σκευάζονται. Σταφυλὰς δὲ ἄρτι γενομένας πεπείρους, καὶ νέα χίδρα, ἤτοι ἀρτιφανῆ, καὶ πρὸς βρῶσιν ἤδη καθεστηκότα ὄσπρια (τοῦτο γὰρ δηλοῦται διὰ τοῦ εἰπεῖν, « τῷ καιρῷ τῷ δέοντι ») προσάγεσθαι συνεχώρησαν· πλὴν οὐχ ὡς θυσίας ταῦτα προσφέρεσθαι, ἀλλ' ὡς ἀπαρχὰς τῶν ὡρίων καρπῶν. Συγκεχώρηται δὲ προσάγεσθαι καὶ ἔλαιον, ὥστε φῶς διὰ τούτου ἀνάπτεσθαι τῷ ἀληθινῷ φωτὶ, καὶ θυμίαμα τῷ καιρῷ τῆς ἁγίας προσφορᾶς. Ἀνάγνωθι τῆς ἐν Τρούλλῳ συνόδου κανόνας λα', λβ', λη'.

A lata potio, Choumeli; et quæ similiter apparantur. Uvas autem jam maturas, novasque spicas, videlicet, recenter enatas, et ad cibum jam perfecta legumina (hoc enim significatur per id quod dicitur, tempore opportuno) permiserunt afferri. Verumtamen non ut sacrificia, isthæc offerri, sed tanquam primitias tempestivorum fructuum. Præterea, permissum est et afferri oleum, ut lumen per hoc accendatur vero lumini, incensum quoque, tempore sanctæ oblationis. Legas in Trullo synodi canones 31, 32 et 38.

ΑΡΙΣΤ. *Ἱερεὺς ὁ γάλα, ἢ μέλι, ἢ σίκερα, ἢ ζῶα, ἢ ὄσπρια τῷ θυσιαστηρίῳ προσάγων, πλὴν νέων χίδρων, καὶ σταφυλῆς, καὶ ἐλαίου, καὶ θυμιάματος, καθαιρείσθω.*

ARIST. *Sacerdos qui lac, vel mel, vel siceram, vel animalia, vel legumina altari affert, præter novas spicas, et uvam, et oleum, et suffitum, deponatur.*

B Τὸ προσάγειν τῷ θυσιαστηρίῳ τὰ ἀπηριθμημένα, τὸ μὲν, ὡς Ἑλληνικὸν, τὸ δὲ ὡς Ἰουδαϊκὸν ἀπηγόρευται. Ἀπαρχὰς δὲ τῶν νέων καρπῶν, ἤτοι ὀσπρίων καὶ σταφυλῆς, προσφέρειν κατὰ τὸν τῆς γεωργίας καιρὸν εἰς εὐχαριστίαν τοῦ δόντος Θεοῦ ἐπιτέτραπται.

Afferre altari quæ hic numerantur, illud quidem ut Græcanicum, hoc ut Judaicum prohibetur. Primitias autem recentium fructuum, vel leguminum, vel uvæ passæ offerre secundum agriculturæ tempus, ad gratias agendas Deo danti, permittitur.

ΚΑΝΩΝ Δ'.

Ἡ ἄλλη πᾶσα ὀπώρα εἰς οἶκον ἀποστελλέσθω, ἀπαρχὴ τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὸ θυσιαστήριον. Δῆλον δὲ ὡς ὁ ἐπίσκοπος καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἐπιμερίζουσι τοῖς διακόνοις καὶ τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς.

CANON IV.

Omnis alius fructus domum mittatur, primitiæ episcopo et presbyteris; sed non super altare. Clarum autem est, quod episcopus et presbyteri diaconis et reliquis clericis distribuunt.

ΒΑΛΣ. Σημείωσαι καὶ ἀπὸ τούτου τοῦ κανόνος ὅτι ἐν τῷ ναῷ μόνα ὄσπρια καὶ σταφυλαὶ ὡς ἀπαρχαὶ τῷ ἐπισκόπῳ προσάγονται· αἱ ὀπῶραι δὲ καὶ τὰ λοιπὰ ἀποστέλλονται τῷ ἐπισκόπῳ χάριν τοῦ δι' αὐτοῦ ἀξίαν τῷ Θεῷ εὐχαριστίαν δοθῆναι. Ὅπως δὲ τὰ ἐπὶ ταῖς μνήμαις τῶν ἁγίων καὶ τῶν κατοιχομένων προσφερόμενα, καὶ κανίσκια (3) λεγόμενα, διὰ πολυειδῶν ὀπωρῶν κοσμούμενα τῷ θυσιαστηρίῳ προσφέρονται, μαθήσῃ ἀπὸ τοῦ *Εἰς τοὺς κεκοιμημένους* λόγου τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου. Σὺ δὲ εἰπὲ ὅτι καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ἀναγκάζονται οἱ ἐπίσκοποι παρηγορεῖσθαι τοὺς κληρικοὺς αὐτῶν ἀπὸ τῶν εἰσόδων τῶν ἐκκλησιῶν.

BALS. Nota etiam ex hoc præsenti canone, quod C in templo sola legumina et uvæ, ut primitiæ, episcopo offeruntur: fructus autem et reliqua mittuntur ad episcopum, ut per eum, ut par est, Deo gratiæ agantur. Quomodo autem quæ in memoriis sanctorum et mortuorum offeruntur, et caniscia appellantur, omni genere fructuum ornata ad altare offerantur, disces ex oratione magni Athanasii, *De iis qui dormierunt*. Tu autem dic quod etiam ex præsenti canone necesse habent episcopi consolari clericos suos ex reditibus ecclesiarum.

Guil. Beveregii notæ.

(3) *Κανίσκια*. In codicibus antehac impressis est κοινίσκια. Gentianus Hervetus legit καινίσκια, transfert enim *Cæniscia*. Nos veram lectionem κανίσκια ex ms. Bodleiano restituimus. Sic etiam Joh. Meursius legit in Glossario, in voce σπόρτουλον. Nec κοινίσκια autem nec καινίσκια, ni fallor, uspiam occurrit. Κανίσκιον vero idem est quod κάνεον *canistrum*. Suidas, κάνεον, κανίσκιον. Hesychius, κανέοισι, κανοῖς, μαγίσι, κανισκίοις, et mox, κανοῦν, κανίσκιον. Hinc pro *sportula*, de qua ante dictum est, sive dono, quod in canistris deferri solet, accipitur. Ὅπου ἂν λαμβάνει δῶρα, ὅπου ἂν δέχεται κανίσκια. Gloss. Gr. Barb. διὰ τὸ τὸν πρῶτον ἄνθρωπον ἀποστεῖλαι μετὰ μεγάλου κανισκίου τὸν βασιλέα, Constantin. *De administr. imp.* Scribitur et κανίσγιον apud Nicet. Choniat. in Alexio Angelo, l. 3. Quænam autem hoc Balsamonis loco κανίσκια essent τὰ ἐπὶ ταῖς μνήμαις τῶν ἁγίων καὶ κατοιχομένων προσφερόμενα, certiores fieremus, si oratio illa S. Athanasii Εἰς τοὺς κεκοι- D μημένους, ad quam nos remittit, ullibi exstaret. Videntur tamen ejusdem naturæ esse ac quæ a Græcis κόλυβα etiamnum vocitantur. Κόλυβα autem Suidas σῖτος ἑψητός exponit. Enimvero Græci ex frumento leviter excocto et frugibus variis, ut pisis, tusis avellanis, amygdalis, nucibus, uva Corinthiaca, malogranatis, aliisque edulium quoddam conficiunt, quod κόλυβα vocant: hoc in sanctorum et defunctorum commemorationibus et Quadragesimæ initio propinquorum sepulchris impositum offerunt: postea vero in sacerdotis et ministrorum usum cedit. Hunc τῶν κολύβων ritum Theodori martyris monitu introductum esse scribunt Niceph. Callist. l. x, c. 12, et Nectarius in Synaxario Græco ad Feb. 17. Hujus autem generis fuisse κανίσκια a Balsamone hic commemorata, exinde liquet, quod hæc quoque διὰ πολυειδῶν ὀπωρῶν κοσμούμενα τῷ θυσιαστηρίῳ προσφέρονται, ut proximis verbis docet.

ZONAR. Fructus autumnales ad altare non oportet afferre. Sed qui pro debita gratiarum actione vult ex his offerre Deo decimas aut primitias, episcopo, presbyterisque deferat ipsas. Qui cum susceperint eas, in domesticam suam solam non habeant utilitatem, nec soli fruantur : sed universo clero distribuant.

ARIST. *Fructus domum mittantur, quos primi ordine sequentibus distribuant.*

Excepta uva passa primitias aliorum fructuum non licet altari offerre, sed domum mittere episcopo et presbyteris, ut distribuantur diaconis et aliis clericis. Uva enim in ecclesia offertur peculiariter ab aliis fructibus, ut et a vino ex ea facto, quod assumitur ad perficiendum incruentum sacrificium.

A ΖΩΝΑΡ. Τὰς ὀπώρας οὐκ εἰς τὸ θυσιαστήριον δεῖ προσάγεσθαι, ἀλλὰ τὸν βουλόμενον ἀπαρχὰς ἐξ αὐτῶν προσαγαγεῖν τῷ Θεῷ εἰς εὐχαριστίαν τῷ ἐπισκόπῳ ταύτας προσφέρειν καὶ τοῖς πρεσβυτέροις· κἀκείνους δεχομένους ταύτας μὴ εἰς οἰκείαν μόνην ἔχειν ἀπόλαυσιν, ἀλλὰ καὶ τῷ κλήρῳ διανέμειν παντί.

ΑΡΙΣΤ. *Αἱ ὀπῶραι οἴκοι πεμπέσθωσαν* (4) *ἃς οἱ πρῶτοι τοῖς ἑξῆς διανέμοιεν.*

Ἄνευ σταφυλῆς τὰς ἀπαρχὰς τῶν ἄλλων ὀπωρῶν οὐ τῷ θυσιαστηρίῳ προσφέρειν δεῖ, ἀλλ' οἴκοι στέλλεσθαι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, ἐπὶ τῷ διανείμασθαι ταῦτα τοῖς διακόνοις καὶ τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς. Ἡ γὰρ σταφυλὴ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ προσαχθήσεται, κατ' ἐξαίρετον τῶν ἄλλων ὀπωρῶν, ὡς καὶ τοῦ ἐξ
B αὐτῆς οἴνου εἰς τελεσιουργίαν παραλαμβανομένου τῆς ἀναιμάκτου θυσίας.

CANON V.

Episcopus, vel presbyter, vel diaconus uxorem suam ne ejiciat religionis prætextu : sin autem ejecerit, segregetur : et si perseveret, deponatur.

BALS. Ante sextam synodum, quæ fuit in Trullo palatii, licebat episcopis habere uxores, etiam post dignitatem episcopalem, quemadmodum et qui post matrimonium ordinantur sacerdotes et diaconi. Quoniam itaque ante CXVII Justiani Novellam, quæ sita est in libro Basilic. XXVIII, tit. 7, licebat cuilibet quavis ex causa mittere suæ uxori libellum repudii, dicit præsens canon, non licere episcopo, vel presbytero, vel diacono prætextu religionis suam uxorem ejicere. Hic autem canon exolevit, quod ad presbyteros et diaconos attinet; episcopi enim, ut dictum est, post episcopatum uxores habere non possunt; quod nunc non possit aliter solvi matrimonium quam pro causis quæ in dicta Novella continentur, quæ sunt hæ : Si quis ex conjugibus adversus imperatorem conspiraverit. Si uxor adulterata fuerit. Si alteruter vitæ alterius insidiatus fuerit. Si uxor cum viris externis nolente marito conviveteur, vel lavetur. Si extra domum mariti uxor manserit, nisi forte apud suos parentes. Si uxor vadat ad equorum Circense curriculum præter voluntatem mariti. Si alteruter conjugum vitam monasti-

ΚΑΝΩΝ Ε'.

Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα μὴ ἐκβαλλέτω προφάσει εὐλαβείας· ἐὰν δὲ ἐκβάλλῃ, ἀφοριζέσθω· ἐπιμένων δὲ, καθαιρείσθω.

A tes canones 12 et 13, Si quis eum, qui semel ad aliquid non recipiendus judicatus est, sine sui episcopi commendatitiis litteris sciens acceperit, segregetur; una autem segregetur is quoque qui receptus est. Sin autem non est is ejusmodi, ut recipi non possit, sed segregatus, rursus qui eum suscepit, segregetur; segregati autem augeatur segregatio. Quære etiam 11 canonem 4 synodi et Antiochenæ canonem 6 et Chalced. canonem 13.

ZONAR. In can. 12. [Ἤτοι,] hoc in loco non est expositivum [ἀφορισμοῦ] sed pro disjunctiva particula ἢ ponitur. De duobus enim dicere vult, de excommunicato et de non recipiendo : prinsque disputat de non recipiendo. In clero enim quidam ordinati (lectores, verbi causa, vel cantores) postu-B lant ordinari diaconi, et presbyteri. Qui vero sunt ipsos ordinaturi, in eorum vitam inquirentes, et quædam fortasse dubia comperientes, suspendunt ordinationem, donec quæ circumferuntur, ambigua de ipsis, dissolvantur. Hi vero ægre ferentes ad alios adeunt, ab illisque recipiuntur. Hoc igitur præsens interdicit canon, et quem pontifex putavit ad ordinationem non admittendum, jubet ab alio non recipi sine commendatitiis epistolis ejus episcopi a quo examinabatur : commendatitiæ vero epistolæ sunt, quæ dantur clericis, aut laicis ab aliorum commercio separatis, aut lectoribus in aliam civitatem abeuntibus, ipsos illius loci episcopo commendantes, ut pœnis solutos, vel fideles exsistentes; de quo latius dictum est in undecimo canone quartæ C synodi. Quod si quis talem quempiam receperit, canon tam suscipientem, quam susceptum subjicit excommunicationi. Lege canonem synodi Antiochenæ sextum et Chalcedonensis tertium.

ARIST. *Qui recipit eum qui alibi non est recipiendus, ipse magis sit non recipiendus.*

Qui ab episcopo aliquo examinatur, si recipiendus sit in sanctam Dei Ecclesiam, et dum hæc de ipso examinantur illinc recedens, et abiens ad alium episcopum, recipiatur ab eo sine litteris commendatitiis declarantibus inculpatum eum esse religione et vita, segregatus erit et ipse et qui recipit eum.

ZONAR. In can. 13. Suprascriptus canon de non

Guil. Beveregii notæ.

(22) *Περὶ ἀδέκτου πρότερον.* Eodem quo Balsamon et Zonaras sensu Scholiastes etiam Harmenopuli vocem ἄδεκτον interpretatur, Ἀδεκτός ἐστιν ὁ μὴ δεχόμενος εἰς μείζω βαθμὸν προβιβασθῆναι παρὰ τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου διά τινος ἴσως ἀμφιβολίας. Harmenop. epit. sect. 2, tit. 3. Et eodem quoque quo illi modo can. 12 de *non recipiendo*, et 13 de *segregato* Harmenopulus et Aristenus exponunt : quibus suffragatur et Josephus Ægyptius: *Quicunque sacerdos migrat e provincia in provinciam, et non secum affert* γράμμα συστατικόν, *ab episcopo suo, qui eum ordinavit sacerdotem, ne recipiatur in numerum sacerdotum, et si receptus fuerit, segregetur et ipse, et qui eum recepit.* Hic enim nulla, ut videmus, præviæ segregationis occurrit mentio ; sed de segregato, quem *expulsum sive anathemate*

D *percussum* vocat, in posteriore canonis parte agit : nam hos duos canones in unum contrahit hæc Arabica, non secus ac Latina canonum editio.

(23) *Ἢ ἀναγνώσταις.* Christophorus Justellus in notis ad can. ρπθ' Ecclesiæ universæ, hunc Zonaræ locum citans, pro ἀναγνώσταις legit ἀγνώστοις, quæ verior videtur lectio ; idcirco quod ἢ κληρικοῖς præcessit, sub quibus et ἀναγνῶσται continentur, et quod in his verbis Zonaras ad concil. Chalced. can. 13 respexisse videtur, quo ξένους κληρικοὺς καὶ ἀγνώστους in aliena civitate sine litteris commendatitiis sacra non obire constituitur.

(24) *Ἀνάγνωθι τῆς ἐν Ἀντιοχ.* Hæc usque ad finem in impressis desiderata, ex ms. Bodleiano nunc primum in lucem prodeunt.

recipiendo, et necdum ordinato, neque excommunicato promulgatus est : sed præsens canon de ordinato statuit, et excommunicato, qui post excommunicationem ægre ferens ad alium se confert pontificem, recipiturque ab eo illius excommunicationis ignaro. Canon igitur talis jubet excommunicationem intendi.

ARIST. *Qui segregationem suam mentitur, est minime recipiendus.*

Si quis a proprio episcopo segregatur, et proficiscens ad alium episcopum celat segregationem, et ab eo recipitur, aggravetur ei segregatio, tanquam mentienti et decipienti Ecclesiam Dei.

CANON XIV.

Episcopo non liceat, sua relicta parochia, ad aliam transilire, etiamsi a pluribus cogatur, nisi sit aliqua causa rationi consentanea, quæ eum cogat hoc facere, utpote cum possit ipse majus lucrum iis qui illic habitant pietatis verbo conferre; idque non ex se, sed multorum episcoporum judicio et maxima exhortatione.

BALS. Præsens quidem canon 14 decernit non licere episcopo ex sua parochia ad aliam transilire, etiam si populi utilitatis gratia hoc fecerit, et ab alienæ regionis populo ad hoc cogatur, nisi hoc ex synodali permissione fecerit. 16 autem canon Antiochenæ syn. dicit, eum rejiciendum, qui absque synodali sententia vacantem ecclesiam arripuit. Tu autem scias, quod licet præsens 14 canon apostol. non punit eum qui docet extra suam diœcesim, alii tamen diversi canones eos, qui extra diœcesim aliquid sacerdotale exercent, depositioni subjiciunt. Characterem autem dare extra diœcesim, jussu imperatorio permissum est. Quidam autem metropolitanus, qui in compluribus suis episcopatibus præter episcoporum voluntatem docuerat, et accusabatur, respondebat dicens, justum non esse ut ex eo læderetur, quod et episcopatus sint in sua potestate, et quod præsens canon ei pœnam non imponat, et quod non sit forte munus episcopale docere, vel dare characterem; quæ quidem magnæ synodo non placuerunt. Nota ergo quæ in hoc 14 canone sunt scripta, præterea vero, quæ in commentario in 20 canone synodi in Trullo alibi sunt annotata, de eo episcopo qui extra limites suæ regionis docuerit, atque utrumque canonem concilia.

Altera interpretatio.

Ex hoc præsenti 14 canone deprehenditur quod astuta episcopi alicujus de parœcia in parœciam transitio condemnatur. Translatio autem bona gratia justam ob causam magnam et ad pietatem stabi-

A κτου ἐξεφωνήθη, καὶ μήπω χειροτονηθέντος, μηδὲ ἀφορισθέντος· ὁ δὲ παρὼν κανὼν περὶ κεχειροτονημένου διατάττεται καὶ ἀφωρισμένου, ὅς, μετὰ τὸν ἀφορισμὸν ἀποδυσπετήσας, ἑτέρῳ προσῆλθεν ἀρχιερεῖ, καὶ ἐδέχθη παρ' ἐκείνου τὸν ἀφορισμὸν ἀγνοοῦντος· τοῦ γοῦν τοιούτου ἐπιτείνεσθαι κελεύει ὁ κανὼν τὸν ἀφορισμόν.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ τὸν ἀφορισμὸν ψευσάμενος ἀδεκτότατος.*

Εἴ τις παρὰ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου ἀφορισθῇ, καὶ ἀπελθὼν εἰς ἕτερον ἐπίσκοπον κρύψει τὸν ἀφορισμὸν, καὶ παρ' ἐκείνου προσδεχθείη, ἐπιτεινέσθω ὁ ἀφορισμὸς αὐτῷ, ὡς ψευσαμένῳ καὶ ἀπατήσαντι τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ.

ΚΑΝΩΝ ΙΔ'.

B *Ἐπίσκοπον μὴ ἐξεῖναι, καταλείψαντα τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν, ἑτέρᾳ ἐπιπηδᾷν, κἂν ὑπὸ πλειόνων ἀναγκάζηται, εἰ μή τις εὔλογος αἰτία ᾖ, τοῦτο βιαζομένη αὐτὸν ποιεῖν, ὡς πλέον τι κέρδος δυναμένου αὐτοῦ τοῖς ἐκεῖσε λόγῳ εὐσεβείας συμβάλλεσθαι· καὶ τοῦτο δὲ οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ κρίσει πολλῶν ἐπισκόπων καὶ παρακλήσει μεγίστῃ.*

ΒΑΛΣ. Ὁ μὲν παρὼν ιδ' κανὼν διορίζεται μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας ἐπίσκοπον ἐκ τῆς ἑαυτοῦ παροικίας εἰς ἑτέραν ἐπιπηδᾷν, κἂν ὠφελείας χάριν τοῦ λαοῦ τοῦτο ποιῇ, κἂν ὑπὸ τοῦ πλήθους τῆς ἀλλοτρίας ἐνορίας εἰς τοῦτο παραβιασθῇ, εἰ μὴ συνοδικῇ ἐπιτροπῇ τοῦτο ποιήσει· ὁ δὲ ις' κανὼν τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου, ἀπόβλητον εἶναι λέγει τὸν ἄνευ C συνοδικῆς γνώμης ὑφαρπάσαντα σχολάζουσαν ἐκκλησίαν. Σὺ δὲ ἴσθι ὅτι, κἂν ὁ παρὼν ιδ' κανὼν ἀποστολικὸς οὐ κολάζει τὸν παρ' ἐνορίαν διδάσκοντα, ἀλλ' ἕτεροι διάφοροι κανόνες τοὺς παρ' ἐνορίαν ἐπισκοπικόν τι ἐνεργήσαντας καθαιρέσει καθυποβάλλουσι. Τὸ δὲ « παρ' ἐνορίαν » σημειοῦσθαι κατὰ πρόσταξιν βασιλικὴν ἐκκεχώρηται. Μητροπολίτης δέ τις εἰς ἐπισκοπὰς αὐτοῦ διαφόρους διδάξας παρὰ γνώμην τῶν ἐπισκόπων, καὶ αἰτιώμενος, ἐδικαιολογεῖτο μὴ ὀφείλειν παραβλαβῆναι διά τε τὸ ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ εἶναι τὰς ἐπισκοπὰς, διά τε τὸ μὴ ἐπάγεσθαι κόλασιν ὑπὸ τοῦ παρόντος κανόνος τῷ τοιούτῳ, καὶ διὰ τὸ μὴ εἶναι τάχα ἐπισκοπικὸν λειτούργημα τὸ διδάξαι ἢ σημειώσασθαι, ἅπερ τῇ μεγάλῃ συνόδῳ οὐκ ἤρεσκον. Σημείωσαι οὖν τὰ ἐν τῷ D παρόντι ιδ' κανόνι γραφέντα· πρὸς δὲ καὶ τὰ ἐν τῷ κ' κανόνι τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, ἔξωθεν ἑρμηνευθέντα περὶ τοῦ διδάξαντος ἐπισκόπου εἰς ἀλλοτρίαν ἐνορίαν, καὶ συμβίβασον ἄμφω τοὺς κανόνας.

Ἑτέρα ἑρμηνεία (25).

Ἀπὸ τοῦ παρόντος ιδ' κανόνος καταλαμβάνεται ὅτι ἡ μὲν κακεντρεχὴς ἐπιπήδησις ἀπὸ παροικίας εἰς παροικίαν ἐπισκόπου τινὸς κατακρίνεται· ἡ δὲ γινομένη μετάθεσις χάριτι ἀγαθῇ δι' εὔλογον μεγά-

Guil. Beveregii notæ.

(25) *Ἑτέρα ἑρμηνεία.* Totam hanc alteram hujus canonis interpretationem in impressis antehac desideratam, ms. Bodleiano acceptam ferimus. In codice autem, quem Gentianus Hervetus transtulit, partim descripta fuit; unde et latina ejus versio inter supplementa ad priores codices exstat.

λην αἰτίαν καὶ στηριγμὸν τῆς εὐσεβείας μετὰ μεγίστης παρακλήσεως ἐπισκόπων πολλῶν ἐπιτρέπεται. Ἐπεὶ δὲ λέγουσί τινες μηδὲ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ἐπιτρέπεσθαι τὴν μετάθεσιν, ἀλλὰ καιρικὴν μετάκλησιν ἐπισκόπου χάριν διδασκαλίας ἐκ τούτου ἀναφαίνεσθαι, ἀκουσάτωσαν ὅτι τοῦ κανόνος τοιοῦτόν τι μὴ λέγοντος πόθεν αὐτοὶ τοῦτο προβάλλονται; εἶτα καὶ ποία ὠφέλεια τῷ λαῷ τῆς χηρευούσης ἐκκλησίας ἔμελλε γενέσθαι ἀπὸ διδασκαλίας ἐπισκόπου ἅπαξ ἢ καὶ δὶς ἢ καὶ ἐπὶ χρόνων ῥητῶν διδάξαντος ἐν αὐτῇ, μηδὲν δέ τι ἕτερον ἀρχιερατικὸν ἐνεργήσαντος ἐν ταύτῃ, ὥστε γενέσθαι τὴν τοιαύτην μετάκλησιν μετὰ μεγάλης παρακλήσεως πολλῶν ἐπισκόπων· εἴπερ οὐκ ἔμελλεν ὁ μετακληθεὶς δικαίῳ ἀρχιερατικῷ διδάξαι, οὐκ ἐδεήθη ἂν παρακλήσεως πολλῶν ἐπισκόπων· ἐδύνατο γὰρ καὶ μόνος κηρύξαι τὴν εὐσέβειαν. Ἄλλως τε ὁ τοῦτο λέγων κατηγορεῖ καὶ τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, καὶ τοῦ ἁγίου Πρόκλου καὶ ἑτέρων πολλῶν (26) ἁγιωτάτων πατριαρχῶν μετατεθέντων ἀπὸ ἑτέρων θρόνων εἰς τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἢ καὶ εἰς ἑτέρους, ὡς ἀναξίως ἱερουργούντων μετὰ μετάθεσιν, ὅπερ ἐστὶν ἀσύγγνωστον.

A liendam maxima episcoporum multorum adhortatione facta permittitur. Quoniam vero dicunt nonnulli nec ab hoc præsenti canone permitti translationem, sed tantum episcopi ad tempus evocationem docendi gratia ex eo apparere, audiant, quod hoc canone nihil hujusmodi dicente unde ipsi hoc proferunt? Deinde et quænam vacantis ecclesiæ populo futura est utilitas e doctrina episcopi semel vel bis vel et dictis temporibus docentis in ea, sed nullum aliud antistitis munus in ea exercentis, ut ejusmodi evocatio cum magna episcoporum multorum adhortatione fieret? Si quidem evocatus jure antistitis non docturus esset, nec indigeret multorum episcoporum adhortatione, potuit enim et solus pietatem prædicare. B Præsertim autem qui hoc dicit accusat et magnum Gregorium Theologum et sanctum Proclum, et alios multos sanctissimos patriarchas, qui ab aliis thronis ad Constantinopolitanum vel etiam ad alios translati fuere, ut indigne post translationem sacra peragentes, quod venia est indignum.

ΖΩΝΑΡ. Διάφοροι συνοδικοὶ κανόνες κωλύουσι τοὺς ἐπισκόπους ἀπὸ τῶν οἰκείων ἐκκλησιῶν εἰς ἑτέρας μεταβαίνειν· ἕκαστον γὰρ τῇ λαχούσῃ αὐτὸν ἐκκλησίᾳ ἐμμένειν διατάττονται, ἵνα μὴ πρὸς ἀλλήλους στασιάζωσιν· οὐκ ἐναντία τοίνυν οἱ κανόνες διατάττεσθαι λογισθήσονται· ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν περὶ τοῦ μὴ διαμείβειν τὰς ἐκκλησίας τοὺς ἐπισκόπους νομοθετοῦσι, καὶ τοῦτο κωλύουσιν· ὁ δὲ παρὼν κανὼν περὶ τοῦ ἀπιέναι εἰς ἑτέραν ἐκκλησίαν, χρείας κατεπειγούσης, διδαχῆς χάριν ἐπίσκοπον διαλέγεται· ἴσως γὰρ ὁ τῆς ἐκκλησίας ἐκείνης ἐπίσκοπος οὐ πάνυ τοι πρὸς τὸ διδάσκειν ἐπιτήδειος ἔσται· ὁ δὲ προσκαλούμενος, τυχὸν λογιώτερος ὤν, καὶ πρὸς διάλεξιν ἐπιτηδειότερος, διά τι συμβεβηκὸς ἀναγκαῖον ἂν εἴη τῇ πόλει ἐκείνῃ ἐπιδημῆσαι. Καὶ τότε δὲ μὴ ἀφ' ἑαυτοῦ ἀπιέναι, ἀλλὰ προσκαλούμενον ὁ κανὼν αὐτὸν βούλεται· ἢ μᾶλλον κρίσει πολλῶν ἐπισκόπων παρακαλούμενον. Οἱ μέντοι τῶν συνόδων κανόνες ἀποτρέπουσι πάντη τὸ ἐκ παροικίας εἰς ἄλλην μεταπηδᾷν παροικίαν ἐπίσκοπον, καὶ τὴν ἐκείνης ἐκκλησιαστικὴν ὑφαρπάζειν διοίκησιν, κἂν ἡ ἐκκλησία ἐκείνη χηρεύῃ ἐπισκόπου, κατὰ τὸν ιϛ' κανόνα τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου. Ὁ δὲ παρὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανὼν προσκαίρως ἀπελθεῖν ἐπίσκοπον εἰς ἄλλην παροικίαν διδαχῆς χάριν καὶ διαλέξεως, δι' ὠφέλειαν τοῦ ἐκεῖσε λαοῦ· καὶ τότε οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλὰ προσκαλούμενον καὶ ἀξιούμενον οὐ κωλύει.

ZONAR. Varii canones synodici prohibent episcopos a suis ecclesiis in alias migrare: sed unumquemque mandant in ea, quæ sorte sibi contigit, ecclesia manere, ne dissideant inter se. Non ideo contraria canones existimabuntur instituisse: sed illi quidem legem ponunt episcopis, de non permutandis ecclesiis suis: et hoc vetant. C Præsens vero canon loquitur de episcopo qui, dum cogit utilitas, doctrinæ gratia, proficiscitur in aliam ecclesiam; illius enim ecclesiæ episcopus forsitan non admodum sit idoneus ad docendum: qui autem advocatur, forte sit eloquentior, ac dicendi facultate instructior: unde contingit ut necesse sit ad illam se conferat civitatem. Et tunc quidem non sua sponte, sed evocatum, vel potius episcoporum multorum judicio commonitum, canon vult abire. Canones igitur synodorum prorsus inhibent episcoporum de parœcia in aliam transilire parœciam, ipsiusque ecclesiasticam surripere administrationem, quamvis ea fuerit episcopo viduata: juxta decimum sextum D canonem synodi Antiochenæ, præsens autem canon sanctorum apostolorum pro temporis ratione, vult aliam in parœciam transire episcopum, doctrinæ sermocinationisque causa, propter utilitatem commorantis illic populi. Neque tamen sua solius hoc voluntate, sed ab aliis vocatum et dignum habitum non prohibet.

ΑΡΙΣΤ. *Θρόνῳ οὐκ ἐπιπηδήσεις ἐκ θρόνου, εἰ μὴ τοῖς ἐκεῖ λυσιτελέστερος, ὡς διδασκαλικώτε-*

ARIST. *Non proficisceris de throno ad thronum, nisi illis ibi utilior utpote docendi arte instructor*

Guil. Beveregii notæ.

(26) *Καὶ ἑτέρων πολλῶν.* Sic Germanus Cyzico et Anthimus Trapezunte Constantinopolim translati sunt; Eustathius Berrhœa (Aleppo vulgo vocant) et Meletius Cappadocia Hierosolymam, et Rebenus Phœnicia Tyrum migrarunt: vide quæ de hac re scripta sunt in tractatu Manuelis περὶ μεταθέσεων in Juris Græco-Romani lib. III, p. 240. Francof. 1596. Vide et Demetrii Chomateni archiepiscopi Bulgariæ ad Constantinum Cabasilam responsa, ibid. l. 5, p. 317.

A *judiceris. Et hoc multorum episcoporum et judicio et adhortatione.*

Non oportet episcopum propriam diœcesim relinquere et in alium thronum insilire, nisi forte approbetur, et judicetur illic habitantibus utilior utpote docendi arte magis instructus, et hoc quidem multorum episcoporum et judicio et adhortatione. Aboletur autem hic canon. Nam decimus sextus canon in Antiochiæ synodo, vacantem episcopum vacanti ecclesiæ præfici permittit. Sed post probationem perfectæ synodi, præsente et metropoleos episcopo. Non autem vacantem nullo modo permittit in aliam civitatem transire, nec canon vigesimus primus in Antiochiæ synodo, nec decimus quintus in Nicæna synodo, nec primus in Sardicensi.

CANON XV.

Si quis presbyter, vel diaconus, vel omnino ex clericorum catalogo, relicta sua parochia, in aliam abscesserit, et cum penitus transierit, præter sui episcopi sententiam in alia parochia maneat, eum non amplius celebrare jubemus, maxime si eum adhortante episcopo ut rediret, non paruit, in contumacia et insolentia perseverans: is autem ibi ut laicus communicet.

BALS. Sextus canon syn. Chalced. jubet, non absolute, sed in episcopatu, vel ecclesia, vel monasterio, ordinari clericos: nec possunt præter ejus qui eis præest sententiam, ad aliam abire provinciam, aut diœcesim, et clericatuum officia exercere: eum autem qui hoc facit, canon segregat, maxime si evocatus, et ad priorem parochiam redire jussus, non paruerit: eum tamen in alia civitate ut laicum versari canon non prohibet. Quære etiam 16 canonem primæ syn. et quartæ can. 5. Quare nota quod non solum commendatitiis litteris clerico opus est, volenti in alia diœcesi agere, et quæ sunt clerici exercere: sed etiam dimissoriis litteris episcopi qui eum fecit clericum. Nisi enim ejusmodi litteras ostendat, prohibetur ab operatione. Quære etiam 17 can. syn. in Trullo.

ZONAR. Sextus in Chalcedone synodi canon statuit neminem debere absolute ordinari, sed in episcopatu, vel in ecclesia aliqua, vel in monasterio. Qui sic igitur ordinatus ecclesiam reliquerit cujus fuit electus clericus, in aliamque discesserit, in hoc canone prohibetur a ministerio: maxime si vocatus non regreditur. Ipsi tamen indultum communicare tanquam laico. Etiam decimus sextus canon primæ synodi, et quintus quartæ, similiter dicunt

ARIST. *Omnis clericus propriam parœciam relinquens, et alienam inhabitans, et ab episcopo exoratus, et non rediens, excommunicatus est.*

Quicunque clericus propriam parœciam relin-

ρος κρίνοιο, καὶ τοῦτο πολλῶν ἐπισκόπων καὶ διακρίσει καὶ παρακλήσει.

Οὐ δεῖ ἐπίσκοπον τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν καταλιπεῖν, καὶ ἑτέρῳ θρόνῳ ἐπιπηδῆσαι, εἰ μή που δοκιμασθῇ καὶ κριθῇ τοῖς ἐκεῖσε ὠφελιμώτερος, ὡς διδασκαλικώτερος, καὶ τοῦτο, πολλῶν ἐπισκόπων καὶ διακρίσει καὶ παρακλήσει. Ἀνῃρέθη δὲ ὁ κανὼν οὗτος· ὁ γὰρ ἑκκαιδέκατος κανὼν τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου τὸν μὲν σχολάζοντα ἐπίσκοπον ἐπὶ σχολάζουσαν ἐκκλησίαν καθίστασθαι παραδέχεται. Ἀλλὰ μετὰ δοκιμασίας συνόδου τελείας, παρόντος καὶ τοῦ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου. Τὸν δὲ μὴ σχολάζοντα οὐδ' ὅλως παραδέχεται εἰς ἑτέραν πόλιν μεταβαίνειν· οὔτε ὁ κα' κανὼν τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου,

B οὔτε ὁ ιε' τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, οὔτε ὁ πρῶτος τῆς ἐν Σαρδικῇ.

ΚΑΝΩΝ ΙΕ'.

Εἴ τις πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τῶν κληρικῶν, ἀπολείψας τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν, εἰς ἑτέραν ἀπέλθῃ, καὶ παντελῶς μεταστὰς διατρίβει ἐν ἄλλῃ παροικίᾳ παρὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου· τοῦτον κελεύομεν μηκέτι λειτουργεῖν, εἰ μάλιστα, προσκαλουμένου αὐτὸν τοῦ ἐπισκόπου αὐτοῦ, ἐπανελθεῖν οὐχ ὑπήκουσεν, ἐπιμένων τῇ ἀταξίᾳ· ὡς λαϊκὸς μέντοι ἐκεῖσε κοινωνείτω.

ΒΑΛΣ. Ὁ ς' κανὼν τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου διατάττεται μὴ ἀπολελυμένως, ἀλλ' ἐν ἐπισκοπῇ ἢ ἐκκλησίᾳ ἢ μοναστηρίῳ χειροτονεῖσθαι τοὺς κληρι-

C κούς. Καὶ οὐ δύνανται οὗτοι δίχα γνώμης τοῦ προεστῶτος αὐτῶν εἰς ἑτέραν ἐπαρχίαν ἀπιέναι, καὶ ἐνεργεῖν τὰ τῶν κληρικάτων ὀφφίκια αὐτῶν. Τὸν δὲ τοιοῦτόν τι ποιοῦντα ἀφορίζει ὁ κανὼν, καὶ μᾶλλον μετακαλούμενον, καὶ μὴ πειθόμενον ὑποστρέψαι εἰς τὴν προτέραν παροικίαν αὐτοῦ· διάγειν μέντοι τοῦτον ἐν ἑτέρᾳ πόλει ὡς λαϊκὸν, οὐ κωλύει ὁ κανών. Ζήτει καὶ τὸν ις' κανόνα τῆς α' συνόδου, καὶ τὸν ε' κανόνα τῆς δ'. Ὥστε σημείωσαι ὅτι οὐ μόνης συστατικῆς γραφῆς χρεία τῷ κληρικῷ εἰς ἑτέραν βουλομένῳ διάγειν ἐνορίαν, καὶ ὡς κληρικῷ ἐνεργεῖν· ἀλλὰ καὶ ἀπολυτικῆς γραφῆς τοῦ ἐπισκόπου τοῦ τοῦτον κληρώσαντος. Εἰ μὴ γὰρ καὶ τοιαύτην γραφὴν ὑποδεικνύει κωλυθήσεται τῆς ἐνεργείας. Ζήτει καὶ τὸν ιζ' κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου.

D ΖΩΝΑΡ. Ὁ ἕκτος κανὼν τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου διατάττεται μὴ ἀπολελυμένως χειροτονεῖσθαί τινα, ἀλλ' ἐν ἐπισκοπῇ ἢ ἐκκλησίᾳ τινὶ ἢ μοναστηρίῳ. Ὁ γοῦν οὕτω χειροτονηθεὶς καὶ καταλιπὼν τὴν ἐκκλησίαν ἧς ὠνομάσθη κληρικὸς, καὶ εἰς ἄλλην ἀπελθὼν, τῆς λειτουργίας παρὰ τοῦ κανόνος τούτου κωλύεται, καὶ μᾶλλον εἰ προσκαλούμενος οὐκ ἐπάνεισι. Μεταλαμβάνειν δὲ ὡς λαϊκῷ αὐτῷ ἐπιτέτραπται. Καὶ ὁ ις' κανὼν τῆς πρώτης συνόδου, καὶ ὁ ε' τῆς τετάρτης, ὁμοίως φασίν.

ΑΡΙΣΤ. *Κληρικὸς ἅπας ὁ τῆς οἰκείας ἐκστὰς, καὶ τὴν ἀλλοτρίαν οἰκῶν, καὶ πρὸς τοῦ ἐπισκόπου δυσωπούμενος, καὶ μὴ παλινοστῶν, ἀκοινώνητος.*

Οἷος δή ποτε κληρικὸς, τὴν ἑαυτοῦ καταλιπὼν

παροιχίαν, καὶ πρὸς ἑτέραν ἀπελθὼν, καὶ μὴ ὑποστρέψας, καὶ ταῦτα παρὰ τοῦ ἰδίου προσκαλούμενος ἐπισκόπου, μηκέτι λειτουργείτω. Εἰ δὲ καὶ ἐπιμένει τῇ ἀταξίᾳ ταύτῃ, καθαιρείσθω· ὡς λαϊκὸς μέντοι ἐκεῖσε κοινωνείτω. Καὶ ζήτει τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου κανόνα τρίτον.

A quens, et ad alienam proficiscens, et non rediens quamvis vocatus a proprio episcopo, ne postea ministret. Si autem et perseverat in isthac ordinis conturbatione, deponatur; ut laicus autem ibi communicet. Quære et tertium canonem in Antiochiæ synodo.

ΚΑΝΩΝ ΙϚʹ.

Εἰ δὲ ὁ ἐπίσκοπος παρ' ᾧ τυγχάνουσιν, παρ' οὐδὲν λογισάμενος τὴν κατ' αὐτῶν ὁρισθεῖσαν ἀργίαν, δέξηται αὐτοὺς ὡς κληρικοὺς, ἀφοριζέσθω ὡς διδάσκαλος ἀταξίας.

CANON XVI.

Sin autem episcopus apud quem sunt, nihili faciens decretam adversus eos a munere cessationem, eos ut clericos receperit, segregetur ut immodestiæ et insolentiæ magister.

ΒΑΛΣ. Ὅρα ὅτι ὁ παρὼν κανὼν ἀφορίζει τὸν ἐπίσκοπον τὸν συναριθμήσαντα τῷ οἰκείῳ κλήρῳ ἑτέρας ἐνορίας κληρικὸν ἄνευ ἀπολυτικῆς γραφῆς τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου. Μόνος δὲ ὁ ἐπίσκοπος Καρθαγένης δύναται συγκαταλέγειν τῷ οἰκείῳ κλήρῳ ἑτέρων ἐνοριῶν κληρικοὺς, καὶ χωρὶς ἀπολυτικῆς γραφῆς τῶν χειροτονησάντων αὐτούς. Καὶ εὑρήσεις τοῦτο εἰς τοὺς κανόνας τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου. Ἀλλὰ καὶ ὁ Κωνσταντινουπόλεως ἀρχιεπίσκοπος ἐπ' ἐξουσίας ἔχει παρομοίως ποιεῖν. Φησὶ γὰρ ἡ γʹ νεαρὰ τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ, ἤγουν τὸ βʹ κεφ. τοῦ βʹ τίτλου (27) τοῦ γʹ βιβλίου τῶν Βασιλικῶν· Εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν εὐαγῶν μοναστηρίων κωλύομεν ἐξ ἑτέρου μοναστηρίου εἰς ἕτερον μεταβαίνειν, πολλῷ μᾶλλον οὐδὲ τοῖς εὐλαβεστάτοις κληρικοῖς τοῦτο ἐφήσομεν, κέρδους τε καὶ ἐμπορίας ἀπόδειξιν ἔχειν τὴν τοιαύτην ἐπιθυμίαν ἡγούμενοι. Εἰ δὲ καί ποτε τοιαύτην τινὰ μετάστασιν ἡ σὴ μακαριότης ἢ ἡ κατὰ καιρὸν βασιλεία γίνεσθαι συνίδῃ, μὴ ἄλλως τοῦτο πράττεσθαι, πρὶν ἂν εἰς τὸν εἰρημένον ἡμῖν ἀριθμὸν περιστα(ί)η τὸ πρᾶγμα. Ἡ δὲ τοιαύτη νεαρὰ ἐγράφη πρὸς τὸν τότε πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως. Σημείωσαι δὲ ὅτι καὶ τῷ βασιλεῖ ἐνεδόθη μεταθέσεις ποιεῖν κληρικῶν.

BALS. Nota quod præsens canon segregat episcopum, qui suo clero connumeravit alterius diœcesis clericum absque sui episcopi dimissoriis litte-
B ris. Solus autem episcopus Carthaginensis potest in suum clerum referre alterius diœcesis clericos, etiam absque dimissoriis litteris eorum qui illos ordinarunt. Hoc autem invenies in canonibus Carthaginens. synodi. Sed et archiepiscopus Constantinopolitanus potest similiter facere. Dicit enim expresse 3 novella Justiniani imperatoris, seu 2, cap. 2 tit, 3, libri Basilicorum : Si enim in sacrosanctis monasteriis prohibemus ex alio monasterio transire in aliud, multo magis nec religiosissimis clericis hoc permittimus, lucri et negotiationis demonstrationem hanc habere cupiditatem existimantes. Si quando autem ejusmodi translationem tua beatitudo vel quæ tunc fuerit imperialis majestas, faciendam duxerit, ne hoc aliter fiat, priusquam res
C ad dictum nobis numerum redacta fuerit. Ejusmodi autem Novella scripta est ad patriarcham Constantinopolitanum, qui erat tunc temporis. Nota autem quod etiam imperatori concessum est facere clericorum translationes

ΖΩΝΑΡ. Ὁ προλαβὼν κανὼν ἀπείργει τῆς λειτουργίας τοὺς καταλιπόντας τὴν ἐνορίαν, ἐν ᾗ ἐχειροτονήθησαν. Ὁ δὲ παρὼν ἀφορίζει τὸν ἐπίσκοπον ᾧ προσῆλθον, εἰ δέξεται αὐτοὺς ὡς κληρικοὺς ἐν εἰδήσει τοῦ ἐπιτιμίου, ὡς ἀταξίας καὶ ἀκαταστασίας κατάρχοντα.

ZONAR. Antecedens canon arcet eos a ministerio, qui parœciam deseruerunt, in qua ordinati sunt. Præsens vero canon excommunicat episcopum, ad quem se contulerunt, si decretam sciens in eos pœnam, receperit ipsos ut clericos, tanquam confusionis et seditionis auctorem.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ τὸν τοιοῦτον ἐν γνώσει κατέχων ταυτοκατάκριτος.*

Ὁ ἐν εἰδήσει γενόμενος ἐπίσκοπος τοῦ ὁρισθέντος ἐπιτιμίου κατὰ τοῦ τοιούτου κληρικοῦ, καὶ κατέχων αὐτὸν, ὡς κληρικὸν, ἀφορίζεται ὡς διδάσκαλος ἀταξίας.

ARIST. *Qui talem sciens detinet eidem judicio subjicitur.*

Episcopus sciens supplicium decretum in talem
D clericum, et eumdem detinens ut clericum, excommunicatur ut confusionem docens.

ΚΑΝΩΝ ΙΖʹ.

Ὁ δυσὶ γάμοις συμπλακεὶς μετὰ τὸ βάπτισμα ἢ παλλακὴν κτησάμενος οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.

CANON XVII,

Qui post sanctum baptismum duobus conjugiis fuerit implicitus, vel habuerit concubinam, non potest esse episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel omnino ex numero sacerdotali

ΒΑΛΣ. Τὸν μετὰ τὸ ἅγιον βάπτισμα διγαμήσαντα ἢ πορνεύσαντα κωλύει ὁ κανὼν ἐπίσκοπον γενέσθαι

BALS. Eum qui post sanctum baptismum bigamus fuerit, vel fornicatus sit, prohibet canon fieri

Guil. Beveregii notæ.

(27) *Τὸ βʹ κεφ. τοῦ βʹ τίτ.λ.* Verba hic citata in impressis τῶν Βασιλικῶν codicibus non exstant: totus autem laudatus titulus est περὶ κληρικῶν ἀποστάντων τῆς κατ' αὐτοὺς ἐκκλησίας, καὶ περὶ οἰκοδομούντων εὐκτηρίους οἴκους. Quod cum idem sit argumentum, propter quod Balsamon titulum hunc laudat, suspicor nonnulla in impressis desiderari, quæ olim inserta fuerunt.

episcopum, vel sacerdotale quidpiam exercere. Quæ enim ante baptismum admissa sunt omnis generis peccata prætermittit, cum factus sit novum opus sola gratia sancti Spiritus. Lege etiam 20 canonem sancti Basilii. Quomodo autem multi lectores qui bigami fuerant, in suis gradibus conservati, et per archiepiscopalia pittacia ad majores gradus promoti sunt, ignoro.

Alia interpretatio.

In præsenti 17 canonis interpretatione scripsimus nos ignorare quomodo lectores qui duas uxores duxerant, non deponuntur, sed per pittacia archiepiscopalia ad majores gradus provehuntur, modo autem leges et canones diligentius perpendentes, deprehendimus præsentem 17 canonem et 18 de episcopis, sacerdotibus, diaconis, et hypodiaconis disceptare, non autem et de lectoribus. Illi enim et ante ordinationem et post ordinationem secundas uxores ducentes deponuntur : lectores autem si ante quidem vocationem bigami fuerint, deponuntur, si autem post vocationem, veniam consequuntur ; prohibentur autem ad alium majorem promoveri gradum. Dicit enim 137 Justiniani Novella, sive 31 et 32 cap. primi tit. tertii libri Basilicorum hæc expresse. Si autem post ordinationem presbyter, vel diaconus, vel hypodiaconus uxorem duxerit, e clero ejiciatur, et ordini civitatis, in qua clericus erat, cum bonis suis tradatur. Si lector autem secundam duxerit uxorem, aut primam, viduam vero, aut a viro separatam, aut sacris canonibus prohibitam, ne postea ad alium ecclesiasticum gradum provehatur : si autem et quocunque modo provehitur, ex eo ejiciatur, et priori restituatur. Si velles autem canonem et lectores accipere, dic quod non possit esse vel fieri lector, qui ante vocationem uxorem secundam duxerit ; ubi enim cognitum fuerit, deponitur. Lectori vero, qui post vocationem duxerit uxorem secundam, ignoscitur, quamvis ad majorem gradum non provehatur. Videas autem quomodo lectores bigami ad domesticata , laosynactata

A ἢ ἱερατικόν τι ἐνεργεῖν· τὰ πρὸ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος παρατρέχων παντοῖα ἁμαρτήματα, ὅπερ ἐστὶ καινότατον, καὶ ἔργον μόνης τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάριτος. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν κ' κανόνα τοῦ ἁγίου Βασιλείου. Ὅπως δὲ ἀναγνῶσται πολλοὶ διγαμήσαντες, εἰς τοὺς οἰκείους τόπους συνετηρήθησαν, καὶ διὰ πιττακίων (28) ἀρχιερατικῶν εἰς μείζονας βαθμοὺς προεβιβάσθησαν, ἀγνοῶ

Ἑτέρα ἑρμηνεία (29).

Ἐν τῇ παρούσῃ τοῦ ιζ' κανόνος ἑρμηνείᾳ ἐγράψαμεν ἀγνοεῖν ὅπως οἱ ἀναγνῶσται διγαμοῦντες οὐ καθαιροῦνται, ἀλλὰ διὰ πιττακίων ἀρχιερατικῶν εἰς μείζονας βαθμοὺς προκόπτουσιν, ἀρτίως δὲ τὰ τῶν νόμων καὶ τὰ τῶν κανόνων ἐπιστατικώτερον σκοπήσαντες κατελάβομεν τὸν παρόντα ιζ' κανόνα καὶ B τὸν ιη' περὶ ἀρχιερέων, ἱερέων, διακόνων καὶ ὑποδιακόνων διαλαμβάνειν, οὐ μὴν καὶ περὶ ἀναγνωστῶν. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ καὶ πρὸ τῆς χειροτονίας καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν διγαμήσαντες καθαιροῦνται, οἱ δὲ ἀναγνῶσται πρὸ μὲν τῆς σφραγῖδος διγαμήσαντες καθαιροῦνται, μετὰ τὴν σφραγῖδα συγγινώσκονται, κωλύονται δὲ εἰς ἄλλον μείζονα προβαίνειν βαθμόν. Φησὶ γὰρ ἡ ρλζ' Ἰουστινιάνειος νεαρὰ ἤτοι τὸ λα' καὶ τὸ λβ' κεφάλαιον τοῦ α' τίτλου τοῦ γ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν ταῦτα ῥητῶς. Εἰ δὲ μετὰ τὴν χειροτονίαν πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ἢ ὑποδιάκονος ἀγάγεται γαμετὴν, ἐκβαλλέσθω τοῦ κλήρου καὶ τῇ τάξει τῆς πόλεως, ἐν ᾗ κληρικὸς ἦν, μετὰ τῶν ἰδίων πραγμάτων παραδιδόσθω. Εἰ δὲ ἀναγνώστης δευ- C τέραν γαμετὴν λάβῃ, ἢ πρώτην, χήραν δὲ, ἢ διαζευχθεῖσαν ἀνδρὶ, ἢ τοῖς ἱεροῖς κανόσιν ἀπηγορευμένην, μηκέτι εἰς ἄλλον ἐκκλησιαστικὸν βαθμὸν προβαινέτω. Εἰ δὲ καὶ προβῇ ὁπωσδήποτε, ἐκβαλλέσθω αὐτοῦ καὶ τῷ προτέρῳ ἀποκαθιστάσθω. Εἰ δὲ θέλεις ἐκλαβέσθαι τὸν κανόνα καὶ τοὺς ἀναγνώστας, εἰπὲ μὴ δύνασθαι εἶναι ἤτοι γενέσθαι ἀναγνώστην τὸν πρὸ τῆς σφραγῖδος διγαμήσαντα· καθαιρεῖται γὰρ μετὰ διάγνωσιν. Ὁ δὲ μετὰ τὴν σφραγῖδα διγαμήσας ἀναγνώστης συγγινώσκεται, κἂν οὐ προκόπτῃ πρὸς μείζονα βαθμόν. Ὅπως δὲ οἱ διγαμήσαν-

Guil. Beveregii notæ.

(28) *Διὰ πιττακίων.* Vox πιττάκιον etiam a Diogene Laertio usurpatur, Προσθεὶς οὖν πιττάκιον τῷ μετώπῳ ἐπέγραψε, Νικόδρομος ἐποίει. Laert. l. 6, in Crat. In quem locum Isaacus Casaubonus observat πιττάκιον idem esse ac λεύκωμα. Et quidem Lampridius *Pittacium* pro *Albo Prætoris*, quod *Matriculam* vulgo appellant, usurpat : quo fit ut tabulam etiam, qua quippiam exaratur, significet ; et nonnunquam idem est, quod ξυλοχάρτιον, ut ex cortice arboris Ægyptiacæ scripturæ capace factum : nonnunquam et fusili pice fit : vel etiam e pellibus pecorum ; unde Moschopulus, apud Jac. Goar. in notis ad ordinem servari solitum, si mota sit sacra mensa Euchologii p. 648 Πεττύκια δωρικῶς τὰ λεπτὰ περιτμήματα τῶν δερματίων (σημαίνει) ἀφ' οὗ ἡμεῖς τὰ πιττάκια λέγομεν. Et in prædicto ordine Euchologii, p. 614 dicitur χαρτία ἀπὸ πιττακίου. Designat igitur et *Pergamenum*, et metonymice, *instrumentum quodlibet*, *diploma*, *breve regium* vel ἀρχιερατικόν, ut hoc loco. Sic et Lexicon vetus Græco-Latinum a Bonaventura Vulcano editum πιττάκιον, *Pittacium*, *brevis*. Glossæ Isidori, *Pictatium*, *Epistola brevis*, *et modica* : item *Pictatiuncula*, *membrana*. Hujusmodi Pittacia, qui ordi- D nati sunt, ab ordinatoribus accipiebant, mensem et diem quo ordinati sunt declarantia ; ut patet e Scholiis Balsam. in concil. Carthag. can. 92. Et cum patriarcha ἀρχιδιάκονον, λαοσυνάκτην, δομέστικον, et alios ejusmodi officiales constitueret, πιττάκιον, mandatum ipsius continens, iis tradebat ; unde πιττακίῳ μόνῳ καὶ προστάγματι τὴν ὑπεροχὴν λαβεῖν dicuntur in Constantini Cabasilæ ad Joannem Citri episcopum, interrog. 9. Juris Græco-Roman. l. 5, p. 328, edit. Marq. Freher. Francof. 1596.

(29) *Ἑτέρα ἑρμηνεία.* Hanc alteram hujus canonis interpretationem ex ms. Bodleiano nunc primum edimus : quam revera Balsamonis esse extra dubium est, cum istius initio, prioris interpretationis, quam ediderat, mentio fiat. Unde et conjecturam faciamus, reliquas ἑτέρας ἑρμηνείας, per totum opus intersertas, eidem jure referendas esse ; nisi aliquid in iis occurrat, quod contrarium evincat.

τας ἀναγνῶσται προκόπτουσιν εἰς δομεστικάτα (30) καὶ λαοσυνακτάτα (31) ὀφφίκια καὶ ἄλλοία διὰ πιττακίων ἀρχιερατικῶν, λέγομεν ὅτι τὰ ἐκκλησιαστικὰ ὀφφίκια καὶ ἀρχοντίκια καταχρηστικῶς ὀνομάζονται βαθμοί. Κυρίως γὰρ βαθμοὶ ὁ τῶν ἱερέων καὶ τῶν διακόνων καὶ τῶν ὑποδιακόνων καὶ τῶν ἀναγνωστῶν ἐστι. Τὰ δὲ ὀφφίκια καὶ τὰ ἀρχοντίκια τιμαί εἰσι καὶ πορισμῶν ἀφορμαί. Διὸ καὶ ὁ νηπιόθεν γεγονὼς ἀναγνώστης καὶ δευτερογαμήσας ἀπαρεμποδίστως γενήσεται κληρικὸς ἐκκλησιαστικὸς δομέστικός τε καὶ λαοσυνάκτης διὰ πιττακίων, οὐ μὴν δὲ διάκονος ἢ ὑποδιάκονος· ὁ τοῦτο γὰρ τολμήσας καθαιρεθήσεται.

A et alia officia per pittacia archiepiscopalia promoventur; dicimus quod ecclesiastica officia et archonticia abusive vocantur gradus. Proprie enim gradus sunt sacerdotum, et diaconorum, et hypodiaconorum, et lectorum; officia autem et archonticia sunt honores et victus acquirendi occasiones: unde et qui ab ineunte ætate lector fuerit et secundam uxorem duxerit, sine impedimento fiat clericus ecclesiasticus, et domesticus et populo congregator per pittacia, non autem et diaconus, aut hypodiaconus, qui hoc enim ausus fuerit deponetur.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ θεῖον λουτρὸν τοῦ ἁγίου βαπτίσματος πάντα πιστεύομεν ἀποπλύνειν ῥύπον τοῖς βαπτισθεῖσιν ἐντακέντα πρὸ τοῦ βαπτίσματος, καὶ οὐδὲν ἁμάρτημα τῶν πρὸ τούτου γενομένων τινὶ κωλύει τὸν βαπτισθέντα προβιβάζεσθαι εἰς ἱερωσύνην. Εἰ δὲ μετὰ τὸ βάπτισμα πορνεύσει, ἢ γάμοις δυσὶ προσομιλήσει, ἱερωσύνης οἱασδήτινος ἀνάξιος κρίνεται.

ZONAR. Divinum lavacrum sancti baptismatis omnes credimus abluere sordes ipsis baptizatis illitas
B ante baptismum, nullumque peccatum, quod ante baptismum fuerit ab aliquo patratum, prohibet ad sacerdotium promoveri baptizatum. Quod si post baptismum scortatus fuerit, aut nuptiis duplicibus adhæserit, indignus qualicunque sacerdotio judicatur.

ΑΡΙΣΤ. *Ἄνιερος ἅπας δίγαμος ἢ παλλακὴν ἐπιτρέφων.*

Ἅπας δίγαμος εἰς ἱερωσύνην ἀπρόσδεκτος· πολλῷ δὲ πλέον ὁ παλλακὴν ἐπιτρέφων.

ARIST. *Quisque secundis implicitus nuptiis, aut pellicem nutriens non sit sacerdos.*

Quilibet digamus ad sacerdotium non est admittendus, multo magis qui pellicem nutrit.

ΚΑΝΩΝ ΙΗ'.

Ὁ χήραν λαβὼν, ἢ ἐκβεβλημένην, ἢ ἑταίραν, ἢ οἰκέτιν, ἢ τῶν ἐπὶ σκηνῆς, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ.

CANON XVIII.

Qui viduam accepit, vel ejectam, vel meretricem, vel servam, vel mimam seu scenicam, non potest esse episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel omnino ex numero sacerdotali.

ΒΑΛΣ. Σημείωσαι τὸν παρόντα κανόνα. Βούλεται γὰρ μὴ μόνον τὸν ἱερωμένον σωφρονεῖν, ἀλλὰ καὶ τὴν σύμβιον τούτου. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὰς ἐντὸς περιεχομένας γυναῖκας ἐκώλυσε τοῖς ἱερωμένοις συνάπτεσθαι, ὡς μὴ πιστευομένας σωφρονεῖν διὰ τὸ φαῦλον τοῦ βίου αὐτῶν. Εἴ τις γοῦν τοιαύτῃ γυναικὶ συναφθῇ, οὐκ ἀξιωθήσεται ἱερωσύνης, καὶ μετὰ τὴν ἱερωσύνην δὲ καθαιρεθήσεται, τῆς γυναικὸς αὐτοῦ μοιχευομένης, καὶ τούτου ἀνεχομένου (32).

C BALS. Nota præsentem canonem. Vult enim non solum eum qui est sacratus, esse modestum et continentem, sed etiam ejus conjugem: et ideo mulieres, quæ hic comprehenduntur, prohibuit cum sacratis hominibus matrimonio conjungi, utpote quod eas continenter vivere non credatur, propter earum sordes et improbitatem. Si quis ergo cum ejusmodi muliere matrimonio conjunctus fuerit, sacerdotio non dignabitur, et post sacerdotium deponetur

Guill. Beveregii notæ.

(30) *Δομεστικάτα.* Hoc est officium *Domesticorum*, quod etiam Gregorius Turonensis vocat *Domesticatum* l. 2, cap. 8. Domesticus autem vel ecclesiasticus fuit vel politicus; ecclesiasticus, de cujus officio hic fit mentio, quisnam fuit et quonam in Ecclesia munere functus est, optime discamus ex Joannis episcopi Citri ad Constantinum Cabasilam responsis, in quibus hæc legimus: Ἀναγνωστῶν δὲ ὀφφίκια ταῦτα· Ὁ δομέστικος τοῦ δεξιοῦ χοροῦ, ὁ δομέστικος τοῦ ἀριστεροῦ, et mox, ὁ δομέστικος τῶν ψαλτῶν, ὁ παρά τινων λεγόμενος πρωτοψάλτης. Ad interrog. 8. Juris Græco-Rom. l. 5, p. 328. Et postea ad aliam interrogationem· Κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ λόγον κἂν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς τάξεσι δομέστικος λέγεται, εἴη οὖν ἀρχῳδὸς καὶ ἐπιστάτης τῶν μελῳδιῶν τε καὶ τῶν μελῳδῶν, οἷα εἰς ῥυθμὸν καὶ τάξιν καθιστῶν αὐτούς τε καὶ τὰ μελῳδήματα. Ad interrog. 10, ibid. p. 330. E quibus liquet δομέστικον unum e lectoribus fuisse, cantoribus autem præfectum, sive πρωτοψάλτην καὶ ἀρχῳδόν. Aliquid tamen discriminis fuisse inter δομέστικον et πρωτοψάλτην proprie sic dictum, ex Euchologio colligimus, ubi inter officiales Magnæ Ecclesiæ, οἱ δομέστικοι ἀμφοτέρων τῶν χορῶν et πρωτοψάλτης distincte recensentur, p. 268, 273, 278. Et propterea, Οἱ δύο δομέστικοι ἵστανται μετὰ τοῦ πρωτοψάλτου, καὶ ψάλλοντες φοροῦσι σφικτούρια, ὡς πρωτοψάλτης. p. 272. Et in hoc quidem Domestici officium a πρωτοψάλτου discrepat, quod in
D solemnioribus vigiliis penes eum erat auspicari, ad antistitem aut præsentem sacerdotem dicendo, Εὐλόγησον, δέσποτα. Nonnulli eorum etiam πατριαρχικοὶ δομέστικοι dicti sunt, quorum erat ἐν προόδοις τοῦ πατριάρχου dicere, Εἰς πολλὰ ἔτη, δέσποτα, ut e citato episcopi Citri ad Constant. Cabasilæ interrog. 8 responso liquet. Hoc igitur officium est, quod hoc loco Balsamon δομεστικάτα appellat.

(31) *Λαοσυνακτάτα.* Duo etiam λαοσυνάκται sive λαοσυνάπται ambo lectores inter officiales Ecclesiæ CP. recensentur, Euchologii p. 268, 273, 278, quorum officium hic λαοσυνακτάτα dictum, ex ipsa nominis notatione satis constat.

(32) *Καὶ τούτου ἀνεχομένου.* Idem constituitur a Michaele patriarcha CP.: Ἱερεὺς, γνοὺς τὴν σύνοικον μοιχευθεῖσαν, ἀπωσάμενος μὲν, ἀκώλυτος, παραδεξάμενος δὲ, ἀνίερος. Michael. epist. de matrimonio prohibito. Jur. Græco-Rom. lib. IV, p. 263.

etiam, si ejus uxor eo sciente adulterata fuerit, et patiente. Lege etiam 29 cap. 9, tit. præsentis operis; et decimum canonem synodi Ancyranæ, et quæ in eo scripta sunt præsentium duorum canonum interpretationis gratia.

ZONAR. Judæis etiam veteri sua lege prohibitum fuit, ne sacerdotes ipsorum ducerent in matrimonium meretrices, vel in bello captas mulieres, aut ancillas et cauponatrices; et victum sibi quærentes in taberna meritoria et separatas a viris. Quod si fuerant hæc illis a lege mandata: multo magis his, qui secundum Evangelium sunt sacra celebraturi. Ecce enim ait templo quid amplius hic est. Propterea, præsens canon sacris interdicit ministris, in uxorem, nec viduam ducere, nec a suo viro ejectam, nec meretricem, nec ancillam; sed nec earum quampiam, quæ ludant in scena. Tales enim promiscue viventes, inverecunde cum quibusvis occurrentibus conversantes et colloquentes, non creduntur pudice vivere. Quamobrem, quisquis aliquam de numeratis acceperit, hunc ad ullam sacri ministerii functionem provehi non permittit canon.

18 ARIST. *Qui dimissam, aut viduam, aut ancillam, aut insanam in uxorem duxit sacerdos, sacerdotio privatur.*

Sic etiam qui non modestam uxorem ducit et virginem, sed quam alius dimisit, aut viduam, aut ancillam, aut insanam, ad sacerdotium non admittetur.

CANON XIX.

Qui duas sorores duxit, vel consobrinam, non potest esse clericus.

BALS. Ἀδελφιδῆ idem est quod ἀνεψιά. Eum ergo qui ducit in uxorem vel duas sorores, vel amitam, et consobrinam, non permittit canon fieri clericum, licet omnino matrimonium irritum fiat. Tu autem scias, quod non solum, qui ejusmodi quidquam fecerit, sed et qui aliud matrimonium propter consanguinitatem vel affinitatem prohibitum contraxit, non fiet clericus, sed ei pœna potius imponetur. Quænam sint autem pœnæ eorum qui cum consanguineis rem habent, disces ex diversis canonibus magni Basilii.

ZONAR. Illicitæ enim nuptiæ ipsum non solum arcent a clero, sed etiam pœnis subjiciunt. Quin et per legem civilem punitur illegitimas iniens nuptias, quas et lex etiam distrahit.

ARIST. *Non fit clericus qui duas sorores, aut consobrinam duxerit.*

Talis cum pœna hac, quod non potest fieri clericus, gravioribus etiam suppliciis subjicitur, distractis insuper et illegitimis nuptiis.

CANON XX.

Clericus fidejubens deponatur.

BALS. Fidejubere nonnulli esse dicunt, clericum

A Ἀνάγνωθι καὶ τὸ κθ' κεφ. τοῦ θ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τὸν ι' κανόνα τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου καὶ τὰ ἐν αὐτῷ γραφέντα χάριν τῆς ἑρμηνείας τῶν παρόντων δύο κανόνων.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ τοῖς Ἰουδαίοις ἀπηγόρευτο παρὰ τοῦ νόμου τοῦ παλαιοῦ τοὺς ἱερεῖς αὐτῶν πόρνας πρὸς γάμον ἄγεσθαι, ἢ αἰχμαλώτους, ἢ δούλας, καὶ τὰς ἐκ καπηλείας, καὶ τοῦ πανδοχεύειν τὴν ζωὴν ποριζομένας, καὶ τὰς ἐξ ἀνδρῶν κεχωρισμένας. Εἰ δὲ ἐκείνοις ταῦτα νενομοθέτητο, πολλῷ μᾶλλον τοῖς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ἱερουργεῖν μέλλουσιν. Ἰδοὺ γάρ φησι πλέον τοῦ ἱεροῦ ὧδε. Διὰ ταῦτα καὶ ὁ παρὼν κανὼν τοὺς ἱερωμένους κωλύει μήτε χήραν εἰς γάμον ἄγεσθαι, μήτ' ἐκβεβλημένην παρὰ τοῦ B οἰκείου ἀνδρὸς, μήτε πόρνην, μήτε δούλην, ἀλλὰ μηδέ τινα τῶν ἐπὶ σκηνῆς. Αἱ γὰρ τοιαῦται, ἀδιαφόρως ζῶσαι, καὶ ἀναιδῶς προσομιλοῦσαι τοῖς ἐντυγχάνουσιν, οὐδὲ πιστεύονται σωφρονεῖν. Τὸν γοῦν μίαν ἐκ τῶν ἀπηριθμημένων λαβόντα εἰς ἱερωσύνην οἱανδήτινα προβιβάζεσθαι οὐ συγχωρεῖ ὁ κανών.

ΑΡΙΣΤ. *Ἀπολελυμένην, ἢ χήραν, ἢ θεράπαιναν, ἢ μαινάδα λαβὼν ἱερεὺς, ἄνιερος.*

Καὶ οὗτος ὁ μὴ κοσμίαν γυναῖκα λαβὼν, καὶ παρθένον, ἀλλ' ἣν ἀπεβάλετο ἕτερος, ἢ θεράπαιναν, ἢ μαινάδα, εἰς ἱερωσύνην οὐ προσδεχθήσεται.

ΚΑΝΩΝ ΙΘ'.

C *Ὁ δύο ἀδελφὰς ἀγαγόμενος ἢ ἀδελφιδῆν οὐ δύναται εἶναι κληρικός.*

ΒΑΛΣ. Ἀδελφιδῆ λέγεται ἡ ἀνεψιά. Τὸν γοῦν ἀγαγόμενον εἰς γάμον ἢ δύο ἀδελφὰς, ἢ θείαν καὶ ἀνεψιὰν, οὐ παραχωρεῖ ὁ κανὼν κληρωθῆναι, διασπωμένου πάντως καὶ τοῦ γάμου. Σὺ δὲ γίνωσκε ὡς οὐ μόνον ὁ τοιοῦτόν τι ποιήσας, ἀλλὰ καὶ ὁ ἕτερον γάμον κεκωλυμένον ἐξ αἵματος ἢ ἐξ ἀγχιστείας συναλλάξας οὐ κληρωθήσεται, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἐπιτιμηθήσεται. Οἷα δέ εἰσι τὰ τῶν αἱμομιχτῶν ἐπιτίμια, μαθήσῃ ἀπὸ διαφόρων κανόνων τοῦ μεγάλου Βασιλείου.

ΖΩΝΑΡ. Ἡ γὰρ ἀθεμιτογαμία οὐ μόνον τοῦ D κλήρου αὐτὸν κωλύει, ἀλλὰ καὶ ἐπιτιμίοις ὑπάγει. Καὶ παρὰ τοῦ πολιτικοῦ δὲ νόμου τιμωρεῖται ὁ ἀθεμιτογαμῶν διασπῶντος καὶ τὸν ἀθέμιτον γάμον.

ΑΡΙΣΤ. *Οὐ κεκλήρωται ὁ δύο ἀδελφὰς ἢ ἀνεψιὰν ἀγαγόμενος.*

Ὁ τοιοῦτος, σὺν τῷ μὴ δύνασθαι κληρικὸς γενέσθαι, καὶ βαρυτάτοις ἐπιτιμίοις ὑπόκειται, διασπωμένου πρὸς τούτοις καὶ τοῦ ἀθέσμου γάμου.

ΚΑΝΩΝ Κ'.

Κληρικὸς, ἐγγύας διδοὺς (33), *καθαιρείσθω.*

ΒΑΛΣ. Τὸ διδόναι ἐγγύας τινὲς μὲν λέγουσιν

Guill. Beveregii notæ.

(33) *Κληρικὸς ἐγγύας διδούς.* Interpretes consentiunt, quod clericis hic interdicatur, non alios pro se, sed se pro aliis, idque turpis lucri gratia fidejussores constituere. Astipulatur et scholiastes Harmenopuli, Εἰ δι' αἰσχροκέρδειαν καὶ ἐπὶ τελωνῶν τοῦτο ποιεῖ, εἰ δὲ δι' ἀνάγκην ἢ ἐπὶ κληρικῶν, ἐπαι-

εἶναι τὸ ἐγγυᾶσθαι ὑπὲρ ἑτέρου τὸν κληρικόν· τινὲς A δὲ τὸ διδόναι τὸν κληρικὸν ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἕτερον ἐγγυητήν. Τὸ γοῦν λέγειν καθαιρεῖσθαι τὸν κληρικὸν μὴ παραδεχόμενον εἰς δικαστήριον, ἢ εἰς ἐνοχὴν δι' ἀπορίαν, ἢ δι' ἕτερον τρόπον εὔλογόν τινα, καὶ διὰ τοῦτο διδόντα ἐγγυητὰς χάριν τοῦ ἀπαλλαγῆναι ὀχλήσεως, φορτικώτατόν ἐστι καὶ τῆς ἀποστολικῆς φιλανθρωπίας ἀνάξιον. Τὸ δὲ ἐγγυᾶσθαι τὸν κληρικὸν ὑπὲρ ἑτέρου ποτὲ ἴσως κολασθήσεται. Εἰ μὲν γὰρ χάριν κέρδους ἐγγυήσεταί τινα κληρικὸς, καθαιρεθήσεται διὰ τὴν αἰσχρότητα τῆς ἐγγύας. Εἰ δὲ πένητά τινα ἐγγυήσεται διὰ ἔλεον, ἢ διά τινα εὐσεβῆ αἰτίαν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἑτέρου παρεμβάλῃ, οὐ καθαιρεθήσεται. Εὕρηνται δὲ καὶ ἐν τῇ δ' οἰκουμενικῇ συνόδῳ πολλοὶ ἐπίσκοποι καὶ κληρικοὶ ἐγγύας B ἀπαιτήσαντες, καὶ ἀπαιτηθέντες, καὶ οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἐβλάβη. Ἑρμήνευσον οὕτω τὰ τῆς ἐγγύας. Ἀνάγνωθι δὲ καὶ τὴν ρκγ' Ἰουστινιάνειον Νεαρὰν κειμένην ἐν βιβλίῳ γ' τῶν Βασιλικῶν, τίτλῳ α' ἤτοι κεφάλαιον αὐτοῦ ιγ' λέγον οὕτως ἐν μέρει· Τοὺς δὲ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους καὶ ὑποδιακόνους, τῷ δικαίῳ καὶ μόνῳ τῆς συγγενείας εἰς ἐπιτροπὴν ἢ κουρατωρείαν καλουμένους, τὴν τοιαύτην λειτουργίαν ὑποδέχεσθαι συγχωροῦμεν. Καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν· Ἀλλ' οὐδὲ ἀπαιτητὴν δημοσίων συντελειῶν ἢ ἐκλήπτορα ἢ μισθωτὸν τελῶν ἢ ἀλλοτρίων κτήσεων, ἢ κουράτωρα οἴκου, ἢ ἐντολέα δίκης, ἢ ἐγγυητὴν ὑπὲρ τούτων τῶν αἰτιῶν, ἐπίσκοπον ἢ οἰκονόμον, ἢ ἄλλον κληρικὸν οἱουδήποτε βαθμοῦ, ἢ μοναχὸν ἰδίῳ ὀνόματι, ἢ τῆς ἐκκλησίας, ἢ τοῦ μονα- C στηρίου, ὑπεισιέναι συγχωροῦμεν, ἵνα μὴ διὰ ταύτης προφάσεως καὶ τοῖς ἁγίοις οἴκοις ζημία γένηται, καὶ αἱ θεῖαι ὑπηρεσίαι ἐμποδίζωνται. Ὥστε καὶ ἀπὸ τῶν ῥημάτων τούτων τῆς Νεαρᾶς, τῶν λεγόντων μὴ γίνεσθαι ἱερωμένον τινὰ ἐγγυητὴν ὑπὲρ τούτων τῶν αἰτιῶν, δηλαδὴ τῶν διαληφθεισῶν, παρίσταται καλῶς ἐγγυᾶσθαι τὸν κληρικὸν ὑπὲρ ἑτέρων εὐσεβῶν αἰτιῶν, ὥσπερ καὶ παρεμβάλλειν ἑαυτόν. Ζήτει καὶ θ' τίτλον τοῦ παρόντος συντάγματος, κεφ. λδ' καὶ κζ' καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐν Χαλκηδόνι συνόδου κανόνα λ'.

pro alio fidejubere; nonnulli autem clericum pro seipso dare alium fidejussorem: dicere ergo deponi clericum, qui ad judicium vel ad agendum, propter paupertatem, vel aliquam aliam justam causam non admittitur, et propterea dat fidejussores ut a molestia liberetur, est gravissimum, et apostolica humanitate indignum. Si clericus autem pro alio fidejubeat, fortasse quandoque punietur. Si enim clericus lucri gratia pro aliquo fidejusserit, deponetur, propter fidejussionis turpitudinem: sin autem pro aliquo paupere fidejusserit propter misericordiam, vel propter aliquam piam causam seipsum pro alio ingesserit, non deponetur. Inventi sunt autem etiam in 4 universali synodo multi clerici et episcopi, qui fidejussores et dederunt, et acceperunt, nec tamen ullus ideo læsus est. Fidejussionem ergo ita interpretare. Lege etiam 123 Justiniani Novellam, quæ sita est in libro III Basilic. tit. primo seu cap. ejus 13 quod sic dicit in parte: Presbyteros autem, et diaconos, et subdiaconos, qui solo jure cognationis ad tutelam vel curam vocantur, tale munus suscipere permittimus. Et paulo post iterum: Sed nec publicorum tributorum exactorem, vel receptorem, vel vectigalium aut possessionum alienarum conductorem, vel curatorem domus, vel causæ procuratorem, vel pro his causis fidejussorem, episcopum, vel œconomum, vel alium clericum cujuscunque gradus, vel monachum proprio nomine, vel ecclesiæ, aut monasterii, esse permittimus: ne hoc prætextu sanctis quoque domibus detrimentum afferatur, et divina ministeria impediantur. Quare ex his quoque verbis Novellæ, quæ dicunt non debere fieri sacratum aliquem pro his causis fidejussorem, iis videlicet quæ comprehensæ sunt, pulchre constat posse clericum pro aliis piis causis fidejubere, sicut etiam seipsum ingerere. 14 Quære etiam titulum nonum præsentis operis, cap. 34 et 27 et quæ sunt in eis, et Chalced. syn., can. 30.

ΖΩΝΑΡ. Ἐγγύας τις δίδωσιν ἢ ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἢ ὑπὲρ ἄλλου. Καὶ ὁ ὑπὲρ ἄλλου διδοὺς ἢ διὰ κέρδος ἐγγυᾶται ἢ διὰ ἀγάπην, δι' ἣν καὶ τὰς ψυχὰς ἡμῶν τιθέναι ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν ἐντετάλμεθα. Τὸ μὲν οὖν D ὑπὲρ ἄλλου ὑποβαλεῖν ἑαυτὸν, ἤτοι ἔνοχον ποιῆσαι, ὡς τυχὸν ὑπὲρ τελώνου, κεκώλυται· ἀρχαία δὲ κακία τὸ τελωνεῖν· τελῶναι δ' εἰσὶν οἱ τὰς ἀπαιτήσεις ὠνούμενοι τῶν δημοσίων συντελειῶν. Οἱ γοῦν τοιοῦτοι, εἰ μὴ φανερᾶς εὐποροῦσιν οὐσίας, ἐγγύας ἀπαιτοῦνται, καὶ παράγουσί τινας ὑποτιθέντας δι' ἐκείνους τὰ ἑαυτῶν· τοῦτο τοίνυν καὶ ὅσα τούτῳ

ZONAR. Fidejubet aliquis aut pro se, aut pro alio. Qui vero pro alio fidejussorem se præstat, aut propter lucrum fidejubet, aut propter charitatem, propter quam nostras ipsorum animas pro fratribus ponere jubemur. Seipsum igitur pro alio subjicere obligationi, sive obnoxium se facere, ut forte pro publicano, vetatur. Antiquum siquidem est malum, publicanum agere. Publicani vero sunt, qui publicorum tributorum redimunt exactiones. A talibus ergo, si manifestis non abundent facultatibus, fidejussores exiguntur, et non-

Guill. Beveregii notæ.

νετίος. Harmenop. epit. can. sect. 3. tit. 2. Egbertus Eboracensis, *Ut nulli sacerdotum liceat fidejussorem esse, neque relicta propria lege ad sæcularia judicia accedere*, Egbert. in excerpt. Idem innuere videtur et Dionysius Exiguus, qui canonem hunc sic transfert, *Clericus fidejussionibus inserviens adjiciatur*. Sed Josephus Ægyptius canonem aliter interpretatur: *Quicunque e sacerdotibus hominem pro se fidejussorem dederit, aut ipse se dederit fidejussorem pro alio, vel hominem pignori acceperit, quemadmodum exteri faciunt, Ecclesia expellatur.* Adeo ut de clericis, qui alios pro se, æque ac iis qui se pro aliis sponsores dederint, canonem hunc exponat.

nullos adducunt, qui bona sua propter eos oppignorant. Hoc igitur, et quæ sunt huic similia, prohibetur clericis, ne se negotiorum molestiis, et actionibus interponant judicialibus. Suspicio namque est, quod ista propter lucrum ferant, clericos autem dedecet esse turpis lucri cupidos. Propterea depositionis pœna talibus infligitur. Quod si forte clericus ab aliquo tractus ad judicium, satisdare judicio sistendi causa cogatur, istiusmodi satisdationes præstans statu suo non idcirco multabitur. Quandoquidem comperti sunt in œcumenica synodo quarta congregati divini Patres, et qui convenerant una senatores ab Ægyptiis episcopis exegisse fidejussiones judicio sistendi: vel qui satisdationibus destituebantur, his jusjurandum imperasse, dum tempus quærunt ad dilationem. Quod si clericus ad judicium comperiens aliquem protractum ob dandam sistendi se judicio cautionem, vel alio quoquo modo petitionis cujuspiam judicialis reum, qui custodiæ traditur, quia satisdare nequeat: miseratus autem illum pro illo ipse fidejubet, ipsius calamitate motus, hunc non arbitror ordine suo movendum: sed apud Deum bonosque viros acceptum fore, velut evangelici observatorem mandati. Et civilis præterea lex clericos in jus vocatos satisdare jubet. Nota quod segregatio est etiam pœnas dare quæ e divinis ejiciunt terminis, et in pœnitentium loco constituunt.

ARIST. *Clericus fidejussiones non dat, dans autem deponitur.*

Non oportet clericum in negotia se injicere, et fori judicialis molestias propter aliquod turpe lucrum. Si Paulo enim fortasse cum publico vel privato aliquo pactiones contrahente, et ei non creditur, sed fidejussiones exiguntur, clericus pro illo fid jusserit, et semet obnoxium reddiderit, talis ut contemptor proprii status et honoris propter lucrum quoddam factus, deponetur. Si clericus autem inveniens hominem oppressum et in custodia detentum, et aliter illinc non exiturum nisi aliquem dederit fidejubentem eum non confugiturum, et propter sympathiam et humanitatem talem in se receperit, et fidejusserit eum se judicio sistere quandocunque requisitus fuerit, non tantum non abjiciendus erit, sed laudandus judicabitur, ut ponens animam suam pro cognato. Clericis autem in jus vocatis exigi fidejussiones judicio se sistendi, hoc non reddit eos depositioni obnoxios. In quarta enim actione in Chalcedone actorum, sancta synodus et considentes in ea celeberrimi præfecti, statuerunt Ægyptios episcopos fidejussiones se sistendi dare, et illis destitutos jurejurando obstringi.

ἐοίκασιν, ἀπηγόρευται τοῖς κληρικοῖς· ἵνα μὴ ἑαυτοὺς ὄχλῳ πραγμάτων καὶ ἑλκυσμοῖς παρεμβάλωσι, καὶ ἐπηρείαις σεκρετικαῖς· ὑποπτεύονται γὰρ διὰ κέρδος τούτων ἀνέχεσθαι· αἰσχροκερδεῖς δὲ τοὺς κληρικοὺς εἶναι οὐ δεῖ· δι' ὃ καὶ ἡ καθαίρεσις τούτοις ἐπάγεται. Εἰ δὲ παρά τινος ἴσως κληρικὸς ἐναγόμενος τῆς εἰς τὸ δικαστήριον προσεδρίας χάριν ἐγγύας ἀπαιτεῖται, διδοὺς ταύτας οὐ βλαβήσεται παρὰ τὴν οἰκείαν ἐπιτιμίαν. Ἐπεὶ εὕρηνται καὶ ἐν τῇ τετάρτῃ οἰκουμενικῇ συνόδῳ οἱ ἐν ταύτῃ ἀθροισθέντες θεῖοι Πατέρες, καὶ οἱ συνόντες αὐτοῖς συγκλητικοὶ, τοὺς Αἰγυπτίους ἐπισκόπους ἐγγύας ἀπαιτήσαντες προσεδρίας· ἢ τούτων ἀποροῦντας, κελεύσαντες ἐξωμοσίαν ποιήσασθαι, ζητοῦντας καιρὸν εἰς ὑπέρθεσιν. Εἰ δὲ κληρικὸς ἑλκόμενόν τινα εὑρηκὼς, καὶ ἐγγύας ὑπὲρ παραστάσεως, ἢ ἄλλως πως ἀπαιτούμενον καὶ εἱρκτῇ παραπεμπόμενον, ὡς μὴ δυνάμενον παρασχεῖν τὰς ἐγγύας, ἐλεήσας αὐτὸν ὑπὲρ ἐκείνου ἑαυτὸν ὑποτίθεται τῇ ἐγγύῃ, ἐπικλασθεὶς τῇ τοῦ πάσχοντος συμφορᾷ, οὐκ οἶμαι τοῦτον καθαιρεθήσεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀποδεχθήσεσθαι παρὰ Θεοῦ τε καὶ εὐγνωμόνων ἀνδρῶν, ὡς εὐαγγελικὴν πληρώσαντα ἐντολήν. Καὶ ὁ πολιτικὸς δὲ νόμος τοὺς κληρικοὺς δικαζομένους διδόναι ἐγγύας παρακελεύεται. Σημείωσαι ὅτι ἀφορισμός ἐστι καὶ τὸ ἐν ἐπιτιμίοις γενέσθαι τοῖς ἐκβάλλουσι τῶν θείων περιβόλων, καὶ πρὸς τὴν τῶν μετανοούντων καθιστῶσι χώραν.

ΑΡΙΣΤ. *Κληρικὸς ἐγγύας οὐ δίδωσι· δοὺς δὲ καθαιρεῖται.*

ZONAR. Canonem non arbitror hic appellare στρατείαν, *Armorum tractationem, vel militum præfecturam*, sed militarium rerum procurationem; B veluti militarium stipendiorum distributionem, vel annonæ nutriendis militibus sepositæ curam, vel militum descriptionem, vel etiam quas alias procurationes: quas quidem civiles leges inveniuntur etiam nominare στρατείας. Consecratos igitur istis qualibuscunque vacantes canon depositioni omnino subjicit: si non ab his abstineant. Nec enim decet non miscenda miscere: ea (dicit) quæ sunt Cæsaris, et ea quæ sunt Dei. Septimus autem in Chalcedone synodi canon tales quos non pœniteat, anathematizari decernit.

ΑΡΙΣΤ. *Ἱερεὺς ἄρχων ἀνίερος· « Τὰ γὰρ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ. »*

Ὁ Ῥωμαϊκὴν στρατείαν ἐθέλων κατέχειν, καὶ ἱερατικὴν διοίκησιν, καθαιρείσθω. *Τὰ γὰρ Καίσαρος Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ.*

ARIST. *Sacerdos magistratum obiens; deponitur. « Quæ enim Cæsaris sunt, Cæsari, et quæ Dei, Deo. »*

Qui Romanam militiam retinere vellet, ac etiam sacerdotalem administrationem, deponatur. C *Quæ enim Cæsaris sunt, Cæsari, et quæ, Dei, Deo.*

ΚΑΝΩΝ ΠΔ'.

Ὅστις ὑβρίσει βασιλέα (30) *ἢ ἄρχοντα παρὰ τὸ δίκαιον, τιμωρίαν τιννύτω· καὶ εἰ μὲν κληρικός, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκός, ἀφοριζέσθω.*

CANON LXXXIV.

Quisquis regem vel principem præter jus contumelia affecerit, pœnas luat: et si sit quidem clericus, deponatur: si vero laicus, segregetur.

ΒΑΛΣ. Ὁ Μωσαϊκὸς νόμος φησίν· *Ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς.* Ἀκολούθως οὖν αὐτῷ διορίζεται καὶ ὁ παρὼν κανών, τὸν ὑβρίζοντα βασιλέα ἢ ἄρχοντα, κληρικὸν μὲν ὄντα, καθαιρεῖσθαι, λαϊκὸν δέ, ἀφορίζεσθαι. Καὶ τοῦτο μὲν ὅσον ἀπὸ τῆς ἐκκλησιαστικῆς παραδόσεως· οἱ δὲ πολιτικοὶ νόμοι ἄλλως διευλυτοῦσι τὰ τῆς βασιλικῆς ὕβρεως. Καὶ ἀνάγνωθι τὸ λς' κεφ. τοῦ θ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. Τινὲς ἑρμηνεύοντες τό, Εἴ τις ὑβρίσει βασιλέα ἢ ἄρχοντα παρὰ τὸ δίκαιον, εἶπον πολλάκις ἐκλαμβάνεσθαι καὶ τὸν δίκαιον ἔλεγχον ἀντὶ ὕβρεως. Νομίζω δὲ τοῦτο ἑρμηνεύεσθαι ἀπὸ τοῦ ιδ' κεφ. τοῦ λς' τίτλου τοῦ ξ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, ὅπερ κατεστρώθη εἰς τὸ λς' κεφάλαιον τοῦ θ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος.

BALS. Lex Mosaica dicit: *Principi populi tui non maledices* [26]. Ei ergo consequenter statuit et præsens canon, eum qui imperatorem vel principem injuria afficit, si sit quidem clericus, deponi: si vero laicus, segregari; et hoc quidem quantum ad ecclesiasticam traditionem attinet. Civiles autem leges imp., factam injuriam aliter vindicant, lego autem 36, cap. noni tit. præsentis operis. Nonnulli autem illud interpretantes, Si quis regem vel prin- D cipem præter jus contumelia afficit, dixerunt sæpe etiam justam reprehensionem pro injuria accipi. Existimo autem hoc explicari a 14 cap. 36, tit. 60 lib. Basil. quod situm est in 36 cap. 9, tit., præsentis operis.

[26] Exod. xxii, 28.

Guill. Beveregii notæ.

(30) *Ὅστις ὑβρίσει βασιλέα.* Recte hic observat Harmenopulus, quod hoc canone, Βασιλέα μὲν ὑβρίζειν κεκώλυται, ἐλέγχειν δὲ οὐδαμῶς. *Contumelia quidem afficere imperatorem prohibitum est, reprehendere autem nequaquam.* Harmen. epit. can. sect. 3, tit. 3, cui suffragatur et Zonaras. Et sic quidem D. Ambrosius imperatorem Valentinianum reprehendit, Theodoret. *Hist. eccles.* lib. iv, cap. 7, et Theodosium, ibid. l. v, c. 17. Joan. Chrysostomus multos optimatum et magistratuum, Socrat. l. vi, c. 5. Arsenius Palæologum reprehendit simul et sacris interdixit, Niceph. Greg. Hist. Rom. lib. iv, alii alios, ut ecclesiasticæ Historiæ scriptores abunde testantur. Ut extra dubium sit hunc canonem, non de justa imperatorum reprehensione, si deliquerint, sed de contumelia intelligendum esse.

ZONAR. Mosaica lex dicit : *Principi populi tui non maledices*. Et coryphæus apostolorum Petrus ait, *Regem honorate* [37]. Et magnus Paulus, orare jubet pro regibus et omnibus qui sunt in dignitate, etiam si sint infideles [38]. Igitur et reges et magistratus afficere contumelia quisque prohibitus est. At hos reprehendere aliquid agentes contra quam deceat, non prohibetur; etiamsi reprehensiornum verba, forte acerbiora exsistentia, ad reprehensorum contumeliam spectare existimentur. Non permittit enim canon contra jus contumeliam facere; ut ex contraria distinctione intelligitur, quod et reges et primates juste increpans non est punitione dignus. Trigesimus sextus titulus libri Basilicorum sexagesimi in capite decimo tertio, hæc, dicit : Si quis male mentionem regis fecerit, non subjacet pœnæ, sed quæ de illo sunt, regi significari oportet. Nam si per levitatem excessit, contemnendus est. Quod si per insaniam, miseratione dignus est. Quod si velut injuria affectus, ei remittendum est.

ARIST. *Qui magistratum et regem contra jus contumelia afficit, clericus deponitur, laicus excommunicatur.*

Qui regem aut magistratum pie viventes contumelia afficit, si clericus est deponatur, si vero laicus excommunicetur.

56 CANON LXXXV.

Sint nobis omnibus clericis et laicis libri venerandi et sancti Veteris quidem Testamenti, Mosis quinque, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium. Jesu filii Nave unus. Judicum unus. Ruth unus. Regnorum quatuor. Paralipomenon, id est, derelictorum libri dierum, duo. Esdræ duo. Esther unus. Maccabæorum tres. Job unus. Psalterii unus. Salomonis tres. Proverbia. Ecclesiastices. Cantica canticorum. Prophetarum duodecim. Isaiæ unus. Jeremiæ unus, Ezechielis unus. Danielis unus. Extrinsecus autem a vobis intelligatur, debere vestros adolescentes discere sapientiam eruditissimi Sirach. Nostra autem id est, Novi Testamenti. Evangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Joannis. Pauli Epistolæ quatuordecim. Petri Epistolæ duæ, Joannis tres. Jacobi una. Clementis Epistolæ duæ, et Constitutiones vobis episcopis per me Clementem in octo libris editæ, quæ non sunt omnibus divulgandæ, propter ea quæ sunt in eis mystica : et Actus nostri apostolorum.

A ZΩΝΑΡ. Ὁ Μωσαϊκὸς νόμος, *Ἄρχοντα*, φησὶ, *τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς*. Καὶ ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων Πέτρος, *Τὸν βασιλέα τιμᾶτε*, φησί. Καὶ ὁ μέγας Παῦλος ὑπερεύχεσθαι κελεύει τῶν βασιλέων καὶ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ, καὶ ταῦτα ἀπίστων. Ὑβρίζειν μὲν οὖν κεκώλυται πᾶς τις καὶ βασιλέας καὶ ἄρχοντας· ἐλέγχειν δὲ παρὰ τὸ προσῆκον ποιοῦντάς τι οὐ κωλύεται, κἂν οἱ τῶν ἐλεγχόντων λόγοι, δριμύτεροι ὄντες ἴσως, εἰς ὕβριν τοῖς ἐλεγχομένοις λογίζωνται. Παρὰ τὸ δίκαιον γὰρ ὑβρίζειν οὐ παραχωρεῖ ὁ κανὼν, ὡς ἐξ ἀντιδιαστολῆς νοεῖσθαι ὅτι ὁ δικαίως καὶ βασιλέων καὶ μεγιστάνων καθαπτόμενος οὐ κολάσεως ἄξιος. Ὁ δὲ λϛ' τίτλος τοῦ ξ' τῶν Βασιλικῶν βιβλίου ἐν κεφαλαίῳ ιγ' B ταῦτά φησιν· Ἐάν τις κακῶς μνημονεύσῃ τοῦ βασιλέως, οὐχ ὑπόκειται τιμωρίᾳ· ἀλλὰ χρὴ τὰ περὶ αὐτοῦ τῷ βασιλεῖ μηνυθῆναι. Εἰ γὰρ ἀπὸ κουφότητος ἐξῆλθε, καταφρονητέος· εἰ δὲ ἀπὸ μανίας, ἐλεημοσύνης ἄξιος· εἰ δὲ ὡς ἀδικούμενος, συγχωρητέος.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ ἄρχοντα καὶ βασιλέα παρὰ θέμιν ὑβρίζων, κληρικὸς, καθαιρεῖται· λαϊκὸς, ἀφορίζεται.*

Ὁ βασιλέα ἢ ἄρχοντα εὐσεβῶς ζῶντας ὑβρίζων, εἰ μὲν κληρικός ἐστι, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.

ΚΑΝΩΝ ΠΕ'.

C *Ἔστω ἡμῖν πᾶσι κληρικοῖς καὶ λαϊκοῖς βιβλία σεβάσμια καὶ ἅγια] τῆς μὲν παλαιᾶς Διαθήκης Μωϋσέως πέντε, Γένεσις, Ἔξοδος, Λευϊτικὸν, Ἀριθμοὶ, Δευτερονόμιον· Ἰησοῦ υἱοῦ Ναυῆ ἓν· Κριτῶν ἓν· Ῥοὺθ ἓν· Βασιλειῶν τέσσαρα· Παραλειπομένων τῆς βίβλου τῶν ἡμερῶν δύο· Ἔσδρα δύο· Ἐσθὴρ ἕν· Μακκαβαίων τρία· Ἰὼβ ἕν· Ψαλτηρίου ἕν· Σολομῶντος τρία· Παροιμίαι· Ἐκκλησιαστής· Ἆσμα ᾀσμάτων· Προφητῶν δεκαδύο· Ἡσαΐου ἕν· Ἱερεμίου ἕν· Ἰεζεκιὴλ ἕν· Ἐν Δανιὴλ. Ἔξωθεν δὲ ὑμῖν προσιστορείσθω μανθάνειν ὑμῶν τοὺς νέους τὴν σοφίαν τοῦ πολυμαθοῦς Σιράχ. Ἡμέτερα δὲ (τοῦτ' ἔστι τῆς καινῆς Διαθήκης) Εὐαγγέλια τέσσαρα, Ματθαίου, Μάρκου, Λουκᾶ, Ἰωάννου· Παύλου ἐπιστολαὶ δεκατέσσαρες· Πέτρου ἐπιστολαὶ δύο· Ἰωάννου τρεῖς· D Ἰακώβου μία· Ἰούδα μία· Κλήμεντος ἐπιστολαὶ δύο· Καὶ αἱ Διαταγαὶ ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις δι' ἐμοῦ Κλήμεντος ἐν ὀκτὼ βιβλίοις προσπεφωνημέναι, ἃς οὐ χρὴ δημοσιεύειν ἐπὶ πάντων διὰ τὰ ἐν αὐταῖς μυστικά· καὶ αἱ Πράξεις ἡμῶν τῶν ἀποστόλων* (31).

[37] I Petr. II, 17. [38] I Tim. II, 2.

Guill. Beveregii notæ.

(31) *Ἡμῶν τῶν ἀποστόλων*. Post hæc ultima ultimi canonis hujus verba, in Græcis plerisque codicibus, quibus præsertim canones sine scholiis continentur, hujusmodi appendix adjecta est, idque sub nomine Apostolorum, Ταῦτα δὲ περὶ κανόνων διατετάχθω ὑμῖν παρ' ἡμῶν, ὦ ἐπίσκοποι. Ὑμεῖς δὲ ἐμμένοντες αὐτοῖς σωθήσεσθε, καὶ εἰρήνην ἕξετε· ἀπειθοῦντες δὲ κολασθήσεσθε, καὶ πόλεμον μετ' ἀλλήλων ἀΐδιον ἕξετε, δίκην τῆς ἀνηκοΐας τὴν προσήκουσαν τιννύντες. Ὁ Θεὸς δὲ, ὁ μόνος ἀγέννητος καὶ τῶν ὅλων ποιητὴς, ἅπαντας ἡμᾶς διὰ τῆς εἰρήνης ἐν Πνεύματι ἁγίῳ ἑνώσει, καταρτίσει εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν, ἀτρέπτους, ἀμέμπτους, ἀνεγκλήτους· καταξιώσει τε τῆς μεσιτείας τοῦ ἠγαπημένου παιδὸς

A ΒΑΛΣ. Ἀπὸ μὲν τοῦ ξ' κανόνος ἐμάθομεν μὴ ἀναγινώσκειν ψευδεπίγραφα βιβλία ἀσεβῶν ὡς ἅγια· ἀρτίως δὲ μανθάνομεν ποῖα βιβλία ἀναγινώσκειν ὀφείλομεν ἐκ τῆς παλαιᾶς Διαθήκης καὶ τῆς Νέας. Σὺ δὲ γίνωσκε ὡς, εἰ καὶ γέγραπται ἐνταυθοῖ ἀναγινώσκειν ἡμᾶς τὰς διαταγὰς τοῦ Κλήμεντος, πλὴν μὴ δημοσιεύειν αὐτὰς, ἀλλ' ὁ β' κανὼν τῆς ς' συνόδου ἀπηγόρευσε τὴν τούτων ἀνάγνωσιν, διὰ τὸ γενέσθαι παραποίησιν ἐν αὐταῖς. Καὶ ἀνάγνωθι τὸν αὐτὸν β' κανόνα, διοριζόμενον μετὰ καὶ ἄλλων τινῶν μόνους τοὺς πε' κανόνας τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἀναγινώσκειν ἡμᾶς, καὶ ἑτέρου τινὸς μὴ ἐπιστρέφεσθαι, κἂν λέγηται εἶναι τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανών. Τὰ δὲ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων καὶ ὁμολογητῶν συγγραφέντα καὶ ἀναγινώσκειν καὶ κατασπάζεσθαι ὀφείλομεν, ὡς εἰς τὴν ἀληθῆ καὶ ὀρθόδοξον πίστιν ἡμᾶς ἀνάγοντα. B

ΖΩΝΑΡ. Διαταξάμενοι οἱ πιστοὶ ἀπόστολοι πῶς χρὴ τοὺς πιστοὺς βιοῦν, ἐπήγαγον τελευταῖον καὶ τίνα δεῖ αὐτοὺς ἀναγινώσκειν βιβλία, καὶ ταῦτα ἀπηρίθμησαν. Ὡς δὲ ἄνω που εἴρηται, καὶ διαφόρων ἁγίων Πατέρων ἀπαριθμήσεις τῶν ἀναγνωστέων βιβλίων εὑρίσκονται. Τοῦτο δὲ πεποιήκασιν, ὅτι διά-

BALS. A 60 quidem canone didicimus non legere falso inscriptos impiorum libros, tanquam sanctos : nunc autem, discimus quosnam libros legere debeamus ex Veteri Testamento et Novo. Tu autem intelligas, quod etsi hic scriptum est, Constitutiones Clementis legi a nobis, sed non divulgari debere, secundus tamen sextæ synodi canon earum lectionem prohibuit, quod in eis adulteratio facta sit. Et lege eumdem secundum canonem statuentem cum aliis quibusdam solos 85. Canones sanctorum apostolorum legere nos oportere, alium autem nullum curare, etiamsi esse dicatur sanctorum apostolorum canon. Quæ autem a sanctis Patribus et confessoribus scripta sunt, et legere et amplecti debemus, ut quæ nos ad veram et orthodoxam fidem deducant.

ZONAR. Cum fideles apostoli præscripsissent, quomodo fideles Christi oporteat vivere, tandem subjunxerunt etiam quos libros deceat ipsos legere : illosque recensuerunt. Ut autem superius alicubi dictum fuit, etiam librorum legendorum dinumerationes a variis sanctis factæ Patribus compe-

Guill. Beveregii notæ.

αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν, μεθ' οὗ ἡ δόξα αὐτῷ τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ καὶ Πατρὶ, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι τῷ Παρακλήτῳ, νῦν τε καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. *Hæc vero vobis, o episcopi, a nobis constituta sunt. Vos autem in iis permanentes, salvi eritis, et pace fruemini : inobedientes autem si fueritis, puniemini, et bellum perpetuum vobiscum invicem geretis, debitas contumaciæ pœnas solventes. Deus autem, qui solus est ingenitus, universorum creator, vos omnes vinculo pacis in Spiritu sancto copulabit, consummabit in omne opus bonum immutabiles, a querela et crimine liberos, et vita æterna nobiscum dignabitur, per mediationem dilecti sui Filii Jesu Christi, Dei, et servatoris nostri cum quo gloria ipsi super omnia et Deo patri in Spiritu sancto paracleto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.* In Joan. Antiocheni collectione a Justello edita loco horum verborum μεθ' οὗ ἡ δόξα, etc. usque ad finem, hæc substituuntur, πρεσβείαις τῆς ἀσπόρως τεκούσης ἁγνῆς Θεομήτερος καὶ πάντων τῶν ἁγίων. Ἀμήν. Verum prior lectio in aliis omnibus codicibus tam mss., quam impressis retinetur, atque etiam in Arabica paraphrasi, qua totus hic canonum epilogus vocatur. *Mandatum sanctorum purorumque apostolorum* : ac ultima istius pars, viz. a verbis, ὁ Θεὸς δὲ μόνος, etc. usque ad finem, ac si ipsorum esset apostolorum oratio pro iis, quibus data sunt hæc præcepta, παραφραστικῶς explicatur, *Et oremus Deum patrem, qui solus est ingenitus, universorum creator per Verbum suum ab ipso ante omnia sæcula genitum, qui est Christus incarnatus, ut confirmet vos præstanda ipsi obedientia per sanctum ipsius Spiritum, Dominum vivificantem, vivum et purum; cujus processio ab ipso fuit ante omnia sæcula, et omnes creaturas, ac omnia tempora ; qui est Spiritus sanctus Paracletus, quem demisit super discipulos suos in summo Sionis, eosque spiritualí ista sapientia inspiravit ; eodem quoque modo super vos eam perpetuo demittit, et ut adjuvet vos ad bona opera perficienda, atque vos immaculatos reddat, vobisque largiatur sempiternam vitam, quæ usque ad sæcula sæculorum manet, quæque nunquam finietur nec desinet, per mediationem Domini nostri Jesu Christi dilecti Filii Dei Servatoris, qui a Spiritu sancto et*

C *Maria Virgine incarnatus est, et homo factus, et crucifixus, et die tertio resurrexit, quemadmodum prophetæ de eo prædixerant, cui sit laus et majestas, et gloria, et reverentia una cum sapiente et omnisciente Patre, et Spiritu sancto, vivo et vivificante, nunc et perpetuo, et in sæcula omnium sæculorum. Amen.* Hic, ut videre est, nulla posterioris lectionis vestigia exstant : sed omnia priori sive communi respondent. Verum non omittendum est, hanc non propriam esse canonum horum appendicem, sed iis cum Constitutionibus apostolicis vulgo dictis communem ; his enim non minus quam in epilogi loco adjicitur. Enimvero non in vulgatis tantum Constitutionum editionibus, sed et iis etiam codicibus, qui Photii diebus exstabat, canones eodem, quo Constitutiones volumine compingebantur, ut ex ipso Photio constat, dicente, Ἀνεγνώσθη Κλήμεντος τοῦ Ῥώμης τεύχη βιβλίων δύο, ὧν τὸ μὲν ἐπιγράφεται Διαταγαὶ τῶν ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος, ἐν ᾧ καὶ οἱ τῶν συνοδικῶν κανόνων τῷ ἀθροίσματι τῶν ἀποστόλων κανόνες ἐπιγραφόμενοι περιέχονται. *Lecta sunt Clementis Romani duo librorum volumina, quorum alteri hic est titulus, Constitutiones apostolorum per Clementem, in quo etiam illi e synodicis canonibus continentur, qui apostolorum cœtui ascribuntur.* Phot. Bibl. num. 112. D In quibus verbis obiter observetur velim, Photium nostræ in Præfatione expositæ de apostolicis canonibus sententiæ suffragari, utpote qui eos e synodicis fuisse canonibus nobiscum asserat. Et hinc, ni fallor, evenit, quod Διαταγαὶ τῶν ἀποστόλων etiam *canones apostolorum* appellentur, ab auctore operis imperfecti in Matthæum, in homil. 53 dicente, *Quomodo autem quidam sacerdotes ex hominibus ordinantur, manifeste in libro octavo canonum apostolorum dicitur.* His enim verbis liber octavus Constitutionum aperte indicatur. Utrum ipse canonum et constitutionum collector, quicunque demum ille fuit, eos hisce primus adjecit, necne, alii viderint. Nobis quidem nefarius aliquis βιβλιογράφος canones hosce Constitutionum calci primo subjunxisse, et sic hanc appendicem, sive epilogum utrisque communem, quæstus gratia, effecisse videtur : et eidem forsitan non immerito ascribantur, quæcunque corruptiones in iisdem nunc dierum inveniuntur.

riuntur. Hoc autem fecerunt, quoniam varii nothi, et falso inscripiti libri erant, vel etiamnum sunt, et adulterati quidam : quales etiam quæ per Clementem promulgatæ fuerunt Constitutiones. Ab hæreticis enim quibusdam et adulteratæ et corruptæ fuerunt. Quapropter istas omnino legi vetuit œcumenica sexta synodus in secundo capite canonum ab ea statutorum. Aliæ vero quædam dinumerationes, alios præter hic enumeratos libros, permittunt etiam legi, et Sapientiam Salomonis, et Judith, et Tobiam, et Apocalypsin Theologi.

Hi quidem sunt igitur venerandissimorum apostolorum octoginta quinque canones. Quibusdam tamen in libris canones habentibus inveniuntur et alii canones, uniuscujusque celebratissimorum apostolorum nomine inscripti. Sed in Trullo congregata synodus ducentorum viginti septem sanctorum Patrum, sub regno imperatoris Justiniani Rhinotmeti, quæ dicta est sexta, sanctos recensens canones, sic ait : Huic sanctæ synodo visum fuit, ut rati, et firmi maneant canones a sanctis et beatis Patribus nostris prædecessoribus recepti et approbati. Traditique nobis etiam nomine sanctorum et gloriosissimorum apostolorum canones octoginta quinque. Mox conscriptas a sancto Clemente Constitutiones, cum dixisset has legi non oportere, et eas rejecisset, ob id quod adulterina quædam, et aliena a pietate sint ipsis ad Ecclesiæ perniciem inserta ab hæreticis, meminit synodicorum canonum, et œcumenicarum synodorum, localium quoque, et a divinis Patribus extra synodos factorum **57** canonum, deinceps his subjecit, Nemini fas esse supradictos canones adulterare, vel improbare, vel alios præter propositos recipere canones falso inscriptos, quos quidam veritatem cauponari conati, composuerunt. Cum secundus sextæ synodi canon hæc ordinet, nec usquam memoriam faciat aliorum apostolicorum canonum præter istos octoginta quinque, non oportet alios ullos, qui dicantur apostolorum, canones approbari, sed magis reprobari, obeloque transfigi, et rejici : tanquam falso inscriptos et non legitimos, et extra numerum eorum quos divini sanctique Patres judicio suo comprobarunt.

ARIST. *Sexaginta librorum canon tantum est venerandus.*

Isti soli libri clericis et laicis venerandi sanctique judicare debent, scilicet Veteris quidem Testamenti, Mosis quinque, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium. Jesu filii Nave unus. Judicum et Ruth unus. Regum quatuor. Derelictorum ex libro dierum duo. Esdræ duo. Esther unus. Maccabæorum tres. Job unus. Psalterium, unus. Salomonis tres. Proverbia. Ecclesiastes. Canticum canticorum. Prophetarum duodecim. Insuper et extra hos et Sapientiæ eruditissimi Sirach. Novi autem Testamenti Evangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Joannis. Pauli Epistolæ quatuordecim.

A φορα νόθα συγγράμματα καὶ ψευδεπίγραφα ἦσαν, ἢ καί εἰσι· τὰ δὲ καὶ νενοθευμένα, οἷαι καὶ αἱ διὰ τοῦ Κλήμεντος ἐκπεφωνημέναι διαταγαί. Καὶ αὗται καὶ παρὰ κακοδόξων τινῶν ἐνοθεύθησάν τε καὶ παρεφθάρησαν. Διὸ καὶ ἀναγινώσκεσθαι ὅλως αὐτὰς ἀπηγόρευσεν ἡ οἰκουμενικὴ ἕκτη σύνοδος ἐν κεφαλαίῳ δευτέρῳ τῶν παρ' αὐτῆς τεθέντων κανόνων. Τινὲς δὲ τῶν ἄλλων ἀπαριθμήσεων παραχωροῦσιν ἀναγινώσκεσθαι πρὸς τοῖς ἐνταῦθα ἀπηριθμημένοις, καὶ τὴν Σοφίαν Σολομῶντος, καὶ Ἰουδὴθ, καὶ Τωβίαν, καὶ τὴν Ἀποκάλυψιν τοῦ Θεολόγου.

Οὗτοι μὲν οὖν εἰσιν οἱ τῶν πανσέπτων ἀποστόλων πε' κανόνες. Εὑρίσκονται δὲ ἔν τισι τῶν τοὺς κανόνας ἐχόντων βιβλίων καὶ ἕτεροι κανόνες ἐπ' ὀνόματι ἑκάστου τῶν πανευφήμων ἀποστόλων ἐπιγεγραμμένοι. B Ἀλλ' ἡ ἐν τῷ Τρούλλῳ συναθροισθεῖσα σύνοδος τῶν σκζ' ἁγίων Πατέρων ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ αὐτοκράτορος Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥινοτμήτου, ἡ λεγομένη ἕκτη, ἀπαρίθμησιν ποιησαμένη τῶν ἱερῶν κανόνων, οὕτω φησίν· Ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ συνόδῳ μένειν βεβαίους καὶ ἀσφαλεῖς τοὺς ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν ἁγίων καὶ μακαρίων Πατέρων δεχθέντας καὶ κυρωθέντας, ἀλλὰ μὴν καὶ παραδοθέντας ἡμῖν ὀνόματι τῶν ἁγίων καὶ ἐνδοξοτάτων ἀποστόλων πε' κανόνας. Εἶτα περὶ τῶν παρὰ τοῦ ἁγίου Κλήμεντος συγγραφεισῶν Διατάξεων, εἰποῦσα μὴ χρῆναι ταύτας ἀναγινώσκεσθαι, καὶ ἀποβαλλομένη αὐτὰς, ὡς αἱρετικῶν νόθα τινὰ καὶ ξένα τῆς εὐσεβείας ἐπὶ λύμῃ τῆς Ἐκκλησίας αὐταῖς παρενειράντων, μέμνηται τῶν συνοδικῶν κανόνων, τῶν τε οἰκουμενικῶν C συνόδων καὶ τῶν τοπικῶν, καὶ τῶν παρὰ θείων Πατέρων ἐκτὸς συνόδων γενομένων κανόνων. Καὶ ἐπὶ τούτοις ἐπάγει μηδενὶ ἐξεῖναι τοὺς προδηλωθέντας παραχαράττειν κανόνας, ἢ ἀθετεῖν, ἢ ἑτέρους παρὰ τοὺς προκειμένους παραδέχεσθαι κανόνας ψευδεπιγράφους ὑπό τινων συντεθέντας τῶν τὴν ἀλήθειαν καπηλεύειν ἐπιχειρησάντων. Ταῦτα τοῦ δευτέρου κανόνος τῆς ἕκτης συνόδου διατιττομένου, καὶ μηδαμοῦ μνείαν ποιησαμένου ἑτέρων ἀποστολικῶν κανόνων, παρὰ τοὺς πε' οὐκ ἐγκρίνεσθαι δεῖ τοὺς λεγομένους ἄλλους τῶν ἀποστόλων κανόνας, ἀλλ' ἀποκρίνεσθαι μᾶλλον, ὀβελίζεσθαί τε καὶ ἀποβάλλεσθαι· ὡς ψευδεπιγράφους, καὶ νόθους καὶ τῶν ἀπηριθμημένων, καὶ τοῖς θείοις καὶ ἱεροῖς Πατράσιν D ἐγκεκριμένων ἐκτός.

ΑΡΙΣΤ. *Σεβάσμιος ἡ ἑξηκοντάβιβλος μόνον.*

Ταῦτα μόνα πᾶσι κληρικοῖς καὶ λαϊκοῖς βιβλία σεβάσμια καὶ ἅγια ὀφείλουσι κρίνεσθαι· ἤγουν τῆς μὲν παλαιᾶς Διαθήκης πέντε· Γένεσις, Ἔξοδος, Λευϊτικὸν, Ἀριθμοὶ, Δευτερονόμιον· Ἰησοῦ υἱοῦ Ναυῆ ἕν· Κριτῶν καὶ Ῥοὺθ ἕν· Βασιλειῶν τέσσαρα· Παραλειπομένων τῆς βίβλου τῶν ἡμερῶν δύο· Ἔσδρα δύο· Ἐσθὴρ ἕν· Μακκαβαίων γ'· Ἰὼβ ἕν· ψαλτήριον ἕν· Σολομῶντος τρία· Παροιμίαι· Ἐκκλησιαστής· Ἆσμα ᾀσμάτων· προφητῶν δεκαδύο· ἔξωθεν δὲ τούτων καὶ αἱ Σοφίαι τοῦ πολυμαθοῦς Σιράχ· τῆς δὲ καινῆς Διαθήκης Εὐαγγέλια τέσσαρα· Ματθαίου, Μάρκου, Λουκᾶ, Ἰωάννου· Παύλου ἐπι-

στολαὶ δεκατέσσαρες· Πέτρου ἐπιστολαὶ δύο· Ἰωάννου τρεῖς· Ἰακώβου μία· Ἰούδα μία· Κλήμεντος αἱ ἐπιστολαὶ δύο· καὶ αἱ Πράξεις τῶν ἀποστόλων· καὶ αἱ Διαταγαὶ αἱ διὰ τοῦ αὐτοῦ Κλήμεντος τοῖς ἐπισκόποις ἐν ὀκτὼ βιβλίοις προσπεφωνημέναι· ἃς οὐδὲ χρὴ δημοσιεύειν ἐπὶ πάντων διὰ τὰ ἐν αὐταῖς μυστικά· μᾶλλον δὲ ὁ δεύτερος κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ γενομένης ἕκτης συνόδου παντελῶς ἀποβάλλεται τὰς τοιαύτας διατάξεις, διὰ τὸ ἐν αὐταῖς ὑπὸ τῶν ἑτεροδόξων προστεθῆναί τινα νόθα καὶ ξένα τῆς εὐσεβείας.

Petri Epistolæ duæ. Joannis tres. Jacobi una. Judæ una. Clementis epistolæ duæ, et Acta apostolorum. Et Constitutiones per eumdem Clementem episcopis in octo libris nuncupatæ, quas non oportet omnibus divulgare propter mystica quædam quæ in iis sunt. Potius autem secundus canon sextæ synodi in Trullo factæ, omnino rejicit istas Constitutiones, quia spuria quædam a pietate aliena in iis a sectariis adduntur.

ΚΑΝΟΝΕΣ

ΤΗΣ ΕΝ ΝΙΚΑΙΑ ΠΡΩΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΚΑΙ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ (32).

—

58 CANONES

NICÆNÆ PRIMÆ SANCTÆ ET ŒCUMENICÆ SYNODI.

—

ΒΑΛΣ. Ἡ ἁγία αὕτη σύνοδος καὶ οἰκουμενικὴ γέγονε βασιλεύοντος (τῷ δεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας

BALS. Sancta hæc et œcumenica synodus habita fuit, imperante (decimo anno imperii ipsius) Magno

Guill. Beveregii notæ.

(32) *Κανόνες τῆς ἐν Νικαίᾳ.* Œcumenicarum prima, omnium post apostolicas celebratissima synodus, Nicææ habita fuit, quæ Bithyniæ metropolis est (quod propterea addendum est, ut ab aliis ejusdem nominis civitatibus distinguatur) de qua Plinius. *Deinde Nicæa in ultimo Ascanio sinu, quæ prius Olbia.* Plin. Hist. nat. l. v, c. 32. At scholiastes in Leonis Philosophi διατύπωσιν de ordine Ecclesiarum, quæ patriarchæ CP. subjectæ sunt, eam Ἑλικόρην prius dictam asserit; additque, quod cum a Mysis capta fuisset, ac eversa, Lysimachus post Alexandri obitum, eam instauravit, et de filiæ Antipatri nomine, *Nicæam* vocavit, Μετὰ δὲ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτὴν ἐκτίσθη ὑπὸ Λυσιμάχου, καὶ ὠνομάσθη Νίκαια ἀπὸ τῆς Ἀντιπάτρου θυγατρός. Jur. Græc. Rom. l. II, p. 29. Strabo autem eam ab Antigono conditam, et *Antigoniam* primo nominatam esse, et postea a Lysimacho instauratam scribit, his verbis, Καὶ Νίκαια ἡ μητρόπολις τῆς Βιθυνίας ἐπὶ τῇ Ἀσκανίᾳ λίμνῃ. Περίκειται δὲ κύκλῳ πεδίον μέγα, καὶ σφόδρα εὔδαιμον, οὐ πάνυ δὲ ὑγιεινὸν τοῦ θέρους, κτίσμα Ἀντιγόνου μὲν πρῶτον τοῦ Φιλίππου, ὃς αὐτὴν Ἀντιγονίαν προσεῖπεν, εἶτα Λυσιμάχου, ὃς αὐτὴν ἀπὸ τῆς γυναικὸς ὠνόμασε Νίκαιαν. Ἦν δὲ αὕτη θυγάτηρ Ἀντιπάτρου. Strab. Geogr. l. XII. Sic et Suidas eam Ἀντιγονίαν dictam fuisse observat, mox subjiciens, Παρωνόμασται δὲ Νίκῃ τῇ τοῦ Λυσιμάχου γυναικί. Suid. in Νίκαια. Memnon autem de urbis hujus origine et nominis ratione longe aliter disserit: affirmat enim, nomen eam habuisse ἀπὸ Ναΐδος νύμφης ὄνομα λαχούσης τὴν Νίκαιαν. Reliqua ejus verba, quam plurimis referta fabulis, ac proinde indigna prorsus quæ recitentur, videsis apud Phot. Biblioth. mem. 224, cap. 43. Hanc urbem Nicetas Choniates προκαθεμένην τῶν Βιθυνῶν μεγίστην πόλιν appellat, in Alex. Manuelis filio. Et alibi mœnia ejus ex cocto latere exstructa fuisse tradit, ut nunquam, vel saltem difficulter capi potuit, Νίκαια αὐχεῖ μὲν καὶ τὸ ἐκ κραταιῶν τειχῶν ἀνάλωτον ἢ δυσάλωτον γοῦν, πλίνθου ᾠκοδομημένη πᾶσα ὀπτῆς. Id. in Andronico. l. I. Et hinc est, quod post captum a Latinis Byzantium, hæc urbis Romanorum sive Græcorum regni sedes fuit, sic Nicephorus Gregoras, Ἐντεῦθεν ἐς Νίκαιαν αὖθις ὑποστρέφει· αὕτη γὰρ ἐγεγόνει Ῥωμαίων βασίλειον μετὰ τὴν τῆς Βυζαντίδος πόρθησιν. Niceph. Greg. l. IV. Et Laonicus Chalcocondyla, Ἀφικομένους δὲ ἀποδεικνύναι σφίσι Νίκαιαν τὴν Ἑλληνίδα πόλιν, τὰ βασίλεια ἐν αὐτῇ ποιουμένους, Chalco. *De reb. Turc.* l. I. Verum nihil est quod hujus urbis memoriam ad immortalitatem magis consecravit, quam celeberrimus ille omnium piissimorum Ecclesiæ Christianæ præsulum in ea conventus. Enimvero ad dirimendas gravissimas istas quæ Constantini vere Magni temporibus Ecclesiam miserrime dilacerabant, controversias, omnes ubique constituti episcopi dicti imperatoris jussu, in hac urbe, eo nomine celeberrima, conveniebant (vel saltem convenire poterant). Congregati autem non tantum dictas controversias determinabant, verum et sacros nonnullos ad Ecclesiasticam disciplinam pertinentes constituebant canones numero viginti; quos antiquitas usque adeo venerata est, ut eos a nulla alia synodo, etiamsi plurium episcoporum conventu celebrata violandos censeret, aut infringendos: ut cum Leone papa Romano jure merito loquamur, *Nulla sibimet de multiplicatione congregationis synodalia concilia blandiantur, neque trecentis illis decem et octo, quantumlibet copiosior numerus sacerdotum, vel comparare se audeat, vel præferre, cum tanto divinitus privilegio Nicæna sit synodus consecrata, ut sive per pauciores sive plures ecclesiastica judicia celebrentur, omni penitus auctoritate sit vacuum, quidquid ab illorum fuerit constitutione diversum. Nimis ergo hæc improba, nimis sunt prava, quæ sacratissimis canonibus inveniantur esse contraria.* Leo. epist., ad Anatol. ep. CP. vide et ejusdem epistolam ad Marcianum August.

Constantino, coactis Niceæ, quæ est in Bithynia, 318 sanctis Patribus adversus Arium presbyterum Alexandrinæ Ecclesiæ, qui blasphemabat adversus Filium Dei Dominum nostrum Jesum Christum, dicens eum non esse Deo et Patri consubstantialem, sed creaturam, et quod erat quando non erat : quem deposuit hæc sancta synodus, et una cum ei consentientibus anathemate percussit ; decrevit autem esse Filium Patri consubstantialem, et Deum verum ac Possessorem ac Dominum et Creatorem rerum omnium creatarum ; non autem creaturam, nec quippiam factum. Hæc autem quæ Niceæ fuit synodus, prima dicitur, si ad œcumenicas referatur. Ante eam enim synodi diversæ locales fuere. Sed hæc cum œcumenicarum prima sit, reliquis quoque præponitur quæ ante ipsam fuerunt, Antiochenæ scilicet, quæ adversus Paulum Samosatenum congregata est sub Aureliano imperatore, Ancyranæ et Neocæsarianæ.

ZONAR. Sancta et œcumenica prima synodus, Magno Constantino imperante habita fuit, cum Nicææ in Bithynia octodecim supra trecentos sancti Patres convenissent, adversus Arium Alexandrinæ Ecclesiæ presbyterum, qui in Dei Filium Dominum nostrum Jesum Christum blasphemabat, dicens eum Deo Patrique, non consubstantialem, sed creaturam esse, et quod erat quando non erat : hunc sancta hæc synodus deposuit, et una cum ei consentientibus anathemate percussit : ab eademque synodo Patri consubstantialem Filium, Deum verum, ac Dominum, ac Possessorem et rerum creatarum omnium Conditorem, non creatum aliquid, vel factitium esse definitum fuit. Dicitur vero synodus hæc Nicæna prima, ad œcumenicas videlicet comparata, siquidem ante illam locales synodi complures celebratæ sunt : sed cum inter œcumenicas hæc sit antiquissima, idcirco ante alias etiam vetustiores, Antiochenam videlicet, contra Paulum Samosatenum Aureliano imperante congregatam, Ancyranam, in qua de illorum hominum, qui sæviente hostium Christiani nominis furore a religione defecerant, si errati pœnituisset, excipiendorum ratione deliberatum est ; et Neocæsariensem, in qua canones ad ecclesiasticæ rei constitutionem spectantes editi sunt, priore loco collocata fuit.

CANON I.

Si quis a medicis in morbo excisus, vel a Barbaris exsectus est, is in clero maneat. Si quis autem cum

A αὐτοῦ) τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, ἀθροισθέντων ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων Πατέρων κατὰ Ἀρείου γεγονότος πρεσβυτέρου τῆς κατὰ Ἀλεξάνδρειαν Ἐκκλησίας, ὃς ἐβλασφήμει κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, λέγων μὴ ὁμοούσιον εἶναι αὐτὸν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, κτίσμα δὲ, καὶ ὅτι ἦν ὅτε οὐκ ἦν, ὃν καθεῖλεν ἡ ἁγία σύνοδος αὕτη, καὶ ἀνεθεμάτισε μετὰ τῶν ὁμοφρόνων αὐτῷ· ἐδογμάτισε δὲ ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν, καὶ Θεὸν ἀληθινὸν καὶ Δεσπότην καὶ Κύριον καὶ Κτίστην τῶν κτιστῶν ἁπάντων· ἀλλ' οὐ κτίσμα, οὐδὲ μέντοιγε ποίημα. Πρώτη δὲ σύνοδος ἡ ἐν Νικαίᾳ αὕτη λέγεται πρὸς τὰς οἰκουμενικὰς ἀριθμουμένη. Ἐπείπερ πρὸ αὐτῆς διάφοροι γεγόνασι σύνοδοι τοπικαί. Ἀλλὰ τῶν οἰκουμενικῶν αὕτη οὖσα B πρώτη, προτέτακται καὶ τῶν λοιπῶν τῶν πρὸ αὐτῆς γενομένων, τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ δηλαδὴ κατὰ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως συγκριθείσης ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ βασιλέως, τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ καὶ τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ.

ΖΩΝΑΡ. Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ πρώτη σύνοδος γέγονε βασιλεύοντος τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, ἀθροισθέντων ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων Πατέρων κατὰ Ἀρείου, γεγονότος πρεσβυτέρου τῆς κατὰ Ἀλεξάνδρειαν Ἐκκλησίας, ὃς ἐβλασφήμει κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, λέγων μὴ ὁμοούσιον εἶναι αὐτὸν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, κτίσμα δὲ, καὶ ὅτι ἦν ὅτε οὐκ ἦν, ὃν καὶ καθεῖλεν ἡ ἁγία σύνοδος αὕτη, καὶ ἀνεθεμάτισε μετὰ τῶν ὁμοφρόνων αὐτοῦ· C ἐδογμάτισε δὲ ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν, καὶ Θεὸν ἀληθινὸν καὶ Δεσπότην καὶ Κύριον, καὶ Κτίστην τῶν κτιστῶν ἁπάντων· ἀλλ' οὐ κτίσμα, οὐδὲ μέντοι γε ποίημα. Πρώτη δὲ σύνοδος ἡ ἐν Νικαίᾳ αὕτη λέγεται πρὸς τὰς οἰκουμενικὰς ἀριθμουμένη. Ἐπεί τοί γε πρὸ αὐτῆς διάφοροι γεγόνασι σύνοδοι τοπικαί· ἀλλὰ τῶν οἰκουμενικῶν αὕτη οὖσα πρώτη, προτέτακται καὶ τῶν λοιπῶν τῶν πρὸ αὐτῆς γενομένων, τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ δηλαδὴ κατὰ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, συγκροτηθείσης ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ βασιλέως, τῆς τε ἐν Ἀγκύρᾳ, ἐν ᾗ ζήτησις γέγονε παρὰ τῶν ἐν καιροῖς διωγμῶν τὴν πίστιν ἀρνησαμένων καὶ μεταμελομένων, ὅπως δεῖ τούτους προσδέχεσθαι· καὶ τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ, ἐν ᾗ περὶ ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως κανόνες ἐξεφωνήθησαν.

D

ΚΑΝΩΝ Α'.

Εἴ τις ἐν νόσῳ (33) *ὑπὸ ἰατρῶν ἐχειρουργήθη, ἢ ὑπὸ βαρβάρων ἐξετμήθη, οὗτος μενέτω ἐν τῷ*

Guill. Beveregii notæ.

(33) *Εἴ τις ἐν νόσῳ.* Nihil hoc canone continetur, quod non prius in apostolicis 21, 22, 23, 24 constitutum fuerat ; ac proinde Patres Nicæni hic dictos apostolicos canones, plus nimio violatos forsitan ac neglectos, renovasse tantum et sua denuo auctoritate confirmasse videntur. Quænam hujus canonis de novo constituendi ratio huic synodo se obtulerit, non facile est conjecturis assequi ; ipsum tamen Leontium inter alios causam dedisse suspicor. Hic enim iisdem, quibus conditi sunt hi canones, temporibus cum presbyter esset, et crimini ei verteretur, quod cum adolescentula quadam, nomine Eustolia (alias Eustochio) versaretur, genitalia sibi membra præcidebat, quo dictæ juvenculæ consortio liberius uteretur, ut ex ipso Athanasio discimus, dicente, Ὁ μὲν γὰρ Λεόντιος διαβαλλόμενος μετὰ γυναικός τινος νεωτέρας, λεγομένης Εὐστολίας, καὶ κωλυόμενος συνοικεῖν αὐτῇ, δι' αὐτὴν ἑαυτὸν ἀπέκοψεν, ἵν' ἐπ' ἀδείας ἔχῃ διατρίβειν μετ' αὐτῆς. Athanas. Ad imper. Constant. Apol. 1, non procul a fine. Vide et Theodoret. Hist. Eccles. l. 1, c. 24. Post constitutum hunc canonem Leontius tale in se facinus perpetrare procul dubio non ausus esset, et propterea

κλήρῳ. Εἰ δέ τις ὑγιαίνων ἑαυτὸν ἐξέτεμε, A *τοῦτον καὶ ἐν τῷ κλήρῳ ἐξεταζόμενον πεπαῦσθαι προσήκει· καὶ ἐκ τοῦ δεῦρο μηδένα τῶν τοιούτων χρῆναι προάγεσθαι. Ὥσπερ δὲ τοῦτο πρόδηλον, ὅτι περὶ τῶν ἐπιτηδευόντων τὸ πρᾶγμα καὶ τολμώντων ἑαυτοὺς ἐκτέμνειν, εἴρηται· οὕτως εἴ τινες ὑπὸ βαρβάρων ἢ δεσποτῶν εὐνουχίσθησαν, εὑρίσκοιντο δὲ ἄλλως ἄξιοι, τοὺς τοιούτους εἰς κλῆρον προσίεται ὁ κανών* (34).

esset sanus, seipsum exsecuit, eum etiam in clero recensitum cessare convenit, et deinceps nullum talem oportet promoveri. Quemadmodum autem hoc manifestum est, quod de iis qui de industria hoc agunt, et seipsos audent exscindere, dictum est: ita si aliqui a Barbaris vel dominis castrati sint, inveniantur autem et ii alioqui digni, tales in clerum admittit canon.

ΒΑΛΣ. Οἱ ἀποστολικοὶ θεῖοι κανόνες, ὁ κα', ὁ κβ', ὁ κγ', καὶ ὁ κδ' ἱκανῶς ἡμᾶς ἐδίδαξαν τί ὀφείλει γίνεσθαι εἰς τοὺς ἀκρωτηριαζομένους τοὺς διδύμους. Ἀκολούθως οὖν τούτοις καὶ ὁ παρὼν κανὼν διατάττεται μήτε τοὺς ἑαυτοὺς ἐκδόντας εἰς ἐκτομὴν ἢ B αὐτόχειρας γενομένους κληροῦσθαι, ἢ εἰς ἱερωσύνην προάγεσθαι, ἀλλὰ κἂν προέφθασαν ἐν κλήρῳ ταχθῆναι, ἐκβάλλεσθαι τούτους· μήτε τοὺς ὑφ' ἑτέρων ἐπηρεασθέντας, καὶ τῶν παιδογόνων στερηθέντας μορίων, ἐὰν ἄξιοι κρίνωνται, ἱερωσύνης κωλύεσθαι διὰ τοῦτο. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν η' κανόνα τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων συστάσης συνόδου τῆς λεγομένης πρώτης καὶ δευτέρας. Ἐπεὶ δὲ, τοὺς ἀποστολικοὺς κανόνας ἑρμηνεύοντες, ἐγράψαμεν κολάζεσθαι τὸν μετὰ τὴν χειροτονίαν διὰ πάθος ἑαυτὸν ἀκρωτηριάσαντα· ἀπὸ δὲ τοῦ παρόντος κανόνος λέγοντος, Εἴ τις ἐν νόσῳ ὑπὸ ἰατρῶν ἐχειρουργήθη, οὗτος μενέτω ἐν τῷ κλήρῳ· καὶ αὖθις, Εἰ δέ τις ὑγιαίνων ἑαυτὸν ἐξέτεμε, τοῦτον καὶ ἐν τῷ κλήρῳ ἐξεταζόμενον πεπαῦσθαι προσήκει· εἶπόν τινες μὴ C κολάζεσθαι τὸν μετὰ τὴν κλήρωσιν διὰ πάθος ἀκρωτηριασθέντα· φαμὲν ὡς ὁ τοιοῦτος κανὼν οὐ διαλέγεται περὶ τῶν ἀκρωτηριασθέντων μετὰ τὴν ἱερωσύνην, ἀλλὰ πρὸ τῆς ἱερωσύνης, μετὰ δὲ ταύτην εἰς ἀμφιβολίαν ἐμπεσόντων. Εἰ δὲ καὶ πλέον ἀνθίσταταί τις καὶ θέλει συγγνωμονηθῆναι τὸν διὰ πάθος μετὰ τὴν ἱερωσύνην ἀκρωτηριασθέντα, ἀκουσάτω ὡς ἡ ρμβ' Ἰουστινιάνειος Νεαρὰ ἡ κειμένη ἐν βίβλῳ ξ', τίτλῳ να', κεφαλαίῳ τελευταίῳ, ἥτις καὶ κατεστρώθη ἐν κεφαλαίῳ ιδ' τοῦ πρώτου τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, ἐπιστομίζει αὐτόν. Ταῦτα δὲ λέγομεν, ἐὰν χωρὶς εἰδήσεως τῆς Ἐκκλησίας μετὰ

BALS. Divini canones apostolici 21, 22, 23 et 24 satis nos docuerunt, quid fieri debeat in eos qui seipsos castrarunt: Consequenter igitur istis et hic præsens canon decernit, eos qui seipsos exsecandos tradiderunt, vel ipsi suis sibi manibus virilia amputaverunt, in clerum non cooptari, nec ad sacerdotium promoveri, **59** sed et si prius in clericorum numerum sunt cooptati, eos ejici, nec eos qui ab aliis exsecti membrisque genitalibus privati sunt, si digni sacerdotio judicentur, propterea prohiberi. Lege etiam canonem octavum synodi in templo Sanctorum Apostolorum habitæ, quæ prima et secunda dicitur. Quoniam autem et apostolicos canones interpretantes, scripsimus eum quoque qui post ordinationem seipsum propter morbum mutilavit, puniendum esse: ex hoc autem præsenti canone dicente, Si quis a medicis in morbo excisus est, is in clero maneat: et rursus, Si quis autem cum esset sanus, seipsum exsecuit, eum etiam in clero recensitum cessare convenit: dixerunt quidam eum non puniri, qui propter morbum, postquam in clerum receptus est, mutilatus fuerit: dicimus hunc canonem non loqui de iis qui post sacerdotium mutilati sunt, sed qui ante sacerdotium, iis autem postea controversia mota est. Sin autem magis etiam insistit aliquis, et ei vult ignosci, qui propter morbum post sacerdotium mutilatus est, audiat quod Justiniani Novella 142 quæ in LX libro tit. 51, cap. ultimo, sita est, quæ etiam collocata in cap. 14 primi tituli præsentis operis, isti os occludit. Hæc autem ita habere dicimus, si sine Ecclesiæ notitia post sacerdotium quis mutilatus

Guill. Beveregii notæ.

ante coactam hanc synodum nobis perpetrasse videtur, et Patribus in ea convocatis hujus canonis de novo sanciendi occasionem præbuisse: ex cujus etiam instituto Leontius illico deponebatur; ut testatur Athanasius, qui post verba ante laudata immediate subjungit hæc, Καὶ τὴν μὲν ὑποψίαν οὐκ ἀπενίψατο· διὰ τοῦτο μᾶλλον πρεσβύτερος ὢν καθῃρέθη. Athan. ibid. Et Socrates, de eodem Leontio loquens, ait, Ὅστις, ἡνίκα πρεσβύτερος ἦν, ἀφῃρέθη τῆς ἀξίας, ὅτι γυναικὶ συνδιημερεύων, Εὐστολίᾳ ὄνομα, καὶ τὴν εἰς αὐτὴν αἰσχρὰν ὑπόνοιαν ἐπικρύψαι σπουδάσας, τῶν γεννητικῶν ἐξέτεμεν ἑαυτόν. Socrat. *Hist. eccles.* l. II, c. 26. Idem autem Leontius ad Antiochenum thronum postea promotus est, sed contra concilii hujus Nicæni decreta, ut ipse quoque Theodoretus observat, dicens, Ἐν Ἀντιοχείᾳ μετὰ Στέφανον Λεόντιος τὴν προεδρίαν ἐδέξατο παρὰ τοὺς ἐν Νικαίᾳ γραφέντας ὅρους ταύτην λαβών· ἐκτομίας γὰρ ἦν, αὐτουργὸς γενόμενος τῆς τόλμης. Theodor. *Hist. eccles.* l. II, D c. 24. Nimirum hoc canone cautum est, ut qui, cum sanus esset, seipsum exsecuit clericus deponatur; ac proinde Leontius sacerdotio merito deponebatur. Et decretum est præterea, ut talis non promoveretur; sed promotus est Leontius, atque adeo canon violatus.

(34) *Εἰς κλῆρον προσίεται ὁ κανών*. Quod ante notavimus, Nicænos videlicet Patres hoc canone nihil de novo constituisse, sed apostolicos tantum canones œcumenicæ synodi auctoritate confirmasse, ex hisce verbis manifestum evadit. Nemini enim dubium esse potest, quin ad antiquiorem aliquem canonem hic respectum habuerunt, eumque citarunt, dicentes, τοὺς τοιούτους εἰς κλῆρον προσίεται ὁ κανών. Non, οὗτος ὁ κανών, sed, ὁ κανών, ac si dixissent, canon antehac editus, et cuique notus, tales in clerum admittit. Nullus autem alius tunc temporis exstabat canon, quo hoc constitutum fuerat, præter apostolicum 21, quem igitur hic laudari jure merito judicamus

fuerit. Si enim ex permissione ecclesiastica quis castratus fuerit, etiam postquam clericus sit, hoc ei nullum præjudicium afferet, ut mihi quidem videtur, etsi nullum vidi sacris initiatum, cui propter morbum permissum fuerit ut castraretur, idque cum hoc multi synodice petierint, et cum chartophylacis officium exercerem; sed et postquam patriarcha essem.

A τὴν ἱερωσύνην ἀκρωτηριασθῇ τις· εἰ γὰρ κατ' ἐπιτροπὴν ἐκκλησιαστικὴν εὐνουχίσθη τις, καὶ μετὰ τὴν κλήρωσιν, οὐ προκριματισθήσεται, ὡς ἐμοὶ τέως δοκεῖ, κἂν οὐκ εἶδόν τινα ἱερωμένον ἐκχωρηθέντα διὰ νόσον εὐνουχισθῆναι, πολλῶν τοῦτο ζητησάντων συνοδικῶς, καὶ ὅτε τὸ χαρτοφυλακικὸν ἐνήργουν (35) ὀφφίκιον· ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸ πατριαρχεῦσαι.

ZONAR. Compluribus sanctorum apostolorum canonibus, et civilium quoque legum decretis, eadem quæ hoc canone constituuntur; verum etiam post canones editos rem hanc totam neglectam fuisse, ac rursum aliquos qui se ipsi mutilaverant, in clerum receptos, et qui ab aliis per injuriam excisi fuerant, exclusos fuisse facile apparet. Hunc igitur canonem propterea synodi hujus Patres promulgavere, eadem quæ apostolicis canonibus, quæque legum sanctionibus definita fuerant, decernentes; ut nec eos, videlicet qui se sponte exsecandos præbuissent, quive se ipsi eunuchos fecissent, in clerum admitti, aut ad sacerdotium evehi fas sit, quinimo etiam in clerum antea receptos, eodem ejici. Nec vero qui ab aliis injuria affecti, genitalibusque privati fuissent, si digni sacerdotio judicentur, ea de causa, quo minus in sacerdotium cooptari liceat, excludantur. Ac sui quidem exsector ille dicendus est, non qui modo sibi ipse virilia evellit, sed et quicunque volens nulla necessitatis excusatione se exsecandum tradit. Verum hæc vicesimo primo, secundo, tertio et quarto apostolorum canone, fusius explicantur.

ΖΩΝΑΡ. Διάφοροι κανόνες τῶν ἁγίων ἀποστόλων τὰ αὐτὰ τῷ παρόντι κανόνι διατάττονται, καὶ οἱ τῆς πολιτείας δὲ νόμοι (36). Ἔοικε δὲ καταφρονηθῆναι τὸ πρᾶγμα καὶ μετὰ τοὺς κανόνας, καὶ αὖθις τινας ἑαυτοὺς ἀκρωτηριάζοντας προάγεσθαι εἰς κλῆρον· καὶ τοὺς ὑφ' ἑτέρων ἐκτμηθέντας κατ' ἐπήρειαν μὴ προάγεσθαι. Διὰ τοῦτο οὖν καὶ οἱ τῆς συνόδου ταύ- B της τὸν παρόντα κανόνα ἐξέθεντο, διαταττόμενοι τὰ αὐτὰ τοῖς ἀποστολικοῖς κανόσι καὶ τοῖς νόμοις· ὥστε μήτε τοὺς ἑαυτοὺς ἐκδόντας εἰς ἐκτομὴν, ἢ αὐτόχειρας γενομένους κληροῦσθαι, ἢ εἰς ἱερωσύνην ἀνάγεσθαι, ἀλλὰ κἂν προέφθασαν ἐν κλήρῳ ταχθῆναι, ἐκβάλλεσθαι τούτου· μήτε τοὺς ὑφ' ἑτέρων ἐπηρεασθέντας, καὶ τῶν παιδογόνων στερηθέντας μορίων, ἐὰν ἄξιοι κρίνωνται ἱερωσύνης, κωλύεσθαι διὰ τοῦτο προαχθῆναι εἰς ἱερωσύνην. Ἑαυτὸν δ' ἐκτεμὼν οὐχ ὁ χερσὶν οἰκείαις ἀποκόψας τὸ μόριον λέγεται μόνος, ἀλλὰ καὶ ὁ ἄλλῳ ἑκὼν καὶ χωρὶς ἀνάγκης ἑαυτὸν εἰς ἐκτομὴν ἐπιδούς. Πλατύτερον δὲ τὰ περὶ τούτου ἐξήγηται ἐν τῷ κα', καὶ β', καὶ γ', καὶ δ', τῶν ἀποστολικῶν κανόνων.

C

ARIST. *Eunuchi in clerum recipiantur. Qui autem seipsos exsecant non recipiantur.*

Dicitur in canonibus apostolicis nempe 22, 23 et 24 sacerdotio dignum non prohiberi in clerum promoveri, si involuntarie fiat eunuchus. Spontanee vero seipsum mutilantem, ut propriæ cædis auctorem in clerum prorsus non admittendum esse : sed et si sit clericus deponendum. Ejusdem itaque notionis est et præsens canon.

ΑΡΙΣΤ. *Οἱ εὐνοῦχοι εἰς κλῆρον δεχέσθωσαν. Οἱ δὲ ἐκτέμνοντες ἑαυτοὺς μὴ δεχέσθωσαν.*

Εἴρηται καὶ ἐν τοῖς ἀποστολικοῖς κανόσιν, ἤτοι τῷ κβ', κγ' καὶ κδ', ἄξιον ἱερωσύνης μὴ κωλύεσθαι εἰς κλῆρον προβιβάζεσθαι, εἴπερ ἀκουσίως ἐξευνουχίσθη. Τὸν δὲ ἑκουσίως ἀκρωτηριάσαντα ἑαυτὸν, ὡς αὐτοφονευτὴν ἑαυτοῦ, εἰς κλῆρον ὅλως μὴ παραδέχεσθαι, ἀλλὰ κληρικὸν ὄντα, καθαιρεῖσθαι. Τῆς αὐτῆς οὖν καὶ ὁ παρὼν κανὼν ἐννοίας ἐστίν.

Guill. Beveregii notæ.

(35) *Ἐνήργουν*. Hanc veram esse hujus loci lectionem ex antecedente verbo εἶδον patet ut ex Gentiani Herveti versione, quæ codicem, quo ille usus est, eodem modo, quo noster Bodleianus, legisse ostendit : et ipse enim vertit *exercerem*. At codices antehac impressi perperam legunt ἐνήργει πατριαρχεῦσαι. Hanc etiam veram haud dubie hujus verbi lectionem a ms. Bodleiano restituimus. Impressi enim legunt παπαρχεῦσαι, quod, ni fallor, nuspiam occurrit, πατριαρχεῦσαι, ubique. In impressis etiam post dictum καπαρχεῦσαι, hæc adduntur, διὰ τὴν ὑποψίαν τοῦ ἐπικινδύνου ἀποτελέσματος τῆς ἰατρείας. *Propter periculosam eventus medicinæ suspicionem*. Sed in ms. nostro Bodleiano non exstant.

(36) *Καὶ οἱ τῆς πολιτείας δὲ νόμοι*. Justinianus imperator, Θεσπίζομεν τοὺς ἐν οἰῳδήποτε τόπῳ τῆς ἡμετέρας πολιτείας εὐνουχίζειν τολμῶντας ἢ τολμήσαντας οἱονδήποτε πρόσωπον, εἰ μὲν ἄνδρες εἶεν οἱ τοῦτο τολμήσαντες ἢ καὶ τολμῶντες, ταυτὸ τοῦτο παθεῖν ὃ πεποιήκασι. Just. novel. 142, c. 1. Basilic. l. LX, tit. 51, cap. ult. Juxta hanc suam constitutionem idem imperator ad Abasgos fidem D Christianam amplexos misit Euphratam, qui vetaret, ne cuiquam in ea gente testiculi in posterum exsecarentur, Μηδένα τὸ λοιπὸν ἐν τούτῳ τῷ ἔθνει περὶ τὴν ἀῤῥηνωπίαν ἀποψιλοῦσθαι σιδήρῳ βιαζομένης τῆς φύσεως. Evag. *Hist. eccles.* l. IV, c. 21. Quinetiam ipsius Adriani edicto tam medico excidenti, quam viro exciso capitale erat, l. IV, sect. 2. F. ad leg. Corneliam de sicariis. Et utrumque tum eum, qui detestandæ hujus artis artificem, advocavit in decennium relegatione multavit Leo imperator, novel. 60. Et Domitianus, teste Suetonio, *Castrari mares vetuit*, Sueton. In Domit. c. 6. Hinc juvenis ille apud Justinum Martyrem testes sibi exscindi cupiens, Alexandriæ Felici præsidi libellum obtulit postulans ut medico hoc permitteretur; nam sine permissu præsidis ipsi loci ejus medici hoc facere sibi interdictum dicebant, ἄνευ γὰρ τοῦ ἡγεμόνος ἐπιτροπῆς τοῦτο πράττειν ἀπειρῆσθαι οἱ ἐκεῖ ἰατροὶ ἔλεγον. Justin. Mart. Apol. 2.

ΚΑΝΩΝ Β'.

Ἐπειδὴ πολλὰ ἤτοι ὑπὸ ἀνάγκης, ἢ ἄλλως ἐπειγομένων τῶν ἀνθρώπων, ἐγένετο παρὰ τὸν κανόνα τὸν ἐκκλησιαστικὸν (37), ὥστε ἀνθρώπους ἀπὸ ἐθνικοῦ βίου ἄρτι προσελθόντας τῇ πίστει, καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ κατηχηθέντας, εὐθὺς ἐπὶ τὸ πνευματικὸν λουτρὸν ἄγειν, καὶ ἅμα τῷ βαπτισθῆναι προάγειν εἰς ἐπισκοπὴν ἢ πρεσβυτικὴν (38)· καλῶς ἔδοξεν ἔχειν τοῦ λοιποῦ μηδὲν τοιοῦτο γίνεσθαι. Καὶ γὰρ καὶ χρόνου δεῖ τῷ κατηχουμένῳ, καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα δοκιμασίας πλείονος· σαφὲς γὰρ τὸ ἀποστολικὸν γράμμα, τὸ λέγον· «Μηδὲ νεόφυτον (39), ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρῖμα ἐμπέσῃ καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου.» Εἰ δὲ προϊόντος τοῦ χρόνου ψυχικόν τι ἁμάρτημα εὑρεθείη περὶ τὸ πρόσωπον, καὶ ἐλέγχοιτο ὑπὸ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων, πεπαύσθω ὁ τοιοῦτος τοῦ κλήρου. Ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιῶν, ὡς ὑπεναντίως τῇ μεγάλῃ συνόδῳ θρασυνόμενος, αὐτὸς κινδυνεύσει περὶ τὸν κλῆρον.

CANON II.

60 *Quoniam multa, vel necessitate vel urgentibus alioqui hominibus, præter canonem ecclesiasticum facta sunt, ut homines qui e vita gentili ad fidem nuper accesserunt, et exiguo tempore catechumeni (id est initiati) fuere, statim ad lavacrum spirituale deducant, et simul ac baptizati fuerint, ad episcopatum vel presbyteratum provehant, recte habere visum est, ut nihil deinceps tale fiat. Nam et catechumeno tempore opus est, et post baptismum, probatione majore. Apertum enim est scriptum apostolicum quod dicit, « non neophytum, ne inflatus in judicium incidat et diaboli laqueum. » Si autem procedente tempore, animale aliquod peccatum circa personam inventum fuerit, et a duobus vel tribus testibus convincatur, cesset qui talis est a clero. Qui autem præter hæc facit, ut qui magnæ synodo adversus esse audeat, ipse de clericatu in periculum veniet.*

ΒΑΛΣ. Ἀπὸ μὲν τοῦ π' κανόνος τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἐμάθομεν μήτε τὸν ἐξ ἐθνικοῦ βίου προσελθόντα τῇ Ἐκκλησίᾳ, μήτε τὸν ἐκ φαύλης διαγωγῆς, αὐτίκα προχειρίζεσθαι ἐπίσκοπον· καὶ ἀνάγνωθι τὰ ἐν ἐκείνῳ γραφέντα· ὁ δὲ παρὼν κανὼν προστίθησι μηδὲ πρεσβύτερον αὐτίκα γίνεσθαι τὸν τοιοῦτον, μηδὲ ἄπιστόν τινα βαπτίζεσθαι πρὸ τοῦ ἱκανῶς κατηχηθῆναι, διὰ τὸ δεῖσθαι τοῦτον χρόνου εἰς δοκιμασίαν· τὸν δὲ παρὰ ταῦτα ποιοῦντα καθαιρεῖσθαί φησι. Τοῦ δὲ κανόνος κολάζοντος τὰ μετὰ τὸ βάπτισμα ἀναφανησόμενα ψυχικὰ ἁμαρτήματα, ἠρώτησάν τινες ποῖά εἰσι ψυχικὰ ἁμαρτήματα, καὶ διὰ τί ψυχικῶν ἐμνήσθη ὁ κανὼν ἁμαρτημάτων, καὶ οὐχὶ σαρκικῶν. Καὶ ἄλλοι μὲν εἶπον ψυχικὰ ἁμαρτήματα εἶναι τὰ ἐκ ψυχικῶν παθῶν τικτόμενα, οἷον ἐξ οἰήσεως, ἐξ ἀνηκοΐας, καὶ ἑτέρων τοιούτων, καὶ ταῦτα γὰρ καθαιροῦσιν· ὡς ἡ τῶν Ναυατιανῶν

BALS. Ex octogesimo quidem sanctorum apostolorum canone didicimus, neque eum, qui ex gentili vita, neque eum qui ex improba vivendi ratione ad Ecclesiam accesserit, subito episcopum creari. Lege vero quæ in eum scripta sunt. At præsens canon adjicit, neque presbyterum statim fieri talem, neque infidelem aliquem baptizari antequam prius sufficienter catechesi fuerit eruditus : quod hic tempore ad explorationem indigeat : qui vero secus fecerit, deponi ait. Cum vero hic canon puniat quæ post baptismum exoritura sunt animalia peccata, quæsiverunt nonnulli, quænam sunt peccata animalia, et cur animalium peccatorum meminit canon, et non corporalium. Et nonnulli quidem dixerunt animalia esse peccata, quæ ex animæ perturbationibus, ut ex superbia et inobedientia et aliis ejusmodi nascuntur, ea enim deponunt : ut

Guill. Beveregii notæ.

(37) *Παρὰ τὸν ἐκκλησιαστικόν*. Ex his verbis aperte satis evincitur, ecclesiasticum canonem ante hoc concilium constitutum fuisse, et hic confirmari, quo eadem, quæ hoc decreta fuerant; iste autem fuit octogesimus apostolorum, ut ibidem etiam observatum est.

(38) *Πρεσβυτικήν*. Joan. Antiochenus, in coll. can. tit. 36, et codices antehac impressi rectius legunt, πρεσβυτερεῖον.

(39) *Μηδὲ νεόφυτον*. Chrysostomus in locum Apostoli hic laudatum, viz. I Tim. III, 6, recte observat, Apostolum non dixisse, νεώτερον, sed νεόφυτον, id est, νεοκατήχητον. Suidas, νεόφυτον τὸ νεωστὶ φυτευθέν. Sic et Syriaca versio νεόφυτον dicto loco exponit *qui recens est discipulus*; et Arabica *cujus recens est plantatio in fide*, et Josephus Ægyptius hoc loco vertit, *qui recens est in religione, sive in lege*. Et hanc quidem verissimam esse hujus vocabuli interpretationem ipsorum etiam Nicænorum Patrum suffragio hic comprobatur, utpote qui hunc Apostoli locum producunt ad præsentem confirmandum canonem, quos eos, qui a gentili vita ad fidem nuper accesserunt, et exiguo tantum tempore initiati fuerunt, ad episcopatum vel presbyteratum illico promoveri vetant.

Cui quidem decreto adversari videatur D. Ambrosii ordinatio, qui mox post baptismum ad episcopalem gradum provectus est. Ejus autem ordinatione, ut extraordinaria, nec hunc nec alium quemlibet canonem violatum esse, in annotationibus ad can., apost. 80, perspicue satis, ut opinor, ostendimus. Et quæ ibi protulimus, ad approbandam etiam Nectarii Constantinopolitani ordinationem referantur. Nam hic electus fuit, priusquam baptizatus : et illico post baptismum ordinatus; adeo ut neophyti vestem indutus, contra ac hoc canone decernitur, communi totius secundi universalis concilii calculo episcopus Constantinopolis renuntiatus est. Sic Sozomenus, Καὶ τὴν μυστικὴν ἐσθῆτα ἔτι ἠμφιεσμένος κοινῇ ψήφῳ τῆς συνόδου ἀναγορεύεται Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπος. Sozom. *Hist. eccl.* l. VII, c. 8. Verum et hujus ordinationem idem Sozomenus divinitus institutam judicat, dicens, Οὐκ ἀθεεὶ δὲ ταῦτα συνέβαινεν. Ibid. et paucis interjectis alios etiam ita credidisse scribit, Ταῦτα δὲ οὕτω γενέσθαι πολλοῖς πεπίστευται τοῦ Θεοῦ χρηματίσαντος τῷ βασιλεῖ. Vide plura ibidem. Vel utcunque satis canonica fuit haud dubie ejus ordinatio, eo quod ab œcumenica synodo confirmata est.

Novatianorum hæresis, et a nuptiis et carnium esu importuna abstinentia, ut vult 5 canon apost., et alii. Ego autem dico, quod omne peccatum quod affert perniciem animæ, animale vocatur, sive ex corporali, sive ex animali appetitione principium accipiat. Propterea enim omnia peccata animales lapsus vocat Ecclesia. Quin etiam canon peccatorum tantummodo animalium meminit, ut quæ etiam corporalia comprehendant. Quod autem non puniatur baptizatus, et in clerum assumptus, propter fornicationem, vel cædem, quam ante baptismum admisit, lege 20 can. sancti Basil., et quæ in eo sunt, et sanctorum apostolorum can. 17.

ZONAR. Sanctorum quoque apostolorum octogesimus canon, qui ex gentili vita, aut improba vivendi ratione accesserit, nequaquam subito episcopum creari decernit. Et magni Pauli, Timotheum per Epistolam, qualem episcopum esse oporteat, edocentis, voce, ne eligatur neophytus, admonemur. Idcirco hujus etiam synodi Patres, neque quempiam ad fidem accedentem, nisi catechesi, quantum satis fuerit, eruditum, mox baptizare, neve baptizatum illico, nisi ejusdem fidei constantia, vitæque ratione penitus explorata, in clerum cooptari liceat, decrevere. Quod si cujus probata satis morum integritas videbatur, decursu temporis animali crimine infectus esse deprehenditur, eum cessare jubent. Quæritur vero, quodnam sit animale peccatum, curve animalium tantum non corporalium quoque hic inducta mentio, cum præsertim corporalia longe frequentius, animalia non ita sæpe depositione multentur. Quidam igitur, crimen omne quo læditur anima animale a sanctis Patribus, qui hunc canonem edidere, nuncupatum fuisse existimant. Alii animalia peccata ea dicunt, quæ ex animi perturbationibus, elatione, exempli causa, superbia, inobedientiaque oriuntur. Nam hæc quoque hominem, nisi curatione tollantur, depositioni obnoxium reddunt : idque **61** vel eorum exemplo, qui Novatiani dicebantur, facile apparet. Nec enim illi opinionis errore aliquo decipiebantur, sed cum se puros, insolenti fastidio elati nominarent, et eos qui turbulentis etiam temporibus lapsi sunt etiam resipiscentes repellebant nec digamis communicabant. Quapropter ob superbiam et fratrum odium e fidelium societate eliminati sunt. Quodsi quamobrem illi ab Ecclesia quoque ejicerentur, satis eæ justæ causæ visæ sunt : qui arrogantia tumens episcopo suo non obtemperet, et in pertinacia manet, quid causæ sit quamobrem non is quoque depositione puniatur? Et vero quintus sanctorum apostolorum canon, eos qui uxores suas specie religionis ejiciunt, segregari, tum si in eo persistent, etiam deponi jubet. Quinetiam tricesimus sextus eorumdem canon eos quicunque episcoporum calculo ad præfecturas spirituales vocati munus obire recusaverint, donec id suscipiant, segregatos esse decernit. Ergo si id nunquam susceperint, perpetua, quoad vixerint, segregatione tenebuntur. Qui

A αἵρεσις, καὶ ἡ ἄκαιρος ἀποχὴ τοῦ γάμου, καὶ τῆς κρεωφαγίας, κατὰ τὸν ε' κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ ἑτέρων· ἐγὼ δέ φημι ὡς πᾶν ἁμάρτημα ἐπάγον τῇ ψυχῇ βλάβην ψυχικὸν ὀνομάζεται, κἂν ἐκ σωματικῆς ὀρέξεως δέξηται τὴν ἀρχήν, κἂν ἐκ ψυχικῆς. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ πάντα τὰ ἁμαρτήματα ψυχικὰ σφάλματα ἡ Ἐκκλησία κατονομάζει. Καὶ ὁ κανὼν δὲ μόνων ἐμνήσθη ἁμαρτημάτων ψυχικῶν, ὡς περιεχόντων καὶ τὰ σαρκικά. Περὶ μέντοι τοῦ μὴ κολάζεσθαι τὸν βαπτισθέντα, καὶ κληρωθέντα διὰ τὴν πρὸ τοῦ βαπτίσματος πορνείαν ἢ τὸν φόνον ἀνάγνωθι τὸν κ' κανόνα τοῦ ἁγίου Βασιλείου καὶ τὰ ἐν αὐτῷ καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνα ιζ'.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ ὁ ὀγδοηκοστὸς κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων τὸν ἐξ ἐθνικοῦ βίου προσελθόντα ἢ ἐκ
B φαύλης διαγωγῆς μὴ αὐτίκα προχειρίζεσθαι ἐπίσκοπον ἐπισκήπτει. Καὶ ὁ μέγας δὲ Παῦλος Τιμοθέῳ γράφων, καὶ οἷον εἶναι δεῖ τὸν εἰς ἐπισκοπὴν προαγόμενον διατασσόμενος, καὶ μὴ νεόφυτον εἶναί φησι. Διὸ καὶ οἱ Πατέρες οὗτοι ὁρίζουσι μήτε τὸν τῇ πίστει προσερχόμενον αὐτίκα βαπτίζεσθαι, εἰ μὴ ἀρκούντως κατηχηθείη, μήτε βαπτισθέντα εὐθὺς εἰς κλῆρον κατατάττεσθαι, μήπω δόντα δοκίμιον ἑαυτοῦ, ὅπως τε περὶ τὴν πίστιν ἔχει, καὶ ὅπως περὶ τὸν βίον. Εἰ δὲ καὶ μετὰ δοκιμασίας γένηται ἀνεπίληπτος δόξας, προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου ἁμάρτημά τι ψυχικὸν ἔχων ἐλεγχθείη, παύεσθαι τοῦτον διατάττονται. Ἀπορεῖται δὲ τί ἂν εἴη τὸ ψυχικὸν ἁμάρτημα, καὶ διὰ τί ψυχικῶν ἐμνήσθη μόνον, ἀλλ' οὐχὶ καὶ σαρκικῶν
C καθαιρεῖν μᾶλλον πεφυκότων τοὺς περιπεπτωκότας αὐτοῖς, τῶν ψυχικῶν δέ γε ὡς ἐπ' ἐλάχιστον. Οἱ μὲν οὖν τοὺς τὸν κανόνα ἐκθεμένους ἁγίους Πατέρας πᾶν ἁμάρτημα εἰς ψυχὴν φέρον τὴν βλάβην ψυχικὸν ὠνομάσθαι φασίν· οἱ δὲ ψυχικά φασιν ἁμαρτήματα τὰ ἐκ ψυχικῶν παθῶν γινόμενα, οἷον ἐξ οἰήσεως καὶ ὑπερηφανίας, καὶ ἀνηκοΐας. Καὶ ταῦτα γὰρ καθαιρέσει ἀθεράπευτα μένοντα ὑποβάλλουσι· δῆλον δὲ τοῦτο ἐκ τῶν καλουμένων Ναυατιανῶν. Ἐκεῖνοι γὰρ οὐ πρὸς δόγμα ἐσφάλλοντο· ἀλλὰ Καθαροὺς ἑαυτοὺς ἐξ οἰήσεως ὀνομάζοντες, οὔτε τοὺς ἐν διωγμοῖς παραπεσόντας μετανοοῦντας ἐδέχοντο, οὔτε διγάμοις ἐκοινώνουν. Διὸ καὶ ἐξεκηρύχθησαν τῆς τῶν πιστῶν ὁμηγύρεως διὰ τὴν οἴησιν καὶ τὴν μισαδελφίαν αὐτῶν. Εἰ γοῦν ἐκεῖνοι διὰ ταῦτα καὶ
D τῆς Ἐκκλησίας ἀπεβλήθησαν, πῶς οὐχ ἂν ὁ δι' οἴησιν ἐπισκόπῳ αὐτοῦ μὴ πειθόμενος καὶ ἀδιόρθωτος μένων καθαιρεθήσεται; Καὶ ὁ πέμπτος δὲ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανὼν τοὺς τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας προφάσει εὐλαβείας ἐκβάλλοντας ἀφορίζεσθαι κελεύει, ἐπιμένοντας δὲ καὶ καθαιρεῖσθαι. Καὶ ὁ λς' τῶν αὐτῶν διατάττεται τοὺς ψήφῳ τῶν ἐπισκόπων εἰς προστασίαν καλουμένους, μὴ καταδεχομένους δὲ τὸ λειτούργημα, ἀφωρισμένους εἶναι, ἕως ἂν καταδέξωνται. Ὥστε εἰ μὴ καταδέχοιντο, εἶεν ἂν διὰ βίου ἀφωρισμένοι. Οἱ δὲ διὰ βίου ἀφωρισμένοι οὐδὲν ἀπεοίκασι καθῃρημένων. Οἶμαι δὲ κρεῖσσον εἰπεῖν ὅτι πᾶν ἁμάρτημα δικαίως ἂν ὀνομάζοιτο ψυχικόν, ὡς ἐκ παρατροπῆς τῶν ψυχικῶν δυνάμεων τὴν ἀρχὴν ἔχον. Εἰς τρία γὰρ τῶν περὶ τὴν ψυχὴν

θεωρουμένων διαιρουμένων, εἴς τε τὸ λογικὸν, τὸ ἐπιθυμητικὸν, καὶ τὸ θυμικὸν, ἐξ ἑκάστου τούτου αἱ ἀρεταὶ καὶ αἱ κακίαι πεφύκασι φύεσθαι· αἱ μὲν ὅταν ὀρθῶς καὶ ὡς παρὰ τοῦ δημιουργοῦ ἡμῖν ἐνετέθησαν, αὐταῖς χρώμεθα· αἱ δὲ κακίαι, ὅταν αὐταῖς παραχρώμεθα. Τοῦ μὲν οὖν λογιστικοῦ ἀρετὴ καὶ κατόρθωμα ἡ εὐσέβεια, καὶ αἱ τῷ θείῳ πρέπουσαι ἡμέτεραι ἔννοιαι, καὶ ἡ τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ χείρονος ἀνεπισφαλὴς διάκρισις, καὶ τί μὲν αἱρεῖσθαι δέον, τί δὲ ἀποτρέπεσθαι. Ἡ δὲ ἐκ τούτων ἀπόπτωσις κακία καὶ ἁμαρτία ἐστί. Τοῦ δ' ἐπιθυμητικοῦ μέρους ἀρετὴ τὸ τῶν ὄντως ἐρᾷν ὀρεκτῶν, τῆς θείας, φημὶ, φύσεως, καὶ τῶν οἰκειοῦν ἡμᾶς ἐκείνῃ δυναμένων πράξεων. Ἡ δ' ἐκ τούτων παρατροπὴ καὶ εἰς γήϊνα φορὰ τῆς ἐπιθυμίας ἁμάρτημα. Ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ θυμικοῦ ἀρετὴ ἡ πρὸς τὴν κακίαν ἐναντίωσις καὶ ἀπέχθεια, καὶ τὸ πρὸς τὰς τοῦ σώματος ὀρέξεις ἀνθίστασθαι, καὶ μέχρις αἵματος πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀντικαθίστασθαι, καὶ τοῦ ὀρθοῦ λόγου καὶ τῆς ἀρετῆς προμαχεῖν, καὶ μετὰ τοῦ Δαβὶδ λέγειν· *Εἶδον ἀσυνετοῦντας, καὶ ἐξετηκόμην*· κακία δὲ ἡ πρὸς τὸν πλησίον ὀργὴ, καὶ τὸ μῖσος, καὶ αἱ φιλόνεικοι διαθέσεις, καὶ αἱ μνησικακίαι. Οὕτως οὖν, ὡς εἴρηται, ἐκ τῶν ψυχικῶν δυνάμεων τῶν ἁμαρτημάτων συνισταμένων, καλῶς οἱ θεῖοι Πατέρες ψυχικὰ εἰρήκασιν ἁμαρτήματα, καὶ τῷ μεγάλῳ Παύλῳ ἑπόμενοι λέγοντι· *Ἔστι σῶμα ψυχικὸν, καὶ ἔστι σῶμα πνευματικόν*· ψυχικὸν ὀνομάζοντι τὸ ὑπὸ τῆς ψυχῆς ἡγεμονευόμενον καὶ κυριαρχούμενον, καὶ ταῖς φυσικαῖς αὐτῆς δουλεῦον δυνάμεσιν, ἐκδιδοῦν τε θυμῷ καὶ ἐπιθυμίᾳ, καὶ τοῖς γηΐνοις προστετηκὸς, καὶ οὐδὲν ὑπὲρ ταῦτα φρονοῦν.

A vero toto vitæ tempore segregati sunt, nihil a depositis differunt. Ego vero ita censeo, peccata omnia, propterea quod ex depravatis animæ facultatibus ortum ducunt, animalia merito dici posse. Cum enim tres sint animi veluti partes, ratio, cupiditas, ira, ex harum singulis, virtutes ac vitia, virtutes quidem, si recte, et ea quæ a Conditore præscripta fuit, moderatione adhibita iis utamur, si vero iisdem abutamur, vitia nascuntur. Rationis igitur virtus atque officium est, pietas, quæque numinis Majestati conveniant, animis nostris informatæ notiones, tum inter honestum ac turpe, inter id quod sequi, aut fugere oporteat, recta dijudicatio. Hæc nisi teneat, in vitium crimenque delabitur. Cupiditatis deinde virtus est, ea quæ amore B vere digna sunt, divinam scilicet naturam, quæque imprimis actiones eidem conciliare nos queant, amore complecti. Alio si deflexerit, atque ad terrena cupiditas diverterit, crimine haudquaquam carebit. Pravitatem denique odisse, eique bellum habere semper indictum, appetitiones corporis coercere, et ad necem usque sceleri adversari, et pro recta ratione ac honestate depugnare, ac Davidis illud, *Vidi prævaricantes, et tabescebam* [39], usurpare, iræ virtus est. Eadem, ubi se in amicum intendat, odio effervescat, et ad contentiones prona feratur, injuriam alte recondat, in vitio est. Cum igitur ex animi facultatibus, ut diximus, peccata conflentur, jure peccata divini Patres, animalia C nominavere: magnum quoque Paulum sequentes qui dicit, *Est corpus animale, et est corpus spirituale* [40], animale nominans id quod animæ ductu, imperioque regitur, illique inditis a natura facultatibus serviens, iræ se, cupiditatique permittit, ac terrenis perpetuo affixum est, et nihil supra ea cogitat.

ΑΡΙΣΤ. *Οἱ ἐξ ἐθνικοῦ βίου μὴ ταχέως εἰς πρεσβυτέρους ἀγέσθωσαν· δίχα γὰρ τῆς διὰ χρόνου δοκιμασίας κακὸς ὁ νεόφυτος. Εἰ δέ τις καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν ἁμαρτήσας ἀποδειχθῇ πρότερον, ὕστερον* (40) *οὑτοσὶ πεπαύσθω τοῦ κλήρου.*

ARIST. *Qui ex ethnica vita prodeunt ne statim ad presbyteros promoveantur. Nam sine probatione qua fit progressu temporis, malus est neophytus. Si quis autem et post ordinationem antea deliquisse comperius sit, postea hic clero expellatur.*

Τὰ αὐτὰ τῷ ὀγδοηκοστῷ κανόνι τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ ὁ κανὼν οὗτος λέγει, τὸ τὸν ἄρτι βαπτισθέντα μὴ εὐθὺς εἰς ἐπισκοπὴν ἢ εἰς πρεσβυτερεῖον ἄγειν· ἵνα μὴ, ὡς νεόφυτος, τυφωθεὶς, εἰς παγίδα τοῦ διαβόλου καὶ κρῖμα ἐμπέσῃ. Δεῖ γοῦν τὸν τοιοῦτον κατὰ τὸν ἑνδέκατον κανόνα τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου πρότερον εἰς ἕκαστον βαθμὸν, ἤγουν ἀναγνώστου, ὑποδιακόνου, καὶ τῶν ἑξῆς, ἐκτελέσαι κἂν ἑνὸς χρόνου μῆκος, καὶ οὕτως, εἰ ἄξιος τῆς θείας ἱερωσύνης κριθῇ, τῆς μεγίστης ἀπολαῦσαι τιμῆς· ὥσπερ δὴ πάλιν καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν, εἰ ἁμαρτήσας ἀποδειχθῇ, τῆς ἀξίας μετακινεῖσθαι.

Eadem quæ octogesimus canon sanctorum apostolorum, hic quoque canon dicit, modo baptizatum non subito ad episcopatum aut presbyteratum proD moveri; ne, ut neophytus, inflatus, in diaboli laqueum et judicium incidat. Oportet itaque talem juxta undecimum canonem synodi Sardicensis, prius in unoquoque gradu, nempe lectoris et hypodiaconi et reliquorum ministerium peragere saltem unius temporis spatium, et sic, si dignus divino sacerdotio judicetur, maximæ particeps fiat dignitatis: sicut autem iterum et post ordinationem, si deliquisse compertus fuerit, dignitate amovetur.

[39] Psal. CXVIII, 158. [40] I Cor. XV, 44.

Guill. Beveregii notæ.

(40) *Πρότερον, ὕστερον*. In Simeonis Logothetæ epitome legitur, ἢ πρότερον, ἢ ὕστερον. Sed nostra lectio genuinum canonis sensum melius exprimit.

CANON III.

62 *Vetuit magna synodus omnino, ne liceat episcopo, nec presbytero, nec diacono, nec ulli penitus eorum, qui sunt in clero, introductam habere mulierem, præterquam utique matrem vel sororem, vel amitam, vel eas solas personas quæ omnem suspicionem effugiunt.*

BALS. De introductis mulieribus lege 14, cap. 7, tit. præsentis operis, et quæ in eo sunt : et ex 123 Justiniani Novella illic compendiose posita intellige, quod clerici, qui post denuntiationes, ab introductis mulieribus, quæ sunt præter personas, quæ declarantur in præsenti canone, non separantur, deponuntur. Episcopi autem quandocunque, et cum quacunque muliere cohabitare inveniuntur, ex eo B deponuntur. Et hoc nota. Ac de introductis quidem mulieribus diversis temporibus multum desceptatum est. Ac dicebant quidem nonnulli ἐπείσακτον ἢ συνείσακτον, eam esse, quæ pro legitima uxore introducta est, et cum aliquo fornicatorie cohabitat. Alii autem dixerunt eam esse omnem mulierem alienam prorsus cum aliquo cohabitantem, etiamsi ab omni suspicione immunis sit. Et hoc videtur esse verius. Propterea inquit et magnus Basilius denuntiat sacerdoti per epistolam ad Gregorium presbyterum, ut ab introducta muliere separetur, et non ex eo ipsum deponendum decernit, licet evidenter et citra ullam dubitationem peccet.

ZONAR. Sacris addictos homines abesse a culpa, ac ne suspicioni quidem aditum contra ipsos cui- C quam relinqui vult canon. Mulieres igitur, iis exceptis quarum in ipso canone mentio, qui in sacrum ordinem ascripti sunt, domi habere omnino prohibentur. Qua quidem lege non tantum sacris ordinibus initiatos, sed omnes etiam in clerum lectos teneri placet. De hoc vero canone magnus quoque Basilius meminit, ad Gregorium presbyterum scribens, atque ab eo, quam domi alebat mulierculam dimitti jubet. Quod si nullo, inquit, saniore consilio suscepto, sacris tamen ordinum muneribus fungi ausus fueris, universo populo eris anathema. Eadem œcumenicæ quoque in Trullo synodi quintus canon edicit; hæc insuper adjungens, Hoc ipsum, et eunuchi servent, ut ne qua videlicet aspergatur ipsorum famæ labes : quique contra canonis præ- D scriptum fecerint, siquidem clerici fuerint, deponantur; si vero laici, segregentur. Eadem, quæ sacri canones, Novella tertio Basilicorum libro sita

ΚΑΝΩΝ Γ'.

A *Ἀπηγόρευσεν ἡ μεγάλη σύνοδος* (41) *καθόλου μήτε ἐπισκόπῳ, μήτε πρεσβυτέρῳ, μήτε διακόνῳ, μήτε ὅλως τινὶ τῶν ἐν κλήρῳ, ἐξεῖναι συνείσακτον ἔχειν, πλὴν εἰ μὴ ἄρα μητέρα, ἢ ἀδελφὴν, ἢ θείαν* (42), *ἢ ἃ μόνα πρόσωπα πᾶσαν ὑποψίαν διαπέφευγεν.*

ΒΑΛΣ. Περὶ συνεισάκτων ἀνάγνωθι τὸ ιδ' κεφάλ. τοῦ η' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, καὶ μάθοις ἀπὸ τῆς ἐκεῖσε συνοψισθείσης ρκγ' Ἰουστινιανείου Νεαρᾶς ὅτι οἱ κληρικοὶ, μετὰ παραγγελίας μὴ χωριζόμενοι τῶν συνεισάκτων, αἵτινές εἰσι παρὰ τὰ πρόσωπα τὰ δηλούμενα ἐν τῷ παρόντι κανόνι, καθαιροῦνται. Οἱ δὲ ἐπίσκοποι, ὅτε δήποτε εὑρισκόμενοι οἱᾳδήτινι γυναικὶ συνοικοῦντες, ἀπεντεῦθεν B καθαιροῦνται. Καὶ σημείωσαι τοῦτο. Περὶ μέντοι τῶν συνεισάκτων λόγος πολὺς ἐγένετο κατὰ διαφόρους καιρούς. Καὶ εἶπόν τινες ἐπείσακτον ἢ συνείσακτον εἶναι τὴν ἀντὶ νομίμου γυναικὸς συνεισαχθεῖσαν, καὶ συνοικοῦσάν τινι πορνικῶς· ἄλλοι δὲ εἶπον εἶναι πᾶσαν γυναῖκα συνοικοῦσάν τινι ἀλλοτρίαν πάντως, κἂν ἀνύποπτός ἐστι. Καὶ ἔδοξε τοῦτο μᾶλλον εἶναι ἀληθέστερον. Διὰ γὰρ τοῦτό φησι καὶ ὁ μέγας Βασίλειος παρεγγυᾶται τῷ ἱερεῖ χωρισθῆναι τῆς συνεισάκτου διὰ τῆς πρὸς Γρηγόριον πρεσβύτερον ἐπιστολῆς, καὶ οὐκ ἀπεντεῦθεν καθαιρεῖσθαι αὐτὸν διορίζεται, ὡς ἀναμφιλέκτως καὶ προφανῶς ἁμαρτάνοντα.

ΖΩΝΑΡ. Βούλεται ὁ κανὼν τοὺς ἱερωμένους ἀνεγ- C κλήτους εἶναι, καὶ μηδὲ μέχρις ὑποψίας κατ' αὐτῶν εἶναί τισι πάροδον· διὸ πᾶσιν ἀπηγόρευσε τοῖς ἱερωμένοις συνοικεῖν γυναιξὶν ἄνευ τῶν εἰρημένων προσώπων. Οὐ μόνον δὲ τοῖς ἱερωμένοις, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τοῖς κεκληρωμένοις, τοῦτο ἀπηγόρευται· καὶ ὁ μέγας δὲ Βασίλειος πρὸς Γρηγόριον πρεσβύτερον ἐπιστέλλων τοῦ τοιούτου μέμνηται κανόνος, καὶ χωρισθῆναι αὐτὸν τοῦ συνεισάκτου ἐπιτάσσει γυναίου· Ἐὰν δὲ τολμήσῃς, φησὶ, μὴ διορθωσάμενος ἑαυτὸν ἀντέχεσθαι τῆς ἱερωσύνης, ἀνάθεμα ἔσῃ παντὶ λαῷ· καὶ ὁ πέμπτος δὲ κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ οἰκουμενικῆς συνόδου τὰ αὐτὰ διατάττεται, προστιθεὶς καὶ ταῦτα· Τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ οἱ εὐνοῦχοι παραφυλαττέτωσαν, τὸ ἄμεμπτον ἑαυτοῖς προνοούμενοι· οἱ δὲ παραβαίνοντες τὸν κα- D νόνα, εἰ μὲν κληρικοὶ εἶεν, καθαιρείσθωσαν· εἰ δὲ λαϊκοὶ, ἀφοριζέσθωσαν. Καὶ ἡ ἐν τῷ τρίτῳ βιβλίῳ τῶν Βασιλικῶν κειμένη Νεαρὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἱεροῖς κανόσι νομοθετεῖ· τὸ δέ γε τῆς ἑβδόμης συνόδου

Guill. Beveregii notæ.

(41) *Ἀπηγόρευσεν ἡ μεγάλη σύνοδος*. Idem Leontius qui primo, huic etiam constituendo canoni materiam præbuisse videtur. Iste enim presbyter, ut ad primum canonem prænotavimus, concilii hujus diebus cum Eustolia quadam adolescentula cohabitat, quam etiam virginem esse prædicabat, Athanasius de eodem loquens, Διότι ἑαυτὸν ἀπέκοψεν ὑπὲρ τοῦ μετ' ἐξουσίας λοιπὸν κοιμᾶσθαι μετὰ Εὐστολίου τινὸς, γυναικὸς μὲν δι' αὐτὸν, λεγομένης δὲ παρθένου. Athanas. epist. ad solitar. vit. agentes. Cum in hoc autem multum suspicionis resideret, Patres Nicæni hoc canone istiusmodi συνεισάκτους habere mulieres clericis quibuslibet æque ac episcopis interdicunt.

(42) *Μητέρα, ἢ ἀδελφὴν ἢ θείαν*. Hujusmodi personas cum clericis συνεισάκτων more cohabitare licet. Idque non ex hoc tantum canone sed et ex lege civili, Justin. novel. 123, c. 29. *In his enim nihil sævi criminis existimari fœdus naturale permittit*. L. 19, C. de episcop., et cler, post ἢ θείαν in Joan. Antiocheni collectione, canon hic sic legitur ἢ ἃ μόνον πρόσωπα καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια διαπέφυγεν ὑποψίαν.

ὀκτωκαιδέκατον κεφάλαιον, οὐδὲ ἐν προαστείῳ, ἔνθα γυναῖκές εἰσιν ὑπηρετοῦσαι, παραχωρεῖ ἐπισκόπῳ ἢ ἡγουμένῳ ἀπιέναι· εἰ μὴ μεταστῶσιν αἱ γυναῖκες ἐκεῖθεν, ἕως ἂν ὑποχωρήσωσιν ὁ ἐπίσκοπος ἢ ὁ ἡγούμενος· ὁ δὲ τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ ἐννεακαιδέκατος κανὼν περὶ τὸ τέλος φησί· Τὰς μέντοι συνερχομένας παρθένους τισὶν ὡς ἀδελφὰς ἐκωλύσαμεν.

ΑΡΙΣΤ. *Συνείσακτον μή τις ἐχέτω, μητρὸς δίχα, καὶ ἀδελφῆς, καὶ τῶν προσώπων, ἃ πᾶσαν ὑποψίαν ἀποδιδράσκουσιν.*

Ἄνευ τῶν προσώπων τῶν πᾶσαν ὑποψίαν ἀσελγείας διαφευγόντων, οἷον μητρὸς, ἀδελφῆς, θείας, καὶ τῶν ὁμοίων, ἕτερον οὐ συγχωρεῖ ὁ παρὼν κανὼν μετά τινος συνοικεῖν τῶν ἱερωμένων, οὔτε ὁ πέμπτος κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ ἕκτης συνόδου, οὔτε ὁ ιη' καὶ κβ' τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου τὸ δεύτερον, B οὔτε ὁ μέγας Βασίλειος, πρὸς Γρηγόριον πρεσβύτερον γράφων τῆς συνεισάκτου γυναικὸς χωρισθῆναι, κἂν ἑβδομηκονταετὴς ἦν, καὶ οὐκ ἐλογίζετο ταύτῃ συνοικεῖν ἐμπαθῶς.

ΚΑΝΩΝ Δ'.

Ἐπίσκοπον προσήκει (43) *μάλιστα μὲν ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ καθίστασθαι· εἰ δὲ δυσχερὲς εἴη τὸ τοιοῦτο ἢ διὰ κατεπείγουσαν ἀνάγκην ἢ διὰ μῆκος ὁδοῦ, ἐξ ἅπαντος τρεῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναγομένους, συμψήφων γινομένων καὶ τῶν ἀπόντων, καὶ συντιθεμένων διὰ γραμμάτων, τότε τὴν χειροτονίαν ποιεῖσθαι· τὸ δὲ κῦρος τῶν γινομένων* (44) *δίδοσθαι καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τῷ μητροπολίτῃ.* C

A constituit. Septimæ vero synodi capite decimo octavo, episcopum, aut præfectum in suburbium quoque in quo mulieres famulantur, nisi alio mulieres, dum episcopi vel præfectus discesserint, abfuturæ concedant, proficisci vetitum est. Ancyranus vero canon undevicesimus, sub finem, ait: Virgines ad quosvis accedere tanquam sorores prohibuimus.

ARIST. *Subintroductam ne quis habeat præter matrem et sororem, et personas quæ omnem suspicionem effugiunt.*

Præter personas omnem lasciviæ suspicionem effugientes, puta matrem, sororem, amitam et similes, aliam non permittit præsens canon cum aliquo eorum qui consecrantur cohabitare; ut nec quintus canon synodi sextæ in Trullo, nec duodevicesimus et vicesimus secundus Nicænæ synodi secundæ, nec magnus Basilius, ad Gregorium presbyterum scribens ab introducta muliere separari, quamvis septuaginta annorum esset, eique cum affectu cohabitare non statuebat.

62 CANON IV.

Episcopum oportet, maxime quidem ab omnibus qui sunt in provincia, constitui. Si autem sit hoc difficile, vel propter urgentem necessitatem, vel propter viæ longitudinem, tres omnino eumdem in locum congregatos, absentibus quoque suffragium ferentibus, scriptisque assentientibus, tunc ordinationem facere: eorum autem quæ fiunt confirmationem, in unaquaque provincia a metropolitano fieri.

Guill. Beveregii notæ.

(43) *Ἐπίσκοπον προσήκει.* Concilium Nicænum 2 præsentem canonem de episcopi electione interpretatur, ut ad vacantem nimirum sedem episcopus a provincialibus episcopis eligatur, seclusis non populis tantum, sed et ipsis quoque magistratibus, δεῖ γὰρ τὸν μέλλοντα προβιβάζεσθαι εἰς ἐπισκοπὴν ὑπὸ ἐπισκόπων ψηφίζεσθαι, καθὼς παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ ὥρισται ἐν τῷ κανόνι τῷ λέγοντι ἐπίσκοπον προσήκει, etc. Concilii Nicæni 2, can. 3. Hujus concilii auctoritate inducti Balsamon, Blastares, et omnes propemodum Græci canonum interpretes, plebis suffragia, in electione episcopi antiquitus usitata, hoc canone dempta et omnia electionum jura ad episcopos translata esse contendunt. At eruditissimus ille Petrus de Marca contrarium affirmat viz. *Canonem quartum concilii Nicæni primi non tribuere episcopis jus electionis, sed consensus tantum aut confirmationis, et auctoritatem ordinationis.* Marc. *De concord. sac. et imp.* l. VI, cap. 2, sect. 10. Sed in hoc, fateor, argumento vix sibi constare videtur: alibi enim ait, *Cæterum si negotium istud referatur ad primam originem, morumque vetustæ Ecclesiæ et antiquorum canonum ratio habeatur, constans est illa sententia, quæ solum testimonium et consensum designandi episcopi clero et populo tribuit, ipsam vero designationem sive electionem et judicium metropolitano, una cum synodo provincialium episcoporum.* Ibid. lib. VIII, cap. 2, sect. 2, et capitis sequentis initio hanc sententiam et consuetudinem præsenti canone sancitam esse affirmat.

(44) *Τὸ δὲ κῦρος τῶν γινομένων.* Idem ab hoc concilio in genere decernitur, canone VI, his verbis, Καθόλου δὲ πρόδηλον ἐκεῖνο, ὅτι εἴ τις χωρὶς γνώμης τοῦ μητροπολίτου γένοιτο ἐπίσκοπος, τὸν τοιοῦτον ἡ μεγάλη σύνοδος ὥρισε μὴ δεῖν εἶναι ἐπίσκοπον. Et in specie de ordinationibus in provincia Alexandrina celebratis, in epistola synodica ad Ecclesiam Alexandrinam missa; ubi Patres hi Nicæni dicunt se decrevisse, ut episcopi credentur, si populus voluerit, et episcopus Alexandriæ suffragatus fuerit, et electionem confirmaverit, συνεπιψηφίζοντος αὐτῷ καὶ ἐπισφραγίζοντος τοῦ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου. Theodor. Hist. Eccles. l. I, c. 9. Patres Chalcedonenses hunc canonem ita interpretantur, ut metropolitanus cujusque provinciæ omnes in ea episcopos constituat. Ὁ κανὼν οὕτως διαγορεύει, ὥστε τὸν ἐν μιᾷ ἑκάστῃ τῶν ἐπαρχιῶν τὸ κῦρος ἔχειν τὸν τῆς μητροπόλεως, καὶ αὐτὸν καθιστᾷν πάντας τοὺς ὑπὸ τὴν αὐτὴν ὄντας ἐπισκόπους, καὶ D αὕτη ἐστὶν ἡ διάνοια τοῦ κανόνος. Et proxime, τῷ δὲ τῆς Νικομηδείας, ἐπειδὴ ἐξ ἀρχαίου αὕτη μητρόπολίς ἐστι, κεχρεώστηται πάντας τοὺς ὑπὸ τὴν ἐπαρχίαν ὄντας ἐπισκόπους χειροτονεῖν. Ἡ ἁγία σύνοδος εἶπε. Ταῦτα πάντες βουλόμεθα. Concil. Chalced. Act. 13. Hinc cum Olbiatis episcopi creatione opus esset, Synesius cum duobus aliis episcopis Antonium consensu populi eligebat; electionem autem Alexandrini episcopi decreto confirmari necesse esse scribit in epistola, quam ad Theophilum Alexandrinum eo nomine misit, quæ sic definit: Καὶ γένοιτ' ἂν μοι βουλομένῳ κοινωνὸν αὐτὸν εἰς τὴν ὁμότιμον ἱερωσύνην προσδέξασθαι. Ἑνὸς οὖν ἔτι δεῖ, τοῦ κυριωτάτου μέντοι τῆς ἱερᾶς σου χειρὸς, τούτου μὲν Ὀλβιάταις δεῖ· ἐμοὶ δὲ εὐχῶν. Synes. epist. 76. In alia etiam Epistola ad eumdem Theophilum, dicit Palæbiscæ episcopum illegitime et contra leges creatum esse, quod nec a tribus, nec Alexandriæ constitutus sit, Τοῦτον μὲν

BALS. Constitui, vel suffragio creari episcopum [A] hic visum est. Cum enim antistitum electio a civium multitudine olim fieret, hoc divinis Patribus non placuit, ne a laicis, sacris dedicatorum hominum vita discerperetur: et decreverunt, a provincialibus episcopis uniuscujusque provinciæ episcopum eligi. Si est autem hoc difficile, propter honestam aliquam causam, vel propter viæ longitudinem: non aliter fieri electionem, quam si tres provinciales episcopi convenerint, habentes eos etiam qui absunt una suffragium ferentes, per sententias scriptis mandatas. Ejus autcur ordinationem, sive consecrationem, priino, sive metropolitano, honoris causa tribuerunt, et non solum ordinationem, sed et electionis confirmationem: et idcirco ex tribus electis, qui ordinationem facturus est, declarat eum quem ipse [B] vult, et non ex necessitate, qui primus positus est declaratur, et deinde reliqui. Et in his quidem consistit canon. Quidam autem metropolitani, cum ipsorum episcoporum electione facta, in urbe aliarum regina, cum tribus episcopis, alienis, vel propriis, cæterorum provincialium episcoporum nulla ratione habita, interrogati essent, quomodo hoc facerent, ad sui defensionem usi sunt 13 can. syn. Carthag. Et lege quæ in eo canone scripta sunt; et decimum nonum canonem Antioch. syn. Et hæc quidem, quando metropolitanus multos provinciales habuerit. Sin autem, ut mnlti metropolitani unum tantum vel duos provinciales episcopos habeant, tunc necessario fiet electio cum iis qui sunt et inveniuntur provincialibus et cum alienis episcopis.

ΒΑΛΣ. Τὸ καθίστασθαι ἤτοι ψηφίζεσθαι ἐπίσκοπον ἐνταῦθα δέδοκται. Πάλαι γὰρ γινομένων τῶν ψήφων τῶν ἀρχιερέων παρὰ τοῦ πλήθους τῶν πολιτῶν, οἱ θεῖοι Πατέρες οὐκ ηὐδόκησαν τοῦτο, ἵνα μὴ παρὰ λαϊκῶν ἀνθρώπων ὁ τῶν ἱερωμένων διασύρηται βίος· καὶ διωρίσαντο ὑπὸ τῶν ἐπαρχιωτῶν ἐπισκόπων ἑκάστης ἐπαρχίας ψηφίζεσθαι τὸν ἐπίσκοπον. Εἰ δὲ τοῦτό ἐστι δυσχερὲς διά τινα εὔλογον αἰτίαν ἢ διὰ μῆκος ὁδοῦ· μὴ ἄλλως τὴν ψῆφον γίνεσθαι, εἰ μὴ συνεισέλθωσι τρεῖς ἐπαρχιῶται ἐπίσκοποι, ἔχοντες καὶ τοὺς ἀπόντας συμψήφους διὰ γνωμῶν ἐγγράφων. Τὴν δὲ χειροτονίαν τούτου, ἤτοι καθιέρωσιν, ἐπεφιλοτιμήσαντο τῷ πρώτῳ, ἤτοι τῷ μητροπολίτῃ, καὶ οὐ μόνον τὴν χειροτονίαν, ἀλλὰ καὶ τὸ κῦρος τῆς ψήφου. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ [B] ἀπὸ τῶν τριῶν τῶν ψηφιζομένων γίνεται μήνυμα περὶ τοῦ μέλλοντος ποιῆσαι τὴν χειροτονίαν, πρὸς ἕνα, ὃν βούλεται αὐτὸς, καὶ οὐκ ἐξ ἀνάγκης, ὁ πρῶτος τεθεὶς μηνύεται, καὶ ἐφεξῆς οἱ λοιποί. Καὶ ὁ μὲν κανὼν ἐν τούτοις. Τινὲς δὲ μητροπολῖται, ψήφους ἐπισκόπων αὐτῶν ποιησάμενοι, εἰς τὴν τῶν πόλεων βασιλεύουσαν, μετὰ τριῶν ἐπισκόπων ἀλλοτρίων, ἢ καὶ ἰδίων, καὶ τῶν λοιπῶν ἐπαρχιωτῶν ἐπισκόπων αὐτῶν μὴ ἐπιστραφέντες, ἐρωτηθέντες ὅπως τοῦτο ποιοῦσιν, ἐχρήσαντο εἰς βοήθειαν τῷ ιγ' κανόνι τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου. Καὶ ἀνάγνωθι τὰ ἐν ἐκείνῳ τῷ κανόνι γραφέντα, καὶ τὸν ιθ' κανόνα τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου. Καὶ ταῦτα μὲν, ὅταν ὁ μητροπολίτης εὐποροίη πολλῶν ἐπαρχιωτῶν· εἰ δὲ, ὡς οἱ πολλοὶ τῶν μητροπολιτῶν, [C] ἕνα ἐπαρχιώτην ἐπίσκοπον ἔχουσιν ἢ δύο, τότε ἐξ ἀνάγκης γενήσεται ἡ ψῆφος μετά τε τῶν ὄντων καὶ εὑρισκομένων ἐπαρχιωτῶν, καὶ μετὰ ἀλλοτρίων ἐπισκόπων.

ZONAR. Primo canoni apostolorum hunc canonem adversari, forte aliquis suspicetur. Illo namque ab episcopis duobus, tribusve, hoc autem trium suffragio, accedente absentium approbatione, et assensu per litteras significato, episcopum creandum esse decernitur. Verum nullo modo inter se (hi canones) pugnant. Apostolico namque illo, creationis nomine, consecratio manuumque impositio significatur: hujus vero synodi canon, constitutionis ac creationis voce electionem intelligit. Ac decernit non aliter electionem antistitis fieri nisi tres simul convenerint, cum quibus absentes quoque [D] per litteras paciscantur, hoc est, electionem quæ a tribus qui convenerint peragetur, se quoque approbaturos esse profiteantur. Latis vero suffragiis, confirmationem, hoc est absolutiouem operis, manuumque impositionem, consecrationisque jus metropolitano provinciæ adjudicat, ut ab eo electio confirmetur. Confirmatur ea porro, cum unum, quem ipse ex electis approbarit, duobus episcopis, tribusve ex apostolici canonis præscripto adhibitis manuum impositione consecraverit.

ΖΩΝΑΡ. Ἐναντιοῦσθαι δόξειεν ἂν ὁ παρὼν κανὼν τῷ πρώτῳ κανόνι τῶν ἱερῶν ἀποστόλων. Ὁ μὲν γὰρ ἐπίσκοπον χειροτονεῖσθαι ὑπὸ ἐπισκόπων δύο ἢ τριῶν διατάττεται· οὗτος δὲ ὑπὸ τριῶν, συναινούντων καὶ τῶν ἀπόντων, καὶ συντιθεμένων διὰ γραμμάτων· ἀλλ' οὐκ εἰσὶν ἐναντίοι· ὁ μὲν γὰρ τῶν ἁγίων ἀποστόλων χειροτονίαν τὴν καθιέρωσιν καὶ χειροθεσίαν ὀνομάζει· ὁ δὲ τῆς συνόδου ταύτης κανὼν κατάστασιν καὶ χειροτονίαν τὴν ψῆφον καλεῖ. Καὶ διορίζεται μὴ ἄλλως ἀρχιερέως γίνεσθαι ψήφισμα, εἰ μὴ τρεῖς ὁμοῦ συνέλθωσιν ἔχοντες καὶ [D] τοὺς ἀπόντας συντιθεμένους διὰ γραμμάτων· ἤγουν ὁμολογοῦντας, ὅτι ἕψονται κἀκεῖνοι τῇ παρὰ τῶν τριῶν ὁμοῦ συναχθέντων γενησομένῃ ψήφῳ. Μετὰ δὲ τὴν ψῆφον τὸ κῦρος, ἤτοι τὴν τελεσιουργίαν, καὶ χειροθεσίαν καὶ καθιέρωσιν, τῷ μητροπολίτῃ τῆς ἐπαρχίας δίδωσιν, ὥστε παρ' ἐκείνου κυροῦσθαι τὴν ψῆφον· κυροῦται δὲ ὅταν ἕνα τῶν ψηφισθέντων, ὃν ἐκεῖνος ἐκλέξεται, χειροθετήσῃ μεθ' ἑτέρων δύο ἢ τριῶν ἐπισκόπων, κατὰ τὸν ἀποστολικὸν κανόνα.

Guill. Beveregii notæ.

οὖν ἕνα καὶ μόνον ἀποδεδεῖχθαι Παλαιβίσκης ἐπίσκοπον· ἀλλ' οὐδὲ τοῦτον ἐνθέσμως, ἐκθέσμως μὲν οὖν, ὅσα γε τῶν γερόντων ἠκούσαμεν, εἰ μήτε ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κατέστη, μήτε παρὰ τριῶν ἐνθάδε, καὶ εἰ τὸ σύνθημα τῆς χειροτονίας ἐκεῖθεν

ἐδέδοτο. Synes. epist. 67. Quin his verbis Synesius ad præsentem canonem respexit, nullus dubito. Nam dicta Palæbiscæ episcopi ordinatio contra et priorem et posteriorem hujus canonis partem admissa est utpote quæ nec a tribus episcopis

ΑΡΙΣΤ. *Ἐπίσκοπος ὑπὸ πάντων ἐπαρχιωτῶν καθίσταται· εἰ δὲ μὴ, τέως τριῶν τῶν ὑπολοίπων διὰ γραμμάτων συμψήφων γινομένων. Τὸ μέντοι κράτος ὁ μητροπολίτης ἐχέτω.*

Ὑπὸ δύο μὲν ἢ καὶ τριῶν ἐπισκόπων ἐπίσκοπος χειροτονεῖται, κατὰ τὸν πρῶτον κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων· ὑπὸ τριῶν δὲ τὸ ἐλάχιστον ψηφίζεται· ἐὰν ἴσως πάντες οἱ τῆς ἐπαρχίας ἐπίσκοποι διὰ κατεπείγουσαν ἀνάγκην ἢ διὰ μῆκος ὁδοῦ παρουσιάσαι οὐ δύνανται. Πλὴν ὀφείλουσιν καὶ αὐτοὶ οἱ ἀπόντες διὰ γραμμάτων γενέσθαι σύμψηφοι τοῖς παροῦσιν ἐπισκόποις, καὶ τὴν ψῆφον ποιουμένοις· τὴν μέντοι ἐξουσίαν, μετὰ τὸ γενέσθαι τὴν ψῆφον, ὁ μητροπολίτης ἔχει, ὥστε ἕνα τῶν τριῶν τῶν ψηφισθέντων ὃν αἱρεῖται, ἐπιλέξασθαι.

A ARIST. *Episcopus ab omnibus provincialibus constituitur, vel saltem a tribus, reliquis per litteras assensum præbentibus. Confirmatio vero sit penes metropolitam.*

A duobus quidem vel etiam tribus episcopis ordinatur episcopus, juxta primum sanctorum apostolorum canonem, a tribus autem minimum eligitur; si omnes **64** forsitan provinciæ episcopi ob urgentem aliquam necessitatem aut viæ longitudinem adesse non possunt. Verumtamen debent et qui absunt sua præsentibus episcopis et electionem facientibus suffragia ferre: post factam autem electionem potestatem habet metropolitanus ut unum e tribus electis quem ipse præfert, eligat.

B

ΚΑΝΩΝ Ε'.

Περὶ τῶν ἀκοινωνήτων γενομένων, εἴτε τῶν ἐν κλήρῳ εἴτε τῶν λαϊκῷ τάγματι. ὑπὸ τῶν καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπων, κρατείτω ἡ γνώμη κατὰ τὸν κανόνα τὸν διαγορεύοντα, τοὺς ὑφ' ἑτέρων ἀποβληθέντας, ὑφ' ἑτέρων μὴ προσίεσθαι. Ἐξεταζέσθω δὲ μὴ μικροψυχίᾳ, ἢ φιλονεικίᾳ, ἤ τινι τοιαύτῃ ἀηδίᾳ τοῦ ἐπισκόπου ἀποσυνάγωγοι γένωνται. Ἵνα οὖν τοῦτο τὴν πρέπουσαν ἐξέτασιν λαμβάνοι, καλῶς ἔχειν ἔδοξεν ἑκάστου ἐνιαυτοῦ καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν δὶς τοῦ ἔτους συνόδους γίνεσθαι· ἵνα κοινῇ πάντων τῶν ἐπισκόπων τῆς ἐπαρχίας ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναγομένων τὰ τοιαῦτα ζητήματα ἐξετάζοιτο (45), *καὶ οὕτως οἱ ὁμολογουμένως* C *προσκεκρουκότες* (46) *τῷ ἐπισκόπῳ κατὰ λόγον ἀκοινώνητοι παρὰ πᾶσιν εἶναι δόξωσι, μέχρις ἂν τῷ κοινῷ τῶν ἐπισκόπων δόξῃ τὴν φιλανθρωποτέραν ὑπὲρ αὐτῶν ἐκθέσθαι ψῆφον. Αἱ δὲ σύνοδοι γινέσθωσαν μία μὲν πρὸ τῆς Τεσσαρακοστῆς, ἵνα πάσης μικροψυχίας* (47) *ἀναιρουμένης τὸ δῶρον καθαρὸν προσφέρηται τῷ Θεῷ, δευτέρα δὲ κατὰ τὸν τοῦ μετοπώρου καιρόν.*

CANON V.

De iis qui a communione segregati sunt, sive clericorum sive laicorum sint ordinis, ab episcopis qui sunt in unaquaque provincia, valeat sententia secundum canonem qui pronuntiat, eos qui ab aliis ejecti sunt non ab aliis admittendos. Examinetur autem, numquid vel simultate, vel contentione, vel aliqua ejusmodi episcopi acerbitate, congregatione pulsi sint. Ut hoc ergo convenientem examinationem accipiat, recte habere visum est, ut singulis annis, in unaquaque provincia bis in anno synodi fiant: ut cum omnes provinciæ episcopi in eumdem locum communiter conveniant, ejusmodi quæstiones examinentur: et sic, quos episcopum offendisse constiterit, juste esse a congregatione separati apud omnes videantur, donec episcoporum congregationi videatur pro iis humaniorem proferre sententiam. Synodi autem fiant, una quidem ante Quadragesimam, ut omnibus animi sordibus sublatis, purum munus Deo offeratur: secunda autem circiter autumni tempus.

ΒΑΛΣ. Τοὺς παρά τινων ἐπισκόπων ἀφορισθέντας, καὶ μὴ λυθέντας, ὡρίσθη μὴ παρ' ἑτέρων δέχεσθαι. Ἐπεὶ δέ φησι· Εἰκός ἐστι λέγειν τὸν φαορισθέντα ἀδίκως ἀφορισθῆναι, ἢ καὶ τελευτῆσαι τὸν ἀφορίσαντα, παρακελεύεται ὁ κανὼν, καθὼς καὶ ἄλλοι κανόνες διωρίσαντο, δὶς τοῦ ἔτους συνέρχεσθαι πάντας τοὺς ἐπισκόπους παρὰ τῷ πρώτῳ D

BALS. Eos qui ab episcopis aliquibus excommunicati sunt, nec absoluti, a cæteris non admitti debere decretum est: quoniam autem verisimile est communicatum dicere se injuste excommunicatum fuisse, vel etiam mortem obiisse illum, a quo fuerat excommunicatus, præcipit canon, quemadmodum et alii canones decreverunt, ut singulis

Guill. Beveregii notæ.

celebrata, nec a metropolitano confirmata fuit. Vide et Gratian. distinct. 64, c. 5, 6, 7.

(45) *Τὰ τοιαῦτα ζητήματα ἐξετάζοιτο.* Secunda synodus œcumenica Constantinopoli habita, hunc (qui Melitii quoque causa sancitus videtur) canonem interpretata est, ut universa provinciæ cujusque administratio synodis provincialibus per eumdem committatur: Εὔδηλον ὡς τὰ καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἡ τῆς ἐπαρχίας σύνοδος διοικήσει κατὰ τὰ ἐν Νικαίᾳ ὡρισμένα. Syn. CP. can. 2. Alibi enim hæc synodus de synodis provincialibus non meminit præterquam hoc canone; qui propterea istis verbis indigiteiur necesse est.

(46) *Καὶ οὕτως οἱ ὁμολογουμένως προσκεκρουκότες.* Joannes Antiochenus legit, καὶ οὕτως ὁμολογούμενον ᾖ, ὡς προσκεκρουκότες. Joan. Antioch. coll. can. tit. 49.

(47) *Ἵνα πάσης μικροψυχίας.* Hæc verba usque ad τῷ Θεῷ in Joannis Antiocheni collectione desiderantur; legit autem Dionysius Exiguus, vertitque, *ut omni dissensione sublata, munus offeratur Deo purissimum.* Legit et ante eum vetus canonum interpres, et vertit, *ut omnium animositate amputata munus mundum offeratur Deo.* Legunt etiam impressi antehac codices, nisi quod καθαρὸν in iis, typographorum fortassis incuria, desit. Legit etiam Josephus Ægyptius et παραφραστικῶς interpretatur; Zonaram denique legisse scholia ipsius docent.

annis episcopi omnes apud primum ex ipsis bis conveniant, ad solvendas dubitationes de excommunicatis, et reliquas ecclesiasticas quæstiones. Acerbitas autem hic appellata est animi perturbatio. Cæterum quæ de annuis synodis hoc canone continentur, hoc loco accuratius a nobis exposita non sunt, ut quæ non sint in usu: et quod 8 canone synodi quæ fuit in Trullo, et similiter Novella Justiniani sive 20 et 21 capite primi tit. 3, lib. Basilicor. statutum est, ut semel tantum convenirent episcopi. Lege et ista capita. Quære et can. 14 synodi Sardicen. Lege et 8 cap. tit. 8 præsentis operis.

ZONAR. Sanctorum quoque apostolorum multi canones, qui a suis episcopis segregati sunt, eos a nemine ad communionem admitti licere decernunt. Quoniam vero segregationem immerentibus irrogari quandoque contingit, ob ejus forte, qui segregavit, iracundiam, vel simultatem, aut ob animi perturbationem aliquam, quam et acerbitatem hic nominavit, idcirco hunc canonem sacri Patres edidere, quo segregationes, quandocunque scilicet ii qui segregati sunt, injuste se ab eo qui segregavit communione motos esse conquerantur, examinari jubent. Eam vero causæ disquisitionem, a provinciæ episcopis omnibus, aut certe si qui infirmitate valetudinis, aut itinere necessario, aliave justa causa impediti forte, cum reliquis non adfuerint, a pluribus haberi volunt. Porro duas synodos singulis annis, quod sanctorum quoque apostolorum canone sancitum fuit, in unaquaque provincia celebrandas esse decrevere. Verum illi quidem uni synodo habendæ, quartam hebdomadem Pentecostes; alteri Hyperberetæum, hoc est, Octobrem mensem præfinivere : sancti vero hujus synodi Patres, tempus commutavere pro quarta Pentecostes hebdomade ante Quadragesimam celebrari synodum decernentes : ejusque rei subdidere causam: Ut omnis, inquiunt, **65** simultas tollatur. Alterum namque, qui immerenti sibi pœnam segregationis inflictam esse existimet, omnino segreganti succensere necesse est. Rursum ubi damnationem ab eo qui segregatus est, non æquo animo latam, sed querelis exceptam fuisse segregator inaudiverit, erit homini non amicissimus. Ita vero affectis utrinque mentibus, qua ratione munus Deo pure offeratur? Proinde alterius quidem ante Quadragesimam, alterius vero autumni tempore (nam in autumnum October incidit) synodi celebrandæ dies est constitutus. In synodis autem istis, controversiarum ejusmodi discussionem induci placet: quosque manifesto et sine controversia nocentes esse apparuerit (facile namque fieri potest, ut objectum ab episcopo crimen, ille cui multa irrogata est, pernegel), tanquam ex præscripto rationis, hoc est jure communione privati ab omnibus habebuntur, donec episcopis omnibus communi consilio humanius aliquid de iis statuere placitum fuerit.

A αὐτῶν, ἐφ' ᾧ λύεσθαι τὰ περὶ τῶν ἀκοινωνήτων ἀμφίβολα, καὶ λοιπὰ ἐκκλησιαστικὰ ζητήματα. Ἀηδία δὲ ὠνομάσθη ἐνταῦθα ἡ ἐμπάθεια. Τὰ μέντοι περιερχόμενα τῷ παρόντι κανόνι περὶ τῶν ἐτησίων συνόδων ἀγωνιστικώτερον οὐ διελήφθησαν παρ' ἡμῶν ἐνταυθοῖ, ὡς μὴ ἐνεργοῦντα, καὶ ὅτι ἀπὸ τοῦ η' κανόνος τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, ὡσαύτως καὶ ἀπὸ Ἰουστινιανείου Νεαρᾶς, ἤτοι τοῦ κ' καὶ κα' κεφαλαίου τοῦ α' τίτλου τοῦ γ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, ὥρισται ἅπαξ συνέρχεσθαι τοὺς ἐπισκόπους. Καὶ ἀνάγνωθι τὰ τοιαῦτα κεφ. Ζήτει καὶ τὸν λζ' κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων, τὸν ιδ' κανόνα τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου. Ἀνάγνωθι καὶ τὸ η' κεφάλαιον τοῦ η' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων διάφοροι κανόνες B διαλαμβάνουσι μὴ δέχεσθαι παρά τινων τοὺς παρὰ τῶν ἰδίων ἐπισκόπων ἀφορισθέντας. Ἐπεὶ δέ τινας ἀφορίζεσθαι μὴ δικαίως συμβαίνει διὰ θυμὸν ἴσως καὶ μικροψυχίαν τοῦ ἀφορίσαντος, ἢ δι' ἐμπάθειάν τινα, ἣν καὶ ἀηδίαν ὠνόμασε, διὰ τοῦτο τὸν παρόντα κανόνα οἱ ἱεροὶ Πατέρες ἐξέθεντο, ἐξετάζεσθαι διαταξάμενοι τοὺς ἀφορισμοὺς, ὅταν δηλαδὴ οἱ ἀφωρισμένοι αἰτιῶνται τοὺς ἀφορίσαντας, ὡς παρὰ τὸ δίκαιον ἀφορισθέντες· τὴν δὲ ἐξέτασιν παρὰ τῶν ἐπισκόπων τῆς ἐπαρχίας γίνεσθαι, ἢ πάντων, ἢ τῶν πλειόνων, εἴ τινας μὴ συνιέναι τοῖς λοιποῖς συμβαίνει δι' ἀσθένειαν ἴσως, ἢ ἀναγκαίαν ἀποδημίαν, ἢ ἄλλην ἀπαραίτητον αἰτίαν. Γίνεσθαι δὲ συνόδους καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ὥρισαντο δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ, ὅπερ καὶ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις κεκανόνισται. Ἀλλ' οἱ μὲν κατὰ C τὴν τετάρτην ἑβδομάδα τῆς Πεντηκοστῆς τὴν μίαν γίνεσθαι τῶν συνόδων διετάξαντο· τὴν δ' ἑτέραν κατὰ τὸν Ὑπερβερεταῖον μῆνα, ἤγουν τὸν Ὀκτώβριον· οἱ δὲ τῆς συνόδου ταύτης ἅγιοι Πατέρες τὸν μὲν καιρὸν ἐνήλλαξαν, ἀντὶ τῆς τετάρτης ἑβδομάδος τῆς Πεντηκοστῆς πρὸ τῆς Τεσσαρακοστῆς ὁρίσαντες τὴν σύνοδον γίνεσθαι· καὶ τὴν αἰτίαν ἐπήγαγον· Ἵνα, φασὶ, πᾶσι μικροψυχία περιαιρῆται. Ὁ γὰρ νομίζων μὴ προσηκόντως ἀφορισθῆναι πάντως λυπεῖσθαι μέλλει κατὰ τοῦ ἀφορίσαντος· καὶ ὁ ἀφορίσας δὲ ἀκούων μὴ εὐγνωμόνως δεχόμενον τὸν ἀφορισθέντα τὸ ἐπιτίμιον, ἀλλὰ καταγογγύζοντα αὐτοῦ οὐκ ἀπαθῶς πρὸς αὐτὸν διακείσεται. Οὕτω δὲ πρὸς ἀλλήλους ἐχόντων αὐτῶν πῶς ἂν προσενεχθείη τὸ δῶρον καθαρῶς τῷ Θεῷ; D Διὰ τοῦτο πρὸ τῆς Τεσσαρακοστῆς ᾠκονομήθη τὴν μίαν σύνοδον γίνεσθαι, τὴν δὲ λοιπὴν κατὰ τὸ μετόπωρον· καὶ ὁ Ὀκτώβριος δὲ μὴν τοῦ μετοπώρου ἐστίν. Ἐν δὲ ταῖς συνόδοις ταύταις ἐξετάζεσθαι τὰ τοιαῦτα ζητήματα διετάξαντο, καὶ οἱ ὁμολογουμένως καὶ μὴ ἀμφιβόλως προσκεκρουκότες· εἰκὸς γὰρ ἀρνεῖσθαι τὸν ἐπιτιμηθέντα τὸ παρὰ τοῦ ἐπισκόπου αὐτῷ ἐπεγκαλούμενον ἁμάρτημα, κατὰ λόγον, ἤγουν δικαίως, ἀκοινώνητοι ἔσονται παρὰ πᾶσι, μέχρις ἂν κοινῶς τοῖς ἐπισκόποις δόξῃ φιλανθρωπότερόν τι περὶ αὐτῶν ἀποφήνασθαι. Ἀλλὰ εἴποι τις ἄν· Πῶς οὐχὶ τῷ ἀφορίσαντι ἀνετέθη παρὰ τοῦ κανόνος ἡ ψῆφος ἢ ὑπὲρ τοῦ ἀφορισθέντος, ἀλλὰ τῷ κοινῷ τῶν ἐπισκόπων; Τοῦτο δὲ οἶμαι εἰρῆσθαι, ὅταν ὁ ἀφορίσας

σκληρύνηται, καὶ μὴ θέλῃ μετὰ καιρὸν λῦσαι τοῦ ἐπιτιμίου τὸν ἄνθρωπον, ἢ ἐὰν ἴσως ὁ ἀφορίσας τελευτήσῃ μὴ λύσας τὸν ἐπιτιμηθέντα. Τότε γὰρ ἐξέσται τῇ συνόδῳ, εἰ συνίδῃ τὸν καιρὸν τοῦ ἐπιτιμίου ἀρκοῦντα, καὶ τὴν μετάνοιαν τοῦ ἐπιτιμηθέντος, ἀνάλογον τῷ ἁμαρτήματι ψηφίσασθαι ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ λῦσαι τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ἐπιτίμιον, κἂν ὁ ἐπίσκοπος αὐτοῦ ἄτεγκτος μένῃ καὶ ἀνένδοτος, κἂν ἐπιβίω τυχόν. Ὁ μὲν οὖν τῶν ἁγίων ἀποστόλων τριακοστὸς ἕβδομος κανὼν, καὶ ὁ παρὼν δὶς τοῦ ἔτους διατάττονται γίνεσθαι συνόδους· ὁ δὲ ὄγδοος τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου καινίσας τοῦτο ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ διορίζεται ἐν ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ γίνεσθαι σύνοδον ἀπὸ τοῦ Πάσχα μέχρις ὅλου τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς, ἐν τόπῳ ὃν ὁ τῆς μητροπόλεως ὁρίσει ἀρχιερεύς. Τοὺς δὲ μὴ συνερχομένους ἐπισκόπους ὑγιαίνοντας, καὶ ἐνδημοῦντας ταῖς αὐτῶν πόλεσι, καὶ μή τινα ἑτέραν ἀσχολίαν εὔλογον καὶ ἀπαραίτητον ἔχοντας, ἀδελφικῶς ἐπιπλήττεσθαι· ἤγουν μετὰ πραότητος ἐπιτιμᾶσθαι. Νῦν δὲ τὸ τῶν συνόδων τούτων πάντη καταπεφρόνηται ὡς μηδέποτε γίνεσθαι. Περὶ ἐπιτιμίων τῶν μὴ ἀπαντησάντων ἐν ταῖς συνόδοις ἀνάγνωθι τῆς ἐν Καρθαγένῃ κανόνα ος'.

Jam vero, dicet aliquis, cur ad episcoporum potius conventum, quam ad episcopum illum, qui segregationis auctor fuit, de eo qui segregatus est decernendi facultas delata? Ego vero id ita arbitror accipiendum, ut quoties auctor segregationis episcopus æquo duriorem se præbeat, neque decursu temporis hominem pœna absolvat, vel nondum absoluto forte decesserit, tunc quem et supplicii diuturnitate, et dolore animi, satis pœnarum pro criminis ratione dedisse cognitum sit, licet episcopus ejus inexorabilis et implacabilis perseveret, aut forte defunctus sit, de illo statuendi, hominemque pœna absolvendi penes synodum sit facultas. Sanctorum igitur apostolorum canon tricesimus septimus et præsens bis quotannis habendas esse synodos decernunt. Octavus autem sextæ œcumenicæ synodi hac immutata constitutione decernit semel in unaquaque provincia, singulis annis, tempore quod intra Paschæ solemnia ad Octobrem usque extremum intercedit, loco vero eo, quem metropolitanus elegerit, synodum haberi. Qui vero episcopi, nec valetudine impediti, nec a suis urbibus terrarum spatiis disjuncti, nec alia justa, necessariave occupatione detenti convenire neglexerint, fraterne corrigi, hoc est leni animadversione puniri jubet. Nostris vero temporibus tota hæc synodorum ratio eousque negligitur, ut nuspiam celebrentur. De illorum vero pœnis qui ad synodos non convenerint, vide syn. Carth. can. 76.

ΑΡΙΣΤ. *Οἱ ἐξ ἑτέρων ἀφοριζόμενοι ὑφ' ἑτέρων μὴ προσδεχέσθωσαν, πλὴν εἰ μὴ διὰ μικροψυχίαν, ἢ φιλονεικίαν, ἤ τι τοιοῦτο, ὁ ἀφορισμὸς γέγονε· τούτου γὰρ ἕνεκεν* (48) *ἔδοξε δὶς τοῦ ἔτους καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν σύνοδον γίνεσθαι· μίαν μὲν πρὸ τῆς Τεσσαρακοστῆς, ἑτέραν δὲ περὶ τὸ μετόπωρον.*

ARIST. *Ab aliis excommunicati ab aliis ne suscipiantur, nisi per pusillanimitatem, aut contentionem, aut quid istiusmodi excommunicatio facta sit. Eapropter enim visum est, ut bis quotannis in unaquaque provincia synodus celebretur, una quidem ante Quadragesimam altera circa autumnum.*

Δεῖ, κατὰ τὴν παροιμίαν, τὸν τρώσαντα ἐπαγαγεῖν καὶ τὴν ἴασιν· καὶ μὴ τὴν ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου ἀφορισθέντα, ὑφ' ἑτέρων παραδεχθῆναι ἀνεξετάστως οὕτω, καὶ χωρὶς συζητήσεως· ἀλλὰ τὴν αἰτίαν τοῦ ἀφορισμοῦ κατασκέψασθαι, μήποτε οὐκ εὐλόγως ἐπηνέχθη ὁ ἀφορισμός· οὐκ ἐκ μικροψυχίας, ἢ φιλονεικίας, ἢ ἑτέρας τινὸς ἀηδίας τοῦ ἐπισκόπου. Ἵνα γοῦν μήτε οἱ ἀφοριζόμενοι, ὡς ἔτυχεν, ἀφορίζωνται, μήτε οἱ ἀφορίζοντες αὐτοὺς ἐπίσκοποι καταφρονῶνται, ἑτέρων τούτους ἐπισκόπων παραδεχομένων ἀνεξετάστως, δὶς τοῦ ἔτους καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν σύνοδον γίνεσθαι τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ συνόδῳ ἔδοξεν· ἵνα κοινῇ γνώμῃ πάντων τῶν ἐπισκόπων τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας πᾶν ζήτημα ἐκκλησιαστικὸν καὶ πᾶσα ἀμφιβολία λύηται· καθὼς καὶ ὁ λζ' κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων διαγορεύει. Πλὴν, ὡς ἐκεῖσε ἐγράψαμεν, ὁ ὄγδοος κανὼν τῆς ἐν Τρούλλῳ ἕκτης συνόδου καὶ ὁ ἕκτος τῆς ἐν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον διὰ τὴν συντριβὴν καὶ τὸ ἐνδεῶς ἔχειν πρὸς ὁδοιπορίαν τοὺς συναθροιζομένους ἐπισκόπους ἅπαξ

Oportet, ut ait proverbium, vulnerantem adjicere et medelam, et non a proprio episcopo excommunicatum inexplorate adeo et sine examine ab aliis admitti, sed in excommunicationis causam inquirere ne forte injuste illata sit excommunicatio, ne ex pusillanimitate, aut contentione, aut alia aliqua episcopi acerbitate. Ut itaque nec excommunicati, ut contingat, excommunicentur, nec qui eos excommunicarunt contemnantur episcopi, dum alii eos episcopi sine examine admittunt, sanctæ huic synodo bis quotannis in unaquaque provincia synodum haberi visum est, ut communi omnium in ista provincia episcoporum sententia, omnis quæstio ecclesiastica et controversia omnis determinetur: ut et 37 canon sanctorum apostolorum edicit. Sed ut ibi scripsimus, octavus sextæ synodi in Trullo canon, et sextus Nicænæ secundæ ob molestiam, et quod insufficientes sint ad tale suscipiendum iter congregati episcopi, semel quotannis in unaquaque provincia fieri synodum decreverunt, loco

Guill. Beveregii notæ.

(48) *Τούτου γὰρ ἕνεκεν*. Hæc usque ad finem canonis in hac Aristeni, necnon Simeonis Logothetæ epitome, ut in Justelli bibliotheca edita, desiderantur.

quem metropolis approbaverit episcopus, intra A sanctum Paschæ festum et mensem Octobrem.

66 CANON VI.

Antiqui mores serventur qui sunt in Ægypto, Libya et Pentapoli, ut Alexandrinus episcopus horum omnium potestatem habeat, quandoquidem et episcopo Romano hoc est consuetum. Similiter et in Antiochia et in aliis provinciis, sua privilegia Ecclesiis serventur. Illud autem est omnino manifestum, quod, si quis absque metropolitani sententia factus sit episcopus, eum magna synodus definivit non esse episcopum. Quod si quidem communi omnium electioni, quæ et rationi consentanea, et ex regula ecclesiastica facta est, duo vel tres propter B suam qua delectantur contentionem contradicant, vincant plurium suffragia.

BALS. Præsens et septimus canon statuunt quatuor patriarchas, videlicet Romanum, Alexandrinum, Antiochensem et Hierosolymitanum (de Constantinopolitano enim in aliis canonibus tractabitur) ex antiquis moribus honorari: et Alexandrinum quidem episcopum præesse provinciis Ægypti et Libyæ et Pentapolis: Antiochenum similiter Syriæ, Cœlesyriæ, Mesopotamiæ et utrique Ciliciæ: Hierosolymitanum autem, provinciis Palæstinæ, Arabiæ et Phœnices, Quoniam, inquit, et Romanus episcopus præest occidentalibus provinciis. Sic autem C volunt canones, patriarchas suis præesse metropolitanis, et rursus metropolitanos suis episcopis, ut nihil magnum et arduum sine iis fiat ab episcopis qui ipsis subjecti sunt: quocirca etiam jubent eum ne esse quidem episcopum, qui sine primi sententia factus est episcopus, addentes, quod si canonica facta electione quidam contradicant, obtinere debent juxta leges plurium suffragia. His ita definitis quæsivit aliquis, cum præsens canon definiat in omnibus causis plurium suffragium vincere, Novella autem constitutio potentis et sacri nostri imperatoris domini Manuelis Comneni quæ mense Julio indictione 14, anno 6674 prolata est, cum cæteris et hæc disertis verbis definiat: Quod si D non omnium eadem sententia fuerit, sed aliqui a plurium sententia dissideant, aut par sit numerus eorum qui dissident: eorum sententia præferatur, quibuscum is sentit, qui judicio præest: cuinam debemus attendere? Ac nonnulli quidem dixerunt, non exaudiri Novellam in causis ecclesiasticis, atque idcirco in ipsis vetera jura valere, eosque canones qui cum his convenientes sanciti sunt: alii vero contra dixerunt, Novellam pro toto mundo et omni causa locum habere, ac generalem esse legem: mihi vero locum habere non videtur Novella in ecclesiasticis electionibus, nec in ecclesiasticis quæstionibus; quod neque traditio canonica per eam sit eversa. Quære etiam canonem 19 synodi Antiochenæ. Sane quidem patriarcha Hierosoly-

τοῦ ἐνιαυτοῦ σύνοδον γίνεσθαι διετάξαντο εἰς ἑκάστην ἐπαρχίαν, ἔνθα ἂν ὁ τῆς μητροπόλεως δοκιμάσῃ ἐπίσκοπος, ἀνὰ μέσον τῆς ἁγίας τοῦ Πάσχα ἑορτῆς καὶ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνός.

ΚΑΝΩΝ Ϛʹ.

Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Λιβύῃ, καὶ Πενταπόλει, ὥστε τὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐπίσκοπον πάντων τούτων ἔχειν τὴν ἐξουσίαν· ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο σύνηθές ἐστιν· ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ Ἀντιόχειαν καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις, τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι ταῖς Ἐκκλησίαις. Καθόλου δὲ πρόδηλον ἐκεῖνο, ὅτι, εἴ τις χωρὶς γνώμης τοῦ μητροπολίτου γένοιτο ἐπίσκοπος, τὸν τοιοῦτον ἡ μεγάλη σύνοδος ὥρισε μὴ δεῖν εἶναι ἐπίσκοπον. Ἐὰν μέντοι τῇ κοινῇ πάντων ψήφῳ εὐλόγῳ οὔσῃ καὶ κατὰ κανόνα ἐκκλησιαστικὸν δύο ἢ τρεῖς δι' οἰκείαν φιλονεικίαν ἀντιλέγωσι, κρατείτω ἡ τῶν πλειόνων ψῆφος.

ΒΑΛΣ. Ὁ παρὼν κανὼν καὶ ὁ ζʹ διορίζονται τοὺς δʹ πατριάρχας, δηλαδὴ τὸν Ῥώμης, τὸν Ἀλεξανδρείας, τὸν Ἀντιοχείας, καὶ τὸν Ἱεροσολύμων (περὶ γὰρ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως ἐν ἑτέροις κανόσι διαληφθήσεται), κατὰ τὰ παλαιὰ ἔθη τιμᾶσθαι, καὶ τὸν μὲν Ἀλεξανδρείας προέχειν τῶν ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Λιβύῃ, καὶ Πενταπόλει ἐπαρχιῶν· τὸν Ἀντιοχείας ὁμοίως τῆς Συρίας, τῆς Κοίλης Συρίας, τῆς Μεσοποταμίας, καὶ ἑκατέρας Κιλικίας· τὸν δὲ Ἱεροσολύμων τῶν ἐν τῇ Παλαιστίνῃ ἐπαρχιῶν, τῶν ἐν Ἀραβίᾳ καὶ τῶν ἐν Φοινίκῃ, ὅτι, φησί, καὶ ὁ ἐπίσκοπος τῆς Ῥώμης προέχει τῶν ἑσπερίων ἐπαρχιῶν· Οὕτω δὲ θέλουσιν οἱ κανόνες προέχειν τοὺς πατριάρχας τῶν ὑπ' αὐτοὺς μητροπολιτῶν, καὶ πάλιν τοὺς μητροπολίτας τῶν ὑπ' αὐτοὺς ἐπισκόπων, ὥστε μηδὲν χωρὶς τούτων γίνεσθαι περιττὸν παρὰ τῶν ὑπ' αὐτοὺς ἐπισκόπων· διὰ γὰρ τοῦτο καὶ παρακελεύονται μηδὲ εἶναι ἐπίσκοπον, τὸν δίχα γνώμης τοῦ πρώτου γεγονότα ἐπίσκοπον, προτιθέμενοι ὅτι, ἐὰν κανονικῶς γενομένης τῆς ψήφου τινὲς ἀντιλέγωσιν, ὀφείλει κρατεῖν κατὰ τοὺς νόμους ἡ τῶν πλειόνων ψῆφος· τούτων οὕτω διορισθέντων, ἠρώτησέ τις ὡς τοῦ μὲν παρόντος κανόνος διοριζομένου ἐπὶ πάσαις ταῖς ὑποθέσεσι τὴν τῶν πλειόνων ψῆφον νικᾷν· τῆς δὲ Νεαρᾶς νομοθεσίας τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Κομνηνοῦ τῆς κατὰ τὸν Ἰούλιον μῆνα τῆς ιδʹ ἰνδικτιῶνος τοῦ ϛχοδʹ ἔτους ἐξενεχθείσης, διοριζομένης μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ταῦτα ῥητῶς. Εἰ δέ γε μὴ ὁμογνωμονήσουσι πάντες, ἀλλά τινες διαφωνοῦσι τοῖς πλείοσιν, ἢ ἐξισοῦνται οἱ διαφωνοῦντες, ἐκείνων τὴν ψῆφον προκρίνεσθαι, οἷς καὶ ὁ τοῦ δικαστηρίου προεστὼς συμφωνεῖ· τίνι προσέχειν ὀφείλομεν; καί τινες μὲν εἶπον μὴ ἐξακούεσθαι τὴν Νεαρὰν εἰς τὰς ἐκκλησιαστικὰς ὑποθέσεις, καὶ διὰ τοῦτο κρατεῖν ἐπ' αὐταῖς τὰ παλαιὰ νόμιμα, καὶ τοὺς ἑπομένως τούτοις διορισθέντας κανόνας· ἕτεροι δὲ ἀντεφθέγξαντο τὴν Νεαρὰν εἰς πάντα κόσμον καὶ πᾶσαν ὑπόθεσιν ἐκφωνηθῆναι, καὶ εἰς κοινὴν θεσμοθεσίαν εἶναι. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ μὴ ἔχειν χώραν τὰ τῆς τοιαύτης Νεαρᾶς εἰς

τὰς ψήφους τῶν Ἐκκλησιῶν, ἢ εἰς ἐκκλησιαστικὰ ζητήματα· ὅτι δὴ οὐδὲ κανονικὴ παράδοσις διὰ ταύτης ἀνετράπη. Ζήτει καὶ τὸν θ' κανόνα τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου. Ὁ μέντοι πατριάρχης Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος Αἰλίας ἐκλήθη, ὅτι ἡ τῶν Ἱεροσολύμων πόλις ποτὲ μὲν Σόλυμα καὶ Ἰεβοὺς ἐκαλεῖτο· μετὰ δὲ τὸ γενέσθαι ἐν ταύτῃ παρὰ τοῦ βασιλέως Σολομῶντος τὸν περίπυστον ἐκεῖνον θεῖον ναὸν, καὶ ἀποτεθῆναι ἐν αὐτῷ τὰ ἱερὰ, ὠνομάσθη Ἱεροσόλυμα (48*)· τοῦ δὲ ἐν αὐτῇ λαοῦ παρὰ τῶν Βαβυλω-

A mitanus Æliæ episcopus est appellatus, quod urbs Hierosolymorum aliquando Solyma, aliquando Jebus vocata sit: postquam autem in ea per regem Solomonem conditum est celeberrimum illud templum, et in eo sacra sunt reposita, Hierosolyma est appellata: cum vero in capitivitatem redactus populus ejus esset a Babyloniis, et urbs eversa, postquam illam Romanorum imperator Ælius Adrianus instaurasset, ex ejus nomine dicta est Ælia: generali autem nomine cum ipsa urbs Hierosolymorum, tum

Guill. Beveregii notæ.

(48*) Ὠνομάσθη Ἱεροσόλυμα. Eamdem vocis hujus Ἱεροσόλυμα etymologiam, quam hoc in loco Balsamon, etiam Josephus (e quo Balsamon eam hausisse videtur) olim tradidit, nisi quod hic a Melchisedecho ita nominatam asserat. Ὁ δὲ πρῶτος, inquit, κτίσας ἦν Χαναναίων δυνάστης, ὁ τῇ πατρίῳ γλώσσῃ κληθεὶς βασιλεὺς δίκαιος· ἦν γὰρ δὴ τοιοῦτος· διὰ τοῦτο ἱεράσατό τε τῷ Θεῷ πρῶτος· καὶ τὸ ἱερὸν δειμάμενος Ἱεροσόλυμα τὴν πόλιν προσηγόρευσε, Σόλυμα καλουμένην πρότερον. *Primus autem conditor* (urbis Hierosolymæ) *erat Chananæorum dynasta, qui patria lingua vocatus est rex justus* (Melchisedech), *erat quippe talis. Et idcirco sacerdotium Deo primus exhibuit: et cum* ἱερὸν (*templum*) *ædificasset, urbem Hierosolyma vocavit, quæ antea Solyma dicta erat.* Joseph. *De bell. Jud.* lib. VII, c. 18. In his autem Josephi verbis, mirum est quot σφάλματα occurrunt. Primo enim asserit Melchisedechum urbem Hierosolymam ædificasse, quod etiam Abraham Zachuth in libro Juchasin, sive genealogiarum tradidit dicens, ואמרו ז"ל כי שם הוא מלכיצדק ובנה ירושלים. *Et dixerunt rabbini nostri beatæ memoriæ Sem esse Melchisedechum, qui ædificavit Hierusalem.* Verum ex ipsis sacris Scripturis constat urbem Salem, cujus rex Melchisedech fuit, sitam esse in via, qua a valle Damascena Sodomam itur. Gen. XIV et XXXIII, de qua Hieronymus in libro *De locis Hebraicis*, *Salem civitas Sicimorum, quæ est Sichem*, et proxime addit, *sed et alia villa ostenditur usque ad præsentem diem juxta Æliam contra occidentalem plagam hoc nomine.* Unde constat Salem, quæ prope Æliam sive Hierosolymam sita fuit, et unde nomen istud ad Hierosolymam nonnunquam translatum videtur, diversam esse ab ea, in qua Melchisedech regnavit; etiamsi Targum Hierosolymitanum, Jonatham, et Onkelos in loco citato Gen. XIV, Salem per ירושלם *Hierusalem* interpretantur. Deinde asserit Josephus Melchisedechum primum fuisse Deo sacerdotem, cum Abel bis mille annis ante eum sacerdotis muneribus functus est; adhæc eumdem templum exstruxisse Deo, cum e Scripturis pateat nullum Deo ante Solomonem templum exstructum fuisse. Quod denique ad rem nostram spectat, hanc urbem affirmat prius Σόλυμα dictam fuisse, cum autem ἱερὸν in ea exstructum esset, tunc demum Ἱεροσόλυμα vocatam. Adeo ut juxta Josephum hæc vox Ἱεροσόλυμα ex Græca ἱερόν et Hebraica Σόλυμα componatur, quod absurdum est, præcipue cum ipse fateatur hanc urbem a Chananæis, qui linguam Hebraicam una cum materno lacte imbibebant, exstructam fuisse, quos Græcum nomen, urbi suæ vel ex parte imposuisse, prorsus incredibile est. Ad hanc autem opinionem Balsamon hoc loco quam proxime accedit, quo antiquam urbem Σόλυμα nominatam fuisse Ἱεροσόλυμα propter ἱερὰ, ac in templo a Solomone ibidem condito, reposita, scribit; ac si ipsi etiam Hebræi et Israelitæ Græcum nomen metropoli suæ indiderint: quæ etiam multis ante Solomonem annis Jerusalem appellata fuit, ut ipsæ Scripturæ docent. Ejusdem farinæ est alia Græca hujus vocis etymologia ab Eupolemo

B excogitata: Προσαγορευθῆναι δὲ πρῶτον, inquit, τὸ ἀνάκτορον ἱερὸν Σολομῶνος, ὕστερον δὲ παρεφθαρμένως τὴν πόλιν ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, Ἱερουσαλὴμ ὀνομασθῆναι· ὑπὸ δὲ τῶν Ἑλλήνων φερωνύμως Ἱεροσόλυμα λέγεσθαι. *Et primo quidem sacra ista ædes* ἱερὸν Σολομῶνος *appellata est, deinde vero corrupte a templi nomine, urbs ipsa* Ἱερουσαλὴμ *nominata: a Græcis autem affini nomine* Ἱεροσόλυμα *dicta est.* Eupol. apud Euseb. *De præp. Evang.* l. IX cap. 34. Sic etiam Lactantius urbem hanc a Salomone exstructam et denominatam scribit: *Solomon*, inquit, *filius David, templum ædificavit, et civitatem, quam de suo nomine Hierosolyma nuncupavit.* Lactant. *De ver. Sap.* l. 4. Sed omnium absurdissimum est Lysimachi Alexandrini commentum, qui Ἱεροσόλυμα urbem dictam finxit ἀπὸ τοῦ ἱεροσυλεῖν, Judæos asserens τούς τε ἀνθρώπους ὑβρίζοντας καὶ τὰ ἱερὰ συλῶντας καὶ ἐμπρήσαντας, ἐλθεῖν εἰς τὴν νῦν Ἰουδαίαν προσαγορευομένην· κτίσαντας δὲ πόλιν ἐνταῦθα κατοικεῖν· τὸ δὲ ἄστυ τοῦτο Ἱερόσυλα ἀπὸ τῆς ἐκείνων διαθέσεως ὠνομάσθαι· ὕστερον δὲ αὐτοὺς ἐπικρατήσαντας, χρόνῳ διαλλάξαι τὴν ὀνομασίαν πρὸς τὸ ὀνειδίζεσθαι, καὶ τήν τε πόλιν Ἱεροσόλυμα, καὶ αὐτοὺς Ἱεροσολύμους προσαγορεύεσθαι. C *Cum homines injuriose tractassent, et fana spoliassent et incendissent, venisse in locum qui nunc Judæa dicitur, et condita civitate hic habitasse: istam autem urbem* Ἱερόσυλα *ab ipsorum dispositione* (viz quod ἱερὰ σεσυλήκασι) *nominatam esse: postea autem auctos viribus nomen mutasse, ut probrum vitarent: et urbem Hierosolymam, et seipsos Hierosolymos vocasse.* Lysimach. apud. Joseph. contra Apion. l. I, prope finem. Verum Josephus hic recte observat ἱεροσυλεῖν οὐ κατὰ τὴν αὐτὴν φωνὴν Ἰουδαῖοι τοῖς Ἕλλησιν ὀνομάζομεν, hoc est, *quod sacrorum direptio non eadem voce Græcis et Hebræis exprimitur.* Quod idem et de vocis ἱερὸν significatu dicendum est, quam ipse tamen sui immemor ad complendam suam τῶν Ἱεροσολύμων etymologiam usurpavit. Hinc autem videre est, quantum Græcorum ingenia torsit veram hujus nominis rationem investigare, et quanto se exponunt ludibrio, dum istud suis e fontibus derivare satagunt. Aristoteles sane se multo D prudentiorem gessit, cum hoc nomen Græcis auribus tortuosum esse ac difficile pronuntiavit, τὸ τῆς πόλεως, inquit, αὐτῶν ὄνομα πάνυ σκολιόν ἐστιν, Ἱερουσαλὴμ γὰρ αὐτὴν καλοῦσιν. *Urbis earum nomen valde tortuosum est, nam eam Hierusalem vocant:* Aristot. apud. Euseb. *De præp. Evang.* l. IX, c. 5. Eadem ipsius verba apud Joseph. contra Apion. l. I, occurrunt, nisi quod ibi magis adhuc tortuose legatur, Ἱερουσαλήμην. Vera igitur ac genuina hujus vocis etymologia non a Græcis, sed Hebræis petenda est; utpote a quibus urbi suæ indita fuit. In veteri itaque Testamento sæpissime usurpatur, sed diversimode scripta: frequentius enim scribitur ירושלם nonnunquam autem plenius ירושלים, quomodo juxta Masorethas quinquies reperitur, viz. Esth. II, 6, Jer. XXVI, 18, I Par. III, 5, II Par. V, 21, et XXXII, 9, in quo tamen ultimo loco hodie defective scribitur ירושלם sed nihilominus cum ה locali legitur ירושלימה. Ab ipsis autem

omnis ei subjecta regio, Palæstina vocantur. Quæsitum est autem a nonnullis, quid est quod a canone A νέων αἰχμαλωτισθέντος (49) καὶ τῆς πόλεως κατασκαφείσης, ἐπεὶ ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων ὁ Αἴλιος

Guill. Beveregii notæ.

urbis incolis scripta est etiam ירושלימה *Jerushalaimah* cum ה finali, ut R. Azaria in libro suo מאור עינים *Meor Enajim* vocato testatur, ubi præterea antiquam admodum monetam, cui hujus urbis nomen inscriptum est, producit. In antiquo hoc Israelitarum siclo, ex una quidem parte, quæ ad sinistram jacet, occurrunt Samaritanæ sive antiquiores Hebræorum litteræ, ut hodie pinguntur id est שקל ישראל *Siclus Israelis*; in medio pornitu urna mannæ, et supra eam litteræ שד. In altera facie litteræ Samaritanæ sunt ירושלימה קדושה *Hierosolymah sancta*, una cum virga Aaronis, amygdalas proferente. Hæc etiam a R. Azaria observata sunt, qui de hoc numismate (cui similia clarissimus noster B Brianus Waltonus in proleg. ad Bibl. Polygl. ex Vilalpando, Morino, aliisque protulit) hæc habet ובסביבות המטבע הזה ראיתי כתוב באותיות דלעילא שקל ישראל ובאמצע צנצנת עם שד עליה אשר לדעתי ר״ל שקל דוד ובעבר אחר ירושלים הקדושה או ירושלימה קדושה ובאמצעו מטה בעל שלשה פרחים כבי אלו הצורות משני עבריו ולבי אומר לי כי הרב נחמני ז״ל שכח וכתב שקל השקלים תחת שקל ישראל וכן עם כי אפשר לקרוא ירושלים הקדושה אפשר גם כן שיקרא ירושלימה קדושה שכן תמצא בירושלמי דמגלה פ״ק ר׳ סימון וד׳ שמואל בר׳ נחמני תרויהון אמרין אנשי ירושלים היו כותבין ירושלים ירושלימה ולא היו מקפידין. *Et in commemorati numismatis circuitu vidi scriptum litteris supradictis* (viz. Samaritanis) שקל ישראל (*id est siclus Israelis*), *et in medio ejus erat urna* C *cum litteris* שד *super eam positis, quæ, ut opinor, significant* שקל דוד (id est *siclum Davidis*). *Et in altero latere erat* ירושלים הקדושה *vel etiam* ירושלימה קדושה (hoc est *Jerusalem sancta*, vel *Jerusalaimah sancta*), *et in medio ejus erat virga habens tres flores, juxta has ab utroque latere formas. Et suspicor R. Nachmanidem l. m. oblivione scripsisse* שקל השקלים *pro* שקל ישראל (v. Nachman. append. ad Perushe Hattorah, ubi sic scribit) *sicque quemadmodum legi potest* ירושלים הקדושה (*Jerushalem sancta*) *ita etiam legi potest* ירושלימה קדושה (*Jerushalaima sancta*) *quemadmodum invenies in Hierosolymi. Talm. Megilla capite primo, R. Simon, et R. Schemuel filius Nachmani, ambo eorum dicunt, viri Hierosolymitani scribunt Jerushalem* ירושלימה (*Jerushalaimach*) *neque sunt de ea re solliciti*. Hinc, ni fallor, apparet ratio, quare nomen hujus urbis Græce alias scribatur Ἱερουσαλὴμ, alias Ἱεροσόλυμα, iique ab ipsis Hebraeis linguam Græcam edoctis, quales erant evangelistæ et apostoli. Nam vox Græca Ἱεροσόλυμα clarissime respondet Hebraicæ ירושלימה *Hierosholaimah*, æque ac Ἱερουσαλὴμ τῇ ירושלים Hierushalaim, vel ut Chaldæi Syrique scribunt ירושלם *Hierusalem*; adeo ut supra scripta R. Azariæ verba, una cum antiquo numismate ab eo laudato, et hæc urbis hujus nomina, ut a Græcis diversimode scripta se mutuo confirmant, et explicent. Neque enim credibile est ipsos Hebræos urbem suam Græce Ἱεροσόλυμα vocare unquam voluisse, nisi eodem modo propria sua lingua eam vocitassent. Quod itaque R. Azaria dicit probatque hanc urbem ירושלימה *Hierushalaima* vocatam esse, ex Græca voce Ἱεροσόλυμα exinde deducta confirmatur; et quare ita Græce vocaretur, ex voce ista Hebraica a R. Azaria asserta constat. Verum cum ipsi Hebræi, metropolim suam ita inter sese propria lingua appellare consueti, eam etiam Græce Ἱεροσόλυμα vocaverint, hoc Græcis ridiculas istas, quas ante commemoravimus, vocis hujus etymologias confingendi occasionem præbuit, quibus eam ita scriptam, suam ad linguam revocare promptum erat, eamque deducere vel ab ἱερὸν et Σόλυμα cum Josepho et Balsamone hoc loco, vel cum Eupolemo a vocibus ἱερὸν et Σολομῶν, vel etiam cum Lysimacho ἀπὸ τοῦ ἱεροσυλεῖν. At si semper scriptum et vocatum fuisset Ἱερουσαλὴμ, hoc nomen omnibus aliis Græcis æque ac Aristoteli, usque adeo tortuosum, perplexum et prodigiosum visum fuisset, ut eos ab etymologia ejus, in sua præsertim lingua inquirenda, B prorsus deterruisset. Nec quidem adeo facile est ac proclive, genuinam hujus nominis etymologiam ex ipsis Hebraicis fontibus expiscare. Nonnulli deducunt a ירא *Timuit*, et שלם idem quod שלום *Pax*, ac si ita Jebusæis, primis hujus urbis incolis, nominaretur, quasi ירא שלם *Timete pacem*, vel etiam *Timete Salem*. Nam antea Salem, ut arbitrantur, dicta fuit. Si Rabbinicam exspectes etymologiam, invenies in Bereshith Rabba, ubi ad verba ista Geneseos ויקרא אברהם שם המקום ההוא יהוה יראה *Et vocavit Abraham nomen istius loci, Jehova Jireh*, hæc finguntur, *Abrahamus vocabat locum Jireh. Semus vocabat Shalem. Dicebat Deus, Si ego vocavero eum Jireh, Semo justo displicebit; si vocavero Shalem, displicebit Abrahamo justo: quacirca nomen ei imponam ab utroque compositum* יראה שלם *Jireh Shalem, videbit Shalem*. Ber. Rab. sect. 9. Quinetiam si Rabbinicum de nominis imponen- C di occasione, figmentum demas, ipse Valentinus Schindlerus in voce שלם eamdem etymologiam amplexus est. *A Davide*, inquit, *dicta fuit* ירושלם *Chald.* ירושלם *nomine composito ex* שלם Salem et יראה *videbit, providebit, quo nomine appellatus fuit locus iste, et proprie mons Moria ab Abrahamo*, Gen. XXII, 14, deinde addit ירושלים formam habere dualem, ob duas urbis partes, quarum una fuit שלם *Salem* in monte Sion sita, altera יראה mons Moria urbi postea junctus et inclusus: litteram autem Jod numerum dualem efficientem non exprimi ne littera ם ex radicali fiat servilis. Et de hoc quidem inter omnes convenit: utrum autem David hoc nomen urbi isti primus indiderit, omnino est incertum. Nam multis ante Davidem annis ita nominata fuit, in ipsis etiam libris istis Josuæ et Judicum: nisi forte dicamus Ezram, dum libris istis post captivitatem Babylonicam colligendis operam daret, hoc nomen alteri יבוס *Jebus* vel יבוסי, ἐξηγητικῶς subjunxisse, vel ejus loco, tanquam magis D notum, substituisse: quod quidem non admodum dissimile videtur. Hoc saltem constat, non minus probabilem esse, quam constantem doctorum opinionem, hanc vocem aliquo modo deductam esse a ראה vidit, et שלם *Shalem*, ut significet, *videbit perfectum et pacificum*, vel videbit *pacem* (sic enim Apostolus exponit Shalem Βασιλεὺς Σαλὴμ, ὅ ἐστι βασιλεὺς εἰρήνης, Heb. 7. 2), vel etiam *Visionem pacis*, quemadmodum Patres vocem hanc

(49) *Παρὰ τῶν Βαβυλωνίων αἰχμαλωτισθέντος*. Balsamon hic ex memoriæ, vel saltem calami lapsu perinde disserit, ac si urbs Hierosolyma a captivitate Babylonica usque ad Ælium Adrianum solo æquata jacuisset, nec ante eum reparata fuisset: quod non tantum aliis omnibus historicis fide dignis, sed ipsi etiam sacræ Scripturæ apertissime contradicit; ac proinde non opus est ut hic refellatur.

Ἀδριανὸς ἀνήγειρε ταύτην (50), ἐκλήθη ἐκ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ Αἰλία. Γενικῷ δὲ ὀνόματι αὐτή τε ἡ

A dicitur, habeat honoris consequentiam, metropoli proprio honore servato? Et audierunt Cæsaream

Guill. Beveregii notæ.

hanc interpretantur. Hieronymus, *Jebus*, *Salem et Hierusalem appellatur. Primum nomen Calcata; secundum Pax; tertium Visio pacis.* Hieron. vel Paul. et Eustoch. epist. ad Marcell. Augustinus: *Sicut e converso quoties nomen Hierusalem audieritis, quæ Visio pacis dicitur.* Aug. in Apocal. Hom. 16, et alibi. *Ibi Hierusalem condita est, famosissima civitas Dei, serviens in signo liberæ civitatis, quæ cœlestis Hierusalem dicitur; quod verbum est Hebræum, et interpretatur Visio pacis.* Aug. *De catechis. rud.* cap. 20. Ut alios omittam, etiam in nomenclatore Copto-Arabico hæc vox explicatur, Arabice quidem, *Revelatio Pacis*: Coptice, q. d. θεώρησις τῆς εἰρήνης, Nomencl. Ægyptiaco-Arab. Kirch. Port. 9. Nam Coptica lingua quantum ad plerosque characteres pariter ac ipsas voces iis expressas, nihil aliud quam corrupta est atque depravata quædam Græca dialectus.

(50) Ὁ Αἴλιος Ἀδριανὸς ἀνήγειρε ταύτην. Hæc Balsamon ex communi doctorum sui temporis opinione profert: quibus nimirum in more positum erat Æliam, ab Ælio Adriano conditam, Hierosolymam vocitare. Verum Ælium Adrianum veterem Hierosolymam a Tito funditus eversam non instaurasse, sed aliam potius prope eam, quam de suo nomine Æliam vocavit, de novo exstruxisse, validissimis argumentis evincatur. Quoniam autem hoc in dubium vocatur, rem totam paulo altius, quo clarior evadat, repetemus. In primis ergo anno periodi Julianæ 4783, æræ Dionysianæ sive vulgaris a Christi nativitate computatæ 70, Fl. Vespasiano secundum, et Tito coss. mensis Augusti die 31 capta est a Romanis celeberrima olim Judæorum metropolis Hierusalem; quam imperator protinus effodi, et funditus everti jubebat: ut Josephus oculatus testis tradidit, dicens Κελεύει Καῖσαρ ἤδη τήν τε πόλιν ἅπασαν καὶ τὸν νεὼν κατασκάπτειν. *Jubet Cæsar eos omnem omnino urbem, et ipsum templum funditus evertere.* Joseph. Περὶ ἁλώσ. κεφ. α'. Sed tres fateor, turres Phasaelem, Hippicum et Mariamnem cum aliqua muri urbem cingentis parte excipit, et mox addit, Τόν τε ἄλλον ἅπαντα τῆς πόλεως περίβολον, οὕτως ἐξωμάλισαν οἱ κατασκάπτοντες, ὡς μηδὲ πώποτ' οἰκισθῆναι πίστιν ἂν ἔτι παρασχεῖν τοῖς προσελθοῦσι. *Alium autem totum civitatis ambitum ita complanavere diruentes, ut qui ad eam accederent, unquam habitatam fuisse credere non possent.* Ibid. Per vocem κατασκάπτειν hic utrobique usurpatam, Josephus aratrum solo æquato inductum indigitare videtur. Neminem enim latere potest, veteres Romanos in diruendis pariter atque excitandis urbibus aratro usos fuisse, ut Cato in originibus asseruit, atque etiam Servius in 5 Æneid. *Nam ideo*, inquit, *ad exaugurandas vel diruendas civitates aratrum adhibitum, ut eodem ritu quo conditæ subvertantur.* Excitandis quidem civitatibus aut coloniis aratrum circumducere solebant. Unde Cicero, *Tu autem insolentia elatus, omni auspiciorum jure turbato, Casilinum coloniam deduxisti, quo erat paucis annis ante deducta, ut vexillum videres, et aratrum circumduceres; cujus quidem vomere portam Capuæ pene perstrinxisti.* Cicer. Philipp. 2, n. 40. Hinc et illud Virgil. Æneid. l. v:

Interea Æneas urbem designat aratro.

Et illa Ovid. Fastor. l. 4:

Apta dies legitur, qua mœnia signet aratro.

Et paulo post:

Inde premens stivam designat mœnia sulco,
Alba jugum niveo cum bove vacca tulit.

Diruendis autem et demoliendis urbibus aratrum inducere sive imprimere consueti sunt, uti testatur Cœl. Rhodig. Ant. l. xxvi, c. 8; hinc Horat. Carm. l. i, od. 16:

Iræ Thyesten exitio gravi
Stravere, et altis urbibus ultimæ
Stetere causæ, cur perirent
Funditus, imprimeretque muris
Hostile aratrum exercitus insolens.

Hinc etiam imperator Valens Constantinopolitanis offensus urbi isti aratrum se inducturum minatus est, ἠπειλήσε τε καταστήσειν τὴν πόλιν, καὶ ἄροτρον εἰπὼν βαλεῖν ἐπ' αὐτήν. Socrat. *Hist. eccl.* l. iv, c. 38, edit. Vales. Cum hoc itaque Romanis in

B more positum fuisset, ut complanato urbium rebellium, cum caperentur, solo aratrum imprimerent, dubium nemini esse potest, quin idem Hierosolymis fecerint: quod etiam a D. Hieronymo diserte affirmatur: *In hoc*, inquit, *mense Augusto et a Nabuchodonosor, et multa post sæcula a Tito et Vespasiano, templum Hierosolymis incensum est, atque destructum: capta urbs Bethel, ad quam multa millia confugerant Judæorum: aratum templum, in ignominiam gentis oppressæ a Tito Annio Ruffo.* Hieron. in Zach. cap. 8. Idem ipsi quoque Judæi a majoribus traditum, in Talmude suo agnoscunt. Nam in Misna dicitur בתשעה באב נגזר על אבותינו שלא יכנסו לארץ וחרב הבית בראשונה ובשניה ונלכדה ביתר ונחרשה העיר *nono die mensis Ab decretum est contra Patres nostros, ut terram non ingrediantur, et domus desolata est primo et secundo, et Bitter capta, et urbs arata.* Taanith cap. 4, fol. 26, 2, ad quæ Misnæ verba, Gemara fol. 29, 1, hæc observat,

C כשחרש טורנוסרופוס הרשע את האולם נגזרה גזירה על רבן גמליאל להריגה *Cum improbus Turanus Rufus arabat porticum, decretum factum est ut R. Gamaliel interficeretur.* Quisnam hic esset Turanus Rufus, qui aratrum Hierosolymis inducebat, non facile est conjecturis assequi. Suspicor tamen eumdem esse, quem Josephus Terentium Rufum vocat, et militiæ tunc temporis Hierosolymis præfectum, et a Tito ibi relictum asserit, ἦγε, inquit, Τερέντιος Ῥοῦφος· οὗτος γὰρ ἄρχων τῆς στρατιᾶς καταλέλειπτο. Joseph. Περὶ ἁλώσ. λογ. ζ', κεφ. ζ', qui etiam in loco D. Hieronymi ante citato Titus Annius Rufus vocatur: *Tito Annio* pro *Terentio* mendose, ut opinor, scripto; sed de nomine ejus, qui aratrum Hierosolymis induxit, alii viderint: hoc saltem e præmissis colligitur, urbem illam aratrum sibi a Romanis impressum habuisse, ac proinde urbem esse desiisse, ut ipse etiam Romanæ leges edicunt,

D his verbis: *Si ususfructus civitati legetur, et aratrum in ea inducatur, civitas esse desinit, ut passa est Carthago: ideoque quasi morte desinit habere usumfructum.* L. 21, ff. *Quibus modis ususfructus.* Et ab isto itaque tempore Hierusalem urbs esse desiit. Unde Eleazarus statim post dictum urbis excidium a sociis merito quæsivit: Ποῦ δ' ἡ μεγάλη πόλις ἡ τοῦ παντὸς Ἰουδαίων γένους μητρόπολις; *Ubi modo est magna illa civitas, totius Judæorum gentis metropolis?* Joseph. Περὶ ἁλώσ. l. 7, κεφ. λε'. Sane nullibi terrarum etiam tunc temporis exsistebat, et propterea Solinus etiam recte dicit, *Judææ caput fuit Hierosolyma, sed excisa est.* Solin. Polyh. c. 37. Fuit, itaque non est. Et Plinius, *Oxinen, in qua fuere Hierosolyma, longe clarissima urbium Orientis non Judææ modo.* Plin. nat. Hist. l. v, c. 14. Ut eadem nos de Hierosolymis dicamus, quæ Ovidius olim de Troja cecinit, *Jam seges est ubi Troja fuit.* Ovid. epist. 1, et Virgilius, *Et campos ubi Troja fuit.* Virg. Æneid. lib. iii. Sic enim Eu-

esse Palæstinæ metropolim: Hierosolymorum autem Ecclesiam ejus episcopatum fuisse. Vult ergo ca-

πόλις τῶν Ἱεροσολύμων καὶ πάντα τὰ ὑπ' αὐτὴν Παλαιστίνη καλοῦνται. Ἐζητήθη δὲ παρά τινων τί

Guill. Beveregii notæ.

sebius testatur, se vidisse montem Sionem, celeberrimam olim Hierosolymæ partem, aratum et seminatum, ὡς καὶ ἡμᾶς· αὐτοὺς· ὀφθαλμοῖς παραλαβεῖν βουσὶν ἀρούμενον, καὶ κατασπειρόμενον τὸν τόπον. Euseb. *De demonstr. evang.* l. VIII, juxta quod prædictum fuit a propheta Mich. III, v. 12. Quod autem idem Eusebius, ibid. l. VI, c. 18, et D. Hieronymus in Comment. in Zachar. c. 14, asserunt, viz. dimidium, ut ille, mediam tantum civitatis partem, ut hic ait, a Tito, reliquam ab Adriano dirutam, e supradictis, et præcipue ex oculato teste Josepho refellitur. Veruntamen nullus dubito, quin statim post ultimum istud urbis Hierosolymæ excidium, nonnulla saltem domicilia, partim a Christianis, partim a Judæis eodem in loco, quo olim urbs steterat, erecta sint. Post annos enim quinquaginta plus minus elapsos, Adrianus imperator, ut verbis Epiphanii utar, εὗρε τὴν πόλιν πᾶσαν ἠδαφισμένην, καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Θεοῦ καταπεπατημένον, παρεκτὸς ὀλίγων οἰκημάτων, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας μικρᾶς οὔσης. *Urbem invenit totam solo æquatam, et ipsum Dei templum proculcatum, paucis ædibus exceptis, et parva Dei ecclesia.* Epiph. *De pond. et mens.* Addit autem Epiphanius septem etiam Judæorum synagogas in monte Sionis, et aliquot alia ædificia et propinqua perstitisse, quæ nobis postea exstructa videntur: cum ipse quoque Josephus testetur, nihil excidio superfuisse præter tres turres et aliquam muri partem. Quæcunque autem ædificia Adrianus ibi excitata reperit, eadem demolitus est: quod Eusebio, Hieronymo, aliisque occasionem asserendi præbuit, urbem ab Adriano etiam funditus eversam esse: quod tunc temporis fieri non potuit, cum longe antea a Tito factum fuisset. Cæterum idem Ælius Adrianus novam eodem fere in loco urbem condidit, eamque suo de nomine *Æliam* nuncupavit: cujus occasione Judæi sub Barchocheba seditiones movebant: ut Dio Cassius testatur, dicens: Ἐς δὲ τὰ Ἱεροσόλυμα πόλιν αὐτοῦ ἀντὶ τῆς κατασκαφείσης οἰκίσαντος, ἣν καὶ Αἰλίαν Καπιτωλίαν ὠνόμασε, καὶ ἐς τὸν τοῦ ναοῦ τοῦ Θεοῦ τόπον, ναὸν τῷ Διὶ ἕτερον ἀντεγείραντος, πόλεμος οὔτε μικρὸς, οὔτε ὀλιγοχρόνιος ἐκινήθη. Ἰουδαῖοι γὰρ δεινόν τι ποιούμενοι τὸ ἀλλοφύλους τινὰς ἐς τὴν πόλιν σφῶν οἰκισθῆναι, καὶ τὸ ἱερὰ ἀλλότρια ἐν αὐτῇ ἱδρυνθῆναι. *Cum ipse autem Adrianus, Hierosolyma profectus, urbem pro ea quæ eversa fuerat, condidisset, quam etiam Æliam Capitolinam nominavit, et in loco templi Dei, alterum Jovi templum excitasset, bellum nec parvum nec exiguo temporis spatio durans movebatur. Judæi enim ægre ferebant, quod externæ nationes suam in urbem habitatum venissent, quodque in ea externa sacra facta fuissent.* Dio Cass. in Adrian. Etiamsi autem, quod in urbibus instaurandis sæpius usu venit, hæc urbs ab Adriano condita prope pristinam Hierosolymæ sedem sita fuerit, non tamen iisdem, quibus illa, vestigiis constitit. Nonnulla enim loca, quæ intra Hierosolymam fuerunt, extra Æliam jacent. Verbi gratia mons Sion, ut aula regia decoratus, superiorem ac præcipuam urbis Hierosolymæ partem constituebat, septentrionale illius latus occupans, unde Ab. Ezra ציון בצפון ירושלם *Sion e septentrionali latere Hierosolymæ.* Ab. Ezra in Psal. XLVIII, v. 3. Verum idem mons extra Æliam sive urbem ab Adriano conditam jacet. Hoc ipsi etiam Judæi in libro cui titulus יחוס האבות *Genealogia Patrum*, etc., agnoscunt, dicentes וסמוך לירושלם ציון שם היכל דוד עה״ש *Propinquus Hierosolymæ est Sion, ubi palatium Davidis, cui sit pax.* Sion igitur prope quidem, non intra urbem est, quæ hodie Hierusalem vocatur. Idem colligatur etiam e Benjaminis itinerario, in quo dicitur, ולפני ירושלם הר ציון ואין בנין בהר ציון כי אם במה אחת לנוצרים *Et e regione Hierosolymæ est mons Sion: et nulla est in monte Sione structura præter unum Christianorum fanum.* Benjam. itin. p. 44. Ergo non tantum extra urbem, sed et nullum in eo ædificium, præter Christianorum fanum fuit, ab Adriano haud dubie nunquam exstructum. Quod etiam ex iis, quæ ex Eusebio ante citavimus, egregie confirmatur. Hic enim post Adrianum claruit; et tamen suis etiam temporibus se montem Sionem aratum et seminatum vidisse testatus est. Porro alia loca, quæ extra Hierosolyma sita fuerunt, intra Æliæ, sive urbis quæ hodie Hierusalem vocatur, muros includi, testis est, ut alios taceam, Hieronymus, sive quisquis auctor fuit expositionis locorum et urbium, quarum mentio fit in Actibus apostolorum, *Hierusalem*, inquit, *metropolis quondam Judææ, quæ nunc ab Ælio Adriano Cæsare, quod eam a Tito destructam latiore situ instauraverit, Ælia cognominata est: cujus opere factum est, ut loca sancta, id est, Dominicæ passionis et resurrectionis, quondam extra urbem jacentia, nunc ejusdem urbis muro septentrionali circumdentur.* Non itaque in ipsa veteris veræque Hierosolymæ sede, sed tantum prope eam exstructa est ab Adriano Ælia, quod etiam Abulpharagius olim observavit his verbis, *Hoc anno* (quarto imperii Adriani) *prodit Hierosolymis quidam nomine Ben Cocab* (filius stellæ) *qui Judæos seduxit, prætendens se e cœlo instar stellæ descendisse, quo ipsos a servitute Romanorum liberaret: quem eorum multi secuti sunt. Cujus rei nuntio ad Adrianum delato, misit ille copias, quæ ipsum interfecerunt, et expugnatis Hierosolymis Judæos perdiderunt, urbemque Hierosolymitanam penitus diruerunt, prope eam exstructa urbe, quam Æliam Adriani appellarunt, in quam alienigenas collocarunt.* Abulph. Dynast. 7. Adrianus itaque Hierosolymam proprie sic dictam non instauravit, sed aliam urbem, quæ civium Romanorum colonia esset, prope eam funditus eversam de novo condidit, eamque suo de nomine Æliam appellavit: quo factum est, ut una cum urbe ipsum etiam Hierosolymæ nomen penitus deletum sit: usque adeo ut ipse Firmilianus, qui centum circiter post Adriani tempora annis Palæstinæ præses fuit, de urbe Hierosolyma nunquam inaudiverat; nec scivit ubi gentium sita fuerat. Cum iste enim Pamphilum martyrem interrogasset, quænam ei patria esset, hic Hierusalem sibi patriam esse respondebat, supernam scilicet sive cœlestem Hierusalem, ut notat Eusebius; Firmilianus autem ἥτις αὕτη εἴη καὶ ποῖ γῆς κειμένη ἀκριβῶς ἐπολυπραγμόνει, *quænam ea urbs esset, et ubi terrarum sita, sollicite inquirebat*, ut tradit Euseb. *De martyr. Palæst.* c. 11. Et paucis interjectis, Εἶτα πάλιν πολλάκις ἐρωτωμένου τίς εἴη καὶ ποῖ κειμένη, ἣν δὴ φράζει πόλιν, μόνων εἶναι τῶν θεοσεβῶν ταύτην ἔλεγε πατρίδα, *Interrogatus iterum atque sæpius, quænam esset illa quam dicebat civitas, eorum tantum, qui veri Dei cultores essent, hanc esse patriam respondit.* Ibid. Cum autem nihil aliud responderet, Firmilianus ratus est Christianos urbem aliquam Romanis infensam alicubi condituros esse, ἐχθρὰν καὶ Ῥωμαίοις πολεμίαν πάντως που συστήσεσθαι πόλιν Χριστιανοὺς οἰόμενος. Ibid. Unde palam est, nec nomen Hierusalem Romanis tunc dierum cognitum fuisse, nedum ipsam urbem Hierusalem ibidem exstitisse. Hinc plerique Patrum, qui post Adrianum scripserunt, suis etiam temporibus Hierusalem solo æquatam et nullam esse affirmarunt

ἐστι τὸ παρὰ τοῦ κανόνος λεγόμενον· Ἐχέτω τὴν ἀκολουθίαν τῆς τιμῆς τῇ μητροπόλει σωζομένου τοῦ οἰκείου ἀξιώματος· καὶ ἤκουσαν μητρόπολιν εἶναι ἐν Παλαιστίνῃ οὖσαν Καισάρειαν, τὴν δὲ Ἐκκλησίαν τῶν Ἱεροσολύμων ταύτης ποτὲ ἐπισκοπὴν εἶναι. Θέλει οὖν ὁ κανὼν φυλάττεσθαι τῇ μητροπόλει τὰ οἰκεῖα δίκαια, κἂν ἐκ ταύτης ἀπεσπάσθη ἡ Αἰλία, καὶ ἐτιμήθη ὁ ἐπίσκοπος αὐτῆς διὰ τὰ σωτηριώδη τοῦ Χριστοῦ πάθη. Ζήτει καὶ τὴν η′ πρᾶξιν τῶν πρακτικῶν τῆς δ′ συνόδου, καὶ μάθῃς ὅτι ἀπὸ ἀρεσκείας Μαξίμου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας, καὶ Ἰουβεναλίου ἐπισκόπου Ἱεροσολύμων ἔδοξε τὸν μὲν Ἀντιοχείας ἔχειν τὰς β′ Φοινίκας, καὶ τὴν Ἀραβίαν, τὸν δὲ Ἱεροσολύμων τὰς τρεῖς Παλαιστίνας. Καὶ τότε μὲν οὕτως ὡρίσθη· σήμερον δὲ ἡ τῶν πραγμάτων ἐναλλαγή, ὡς ἔοικε, καὶ ταῦτα μετήμειψεν.

non metropoli sua jura servari, etiamsi ab ea Ælia abstracta est, et honoratus est ejus episcopus propter salutiferam Christi passionem. Quære et 8 actionem actorum 67 quartæ synodi, et cognosces quod Maximi Antioch. episcopi sententia, et Juvenalis Hierosolymorum episcopi, decretum est ut Antiochiæ quidem episcopus haberet duas Phœnicias et Arabiam: Hierosolymitanus vero tres Palæstinas: et tunc quidem ita constitutum est: hodie autem, rerum, ut videtur, vicissitudo hæc etiam immutavit.

ΖΩΝΑΡ. Βούλεται ὁ κανὼν τὰ παλαιὰ ἔθη κρατεῖν, ὃ καὶ κανόνες μεταγενέστεροι καὶ νόμοι πολιτικοὶ διορίζονται. Τὸν Ἀλεξανδρείας οὖν ἐπίσκοπον θεσπίζει τῶν ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Λιβύῃ, καὶ Πενταπόλει προέχειν, καὶ τὸν Ἀντιοχείας τῶν αὐτῷ ὑποκειμένων ἐπαρχιῶν, Συρίας δηλαδή, καὶ Κοίλης Συρίας, καὶ Κιλικίας ἑκατέρας, καὶ Μεσοποταμίας, καὶ τοὺς ἄλλους ἐπισκόπους τῶν ὑπ' αὐτοὺς ἐξουσιάζειν χωρῶν, καθὼς καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥωμαίων Ἐκκλησίᾳ προεδρεύοντι τῶν Ἑσπερίων ἄρχειν ἔθος ἐκράτησε. Καὶ τοσοῦτον βούλεται προέχειν τοὺς ἐπισκόπους ἐν ταῖς ἐπαρχίαις αὐτῶν, ὥστε καθόλου δίδωσι τύπον μηδὲν χωρὶς αὐτῶν εἰς ἐκκλησιαστικὴν διοίκησιν ἀναφερόμενον γίνεσθαι, ἧς τὸ μεῖζον καὶ κυριώτερον

ZONAR. Antiquas consuetudines, quod aliis quoque posterioribus canonum legumque civilium decretis cautum est, retineri vult canon. Alexandrinum igitur episcopum, iis qui in Ægypto, Libya ac Pentapoli sunt, præsidere, Antiochenum subjectis sibi provinciis, Syriæ nimirum, Cœlesyriæ, Ciciliæ utrique, Mesopotamiæ, ac alios episcopos, in regiones quemque sibi subjectas auctoritatem exercere, quemadmodum et Ecclesiæ Romanæ præses in occidentales provincias principatum consuetudine obtinet, præesse jubet. Tantumque episcopis, in sua cuique ditione, juris esse vult, ut eorum quæ in ecclesiastica administratione versentur, nihil penitus absque illorum auctoritate transigi licere

Guill. Beveregii notæ.

Athanasius, Σημεῖον γὰρ καὶ μέγα γνώρισμα τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου παρουσίας τὸ μηκέτι μήτε τὴν Ἱερουσαλὴμ ἑστάναι, μήτε προφήτην ἐγερθῆναι, *Signum est et magnum adventus Dei Verbi documentum, quod Jerusalem non amplius consistit, neque propheta excitatur.* Athan. *De incarnat. Verbi.* Hilarius, *Quid hic, quod David sit proprium, continetur? urbs illa, quæ generi ejus fuit regia, capta est a Babyloniis, et eversa regni dignitatem sub dominantium jure non tenuit. Post etiam a Romanis capta et incensa, jam nulla est.* Hilar. in Psal. CXXXI. Et alibi, *Post primam Hierusalem subversionem, traductoque in Babyloniam populo captivo, ædificatam rursus eamdem civitatem fuisse, et Historia Regnorum et libri Esdræ loquuntur: sed hodie eamdem nullam esse, rerum fides edocet.* Id. in Psal. CXLVI. Eusebius nihil magis de Hierusalem, quam de Sodoma superesse indigitat, cum ejus excidium ab hujus eversione nihilo discrepare affirmat; Ὁ γοῦν ἱερὸς αὐτῶν καὶ τὸ πρὶν ἅγιος τόπος, εἰς τοῦτο νῦν περιῆλθεν, ὡς κατὰ μηδὲν τῆς Σοδόμων καταστροφῆς ἀποδεῖν, Euseb. *Demonstr. evang.* l. V, c. 23. Procopius Gazæus suis etiam diebus Hierusalem eversam jacere memorat, Ταῦτα προεῖπεν ἐπὶ τῆς Ὀζίου βασιλείας· ἐπληρώθη δὲ μερικῶς μὲν ὑπὸ Βαβυλωνίων· ἐπὶ δὲ τῆς ὑπὸ Ῥωμαίων πολιορκίας ὁλοσχερῶς, ἃ μέχρι νῦν ὁρᾶται. Procop. in Isa. c. I, et Gregorius Nazianzenus solum ejus sua ætate vix cognitum asserit, καὶ αὐτῆς τῆς Ἱερουσαλὴμ τὸ ἔδαφος μόγις γινωσκόμενον. Nazianz. orat. 12. Sane solum, quo exstructa est Ælia, satis tunc temporis cognitum erat: non item quo vera Hierusalem, quæ propterea alio solo constiterat: ac proinde Patres Hierusalem suis diebus non exstitisse, sive nullum fuisse summo jure asseruerunt. Cum enim Ælia a veteri Hierosolymæ sede dissita sit, ac a Romanis non Judæis, condita, atque alio etiam nomine appellata, alia sit civitas necesse est, ac idcirco nonnisi καταχρηστικῶς et valde improprie Hierusalem nuncupetur. Ut Nicolaus I papa Romanus observavit, *Nam vera*, inquit, *Hierusalem tantum in cœlis est, quæ est mater nostra: illa vero Hierusalem terrestris, secundum quod Dominus prædixit, adeo funditus ab Helio Adriano imperatore Romano destructa est, ut in ea nec lapis super lapidem sit derelictus, et ab eodem Helio Hadriano in alio est loco constructa: ita ut locus Dominicæ crucis extra portam, nunc intra cernatur, et a prædicto Helio Hadriano urbs illa Helia vocetur.* Nicol. respons. ad consulta Bulg. Quod etiam Gregorii Magni testimonio confirmatur, dicentis: *Hoc quoque quod additur, non relinquent in te lapidem super lapidem, etiam ipsa civitatis transmigratio testatur, quia dum in eo loco nunc constructa est, ubi extra portam Dominus fuerat crucifixus, prior illa Hierusalem, ut dicitur, funditus est eversa.* Gregor. hom. 36. Prior igitur Hierusalem, alio, ac præsens Ælia, loco constructa est, sive in alium locum transmigravit: ac proinde eadem civitas esse desiit, priori nomine prorsus indigna; vel ut Hieronymus recte observavit: *Cassum est hodie nomen ipsius civitatis, et ab Ælio Adriano, Ælia dicitur, et cum habitatione pristina, pristinum quoque nomen amisit, ad decutiendam superbiam habitatorum ejus.* Hieron. in Jerem. c. XX. Pristina igitur habitatione sive sede hujus civitatis amissa, pristinum etiam nomen merito amittitur. Neque sane credibile est Ælium Adrianum in animo unquam habuisse, veterem Judæorum rebellium, et Romanis infensorum metropolim instaurare: nihil minus quam hoc sibi proposuit. Civitatem quidem non procul a veteri Hierosolyma condidit, sed Romanis habitandam, non Judæis, quos eam vel ingredi prohibuit; et ne vetus esse Hierusalem censeretur, sed nova civitas ab ipso de integro excitata, novum etiam ei nomen, viz. Æliam imposuit; de quo in proximum canonem plura dicturi sumus.

patiatur. Cujus quidem præcipua, maximeque propria pars est episcoporum ordinatio. Si quis igitur, inquit, inconsulto metropolitano creatus fuerit, episcopus omnino ne sit. Nam etsi olim populi suffragiis episcopi in urbibus eligerentur, adhuc tamen post suffragium integra res ad metropolitanum deferebatur, ab eoque confirmabatur electio, et quem ille approbasset, is demum manuum impositione creabatur. Quod si in electione, subjicit canon, vere canonica, consentientibus plurium inter se suffragiis, duo tresve contentionis studio, non aliqua certa ratione discrepent, aliisque adversati sint quod in pecuniaria quoque controversia civili lege cautum est, plurium sententia prævaleat. Quod idem undevicesimus quoque Antiochenæ synodi canon, in episcoporum dissidio servandum esse pronuntiat.

ARIST. *Super Ægyptum, Libyam et Pentapolim Alexandrinus episcopus potestatem habeat. Et Romanus super Romæ subjectos. Item Antiochenus, aliique super suos. Si quis autem fit episcopus citra metropolitani sententiam, ne sit episcopus. Quod autem multorum suffragio juxta canones factum est, si tres aliqui contradicant, nullius sint auctoritatis.*

Unumquemque patriarcharum propriis privilegiis contentum esse oportet, et neminem eorum aliam provinciam, quæ antea et a principio sub sua non fuerat potestate, usurpare, hoc enim sæcularis potestatis est superbia. Oportet autem et episcopos cujusque provinciæ primum suum agnoscere, videlicet episcopum metropoli præsidentem : et sine ejus sententia episcopum non eligere. Si autem et aliquem elegerint præter sententiam illius, talem non esse episcopum. Si autem metropolitani sententia ad electionem faciendam convenientes episcopi in unam eandemque sententiam omnes non consentiant, sed nonnulli per contentionem suam aliis contradicant, plurium suffragia vincant. Quære et synodi Ephesinæ canonem octavum, apostolorum canonem 34, synodi Antiochenæ canon. 9, synodi Constantinopolitanæ can. 2 et 3, et synodi Sardicensis canonem 3.

A ἡ τῶν ἐπισκόπων χειροτονία ἐστί. Λέγει τοίνυν· Εἰ γνώμης τοῦ μητροπολίτου χωρὶς κατασταίη ἐπίσκοπος, τοῦτον μὴ εἶναι ἐπίσκοπον. Κἂν γὰρ τὸ παλαιὸν τὰ πλήθη τῶν πόλεων τὸν ἐπίσκοπον ἐψηφίζοντο, ἀλλὰ καὶ τότε μετὰ τὴν ψῆφον τῷ μητροπολίτῃ τὰ περὶ αὐτῆς ἀνεφέρετο καὶ παρ' ἐκείνου ἐκυροῦντο, καὶ ὃν ἐκεῖνος ἐδοκίμασεν, αὐτὸς τῆς χειροτονίας ἠξιοῦτο. Εἶτα ἐπάγει ὁ κανὼν ὅτι, ἐὰν ἐν τῇ ψήφῳ κανονικῇ οὔσῃ οἱ πλείονες συμφωνήσωσι, καὶ ὁμογνωμονήσωσι, δύο δὲ ἢ τρεῖς ἀντιλέγωσι φιλονείκως, ἀλλ' οὐκ εὐλόγως, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐναντιῶνται, ἡ τῶν πλειόνων κρατείτω ψῆφος, ὃ καὶ ἐν χρηματικαῖς ὑποθέσεσι τοῖς πολιτικοῖς νόμοις τεθέσπισται. Καὶ ὁ ἐννεακαιδέκατος δὲ κανὼν τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου τὰ αὐτὰ περὶ τῆς τῶν
B ἐπισκόπων ἀντιλογίας διατάττεται.

ΑΡΙΣΤ. *Αἰγύπτου, καὶ Λιβύης, καὶ Πενταπόλεως ὁ Ἀλεξανδρείας ἐχέτω τὴν ἐξουσίαν· καὶ ὁ Ῥώμης τῶν ὑπὸ Ῥώμην· καὶ ὁ ἐν Ἀντιοχείᾳ, καὶ οἱ λοιποὶ τῶν οἰκείων. Εἰ δέ τις ἐπίσκοπος τῆς τοῦ μητροπολίτου δίχα γένηται γνώμης, μὴ ἔστω ἐπίσκοπος. Ἐπὶ δὲ τὴν τῶν πολλῶν ψῆφον γινόμενον κατὰ κανόνας, εἰ τρεῖς τινες ἀντιλέγοιεν, εἶεν ἀβέβαιοι.*

Ἕκαστος τῶν πατριαρχῶν τοῖς ἰδίοις προνομίοις ἀρκεῖσθαι ὀφείλει, καὶ μή τινα τούτων ἐπαρχίαν ἑτέραν, οὐκ οὖσαν ἄνωθεν, καὶ ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ χεῖρα, ὑφαρπάζειν· τοῦτο γὰρ τῦφός ἐστι κοσμικῆς ἐξουσίας. Δεῖ δὲ καὶ τοὺς ἐπισκόπους ἑκάστης ἐπαρ-
C χίας τῶν ἑαυτῶν πρῶτον ἐπιγινώσκειν, ἤγουν τὸν ἐν τῇ μητροπόλει προεστῶτα ἐπίσκοπον· καὶ δίχα γνώμης αὐτοῦ ἐπίσκοπον μὴ ψηφίζεσθαι. Εἰ δὲ καὶ ψηφίσονταί τινα παρὰ γνώμην αὐτοῦ, τὸν τοιοῦτον μὴ εἶναι ἐπίσκοπον. Εἰ δὲ γνώμῃ τοῦ μητροπολίτου οἱ ἐπίσκοποι, συνελθόντες ἐπὶ τῷ ψῆφον ποιήσασθαι, εἰς τὴν αὐτὴν καὶ μίαν οὐ συνέλθωσι πάντες γνώμην, ἀλλὰ δι' οἰκείαν φιλονεικίαν τινὲς ἀντιλέγουσιν· ἡ τῶν πλειόνων κρατείτω ψῆφος. Καὶ ζήτει τῆς ἐν Ἐφέσῳ συνόδου κανόνα ὄγδοον, ἀποστόλων κανόνα λδ', συνόδου Ἀντιοχείας κανόνα β' καὶ γ', καὶ συνόδου Σαρδικῆς κανόνα τρίτον.

68 CANON VII.

Quoniam obtinuit consuetudo et antiqua traditio, ut, qui est in Ælia episcopus, honoretur, habeat

ΚΑΝΩΝ Ζ'.

D *Ἐπειδὴ συνήθεια κεκράτηκε καὶ παράδοσις ἀρχαία, ὥστε τὸν ἐν Αἰλίᾳ* (51) *ἐπίσκοπον τιμᾶ-*

Guill. Beveregii notæ.

(51) *Τὸν ἐν Αἰλίᾳ.* Ælium Adrianum Hierusalem a Tito subversam non instaurasse, sed aliam alio in loco ei propinquo civitatem de novo condidisse, in ultimis ad præcedentem canonem annotationibus satis superque ostensum est. Restat adhuc, ut de nomine hujus urbis ab eo constructæ pauca annotemus. Itaque Dio Cass. in Vita Ælii Adriani, eum hanc urbem a se conditam Αἰλίαν Καπιτωλῖναν *Æliam Capitolinam* nominasse scribit. Sic etiam a Ptolemæo vocata traditur, Ἱεροσόλυμα ἡ νῦν καλουμένη Αἰλία Καπιτωλῖνα. Sic etiam in *Pandectis* dicitur, *In Palæstina duæ fuerunt coloniæ, et Cæsariensis et Ælia Capitolina.* l. 1, sect. 6 ff. *De censibus.* Nimirum *Ælia* ab Ælio Adriano conditore ; *Capitolina* autem a templo Jovi *Capitolino* ibi dedicato vocatur. Sæpius autem hæc civitas simpliciter *Ælia* appellatur, et ita a conditore nominatam plerique tradunt. Epiphanius, Ὡς γὰρ ἐκεῖνος ὠνόμαστο Αἴλιος Ἀδριανὸς, οὕτως καὶ τὴν πόλιν ὠνόμασε Αἰλίαν. Epiph. *De pond. et mens.* Eusebius, Ἡ μετέπειτα συστᾶσα Ῥωμαϊκὴ πόλις τὴν ἐπωνυμίαν ἀμείψασα, εἰς τὴν τοῦ κρατοῦντος Αἰλίου Ἀδριανοῦ τιμὴν, Αἰλία προσαγορεύεται. Euseb. Hist. Eccles. l. IV. c. 6. Hieronymus, *Ab Ælio Adriano, Ælia dicitur.* Hieron. in Jer. c. 20. Theodoretus : Ἀλλὰ πάλιν Ἀδριανὸς αὐτοῖς στασιάσασι παντελῆ ἐπήγαγεν ὄλεθρον· καὶ αὐτὴν δὲ τῆς πόλεως τὴν προσηγορίαν ἐνήλλαξεν, ἐκ τῆς οἰκείας ἐπωνυμίας ταύτην καλέσας· Αἰλία γὰρ ἐκεῖθεν προσηγορεύθη· Αἴλιος γὰρ ἐπίκλην ὠνομάζετο.

A *σθαι, ἐχέτω τὴν ἀκολουθίαν τῆς τιμῆς, τῇ μητροπόλει (52) σωζομένου τοῦ οἰκείου ἀξιώματος.*

ΒΑΛΣ. Ὁ παρὼν κανὼν ἡρμηνεύθη ἐν τῷ πρὸ αὐτοῦ ἕκτῳ κανόνι.

ΖΩΝΑΡ. Ὥσπερ τῷ Ἀλεξανδρείας καὶ τῷ Ἀντιοχείας ὁ πρὸ τούτου κανὼν τὰ πρεσβεῖα ἐν ἐπαρχίαις αὐτῶν ἀπένειμεν, οὕτως ὁ παρὼν κανὼν τῷ τῆς

honoris consequentiam, metropoli propria dignitate servata.

BALS. Præsens canon expositus fuit in sexto canone, qui est ante ipsum.

ZONAR. Quemadmodum superiori canone, Alexandrino, Antiochenoque patriarchæ sua in ipsorum provinciis privilegia decreta sunt, sic Æliano epi-

Guill. Beveregii notæ.

Theodoret. in Isa. cap. VI, prope finem. Cedrenus: Κτίζει νέαν Ἱερουσαλὴμ, ἣν δὴ καὶ Αἰλίαν προσηγόρευσε. Cedren. Chronicon Alexandrinum, καὶ ἐπέθηκε τὸ ὄνομα τῇ πόλει, Αἰλίαν αὐτὴν ὀνομάσας, ἐπειδὴ Αἴλιος Ἀδριανὸς ἐλέγετο. Chron. Alex. ad olymp. 224. Mitto Zonaram, in Annal., Nicephor. CP. aliosque cum Balsamone in præcedentem canonem sentientes. Nonnunquam corrupte Helia dicitur. Hieronymus, *Et templum toto orbe celebratum in sterquilinium urbis novæ, quæ a conditore appellatur Helia.* Hieron. in Isa. cap. LXIV. Nicolaus I: *Et a prædicto Helio Hadriano urbs illa Helia vocetur.* Nicol. resp. ad consult. Bulgar. Et quidem ut hæc civitas Ælia primo a conditore appellata est, sic et diu postea ab aliis audivit. Eusebius: Εἰσέτι νῦν στῆλαι διαφανεῖς ἐν προαστείοις δείκνυνται τῆς νῦν Αἰλίας. Euseb. *Histor. eccles.* l. II, c. 12. Et alibi, Αἳ καὶ εἰς ἡμᾶς ἐφυλάχθησαν ἐν τῇ κατὰ τὴν Αἰλίαν βιβλιοθήκῃ. Ibid. l. VI, c. 20. Sic Mazabanem dicit episcopum fuisse ἐν Αἰλίᾳ. L. VII, c. 5, et Valentem τῶν ἀπὸ Αἰλίας διάκονον. Id. *De martyr. Palæst.* cap. 11, ita etiam Chrysostomi ætate vocata est, qui hæc habet: Ἐπειδὴ γὰρ Αἴλιος Ἀδριανὸς ἐχρημάτιζεν, οὕτω καὶ τὴν πόλιν καλεῖσθαι ἐνομοθέτησεν. Ἐκεῖθεν Αἰλία μέχρι τοῦ νῦν ὀνομάζεται, ἀπὸ τῆς ἐπωνυμίας τοῦ κρατήσαντος καὶ καθελόντος αὐτήν. Chrysost. *Advers. Judæos*, λογ. γ', et diutius adhuc usque ad Eutychii patriarchæ Alexandrini tempora, ut ipse testatur, dicens Adrianum jussisse: *Urbem de imperatoris nomine Æliam appellari. Quare ab eo tempore usque ad hunc diem Ælia vocatur.* Eutych. Annal. tom. I, p. 354. Et quod imprimis observandum est, ab universa Ecclesia hoc canone ita nuncupatur. Unde etiam colligatur, hoc commune tunc temporis ac ubique receptum esse hujus civitatis nomen; quod ab ipso urbis exordio, usque ad conventus hujus Nicæni tempora solum obtinuit; neque enim antea aliter a quopiam appellatam memini. Quandoquidem autem honor episcopo hujus civitatis disertis verbis hic tribuatur, ut celeberrimum illud Martyrium ibidem in Dominicæ resurrectionis loco iisdem temporibus a Constantino exstructum sit, hinc paulatim evenit, ut episcopi hujus urbis se altius extollere cœperint, et sedem suam non Æliam, sed Hierusalem, cui propinqua erat, vocitarunt: ut majorem nimirum reverentiam et honorem sibi conciliarent. Quo factum est, ut pristinum ejus nomen Ælia pedetentim evanuerit, et alterum Hierusalem, sæpius quidem, sed magis improprie a recentioribus usurpatum fuerit.

(52) *Τῇ μητροπόλει.* Balsamon et Aristenus in suis ad hunc canonem scholiis consentiunt, metropolim Palæstinæ sive Judææ tunc temporis Cæsaream fuisse. Zonaras autem: Τινὲς δὲ μητρόπολιν τὴν Καισάρειαν λέγουσιν ὀνομάσαι τὸν κανόνα. Et hoc quidem extra dubium est, Cæsaream hujus concilii temporibus, et diu postea, pariter atque antea, Palæstinæ, primæ præsertim, in qua sita est Hierosolyma, metropolim exstitisse. Gregorius Nazianzenus eam suis etiam diebus metropolim fuisse docet: quippe qui de Basilio magno loquens, ait: Ἐπὶ τὴν Καισαρέων πόλιν ἐπείγεται, τῶν τῇ δὲ μεθέξων παιδευτηρίων· ταύτην δὲ λέγω τὴν περιφανῆ τε καὶ ἡμετέραν· ἐπεὶ καὶ τῶν ἐμῶν λόγων αὕτη καθηγεμὼν, καὶ διδάσκαλος τὴν οὐχ ἧττον λόγων μητρόπολιν, ἢ τῶν πόλεων ὧν ὑπέρκειται, *Cæsaream, ut scholarum urbis illis particeps esset, contendit, hanc inquam, illustrem civitatem, et nostram (nam meorum quoque studiorum dux et magistra exstitit) non minus litterarum et doctrinæ, quam urbium, quibus præcellit, metropolim.* Greg. Naz. orat. 20. Ipse etiam Josephus eam μεγίστην τῆς τε Ἰουδαίας πόλιν, *Maximam Judææ civitatem* vocat, Joseph. *De bell. Jud.* l. III, κεφ. κη'. Tacitus autem suo tempore *Judææ caput* fuisse affirmat. *Haud dubia destinatione*, inquit, *discessere Mucianus Antiochiam, Vespasianus Cæsaream: illa Syriæ, hæc Judææ caput est.* Cornel. Tacit. Hist. l. II. Quomodo autem metropolis evasit, Justinianus haud obscure docet; cujus dignissima sunt verba hic ascribi. *Venit autem*, inquit, *nobis in mentem et metropolis Cæsarea, quæ in prima Palæstina principatum tenet, quam præ cæteris majore etiam honore perfrui oportebat: propterea quod et quondam proconsul ipsam tenuit, et præfectus talis magistratus fuit, licet postea ab ampliore dignitate ad minorem transierit. Nimirum cum una prius tota Palæstina esset, ea deinde in tres divisa partes, et neque consulatum retinente, sed ad magistratum hunc (ut appellant, ordinarium delata. Quanquam sane et vetusta urbs sit, et semper ampli nominis fuerit, tam cum Strato eam in formam urbis redegit, qui mutatis sedibus excedens Græcia hujus conditor exstitit: quam cum divæ memoriæ Vespasianus, celebratissimus ille imperator, qui piæ memoriæ Titi pater fuit, quod illi ad summam gloriam vel solum potuit sufficere, ipsorum Cæsarum appellatione eam nominavit, cum antea Stratonis turris vocaretur: hoc illi honore impenso, et quod in ea post Judaicas victorias inter imperatores ascriptus esset.* Justin. novel. 103, in præf. Sane communis est constansque veterum historicorum traditio, non Vespasianum, sed Herodem hanc civitatem *Cæsaream* primum nominasse, ut fusius mox ostendemus. Sed Vespasianus eo postea Coloniam deduxit, unde in *Pandectis*, *Divus Vespasianus Cæsarienses colonos fecit.* L. ult. *sect.* 7. F. *de censibus*: et idcirco tunc temporis, post Hierosolyma totius Judææ metropolis erat, nam μεγάλη πόλις καὶ τοῦ παντὸς Ἰουδαίων γένους μητρόπολις dicitur, Joseph. *De bello Jud.*, lib. VII. κεφ. λδ'. et a Philone Judæo, Μητρόπολις οὐ μιᾶς χώρας Ἰουδαίας, ἀλλὰ καὶ τῶν πλείστων. Phil. *De legat. ad Caium.* Cum autem hæc pristina Judææ metropolis funditus eversa fuisset, vel saltem excidio devota, nova crearetur necesse erat. Verum Cæsarea μεγίστη τῆς Ἰουδαίας πόλις erat, ut Josephus loco ante citato tradidit, ac proinde aptissima pariter ac dignissima, quæ Hierosolymæ metropolis honore succederet. Cum Vespasianus itaque, ut e Justiniani verbis supra laudatis constat, in ea post Judaicas victorias inter imperatores ascriptus esset, eam non Cæsaris appellatione, quam ante habuit, sed potius metropolis nomine honorasse videtur; quod ex eo etiam magis elucescit, quod Vespasiani ipsius temporibus *Caput Judææ* a Tacito nuncupetur, loco supra laudato.

scopo honorem in sua ditione habendum, suaque dignitate Hierosolymorum urbem, quæ Ælia dicitur, quippe quæ inter alias Palæstinæ, Arabiæ, Phœniciæque urbes excellat, honestandam esse hic canon constituit. Ut enim hoc tempore, sic olim quoque regio illa universa Palæstinæ nomen obtinuit. Urbs vero ipsa jam inde ab antiquissimo tempore, Solyma ac Jebus dicta, deinde Hierosolyma appellata fuit. Captam vero a Romanis et eversam, cum Romanorum imperator Adrianus instaurasset, Æliamque de suo nomine, (Ælius siquidem ipse Adrianus vocatus) nuncupasset, id postea illa nomen obtinuit : nonnulli tamen hic metropolim, Cæsaream nominare canonem affirmant; Cæsaream vero in Palæstina sitam, Stratonis cognomine antiquis dictam.

ARIST. *Episcopus Æliæ honoretur, servata metropoli sua dignitate.*

Novella 123, in primo titulo primi libri posita,

A Αἰλίας ἐπισκόπῳ τιμὴν ἐν τῇ οἰκείᾳ ἐπαρχίᾳ ἐπεψηφίσατο, καὶ σώζεσθαι τῇ τῶν Ἱεροσολύμων πόλει, ἥτις Αἰλία λέγεται, τὸ οἰκεῖον ἀξίωμα διωρίσατο ὡς ὑπερκειμένῃ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ πόλεων, καὶ Ἀραβίᾳ, καὶ Φοινίκῃ. Καὶ πάλαι μὲν γὰρ καὶ νῦν ἡ χώρα πᾶσα ἐκείνη Παλαιστίνη ὠνόμαστό τε καὶ ὀνομάζεται· ἡ δὲ πόλις τὸ μὲν ἀρχαιότατον Σόλυμα καὶ Ἰεβοὺς ἐκαλεῖτο, ὕστερον δ' ἐκλήθη Ἱεροσόλυμα. Μετὰ δὲ τὸ ἁλῶναι ὑπὸ Ῥωμαίων καὶ κατασκαφῆναι, ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων Ἀδριανὸς, ἀνεγείρας τὴν πόλιν, Αἰλίαν αὐτὴν ἐπωνόμασεν ἐπὶ τῷ οἰκείῳ ὀνόματι. Αἴλιος γὰρ Ἀδριανὸς ἐκεῖνος ἐκαλεῖτο, καὶ οὕτως ἐχρημάτιζε. Τινὲς δὲ μητρόπολιν τὴν Καισάρειαν λέγουσιν ὀνομάσαι τὸν κανόνα· Καισάρειαν δὲ τὴν ἐν Παλαιστίνῃ, ἥτις τὸ παλαιὸν Στράτωνος B ἐκαλεῖτο (53).

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ ἐπίσκοπος Αἰλίας τιμάσθω, σωζομένου τῇ μητροπόλει τοῦ αὐτοῦ ἀξιώματος.*

Ἡ ἑκατοστὴ εἰκοστὴ τρίτη Νεαρὰ ἡ ἐν τῷ πρώτῳ

Guill. Beveregii notæ.

(53) *Στράτωνος ἐκαλεῖτο.* Stratonem hanc urbem primum exstruxisse, vel saltem *in formam urbis* redegisse, testis est Justinianus novel. 103. Hinc non simpliciter Stratonis, uti Zonaras hic asserit; sed Στράτωνος πύργος *Stratonis turris* cognominata est. Quod quidem istius nomen usque ad Herodem solum obtinuit; unde Strabo nullo alio eam nomine appellat, dicens : μετὰ τὴν Ἄκην Στράτωνος πύργος, πρόσορμον ἔχων. Strab. Geogr. l. 16. Sic Josephus usque ad Herodis ætatem eam perpetuo Στράτωνος πύργον vocat. Cum autem Herodes eam ampliorem fecisset, et contra vim maris præmunivisset, in Cæsaris Augusti honorem eam *Cæsaream* C cognominavit : ut veteres historici unanimes tradiderunt. Plinius, *Inde Apollonia, Stratonis turris, eadem Cæsarea, ab Herode rege condita.* Plin. nat. hist. l. v, c. 13. Ammianus Marcellinus, *Cæsaream, quam in honorem Octaviani principis exædificavit Herodes.* Ammian. Marcel. l. 14. Eusebius, Ἡρώδης Καισάρειαν εἰς ὄνομα Καίσαρος Αὐγούστου ἔκτισε, Στράτωνος πύργον τὸ πρὶν καλουμένην. Euseb. Chron. ad an. 2004. Josephus : Κατιδὼν δὲ πρὸς τῇ θαλάττῃ χωρίον ἐπιτηδειότατον δέξασθαι πόλιν, ὃ πάλαι Στράτωνος ἐκαλεῖτο πύργος, τῇ τε διαγραφῇ μεγαλοπρεπῶς ἐπεβάλλετο, καὶ τοῖς οἰκοδομήμασιν ἀνιστὰς ἅπασαν, οὐ παρέργως, ἀλλ' ἐκ λευκῆς πέτρας καὶ διακόσμων βασιλείοις τε πολυτελεστάτοις, καὶ διαίταις πολιτικαῖς, « Ergo cum animadvertisset Herodes in maritimis locum condendæ urbi opportunissimum, cui pridem Stratonis turris nomen fuerat, et formam ejus magnifice descripsit, et ædificiis marmoreis totam exornavit accuratissime, tam D regiis palatiis, quam privatorum civium ædibus. » Et nonnullis interjectis, {Κἂν τῷ μέσῳ κόλωνός τις ἐφ' οὗ νεὼς Καίσαρος ἄποπτος τοῖς εἰσπλέουσιν, ἔχων ἀγάλματα, τὸ μὲν Ῥώμης, τὸ δὲ Καίσαρος, ἥ τε πόλις αὐτὴ Καισάρεια καλεῖται. « Et in medio est tumulus, in quo templum Cæsaris a longe conspicuum adnavigantibus, et in eo statuæ, una Romæ, altera Cæsaris, unde et ipsa urbs Cæsarea appellatur.}» Joseph. *Antiq. Jud.* l. xv, c. 13. et *De bell. Jud.* l. I, cap. 16 Abulpharagius, » Et eo (Cæsare Augusto) imperante, Herodes urbem Neapolim exstruxit, et Stratonis arcem auctam Cæsaream appellavit. Abulph. dynast. Hieronymus : « Et vice versa Stratonis turrim ab Herode rege Judææ in honorem Cæsaris Augusti Cæsaream nuncupatam. » Hieron. ad Eustoch. Et alibi. « Imitatus Herodem patrem, qui in honorem Augusti Cæsaris appellavit Cæsaream, quæ prius Turris Stratonis vocabatur. » Id. in Matth. c. xvi. Idem, seu quis alius, qui loca Actorum apostolorum explicuit, « Cæsareæ civitates duæ sunt in terra promissionis, una Cæsarea Palæstinæ, in littore magni maris sita est : quæ quondam Pyrgos, id est, Turris Stratonis dicta est, sed ab Herode rege Judææ, nobilius et pulchrius, et contra vim maris multo utilius, instructa, in honorem Cæsaris Augusti Cæsarea cognominata est. Cui etiam templum in ea marmore albo construxit, in qua nepos ejus Herodes ab angelo percussus; Cornelius centurio baptizatus ; et Agabus propheta Zona Pauli legatus est. » Porro Plinius hanc urbem C etiam Apolloniam, et sua ætate Coloniam primam Flaviam dictam asserit, *Nunc*, inquit, *colonia prima Flavia a Vespasiano imperatore deducta.* Plin. nat. Hist. l. v, c. 13. Benjamin eam olim Gad. Philistim, et sua ætate Schizeriam vocatam tradit, dicens :

ומשם ששה פרסאות לשיזריא היא גד אשר
לפלשתים ושם כמו עשרה יהודים ומאתים
כותיים הם היהודים השומרונים הנקראים שמרטניש
והיא עיר יפה וטובה מאד על הים בנין קיסר
אינפרטור ומלך ויקרא המלך שמה כשמו קיסריה

Inde sex parasangis abest Schizeria, dicta quondam Gad Philistim, ubi decem circiter Judæi et Cuthæi ducenti. Hi sunt Judæi Schomronitæ, qui vulgo Samaritani audiunt. Urbs ipsa pulcherrima est atque elegantissima, ad mare sita, structura Cæsaris imperatoris et regis, qui eam de suo nomine Cæsaream vocavit. Benjam. Itiner. p. 37. Balbeam etiam et D Beline, Thevelo est, ut observant Ortelius in thes. Geogr. et Dionysius Gothofredus in Pandect. l. ult. et Gothofr. loc. cit. sect. 7. *De Censibus.* Postellus in sua Syria, et Ortelius, Hieronymum eam Accaron etiam vocasse affirmant : sed falso. Nuspiam enim hoc Pater asseruit. Sed dicit tantummodo, *Quidam dicunt Accaron turrim Stratonis, postea Cæsaream nuncupatam,* Hieron. *De loc. Hebraicis.* Ipse itaque hoc non dicit ; sed tantum alios dixisse asserit. Et sic quidem Judæi dicunt, qui illa verba Zeph. 2. 4. ועקרון תעקר *Ekron eradicabitur*, de Cæsarea interpretantur. Talm. Bab. Megil. fol. 6. 1. Denique interpres Arabs vocem חצור *Hazor* per *Cæsaream* interpretatur, Josh. 11 1. Hæc civitas Hierosolymis distat stadiis 600, Josephus, χωρίον δὲ αὐτῷ πρὸς σφαγὴν, Στράτωνος πύργος εἵμαρτο· καὶ τοῦτο μὲν ἀφ' ἑξακοσίων σταδίων ἐντεῦθέν ἐστιν. Joseph. *De bell. Jud.* l. I. c. 3.

τίτλῳ τοῦ πρώτου βιβλίου κειμένη, τῶν Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπον, ἥτις καὶ Αἰλία καλεῖται, πατριάρχην λέγει. Δεῖ γοῦν κατὰ τὸν παρόντα κανόνα τὸν τῆς Αἰλίας ἐπίσκοπον τῇ τοῦ πατριάρχου τιμᾶσθαι τιμῇ. Ἐπεὶ δὲ ἡ Καισάρεια μητρόπολις τυγχάνει πρώτη Παλαιστίνης, καὶ ἡ ἁγία πόλις, δεῖ καὶ τὸν πατριάρχην τὴν οἰκείαν ἔχειν τιμὴν, σώζεσθαι δὲ καὶ τῇ Καισαρείᾳ τῇ μητροπόλει [ὑφ' ἣν πρῶτον ἐτύγχανε] τὸ οἰκεῖον ἀξίωμα. Καὶ ζήτει τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου κανόνα δωδέκατον.

A Hierosolymorum, quæ et Ælia dicitur, episcopum, patriarcham vocat. Oportet itaque secundum hunc canonem Æliæ episcopum patriarchæ dignitate honorari. Sed quoniam Cæsarea prima est metropolis Palæstinæ et (sub ea sit) sancta civitas, patriarcham suo honore potiri oportet, sed et Cæsarea metropoli (cui antea subjacebat) suam servari dignitatem. Lege et Chalcedonensis synodi canonem duodecimum.

ΚΑΝΩΝ Η'.

Περὶ τῶν ὀνομαζόντων μὲν ἑαυτοὺς Καθαρούς (54) *ποτε, προσερχομένων δὲ τῇ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, ὥστε χειροθετουμένους αὐτοὺς μένειν οὕτως ἐν τῷ κλήρῳ· πρὸ πάντων δὲ τοῦτο ὁμολογῆσαι* B *αὐτοὺς ἐγγράφως προσήκει, ὅτι συνθήσονται καὶ ἀκολουθήσουσι τοῖς τῆς καθολικῆς δόγμασιν Ἐκκλησίας, τοῦτ' ἔστι καὶ διγάμοις κοινωνεῖν, καὶ τοῖς ἐν τῷ διωγμῷ παραπεπτωκόσιν· ἐφ' ὧν καὶ χρόνος τέτακται, καὶ καιρὸς ὥρισται· ὥστε αὐτοὺς ἀκολουθεῖν ἐν πᾶσι τοῖς δόγμασι τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας. Ἔνθα μὲν οὖν πάντες εἴτε ἐν κώμαις εἴτε ἐν πόλεσιν αὐτοὶ μόνοι εὑρίσκοιντο χειροτονηθέντες, οἱ εὑρισκόμενοι ἐν τῷ κλήρῳ ἔσονται ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι· εἰ δὲ τοῦ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου ὄντος προσέρχονταί τινες, πρόδηλον ὡς ὁ μὲν ἐπίσκοπος τῆς ἐκκλησίας ἕξει τὸ ἀξίωμα τοῦ ἐπισκόπου· ὁ* C *δὲ ὀνομαζόμενος παρὰ τοῖς λεγομένοις Καθαροῖς ἐπίσκοπος τὴν τοῦ πρεσβυτέρου τιμὴν ἕξει. Πλὴν εἰ μὴ ἄρα δοκοίη τῷ ἐπισκόπῳ τῆς τιμῆς τοῦ ὀνόματος αὐτὸν μετέχειν. Εἰ δὲ τοῦτο αὐτῷ μὴ ἀρέσκοι, ἐπινοήσει τόπον ἢ χωρεπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου ὑπὲρ τοῦ ἐν τῷ κλήρῳ ὅλως δοκεῖν εἶναι, ἵνα μὴ ἐν τῇ πόλει δύο ἐπίσκοποι ὦσιν.*

CANON VIII.

De iis, qui seipsos καθαρούς, *id est, puros, quandoque nominant, ad catholicam autem et apostolicam Ecclesiam accedunt, sanctæ synodo visum est, ut impositis eis manibus sic in clero maneant: ante omnia autem hoc in scriptis ipsos profiteri convenit, quod adhærebunt et sequentur catholicæ Ecclesiæ decreta: id est, quod et cum digamis communicabunt, et cum iis qui in persecutione lapsi sunt, in quibus et tempus constitutum est, et opportunitas præfinita, ut ipsi sequantur in omnibus catholicæ Ecclesiæ decreta. Ubi ergo omnes, sive in vicis, sive in urbibus, ipsi soli inveniuntur ordinati, qui inveniuntur in clero, erunt in eodem ordine. Si autem catholicæ Ecclesiæ episcopo vel presbytero existente, accedunt aliqui, clarum est, quod Ecclesiæ quidem episcopus, episcopi dignitatem habebit: qui autem apud eos qui Cathari dicuntur, nominatur episcopus, presbyteri honorem habebit, nisi utique episcopo placeat ipsum nominis honorem impertire. Si autem hoc illi non placeat, vel chorepiscopi vel presbyteri locum excogitabit, ut esse omnino in clero videatur, ne in civitate duo sint episcopi.*

Guill. Beveregii notæ.

(54) *Περὶ τῶν ὀνομαζόντων μὲν ἑαυτοὺς Καθαρούς.* Scholiastæ per hæc verba Novatianos indigitari consentiunt: et recte quidem. Ex omnibus enim hæreticis vel potius schismaticis isti soli se Καθαροὺς *Mundos* nominarunt: nimirum idcirco, quia se omnibus tam corporis quam animæ sceleribus puros jactitarunt. Et hos quidem se Καθαροὺς cognominasse, ac proinde hoc canone intelligendos esse, omnes antiqui scriptores Patresque consentiunt. D. Ambrosius, *Ut sunt doctores Novatianorum, qui se Mundos appellant.* Ambros. *De Pœnitentia* l. I, c. 1. Hieronymus, *Non quod custodes sint legis ejus, sed quod hoc esse se dicant, in similitudinem schismatis Novatianorum, qui et ipsi* Καθαρούς, *id est, Mundos se vocant, cum sint omnium immundissimi*, Hieron. in Hos. c. 13. Eusebius *De Novato* (a quo Novatiani dicuntur) *Hic* ἰδίας αἱρέσεως, τῶν κατὰ λογισμοῦ φυσίωσιν Καθαροὺς ἑαυτοὺς ἀποφηνάντων, ἀρχηγὸς καθίσταται: *Propriæ cujusdam sectæ eorum, qui tumore mentis elati seipsos* Καθαροὺς *(mundos) cognominarunt, auctor exstitit*, Euseb. *Hist. Eccles.* l. VI, c. 43. Augustinus *Cathari, qui seipsos isto nomine, quasi propter munditiam superbissime atque odiosissime nominant: secundas nuptias non admittunt, pœnitentiam denegant: Novatum sectantes hæreticum, unde etiam Novatiani appellantur.* August. de hæres. ut alios mittam, Epiphanius suam contra Catharos dissertationem sic exorditur: Καθεξῆς δὲ τούτων Καθαροί τινες λεγόμενοι ἐφύησαν, ἀπὸ Ναυάτου τινὸς ὡς πολὺς ᾄδεται λόγος. *Proximi ab illis quidam exorti sunt, Cathari dicti, a Novato quodam, ut fama percrebuit.* Epiphan. hær. 59. Ita quidem dicti sunt, D sed a se, non ab aliis, nisi κατ' εἰρωνείαν; ut observat Balsamon in canonem: in quo ipsi etiam Patres Nicæni eos Καθαροὺς non vocant, sed tantum τοὺς ὀνομάζοντας μὲν ἑαυτοὺς Καθαρούς. Cyprianus autem, cujus temporibus exorti sunt, quique in eos sæpius invehitur, nec ipse eos uspiam Καθαροὺς *mundosve* vocat, nec ita se vocatos scribit; sed eos *nomina adulterata finxisse* tradit, Epist. 76 ad Magnum. Et hoc quidem inter istiusmodi nomina merito recenseatur, vel forte non ipse Novatus, sed sectatores ejus hoc sibi nomen postea arrogarunt. Et hoc certe nobis veri propterea similius videtur, quod in testimoniis supra citatis, aliisque quæ proferri poterant, Novatianos quidem, sed non Novatum, ita se nominasse tradatur: quodque nec Dionysius Alexandrinus, nec Cornelius Romanus, nec alii quivis, qui ipsius Novati ætate claruerunt, etiamsi contra eum scripserint, de hoc nomine, ut ab eo sibi vindicato, meminerint.

BALS. Novatus ille erat Romanorum Ecclesiæ A presbyter, ut scribit Eusebius Pamphili. Cum autem facta esset persecutio, et multi propter metum mortis lapsi essent, et pœnitentiam agerent, ipse a dæmone inflatus, eos nolebat admittere. Sed neque cum digamis, ut qui esset ipse continens, communicabat. Qui ergo eadem atque (69) iste sentiebant, Novatiani dicuntur, et per ironiam καθαροὶ, id est, puri. Quoniam autem synodo Romæ habita sub Cornelio papa Romanorum Ecclesiæ, imperante Decio, anathemate percussus est Novatus, et qui ejus hæresim sequebantur, dicit canon quod si aliqui ex iis cum sincera pœnitentia a sua improbitate defecerint, et se catholicæ Ecclesiæ decreta servaturos affirmaverint, suscipientur : et si sint quidem clerici, proprios gradus B habebunt, ut qui non quod in fide errent, sed fratres odio habeant, condemnentur. Si autem episcopalem dignitatem habeant, si alii inveniantur episcopi in regione, in qua ipsi electi sunt, ipsi quidem nihil episcopale exercebunt : sed providebit episcopus ut vel illi solum episcopale nomen habeant, vel alio nomine appellentur. Si autem non sint in ea regione episcopi, ipsi quoque episcopatum administrabunt. Illud autem, in quibus et tempus constitutum est, et opportunitas præfinita, de iis qui tempore persecutionis lapsi sunt, et de digamis, dictum est : sed et clerici, postquam suscepti fuerint, tunc clero connumerabuntur in quo prius ordinati fuerant, quando pro iis alii clerici ordinati non fuerint. Si autem tales inveniantur, C fiet et quod superius de episcopis scriptum est. Quæro autem : Si qui eorum ad majorem gradum provehi voluerint, an prohibebuntur ex hoc canone, qui dicit in principio : Visum est sanctæ synodo, ut eis impositis manibus sic in clero maneant : an citra impedimentum promovebuntur? *Solutio.* Ex 80 can. apost. et 3 can. præsentis syn. statutum est ut etiam qui sunt omnino infideles, per gradus ad sacerdotium admittantur. Quidni ergo Novatiani, et qui Cathari dicuntur, promovebuntur, qui, ut dictum est, in fide non errant, sed tanquam immisericordes damnantur? Quod autem illos in clero manere constitutum est, id mihi pro eis magis facere videtur : verisimile enim erat dicere aliquos, debere quidem ipsos suscipi, sed esse simpliciter D ut fideles laicos, et non priores suos gradus exercere : quod synodo non placuit : sed concessum est ut ipsi in gradus suos restituerentur. Restitutionis autem nomine una jus quoque promotionis ostenditur.

ZONAR. Cathari (hoc est puri) Novatiani dicuntur. Fuit autem Novatus Romanæ Ecclesiæ presbyter, qui in persecutione lapsos, culpæ licet pertæsos, repellebat, atque a digamorum communione penitus abhorrebat. Propterea, quamvis nullo errore in iis qui fidei sunt, teneretur, ob morum tamen implacabilitatem, fraternumque

ΒΑΛΣ. Ὁ Ναυᾶτος ἐκεῖνος πρεσβύτερος ἦν τῆς τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησίας, καθὼς ἱστορεῖ ὁ τοῦ Παμφίλου Εὐσέβιος. Γενομένου δὲ διωγμοῦ καὶ πολλῶν παραπεπτωκότων διὰ φόβον θανάτου, καὶ μετανοούντων, αὐτὸς, ὑπὸ τοῦ δαίμονος φυσιούμενος, ἤθελε τούτους μὴ παραδέχεσθαι, ἀλλ' οὐδὲ διγάμοις ὡς δῆθεν σωφρονῶν ἐκοινώνει. Οἱ γοῦν τὰ ἐκείνου φρονήσαντες Ναυατιανοὶ λέγονται, καὶ κατ' εἰρωνείαν Καθαροί. Ἐπεὶ δὲ συνόδου γενομένης ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Κορνηλίου πάπα τῆς τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησίας, βασιλεύοντος Δεκίου, ἀνεθεματίσθη ὁ Ναυᾶτος καὶ οἱ αἱρεσιῶται αὐτοῦ, φησὶν ὁ κανὼν ὅτι, Ἐάν τινες ἐκ τούτων μετὰ εἰλικρινοῦς μετανοίας ἀποστῶσι τῆς προτέρας κακίας, καὶ ἀσφαλίσωνται φυλάττειν τὰ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας δόγματα, B δεχθήσονται. Καὶ εἰ μὲν εἰσι κληρικοὶ, ἕξουσι πάντως τοὺς οἰκείους βαθμοὺς, ὡς μὴ σφάλλοντες περὶ τὴν πίστιν, ἀλλ' ὡς μισάδελφοι κατακρινόμενοι· εἰ δὲ ἐπισκοπικὸν ἀξίωμα ἔχουσιν, ἄλλων μὲν κατὰ χώραν εἰς ἣν οὗτοι ἐπεκηρύχθησαν, εὑρισκομένων ἐπισκόπων, αὐτοὶ ἐπισκοπικόν τι οὐκ ἐνεργήσουσι, ἀλλὰ φροντίσει ὁ ἐπίσκοπος ἢ μόνον ὄνομα τούτους ἔχειν ἐπισκόπου, ἢ δι' ἑτέρου καλεῖσθαι ὀνόματος. Μὴ ὄντων δὲ ἐγχωρίων ἐπισκόπων, οἰκονομήσουσιν αὐτοὶ καὶ τὰ τῆς ἐπισκοπῆς. Τὸ δὲ ἐφ' ὧν καὶ χρόνος ὥρισται, καὶ καιρὸς τέτακται, ἐῤῥέθη περὶ τῶν παραπεπτωκότων ἐν καιρῷ διωγμοῦ καὶ τῶν διγάμων. Ἀλλὰ καὶ οἱ κληρικοὶ, μετὰ τὸ δεχθῆναι, τότε τῷ κλήρῳ συναριθμήσονται, ἐφ' ᾧ προεχειροτονήθησαν, C ὅτε οὐκ ἐτάχθησαν ἀντὶ τούτων ἕτεροι κληρικοί. Τοιούτων δέ τινων εὑρισκομένων, γενήσεται ὅ τι καὶ περὶ τῶν ἐπισκόπων ἐγράφη ἄνωθεν. Ἐρωτῶ δέ· Ἐάν τινες ἐκ τούτων πρὸς μείζονα βαθμὸν προαναβιβασθῆναι θελήσωσιν, ἐμποδισθήσονται ἀπὸ τοῦ κανόνος τούτου λέγοντος κατὰ τὰς ἀρχάς· Ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, ὥστε χειροθετουμένους αὐτοὺς μένειν οὕτως ἐν τῷ κλήρῳ· ἢ ἀκωλύτως προκόψουσιν; *Λύσις.* Ἀπὸ τοῦ π' ἀποστολικοῦ κανόνος καὶ τοῦ β' κανόνος τῆς παρούσης συνόδου δέδοκται καὶ τοὺς πάντη ἀπίστους κατὰ βαθμοὺς ἱερᾶσθαι. Ἵνα τί γοῦν οἱ Ναυατιανοὶ καὶ Καθαροὶ λεγόμενοι οὐ προαναβιβασθήσονται, περὶ τὴν πίστιν, ὡς εἴρηται, μὴ σφαλλόμενοι, ἀλλ' ὡς ἀσυμπαθεῖς κατακρινόμενοι; Τὸ δὲ μένειν αὐτοὺς οὕτως ἐν τῷ κλήρῳ D μᾶλλον ὑπὲρ ἐκείνων ὁρισθῆναι νοεῖταί μοι. Εἰκὸς γὰρ ἦν λέγειν τινὰς ὀφείλειν δεχθῆναι μὲν αὐτοὺς, πλὴν εἶναι ὡς ἁπλῶς πιστοὺς λαϊκοὺς, καὶ μὴ ἐνεργεῖν κατὰ τοὺς προτέρους τούτων βαθμούς· ὅπερ παρὰ τῆς συνόδου οὐκ ἐδέχθη, ἀλλ' ἐνεδόθη ἀποκαθίστασθαι τούτους εἰς τοὺς οἰκείους βαθμούς· τῷ δὲ ὀνόματι τῆς ἀποκαταστάσεως καὶ τὸ δίκαιον τῆς προκοπῆς συναναφαίνεται.

ΖΩΝΑΡ. Καθαροὶ λέγονται οἱ Ναυατιανοί. Ὁ δὲ Ναυᾶτος πρεσβύτερος ἦν τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας, ὃς τοὺς ἐν τῷ διωγμῷ παραπεπτωκότας μετανοοῦντας οὐκ ἐδέχετο, οὔτε διγάμοις ἐκοινώνει. Διὸ, κἂν μὴ περὶ τὴν πίστιν ἐσφάλλετο, ἀλλά γε διὰ τὸ ἀσυμπαθὲς αὐτοῦ καὶ μισάδελφον, συνόδου γενομένης ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Κορνηλίου τῆς Ῥώμης πάπα, Δεκίου βασιλεύοντος,

ἀπεβλήθη, καὶ ἀνεθεματίσθη, ὡς ὁ τοῦ Παμφίλου Εὐσέβιος ἱστορεῖ. Τοὺς γοῦν αἱρεσιώτας τούτου προσερχομένους δέχεσθαι ὁ κανὼν οὗτος ὁρίζει, ὁμολογοῦντας ἐγγράφως ὅτι τὰ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας τηρήσουσι δόγματα, καὶ τοὺς δι' ἀνάγκην ἀρνησαμένους τὸν Χριστὸν δέξονται, καὶ οἰκονομήσουσιν αὐτοὺς κατὰ τοὺς καιροὺς ὡρισμένους τῇ μετανοίᾳ τῶν παραπεπτωκότων· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἐφ' ὧν καὶ χρόνος ὥρισται, καὶ καιρὸς τέτακται· καὶ τοῖς διγάμοις κοινωνήσουσι, καὶ εἰ κεχειροτονημένοι εἰσὶν εἰς ἐπισκόπους ἢ πρεσβυτέρους ἢ διακόνους οἱ ἐξ αὐτῶν προσιόντες τῇ Ἐκκλησίᾳ, μένειν αὐτοὺς ἐν τῷ κλήρῳ κατὰ τοὺς οἰκείους βαθμοὺς, ἐὰν ἴσως ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἐν αἷς ἐχειροτονήθησαν, οὐκ εἰσὶν ἕτεροι. Ὅτι γὰρ οὐ περὶ τὴν πίστιν ἐσφάλλοντο, ἀλλ' εἰς μισαδελφίαν καὶ ἄρνησιν μετανοίας τοῖς παραπεπτωκόσι καὶ ἐπιστρέφουσι, διὰ τοῦτο καὶ τὴν χειροτονίαν αὐτῶν ἡ σύνοδος ἐδέξατο, καὶ μένειν αὐτοὺς ἐν τοῖς οἰκείοις βαθμοῖς διωρίσατο, εἰ μὴ ἐπίσκοπος εἴη ἐν τῇ καθολικῇ τῆς πόλεως ἐκείνης ἐκκλησίᾳ. Εἰ δὲ ἐν ἐκκλησίᾳ εἰσὶν ἔνθα ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος, ὁ μὲν ἐπίσκοπος ἕξει τὸ τῆς ἐπισκοπῆς ἀξίωμα καὶ τὸ ὄνομα· ὁ δὲ παρὰ τοῖς Καθαροῖς κεκλημένος ἐπίσκοπος ἢ πρεσβυτέρου ἕξει τιμὴν, ἢ τέως χωρεπισκόπου, ἵνα τῷ κλήρῳ συγκαταλέγηται, καὶ μὴ τούτου ἐκπέσῃ· εἰ μή που συγκαταβαίνων ὁ ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας θελήσει αὐτὸν ὄνομα καὶ τιμὴν ἐπισκόπου ἔχειν. Οὐ μέντοι καὶ ὡς ἐπίσκοπος ἐνεργήσει, ἵνα μὴ ἐν τῇ αὐτῇ πόλει δύο ὦσιν ἐπίσκοποι.

A odium, in synodo, quæ Cornelio Romanorum papa, Decio imperante, Romæ habita fuit, ut Eusebius Pamphili memorat, ejectus atque anathemate damnatus est. Ex illo igitur hæreticorum grege, qui cum Ecclesia in gratiam redire cupiant, eos hic canon recipiendos esse decernit: modo se tamen ab Ecclesiæ catholicæ placitis non discessuros, ac eos, qui necessitate coacti Christum et Deum negaverunt ubi statuta criminibus expiandis tempora expleverint, (id namque verba illa indicant, in quibus et tempus constitutum est, et præfinita dies) admissuros, et cum digamis communicaturos esse, chirographi sui testimonio profiteantur. Ac siquidem, qui ex ipsis ad Ecclesiam accedunt, episcopi jam, aut presbyteri, aut diaconi creati B sunt neque Ecclesiæ forte, quarum ministerio ii sunt ascripti, alios habent, suum in clero dignitatis ordinem retinere. Quod enim in fide nihil ejusmodi homines offenderint, sed tantum fraterno odio, veniaque lapsis et resipiscentibus deneganda peccarint, propterea ordinationem eorum admisit synodus, et in suo quemquam gradu, nisi cum alter in eadem urbe catholicarum partium episcopus foret, manere voluit. At si in Ecclesia sunt, quæ episcopum, aut presbyterum habeat, episcopi nomen, ac dignitatem **70** ipse retinebit; qui vero apud Catharos episcopus dictus fuerat, presbyteri, aut chorepiscopi ad summum honore fungetur, ut in clero connumeretur, eoque non excidat, nisi C eidem catholici episcopi indulgentia, episcopi nomen honoremque permittat. Functiones tamen episcopi proprias, ne duo unius urbis episcopi sint, nequaquam exerceat.

ΑΡΙΣΤ. *Οἱ λεγόμενοι Καθαροὶ προσερχόμενοι πρῶτον ὁμολογείτωσαν ὅτι συνθήσονται τοῖς ἐκκλησίας θεσμοῖς, καὶ κοινωνήσουσι διγάμοις, καὶ συγχωρήσουσι τοῖς παραπεπτωκόσι. Καὶ οὕτως ὁ εὑρισκόμενος κεχειροτονημένος εἴη ἐν τῷ αὐτῷ τάγματι, οἷον ὁ μὲν κυρίως ἐπίσκοπος εἴη ἐπίσκοπος. Ὁ δὲ παρὰ τοῖς Καθαροῖς ἐπίσκοπος ἢ χωρεπίσκοπος ἔστω, ἢ πρεσβυτέρου τιμὴν ἢ ἐπισκόπου κεκτήσθω· οὐ γὰρ ἔσονται δύο εἰς μίαν ἐκκλησίαν ἐπίσκοποι.*

ARIST. *Cathari dicti accedentes primo profiteantur, quod Ecclesiæ sanctionibus assentient, et cum digamis communicabunt, veniamque lapsis concedent. Et sic qui repertus est ordinatus, in eodem ordine constituatur : ut si vere est episcopus, sit episcopus. Qui vero apud Catharos episcopus fuit, sit chorepiscopus vel presbyteri, vel episcopi honore gaudeat. In una enim ecclesia duo non erunt episcopi.*

Ἀπὸ τῶν προσερχομένων τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ οἱ μὲν βαπτίζονται, οἱ δὲ μύρῳ χρίονται, οἱ δὲ μόνον ἀναθεματίζουσι τὴν ἰδίαν καὶ πᾶσαν ἄλλην αἵρεσιν. Οἱ γοῦν δελεασθέντες ὑπὸ τοῦ Ναυάτου, καὶ Καθαροὶ παρ' αὐτοῦ ὀνομασθέντες, ὡς μὴ καταδεχόμενοι τὴν μετάνοιαν τῶν ἁμαρτησάντων, καὶ τὸν δεύτερον γάμον κωλύοντες, ἐὰν τῇ Ἐκκλησίᾳ προσέλθωσι, καὶ ὁμολογήσωσι καὶ διγάμους παραδέχεσθαι, καὶ τοῖς ἁμαρτήμασι μετανοήσασι συγχωρεῖν, καὶ ἁπλῶς πᾶσι τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἐπακολουθεῖν δόγμασι, τὴν ἰδίαν ἀναθεματίζοντες αἵρεσιν καὶ τὰς ἄλλας, προσδεχθήσονται, καὶ μόνῳ τῷ ἁγίῳ μύρῳ χρισθήσονται. Καὶ εἰ μέν τινες αὐτῶν εἰσιν ἢ ἐπίσκοποι ἢ χωρεπίσκοποι, ἐν τῇ αὐτῇ πάλιν ἀξίᾳ μενοῦσιν, εἰ μή που ἐν τῇ αὐτῇ πόλει ἕτερος ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς Ἐκκλη-

Ex iis qui ad sanctam catholicam et apostoli- D cam Dei Ecclesiam veniunt, nonnulli quidam baptizantur, alii autem unguento illinuntur, alii vero solum suam et aliam omnem hæresim exsecrantur. Qui itaque a Novato decepti et Cathari ab eo nominati sunt ut resipiscentiam eorum qui peccarunt non recipientes et secundas prohibentes nuptias, si ad Ecclesiam venerint, et confessi fuerint se et digamos admissuros, et iis quos peccatorum pœnituit veniam daturos et omnia prorsus ecclesiastica observaturos dogmata, et suam et alias exsecrantes hæreses admittentur, et tantum sancto unguento illinentur. Et si quidem aliqui eorum sint episcopi aut chorepiscopi, in eadem rursus manebunt dignitate, nisi forte in eadem civitate alius catholicæ Ecclesiæ inveniatur episcopus, ante adventum

ipsorum ordinatus. Sic enim præferetur qui ab initio proprie erat episcopus, et solus episcopatus thronum retinebit. Quoniam non oportet duos esse episcopos in eadem civitate. Ille autem qui a Catharis dicitur episcopus ut presbyter honorabitur, vel si episcopo placuerit, et episcopi nominis particeps erit, at jus aliquod episcopale non exercebit.

CANON IX.

Quicunque citra examinationem promoti sunt presbyteri vel examinati sua peccata confessi sunt, eisque confessis, præter canonem moti homines manus imposuerunt, eos canon non admittit. Quod est enim a reprehensione alienum, defendit Ecclesia.

BALS. Multa sunt quæ ad sacerdotium ne perveniatur, prohibent, cum quibus est et fornicatio. Si quis ergo fuerit fornicationis damnatus, sive antequam consecraretur, sive postea, deponitur. Unde dicit canon, quod si quis citra examinationem est consecratus vel et ante ordinationem quidem est peccatum confessus, sed præter canonem est ordinatus, ex ordinatione non juvatur, sed postquam id cognitum fuerit deponitur. Dicebant enim nonnulli, quemadmodum baptisma novum hominem facit eum qui baptizatus est, ita et sacerdotibus ea quæ prius admissa sunt peccata abstergit : quod canonibus non est consonum.

ZONAR. Qui ad sacros ordines evehuntur, vitæ integros, nec ullis vitiorum maculis, quibus infecti ab ordinibus arceantur, notatos esse ac illorum propterea vitam et mores sedulo examinari canon jubet. Quod si qui forte, inquit, temere nulloque delectu ad sacros ordines admittantur, aut suamet vitia ipsi confitentes, contra canonis præscriptum, ordinibus insigniti fuerint, non admittendos esse, nec quidquam illis illegitimam creationem **71** prodesse decernit. Depositione namque multabuntur.

ARIST. *Qui sine examinatione ordinantur, si postea convincantur quod revera peccarunt, deturbentur.*

Si quis enim clam peccavit, et citra examinationem ad episcopi aut presbyteri gradum provectus fuit, si post ordinationem convictus fuerit quod peccavit, sacerdotio movebitur.

CANON X.

Quicunque ex iis qui lapsi sunt, vel per ignorantiam, vel scientibus iis qui promoverunt, ordinati sunt, hoc

A σίας εὑρίσκεται πρὸ τῆς ἐλεύσεως αὐτῶν χειροτονηθείς. Προτιμηθήσεται γὰρ οὕτως ὁ ἐξ ἀρχῆς κυρίως ἐπίσκοπος, καὶ μόνος τὸν τῆς ἐπισκοπῆς θρόνον καθέξει, διὰ τὸ μὴ δέον εἶναι δύο ἐπισκόπους ἐν μιᾷ πόλει τυγχάνειν· αὐτὸς δὲ παρὰ τοῖς Καθαροῖς ὀνομαζόμενος ἐπίσκοπος ὡς πρεσβύτερος τιμηθήσεται, ἢ, εἰ δοκεῖ τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ τοῦ ὀνόματος μεθέξει τοῦ ἐπισκόπου· ἐπισκοπικὸν δέ τι δίκαιον οὐκ ἐνεργήσει.

ΚΑΝΩΝ Θ'.

Εἴ τινες ἀνεξετάστως προήχθησαν πρεσβύτεροι, ἢ ἀνακρινόμενοι ὡμολόγησαν τὰ ἁμαρτήματα αὐτοῖς, καὶ ὁμολογησάντων αὐτῶν παρὰ κανόνα κινούμενοι οἱ ἄνθρωποι τοῖς τοιούτοις χεῖρα ἐπιτεθείκασι, τούτους ὁ κανὼν οὐ προσ- B *ίεται. Τὸ γὰρ ἀνεπίληπτον ἐκδικεῖ ἡ Ἐκκλησία.*

ΒΑΛΣ. Διάφορά εἰσι τὰ κωλύοντα τὴν ἱερωσύνην, μεθ' ὧν ἐστι καὶ ἡ πορνεία. Εἰ γοῦν καταχριθῇ τις πορνείαν ἡμαρτηκώς, κἂν τε πρὸ τοῦ ἱερωθῆναι κἂν τε μετὰ ταῦτα, καθαιρεῖται. Ὅθεν φησὶν ὁ κανὼν τὸν ἀνεξετάστως ἱερωθέντα, ἢ καὶ ἐξομολογησάμενον μὲν πρὸ τῆς χειροτονίας τὸ ἁμάρτημα, παρὰ δὲ κανόνας χειροτονηθέντα μὴ ὠφελεῖσθαι ἐκ τῆς χειροτονίας, ἀλλὰ μετὰ διάγνωσιν καθαιρεῖσθαι. Ἔλεγον γάρ τινες (55) ὅτι, ὥσπερ τὸ βάπτισμα νέον ἄνθρωπον ποιεῖ τὸν βαπτισθέντα, οὕτω καὶ ἡ ἱερωσύνη τὰ πρὸ τῆς ἱερωσύνης ἁμαρτήματα ἀπαλείφει, ὅπερ τοῖς κανόσιν οὐκ ἔδοξεν.

C ΖΩΝΑΡ. Ἀνεπιλήπτους καὶ καθαρεύοντας αἰτιαμάτων κωλυόντων ἱερᾶσθαι βούλεται ὁ κανὼν τοὺς εἰς ἱερωσύνην προαγομένους εἶναι, καὶ τὸν βίον καὶ τὴν διαγωγὴν αὐτῶν ἐξετάζεσθαι. Εἰ δ' ἴσως τινὲς, φησὶν, ἀνεξετάστως προαχθῶσιν εἰς ἱερωσύνης βαθμὸν, ἢ ἐκείνων ὁμολογησάντων τὰ ἑαυτῶν ἐλαττώματα, οἱ χειροτονοῦντες αὐτοὺς παρὰ κανόνα χειροτονήσουσιν, ἀπροσδέκτους αὐτοὺς εἶναι θεσπίζει, καὶ μηδὲν ἐκ τῆς χειροτονίας τῆς ἀθέσμου ὠφελεῖσθαι· καθαιρεθήσονται γάρ.

ΑΡΙΣΤ. *Οἱ ἀνεξετάστως χειροτονούμενοι, εἰ ἐξῆς ἐλέγχοιντο ὅτι ἥμαρτον ὄντως, πεπαύσθωσαν.*

Ἐὰν γὰρ ἁμαρτήσας τις διέλαθε, καὶ ἀνεξετάστως εἰς ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου βαθμὸν προ- D ήχθη· ἐὰν μετὰ τὴν χειροτονίαν ἐλέγχοιτο ὅτι ἥμαρτε, τῆς ἱερωσύνης παυθήσεται.

ΚΑΝΩΝ Ι'.

Ὅσοι προεχειρίσθησαν τῶν παραπεπτωκότων κατὰ ἄγνοιαν, ἢ καὶ προειδότων τῶν προχειρι-

Guill. Beveregii notæ.

(55) *Ἔλεγον γάρ τινες.* Nonnullos sua etiam ætate ita sensisse, testatus est Innocentius I, Papa Romanus, qui etiam optime observavit, quot mala ex ista opinione semel admissa consequerentur. *At dicitur,* inquit, *vera ac justa legitimi sacerdotis benedictio, auferre omne vitium, quod a vitioso fuerat injectum. Ergo si ita est, applicentur ad ordinationem sacrilegi, adulteri, atque omnium criminum rei, quia benedictione ordinationis crimina vel vitia putantur auferri. Nullus fit pœnitentiæ locus, quia id potest præstare ordinatio, quod longa satisfactio præstare consuevit. Nostræ vero lex Ecclesiæ est, venientibus ab hæreticis, qui tamen illic baptizati sint, per manus impositionem laicam tantum tribuere communionem nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum subrogare.* Innocent. 22, ad episc. Macedoniæ.

σαμένων, τοῦτο οὐ προκρίνει τῷ κανόνι τῷ A ἐκκλησιαστικῷ (56). Γνωσθέντες γὰρ καθαιροῦνται.

ΒΑΛΣ. Τοὺς ἀρνησιθέους μετανοοῦντας εἰλικρινῶς δεχόμεθα, ἱερᾶσθαι δὲ οὐ παραχωροῦμεν, ἀλλὰ καὶ κληρικοὺς ὄντας καθαιροῦμεν, καθὼς τοῦτό φησιν ὁ ξβ' ἀποστολικὸς κανών. Εἴ τινες γοῦν ἐκ τούτων ἐχειροτονήθησαν, ἀγνοούντων τῶν χειροτονησάντων, ἢ καὶ εἰδότων, μετὰ διάγνωσιν καθαιρεθήσονται, ὡς μὴ ὠφελούμενοι ἐκ τῆς χειροτονίας, κἂν ἐν εἰδήσει τοῦ χειροτονήσαντος αὕτη γέγονεν. Ἴσως γὰρ εἴπέ τις ὠφελεῖσθαι αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ χειροτονηθῆναι παρὰ ἀνθρώπων εἰδότων τὸ τούτων ἁμάρτημα, καὶ οἷον συγχωρησάντων αὐτὸ διὰ τῆς χειροτονίας. Ταῦτα δὲ περὶ ἱερέων καὶ διακόνων καὶ λοιπῶν ἐκληπτέον, οὐ μὴν περὶ ἐπισκόπων. B Περὶ τούτων γὰρ ζήτει τὸν ιβ' κανόνα τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου καὶ τὰ ἐν αὐτῷ γραφέντα.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀρνησαμένους, εἶτα μετανοήσαντας εἰς ἱερωσύνην προάγεσθαι οὐ χρή. Πῶς γὰρ ἱερεὺς ἔσται, ὃς τῶν ἁγιασμάτων διὰ βίου οὐκ ἀξιοῦται, εἰ μὴ ἐν τῷ θανάτῳ αὐτοῦ; εἰ δ' ἴσως ἀγνοοῦντος τοῦ χειροτονοῦντος ἢ καὶ εἰδότος ἱερωσύνης ἀξιωθείη, καθαιρεθῆναι αὐτὸν, εἰ μετὰ ταῦτα γνωσθείη, ὁ παρὼν κανὼν διατάττεται. Τὸ γὰρ ἀθέσμως γενόμενον τῷ κανόνι οὐ προκρίνει, ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐμποδίζει, οὐ βλάπτει.

ΑΡΙΣΤ. *Οἱ παραπεπτωκότες* (57) *ἢ ἀγνοίᾳ ἢ* C *γνώσει τῶν χειροτονησάντων, καὶ προαχθέντες, καθαιρείσθωσαν.*

Κἂν ἠγνόησαν οἱ χειροτονήσαντες τῶν χειροτονηθέντων τὰ πταίσματα, ἢ καὶ ἐν εἰδήσει τούτων ὄντες, παρεβλέψαντο ταῦτα, τῷ ἐκκλησιαστικῷ κανόνι τοῦτο οὐ φέρει κατάκριμα· ἀλλὰ καὶ μετὰ τοῦτο γνωσθέντες οἱ χειροτονηθέντες, ὡς ἁμαρτήσαντες, καθαιρεθήσονται.

ecclesiastico canoni non præjudicat. Ii enim cogniti deponuntur.

BALS. Eos qui Deum negaverunt, si sincere pœnitentiam agunt, recipimus, ad sacros autem ordines eos non admittimus, sed et, si sint clerici, deponimus, ut dicit 62 apostolicus canon. Si qui ergo ex istis ordinati sunt, insciis illis qui ordinarunt, vel etiam scientibus, postquam id cognitum fuerit, deponentur, ut qui ex ordinatione non juventur, licet ipsa sciente illo qui ordinat, facta sit. Posset enim fortasse aliquis dicere illos juvari, ex eo quod ab hominibus essent ordinati, quibus eorum peccatum cognitum fuit, et qui per ordinationem illud quodammodo permiserunt. Hæc autem de sacerdotibus et diaconis et reliquis sunt intelligenda, non autem de episcopis, de iis enim quære can. 12 synodi in Ancyra, et quæ in eo scripta sunt.

ZONAR. Qui Christum Dominum semel abnegaverunt, licet resipiscentes, ad sacros ordines evehi non oportet. Quo pacto namque sacerdotis officia obeat, cui præterquam extremum spiritum agenti, ad sacrorum munerum perceptionem aspirare nullatenus licet? Quod si quis forte, eo qui creavit inscio, aut etiam sciente, sacerdotio dignus habeatur, hominem, re patefacta, hic canon deponi jubet. Neque enim quod contra legum interdicta effectum est, canoni præjudicium affert, hoc est, illius auctoritatem non retundit, nec lædit.

ARIST. *Qui lapsi sunt, sive insciis, sive consciis iis qui eos ordinarunt, et promoti, deponantur.*

Quamvis qui eos ordinant eorum qui ordinantur delicta ignorant, vel etiam cognitis connivent, hoc nullum ecclesiastico canoni affert præjudicium, sed et postea qui ordinati sunt, peccasse deponentur.

ΚΑΝΩΝ ΙΑ'.

Περὶ τῶν παραβάντων χωρὶς ἀνάγκης ἢ χωρὶς ἀφαιρέσεως ὑπαρχόντων, ἢ χωρὶς κινδύνου, ἤ τινος τοιούτου, ὃ γέγονεν ἐπὶ τῆς τυραννίδος Λικινίου· ἔδοξε τῇ συνόδῳ, εἰ καὶ ἀνάξιοι ἦσαν φιλανθρωπίας, ὅμως χρηστεύσασθαι εἰς αὐτούς. Ὅσοι οὖν γνησίως μεταμελῶνται, τρία D *ἔτη ἐν ἀκροωμένοις ποιήσουσιν ὡς πιστοὶ, καὶ ἑπτὰ ἔτη ὑποπεσοῦνται· δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς κοινωνήσουσι τῷ λαῷ τῶν εὐχῶν.*

CANON XI.

De iis qui sine necessitate, vel sine facultatum suarum ablatione, vel sine ullo periculo, vel aliquo ejusmodi transgressi sunt, quod sub Licinii tyrannide factum est, synodo visum est, etsi humanitate indigni sunt; clementia tamen in eos uti. Quicunque ergo germane pœnitentia ducuntur, tres annos inter auditores exigent, ut fideles, et septem annis prosternentur: duobus autem annis, absque oblatione, erunt orationum cum populo participes.

Guill. Beveregii notæ.

(56) *Οὐ προκρίνει τῷ κανόνι τῷ ἐκκλησιαστικῷ.* Ex his verbis satis aperte constat aliquem canonem ecclesiasticum ante hanc synodum constitutum esse, quo cautum fuerat, ut clerici lapsi gradibus suis deponerentur. Hoc autem nullo alio præsentem antecedente, præterquam sexagesimo secundo apostolorum canone sancitum legimus: ad quem propterea Patres hoc loco respectum habuisse, cuipiam, nisi nimio partium studio occæcato, primo intuitu patet; usque adeo, ut antiquus iste canon ecclesiasticus hic denuo confirmatus et ulterius explicatus videatur (quemadmodum in præfatione ad apostolicos canones prænotavimus) quem consulas velim, una cum annotationibus ad dictum apost. can. 62.

(57) *Οἱ παραπεπτωκότες.* Hæc Alexii Aristeni hujus canonis Epitome in Justelli Codice desideratur. Verum in Symeonis logothetæ Synopsi iisdem verbis concipitur, quæ hic imprimuntur, nisi quod καὶ ante προαχθέντες in ea omittatur.

BALS. 62 canon apostolicus tractat de clericis qui per vim transgressi sunt: præsens autem canon, de iis qui sine vi Christum negaverunt: et dicit eos oportere recipi, si germane, id est vere, pœnitentiam agant: et tribus quidem annis stare extra templum; et Dei 72 hymnos audire: septem autem annis substerni sive intra ecclesiam stare, sed post ambonem, et cum catechumenis exire. Completo autem septennio, cum fidelibus quidem una comprecabuntur integre: post biennium vero digni habebuntur sacramentis.

ZONAR. De iis qui ob violentiam multam et necessitatem fidem negarunt, alii canones exstant. Hic autem eos tangit, qui sua voluntate a fidei proposito desciverunt. Ac hujusmodi quidem homines, licet, inquit, indignos venia, si tamen germana pœnitentia, hoc est, vera, non ficta et simulata duci constet, ardoremque animi non vulgarem præ se ferant, ex indulgentia videlicet quadam, fidelium numero aggregari placet. Et mandat ut triennium quidem inter audientes agant, cum quibus scilicet extra templum religati in porticu consistant, divinisque Scripturis audiendis vacent; septem annis in substratione sint, hoc est, in ecclesiam quidem ingrediantur, verum post ambonem stent, et cum catechumenis exeant; biennio demum cum fidelibus stationem habeant, cumque iis precationi vacent, non tamen ad sanctorum perceptionem, nisi elapso decennii tempore, admittantur.

A ΒΑΛΣ. Ὁ ξβ' ἀποστολικὸς κανὼν διαλαμβάνει περὶ τῶν κατὰ βίαν παραβάντων κληρικῶν· ὁ δὲ παρῶν περὶ τῶν χωρὶς βίας ἀρνησαμένων τὸν Χριστόν· καί φησι δέχεσθαι τούτους, γνησίως ἤτοι ἀληθῶς μετανοοῦντας· καὶ τρία μὲν ἔτη ἔξω ἵστασθαι τοῦ ναοῦ, καὶ ἀκροᾶσθαι τῶν ὑμνῳδιῶν τοῦ Θεοῦ, ἑπτὰ δὲ ἔτη ὑποπίπτειν, ἤτοι ἵστασθαι ἐντὸς τῆς ἐκκλησίας, ὄπισθεν μέντοι τοῦ ἄμβωνος, καὶ ἐξέρχεσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων. Πληρωθείσης δὲ τῆς ἑπταετίας συνεύξονται μὲν μετὰ τῶν πιστῶν καθολόκληρον, τῶν δὲ ἁγιασμάτων μετὰ διετίαν ἀξιωθήσονται.

ΖΩΝΑΡ. Ἕτεροι μὲν κανόνες περὶ τῶν ἐκ βίας πολλῆς καὶ ἀνάγκης ἀρνησαμένων τὴν πίστιν διαγορεύουσιν· ὁ δὲ παρὼν περὶ τῶν χωρὶς ἀνάγκης B παραβάντων διαλαμβάνει, οὓς καὶ ἀναξίους εἶναι φιλανθρωπίας φησίν. Ἀλλ' ὅμως καὶ τοὺς τοιούτους διὰ χρηστότητα δέχεται, εἰ γνησίως μεταμέλονται, τουτέστιν ἀληθῶς, ἀλλ' οὐ νόθως καὶ ἐψευσμένως, μετὰ θερμότητος δὲ καὶ προθυμίας πολλῆς. Καὶ τρία μὲν ἔτη ἀκροᾶσθαι διακελεύεται, ἤγουν ἔξω τῆς ἐκκλησίας ἵστασθαι ἐν τῷ νάρθηκι καὶ τῶν θείων ἀκούειν Γραφῶν, ἑπτὰ δὲ ἔτη ὑποπίπτειν, ἤτοι ἐντὸς μὲν τῆς ἐκκλησίας εἰσέρχεσθαι, ἐν δὲ τῷ ὄπισθεν μέρει τοῦ ἄμβωνος ἵστασθαι καὶ ἐξιέναι μετὰ τῶν πιστῶν, μὴ μέντοι καὶ τῆς τῶν ἁγιασμάτων μεταλήψεως ἀξιοῦσθαι, ἕως ἂν ἡ διετία παρέλθῃ.

ARIST. *Quotquot citra necessitatem transgressi sunt, etiamsi venia sint indigni, aliquali tamen venia dignati duodecim annos presternantur.*

Quicunque fidem citra necessitatem abnegarunt, quanquam humanitate sint indigni, nihilominus aliqua indulgentia censentur digni, ut qui ex iis legitime pœnitentiam egerint, tres quidem annos inter audientes sive in foribus stent basilicis, et divinas Scripturas audiant. Sed post illud triennium intra ecclesiæ ambitum introducantur, et cum succumbentibus in postica ambonis parte septem annos permaneant, una cum catechumenorum exclamatione exeuntes. Et post septennium expletum, per alios duos annos una cum fidelibus consistant, participes eum eis precationum usque ad mystagogiam completam, divinæ autem communionis nec istis duobus annis participes fiant. Sed iis exactis et mysteriorum participatione digni habebuntur.

C ΑΡΙΣΤ. *Ὅσοι χωρὶς ἀνάγκης παρέβησαν, εἰ καὶ συγγνώμης ἦσαν ἀνάξιοι, συγγνώμης τινὸς ἀξιούμενοι, δώδεκα ἔτη ὑποπιπτέτωσαν* (58).

Ὅσοι τὴν πίστιν ἀπηρνήσαντο χωρὶς ἀνάγκης κἂν ἀνάξιοι φιλανθρωπίας ἦσαν, ὅμως συγγνώμης τινὸς ἀξιοῦνται· ὥστε τοὺς γνησίως ἐξ αὐτῶν μεταμελουμένους τρία μὲν ἔτη ἐν τοῖς ἀκροωμένοις, ἤτοι ἐν τοῖς βασιλικοῖς ἑστάναι πυλῶσι, καὶ τῶν θείων δὲ ἀκροᾶσθαι Γραφῶν. Μετὰ καὶ τὸν τριετῆ χρόνον ἔνδον τοῦ περιβόλου τῆς ἐκκλησίας εἰσαχθῆναι, καὶ μετὰ τῶν ὑποπιπτόντων ἐν τῷ ὀπισθίῳ μέρει τοῦ ἄμβωνος ἑπτὰ ἔτη διατελέσαι, τῇ τῶν κατηχουμένων ἐκφωνήσει συνεξερχομένους· καὶ μετὰ παρέλευσιν τοῦ ἑπταετοῦς χρόνου ἐπὶ δυσὶν ἄλλοις ἔτεσι μετὰ τῶν πιστῶν τὴν σύστασιν δέξασθαι, κοινωνοῦντας αὐτοῖς D τῶν προσευχῶν μέχρι συμπληρώσεως τῆς μυσταγωγίας τῆς θείας μέντοιγε μεταλήψεως οὐδὲ ἐπὶ τοῖς δυσὶ τούτοις μετασχῶσιν ἔτεσιν. Ἀλλὰ μετὰ τοῦτο καὶ τῆς μετοχῆς τῶν ἁγιασμάτων ἀξιωθήσονται.

CANON XII.

Qui autem a gratia quidem evocati, et primum suum ardorem ostenderunt, et cingula deposuerunt, postea autem ut canes ad suum vomitum reversi

ΚΑΝΩΝ ΙΒ'.

Οἱ δὲ προσκληθέντες μὲν ἀπὸ τῆς χάριτος, καὶ τὴν πρώτην ὁρμὴν ἐνδειξάμενοι, καὶ ἀποθέμενοι τὰς ζώνας (59), *μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ τὸν*

Guill. Beveregii notæ.

(58) *Ὑποπιπτέτωσαν*. Vox ista hic late sumitur pro omni pœna pœnitentibus imposita, usquedum ad communionem recipiantur: adeo ut ὑποπιπτέτωσαν hic idem significat, quod ἀφοριζέσθωσαν. Quo quidem sensu auctor Epitomes canonum ea voce sæpius utitur. Unde ubi Patres Nicæni in proximo canone dicunt, δέκα ἔτη ὑποπιπτέτωσαν, in epitome ejusdem canonis vis istorum verborum exprimitur per ἀφοριζέσθωσαν.

(59) *Καὶ ἀποθέμενοι τὰς ζώνας*. Hic ἀποθέσθαι τὰς ζώνας, idem est, quod *militiæ renuntiare*; hæc autem loquendi formula exinde orta est, quod cum

οἰκεῖον ἔμετον ἀναδραμόντες ὡς κύνες, ὡς τινὰς καὶ ἀργύρια προέσθαι, καὶ βενεφικίοις κατορθῶσαι τὸ ἀναστρατεύσασθαι· οὗτοι δέκα ἔτη ὑποπιπτέτωσαν μετὰ τὸν τῆς τριετοῦς ἀκροάσεως χρόνον. Ἐφ' ἅπασι δὲ τούτοις προσήκει ἐξετάζειν τὴν προαίρεσιν καὶ τὸ εἶδος τῆς μετανοίας. Ὅσοι μὲν γὰρ καὶ φόβῳ καὶ δάκρυσι καὶ ὑπομονῇ καὶ ἀγαθοεργίαις, τὴν ἐπιστροφὴν ἔργῳ καὶ οὐ σχήματι ἐπιδείκνυνται, οὗτοι πληρώσαντες τὸν χρόνον τὸν ὡρισμένον τῆς ἀκροάσεως, εἰκότως τῶν εὐχῶν κοινωνήσουσι, μετὰ τοῦ ἐξεῖναι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ φιλανθρωπότερόν τι περὶ αὐτῶν βουλεύσασθαι· ὅσοι δὲ ἀδιαφόρως ἤνεγκαν, καὶ τὸ σχῆμα τοῦ εἰσιέναι εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀρκεῖν ἑαυτοῖς ἡγήσαντο πρὸς τὴν ἐπιστροφὴν, ἐξ ἅπαντος πληρούτωσαν τὸν χρόνον.

sunt, ut nonnulli etiam pecuniam profunderent et beneficiis militiam assequerentur, hi decem annis prosternantur supplices, etiam post triennii auditionis tempus. In his autem omnibus examinare convenit consilium et speciem pœnitentiæ. Quicunque enim, et metu, et lacrymis, et tolerantia, et bonis operibus, conversionem opere et non tantum habitu ostendunt, hi impleto auditionis tempore quod præfinitum est, merito orationum communionem habebunt, cum eo quod etiam liceat episcopo humanius aliquid de eis statuere. Quicunque autem non adeo graviter tulerunt, satisque sibi esse putarunt in ecclesias ingredi ad conversionem, tempus omnino impleant.

ΒΑΛΣ. Βενεφίκιον λέγεται κατὰ Λατίνους πᾶν δώρημα, καὶ εὐεργέτημα. Ἐπεὶ οὖν τινες στρατιῶται ἐν καιρῷ διωγμοῦ, ζήλῳ θείῳ κινηθέντες, τὰς ζώνας τῶν στρατειῶν αὐτῶν ἀπέθεντο καὶ πρὸς μαρτύριον ὥρμησαν· ὕστερον δὲ, ὑπὸ δαιμονιώδους μεταμελείας συνωθηθέντες, ἀπέστησαν τοῦ μαρτυρίου, καὶ τοῖς ἀπίστοις διώκταις ἠκολούθησαν, καὶ χρήμασιν ἢ ἄλλοις δωρήμασι, τοῦτο γάρ ἐστι τὸ βενεφίκιον, ὡς εἴρηται, τὰς προτέρας αὐτῶν στρατείας ἔλαβον, καὶ εἰς τὸν οἰκεῖον ἔμετον ἀνέδραμον, φησὶν ὁ κανὼν, ὡς εἴγε καὶ οὗτοι μετὰ εἰλικρινοῦς κατανύξεως προσέλθωσι τῇ ἐκκλησίᾳ, δεχθήσονται, ὀφείλοντες τρία μὲν ἔτη ἔξωθεν τῆς ἐκκλησίας ἵστασθαι, καὶ ἀκροᾶσθαι τῶν θείων Γραφῶν, δέκα δὲ ἔτη ὑποπίπτειν ἤτοι ἵστασθαι ὄπισθεν τοῦ ἄμβωνος, καὶ ἐξέρχεσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων· μετὰ δὲ ταῦτα συνεύχεσθαι μετὰ πιστῶν· πάντως δὲ τῶν ἁγιασμάτων οὐχ ἀξιωθῶσιν, εἰ μὴ διετία παρέλθῃ, καθὼς καὶ ἄνωθεν εἴπομεν, ὅτι καὶ οὗτοι ἐκ τῶν ἑκουσίως παραπιπτόντων εἰσίν. Ἐνέδωκε δὲ ὁ κανὼν τῷ ἐπισκόπῳ μειοῦν τὰ ἐπιτίμια κατὰ τὴν τοῦ ἐπιτιμηθέντος ἐπιστροφήν.

BALS. Beneficium apud Latinos omne donum et benefactum dicitur. Quoniam ergo nonnulli milites, tempore persecutionis divino zelo moti, ipsarum militiarum cingula deposuerant, et ad martyrium impetu quodam procurrerant : postea autem dæmoniaca pœnitentia adacti, a martyrio defecerant, et infideles persecutores secuti erant et pecuniis vel aliis donis priores suas militias receperant, hoc enim est beneficium, ut dictum est, et ad proprium vomitum redierant, dicit canon, quod si ii cum sincera compunctione ad Ecclesiam accesserint, recipientur, debentes tribus quidem annis **73** extra ecclesiam stare, et divinas Scripturas audire, decem autem annis ὑποπίπτειν, id est post ambonem stare, et cum catechumenis exire; post hæc autem una cum fidelibus orare : sacramentis autem omnino digni non habeantur, nisi biennium præterierit, sicut et superius diximus. Quoniam et ii sunt ex iis qui sua sponte labuntur. Concedit autem canon episcopo ut pœnam minuat, pro ejus cui pœna imposita est, conversione.

ΖΩΝΑΡ. Περὶ στρατευομένων ὁ κανὼν διαλέγεται, καὶ ἀποῤῥιψάντων μὲν τὰς ζώνας, ἤγουν τὰ τῆς στρατείας παράσημα, ὅρμημα δὲ πρὸς μαρτυ-

ZONAR. De militibus hoc canone igitur, qui zonas, insignia militiæ videlicet, obeundi martyrii cupiditate demonstrata semel abjecissent, quos

Guill. Beveregii notæ.

quis in militiam conscriptus, milesque factus fuit, cingulum, sive zona, qua cingebatur, ei data est : unde Julianus nullos in exercitum suum Christianos admittere statuens, *Militiæ cingulum non dari, nisi immolantibus jubet*, ut tradidit Ruffinus, *Hist. Eccles.* l. I, c. 32, quo etiam usu venit, ut σώζεσθαι idem sit atque ἐνδῦναι τὰ ὅπλα, *arma induere*, ut scribit Cælius Rhodeginus, l. XXII, c. 19, ut et ζώννυσθαι idem quod ὁπλίζεσθαι, ut scribit Eustathius in Homerum, ubi eo sensu sæpe usurpatur, ut *Iliad.* A, initio.

Ἀτρείδης δ' ἐβόησεν, ἰδὲ ζώννυσθαι ἄνωγεν
Ἀργείους, ἐν δ' αὐτὸς ἐδύσσατο νώροπα χαλκόν.

Atrides autem clamavit, atque armari jussit
Græcos, et ipse induit splendidum ferrum.

Et Odyss. Ω.

Ὅτε κέν ποτ' ἀποφθιμένου βασιλῆος,
Ζώννυνταί τε νέοι, καὶ ἐπεντύνονται ἄεθλα.

Quando autem mortuo rege
Armanturque juvenes, et parant certamina.

Sic etiam tam Hesychius, quam Suidas ζώννυσθαι exponit per καθοπλίζεσθαι. Et in politicis etiam legibus *cingi*, idem sonat, quod in militum numerus referri et armari, ubi dicitur, *Filius familias equestri militia exornatus, et in comitatu principum retentus, cingi confestim jussus, testamentum de castrensi peculio facere potest*, l. XLIII, ff. De testamento militis. Ut igitur zona cingitur, qui in militum delectum recipitur, et operam militarem navare aggreditur, sic etiam qui a militia recedit, ἀποθέσθαι τὴν ζώνην, *zonam deponere*, merito dicatur. Unde vetus interpres ζώνας hoc loco *baltea* recte vertit, et Dionysius Exiguus *militiæ cingulum*.

etiam cœlesti munere vocatos, atque ut solidam in veræ fidei professione constantiam retinerent, divinitus confirmatos asserit, deinde mutato consilio priorem militiam repetiverunt, ad eamque sibi aditum, vel argento, vel beneficiis iterum aperuerunt. Ac argenti quidem nomine pecunia intelligitur, beneficii vero, quidquid in alterum gratiæ benignitatisque collocatur. Beneficium namque Latina vox est, εὐεργεσίαν, si Græce interpretemur, indicans. Ille vero beneficium contulisse dicitur, qui vel pecuniam largitus sit, vel quomodocunque alterius voluntati obsecundarit. Illud autem plane certum est, nemini reditum ad istiusmodi militiam, nisi abdicata religione patuisse. Ejusmodi igitur hominibus, post triennium inter audientes exactum, decennii substratio, et cum catechumenis abscessio multæ nomine, decreto canonis præfinita. Episcopo tamen, si alicujus in luendis pœnis ardorem animi, in propitiando Numine lacrymas, conceptumque divinæ Majestatis timorem in primis animadverterit et hominem ob irrogata supplicia patienter dolere, et bonis actionibus, hoc est virtutum exercitationi operam dare, ac si manus ejus abundet indigentibus elargiri, si denique, uno verbo, serio, non ficta specie resipiscentiam demonstrantem invenerit, de iisdem pœnis aliquid pro arbitrio remittendi conceditur facultas. Si quem vero impositis pœnis leviter tangi videat, atque eo quod ecclesiam ingredi permittitur, satis est contentus, et non moleste fert, nec dolore movetur quod inter fideles non constituatur, sed quod post ambonem stet, et cum catechumenis exeat (hoc enim præ se fert speciem ingrediendi, sed qui sic ingreditur, vere non ingreditur) sibi sufficere arbitratur; totum ab eo decennium in substrationis pœna canon expleri jubet.

ARIST. *Qui vim passi et restitisse visi, deinde impietati consenserunt, militiamque resumpserunt, decennium excommunicentur. Considerandum vero est in omnibus pœnitentiæ genus. Et si is qui pœnam suscipit, se ferventiorem in pœnitendo gesserit, humanius cum eo agat episcopus, severius vero si frigidiorem.*

Quicunque divina vocati gratia, primo quidem impetu compulsi in impietate societatem inire reluctati sunt, adeo ut militarem etiam zonam deponerent, postea cedentes quæ sunt impiorum iterum sapiunt, adeo ut ad priorem redeant isti statum, et militiam rursus suscipiant, per triennium stent audientes, per decennium succumbentes, et sic perfectione digni habeantur. Liceat autem episcopis et minuere, et augere supplicia, ad conversorum respicientibus pœnitentiam, si cum timore et patientia, et lacrymis, aut contemptim et indifferenter fiat.

74 CANON XIII.

De iis autem qui excedunt, antiqua et canonica

A ρίαν ἐνδειξαμένων, οὓς καὶ ὑπὸ τῆς θείας χάριτος κληθῆναί φησιν, ὡς δι' ἐκείνης ἐπιῤῥωσθέντας πρὸς τὴν ἔνστασιν τῆς ὁμολογίας τῆς πίστεως, εἶτα ἐν μεταμελείᾳ γενομένων καὶ αὖθις εἰς τὴν προτέραν ἐπανελθόντων στρατείαν, καὶ ταύτην ἀργυρίοις ἀνακτησαμένων ἢ βενεφικίοις. Διὰ μὲν γὰρ τῶν ἀργυρίων δηλοῦται τὰ χρήματα, διὰ δὲ τῶν βενεφικίων ἅπαν εἶδος χάριτός τε καὶ δεξιώσεως. Τῆς γὰρ Λατίνων διαλέκτου οὖσα ἡ λέξις, εὐεργεσίαν δηλοῖ πρὸς Ἑλληνίδα μεθερμηνευομένη διάλεκτον. Εὐεργετεῖ δέ τις ἢ χρήματα παρέχων, ἢ ἄλλως θέλημα οἱονδήποτε πληρῶν τινος. Δῆλον δὲ πάντως ὅτι οὐδεὶς τοιοῦτος ἀναστρατεύσασθαι ἠδυνήθη ἄν, εἰ μὴ τῇ πλάνῃ συνέθετο. Τοὺς γοῦν τοιούτους μετὰ τὴν τριετῆ ἀκρόασιν ἐπὶ δεκαετίαν ὑποπίπτειν ὁ B κανὼν διατάττεται, καὶ ἐξιέναι μετὰ τῶν κατηχουμένων. Δίδωσι δὲ τῇ κρίσει τοῦ ἐπισκόπου καὶ μειοῦν τὰ ἐπιτίμια, εἰ εὕροι τὸν μετανοοῦντα θερμότητα ἐν τῇ μετανοίᾳ ἐπιδεικνύμενον, καὶ δάκρυσι τὸν Θεὸν ἱλεούμενον, καὶ τῷ φόβῳ αὐτοῦ στοιχειούμενον, καὶ τὴν ἐκ τῶν ἐπιτιμίων κάκωσιν ὑπομένοντα, καὶ ἀγαθοεργίαις, ἤγουν ἀρετῶν ἀσκήσει καὶ μεταδόσει τῇ πρὸς τοὺς δεομένους, εἰ εὐποροίη ἡ χεὶρ αὐτοῦ, προσκείμενον, καὶ τὸ ὅλως εἰπεῖν, ἐν ἀληθείᾳ, καὶ οὐχ ἐν σχήματι τὴν μετάνοιαν ἐνδεικνύμενον. Εἰ δὲ ἀδιαφόρως καὶ ἀνειμένως ὁρᾷ τὸν ἐπιτιμηθέντα πρὸς τὴν ἐπιτίμησιν διακείμενον, καὶ ὅτι ὅλως παραχωρεῖται εἰσιέναι εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἀρκούμενον, καὶ οὐ δακνόμενον καὶ λυπούμενον, ὅτι οὐ συνίσταται τοῖς πιστοῖς, ἀλλὰ C καὶ τὸ ὄπισθεν τοῦ ἄμβωνος ἵστασθαι, καὶ ἐξιέναι μετὰ τῶν κατηχουμένων, τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ σχῆμα τοῦ εἰσιέναι, οὐ γὰρ ἀληθῶς εἴσεισιν ὁ οὕτως εἰσιών, ἀρκοῦν αὐτῷ λογιζόμενος, τὸν ὅλον τῆς δεκαετίας χρόνον ἐν τῷ ἐπιτιμίῳ τῆς ὑποπτώσεως πληροῦν αὐτὸν διακελεύεται ὁ κανών.

ΑΡΙΣΤ. *Οἱ βιαζόμενοι, καὶ δόξαντες ἀντιστῆναι, εἶτα καταθέμενοι τῇ ἀσεβείᾳ, καὶ ἀναστρατευσάμενοι, δεκαετίαν ἀφοριζέσθωσαν. Σκοπητέον δὲ ἐφ' ἅπασι τὸ εἶδος τῆς μετανοίας· καὶ θερμοτέρως μὲν μεταμελουμένου τοῦ δεξαμένου τὸ ἐπιτίμιον φιλανθρωπότερον ὁ ἐπίσκοπος διατιθέσθω, ψυχροτέρως δὲ, δραστικώτερον.*

D Ὅσοι ὑπὸ τῆς θείας χάριτος προσκληθέντες κατὰ μὲν τὴν πρώτην ὁρμὴν βιασθέντες συνθέσθαι τῇ εὐσεβείᾳ ἀντέστησαν, ὥστε καὶ τὴν στρατιωτικὴν ἀποθέσθαι ζώνην· εἶτα ὑπείξαντες, κατέθεντο φρονεῖν τὰ τῶν ἀσεβῶν, ὥστε εἰς τὴν προτέραν αὐτοὺς καταστῆναι τιμὴν, καὶ τὴν στρατείαν αὖθις ἐπαναλαβεῖν· ἐπὶ τριετίαν ἔστωσαν ἀκροώμενοι, ἐπὶ δεκαετίαν ὑποπίπτοντες· καὶ οὕτω τῆς τελειώσεως ἀξιούσθωσαν. Ἐξέστω δὲ τοῖς ἐπισκόποις καὶ μειοῦν, καὶ αὔξειν τὰ ἐπιτίμια, πρὸς τὴν μετάνοιαν ἀφορῶσι τῶν ἐπιστρεφόντων, εἴτε σὺν φόβῳ, καὶ ὑπομονῇ, καὶ δάκρυσι γίνεται, εἴτε καταφρονητικῶς καὶ ἀδιαφόρως.

ΚΑΝΩΝ ΙΓ'.

Περὶ δὲ τῶν ἐξοδευόντων ὁ παλαιὸς καὶ κανονι-

κὸς νόμος διαφυλαχθήσεται καὶ νῦν, ὥστε, εἴ A *τις ἐξοδεύοι τελείου καὶ ἀναγκαιοτάτου ἐφοδίου μὴ ἀποστερεῖσθαι. Εἰ δὲ, ἀπογνωσθεὶς καὶ κοινωνίας πάλιν τυχὼν* (60), *πάλιν ἐν τοῖς ζῶσιν ἐξετασθῇ, μετὰ τῶν κοινωνούντων τῆς εὐχῆς μόνης ἔστω* (61). *Καθόλου δὲ καὶ περὶ παντὸς οὑτινος οὖν ἐξοδεύοντος, αἰτοῦντος τοῦ μετασχεῖν εὐχαριστίας, ὁ ἐπίσκοπος μετὰ δοκιμασίας μεταδιδότω τῆς προσφορᾶς.*

lex nunc quoque servabitur, ut si quis vita excedat, ultimo et maxime necessario viatico ne privetur. Si autem deploratus et communionem assecutus, rursus in vivos relatus sit cum iis sit qui orationum sunt tantum communionis participes. In summa autem, de quolibet excedente, et Eucharistiæ participationem petente, episcopus cum examinatione eum oblatione impertiat.

ΒΑΛΣ. Οὗτος ὁ κανὼν γενικός ἐστι. Παρακελεύεται γὰρ πάντα ἐπιτιμηθέντα, καὶ τῶν ἁγιασμάτων στερούμενον, ἀξιοῦσθαι τοῦ καλοῦ ἐφοδίου τῆς ἁγίας μεταλήψεως ἐν ταῖς τελευταίαις ἀναπνοαῖς μετὰ δοκιμασίας τοῦ ἐπισκόπου. Μὴ ὄντος δὲ ἐπισκόπου μετὰ δοκιμασίας ἱερέων, ἵνα μὴ στερηθῇ τοῦ καλοῦ B ἐφοδίου ὁ ἄνθρωπος διὰ τὴν ἀποδημίαν τοῦ ἐπισκόπου. Προστίθησι δὲ ὡς, εἴπερ ὁ τοιοῦτος μετὰ τὴν μετάληψιν τῶν ἁγιασμάτων διαφύγῃ τὸν θάνατον, μετὰ τῶν πιστῶν μὲν συνεύξεται, τῶν δὲ ἁγιασμάτων οὐκ ἐπιτεύξεται, εἰ μὴ πληρωθῇ πάντως ὁ νενομισμένος χρόνος τοῦ ἐπιτιμίου. Νομίζω δὲ ὅτι τότε μετὰ τὴν ὑγιείαν συνεύχεσθαι τοῖς πιστοῖς παραχωρηθήσεται ὁ ἐπιτιμηθεὶς, ὅτε καὶ πρὸ τῆς νόσου τούτοις συνηύχετο. Εἰ γὰρ ἐν τόπῳ ἀκροωμένων ἵστατο, τὸν αὐτὸν ἕξει τόπον καὶ μετὰ τὴν ὑγίειαν.

BALS. Hic est canon generalis. Jubet enim, omnem cui pœna imposita est, et sacramentis est privatus, præclaro sanctæ communionis viatico non privari, in extremo spiritu, cum examinatione episcopi. Si non sit autem episcopus, cum examinatione sacerdotum, ne bono viatico privetur homo, ob episcopi absentiam. Addit autem, quod si talis post sacramentorum participationem, mortem evaserit, una cum fidelibus precabitur. Sacramenta autem non assequetur, nisi præstitutum pœnæ tempus omnino impletum fuerit. Puto autem, quod tunc post sanitatem una cum fidelibus orare permittetur ei cui pœna imposita est, quando et ante morbum una cum eis precabatur. Si enim in loco audientium stabat, eumdem habebit locum etiam post sanitatem.

ΖΩΝΑΡ. Διαταξάμενοι οἱ ἱεροὶ Πατέρες περὶ ἐπιτιμίων, καὶ ὅπως καὶ ἐφ' ὅσον οἱ παραπίπτοντες ἀκοινώνητοι ἔσονται, ὁρίζουσι διὰ τοῦ παρόντος C κανόνος, κἂν ὑπὸ ἐπιτίμιον ἀκοινωνησίας ὦσί τινες, τελευτῶσι δὲ, μεταδίδοσθαι αὐτοῖς τῶν ἁγιασμάτων· ἵνα ἐφόδιον αὐτὸ ἔχωσι, καὶ μὴ στερηθῶσι τοῦ ἐκ τούτων ἁγιασμοῦ. Εἰ δέ τις περὶ τὴν ζωὴν κινδυνεύων ἀξιωθείη, ὡς θνήσκων τῆς κοινωνίας, εἶτα διαφύγῃ τὸν θάνατον, μετὰ τῶν πιστῶν μὲν συνεύξεται, οὐ μέντοι καὶ τῶν ἁγιασμάτων μεταλήψεται. Καὶ πᾶς δὲ ἐν ἐπιτιμίῳ ὢν περὶ τὴν τελευταίαν γενόμενος, ἔξοδόν φησιν ὁ κανὼν, εἰ ζητεῖ μεταλαβεῖν τῆς ἁγίας προσφορᾶς, μεταλαμβανέτω, μετὰ δοκιμασίας, ἤγουν γνώμης, τοῦ ἐπισκόπου καὶ ἐξετάσεως.

ZONAR. Cum iis qui lapsi fuerant, ad constitutas pœnas, certa quoque tempora communione abstinendi sancti Patres definivissent, iisdem nihilominus in extremo vitæ discrimine positis, quamvis multæ nomine communione interdictum sit, sacramenta impartiri, ut eo quasi viatico instructi decedant, nec ea quæ ex illis efficitur sanctitate priventur, hoc canone Patres jubent. Si cui vero in eo vitæ discrimine, communio quasi morienti concessa est, seque is postea morti subtraxerit, cum fidelibus quidem orare, non tamen iterum communicare sacramentis licebit. Et vero quicunque in extremo spiritu, inquit canon, luendis pœnis obnoxius, sanctæ oblationi communicare se velle ostendit, ei cum approbatione episcopi, hoc est, re per illum examinata et probata, fiat facultas.

ΑΡΙΣΤ. *Οἱ ἐξοδευόμενοι κοινωνείτωσαν· εἰ δέ τις αὐτῶν ὑγιάνοι, ἔστω μετὰ τῶν τῆς εὐχῆς* D *κοινωνούντων καὶ μόνον.*

ARIST. *Vita excessuri communicent. Si quis autem eorum convalescat, cum iis sit qui precum sunt participes et cum iis solum*

Guill. Beveregii notæ.

(60) *Εἰ δὲ ἀπογνωσθεὶς καὶ κοινωνίας πάλιν τυχών.* In Joannis Antiocheni Collectione canonum πάλιν hic non legitur : et post τυχών additur καὶ προσφορᾶς μετασχών, Joh. Antioch. Coll. can. tit. 18 : quæ verba vetus etiam interpres legit, vertitque et *oblatione percepta* can. 12, necnon Dionysius Exiguus, qui transtulit, *oblationisque particeps factus.*

(61) *Μετὰ τῶν κοινωνούντων τῆς εὐχῆς μόνης ἔστω.* Verbum ἔστω, quod hic in fine, in Joh. Antioch. Collectione tit. 18, initio horum verborum collocatur, quibus etiam alia adduntur, hic desiderata nimirum, ἄχρις ἂν πληρωθῇ ὁ ὁρισθεὶς ὑπὸ τῆς μεγάλης καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου χρόνος, *quousque adimpleatur tempus a magno et universali concilio definitum.* Hæc autem, nec a veteri interprete, nec a Dionysio Exiguo, nec ab Isidoro Mercatore leguntur : sed Balsamon ea legisse videtur, eo quod constitutum hic asserat, eum qui post receptam communionem convalescit, sacramenta non assequi εἰ μὴ πληρωθῇ πάντως ὁ νενομισμένος χρόνος τοῦ ἐπιτιμίου. Et quidem, etiamsi lecta non essent, necessario tamen intelligenda sunt. Sacramenta enim tunc temporis recepta, nulli esse possunt pœnitentibus impedimento, quominus post elapsum pœnitentiæ tempus ad communionem admittantur.

Omnis fidelis in extremo spiritu boni viatici particeps fiet, sanitati autem restitutus cum iis erit qui orationum sunt participes, sed divinorum sacramentorum partem non habebit. Sed expleto tempore quo in orationibus consistere debet, postea et illa gratia dignus habebitur.

A Πᾶς πιστὸς (62) ἐν ταῖς τελευταίαις ἀναπνοαῖς γινόμενος τοῦ ἀγαθοῦ ἐφοδίου ἐπιτεύξεται. Ὑγιάνας δὲ, μετὰ τῶν κοινωνούντων τῶν εὐχῶν ἔσται· οὐ μέντοι γε καὶ τῶν θείων ἁγιασμάτων μετάσχοι· ἀλλὰ πληρώσας ἐν ταῖς εὐχαῖς τὸν τῆς συστάσεως χρόνον, ἔκτοτε καὶ τῆς χάριτος ταύτης ἀξιωθήσεται.

CANON XIV.

De catechumenis, et qui lapsi sunt, visum est sanctæ et magnæ synodo, ut ii tribus annis tantum audientes, postea orent cum catechumenis.

ΚΑΝΩΝ ΙΔ'.

Περὶ τῶν κατηχουμένων καὶ παραπεσόντων ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, ὥστε, τριῶν ἐτῶν αὐτοὺς ἀκροωμένους μόνον, μετὰ ταῦτα εὔχεσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων.

BALS. Eum qui ex infidelitate ad veram fidem accessit, et initiatus est : et post initiationem aberravit, et priorem superstitionem repetiit, non simpliciter ad catechumenorum locum rursus recipi redeuntem sancti Patres definiunt : sed prius triennio extra templum stare cum audientibus : eo autem impleto, in priorem statum et ordinem catechumenorum recipi.

ΒΑΛΣ. Τὸν ἐξ ἀπιστίας τῇ ἀληθεῖ πίστει προσελθόντα, καὶ κατηχηθέντα, καὶ μετὰ τὴν κατήχησιν πλανηθέντα, καὶ τὴν πρώτην θρησκείαν B ζητήσαντα, μὴ ἁπλῶς δέχεσθαι εἰς τὸν τόπον τῶν κατηχουμένων, πάλιν ὑποστρέφοντα, οἱ ἅγιοι Πατέρες διορίζονται, ἀλλὰ πρότερον ἐπὶ τριετίᾳ ἔξωθεν τοῦ ναοῦ ἵστασθαι μετὰ τῶν ἀκροωμένων· πληρωθείσης δὲ ταύτης, ἀποκαθίστασθαι εἰς τὴν προτέραν τάξιν καὶ στάσιν τῶν κατηχουμένων.

ZONAR. Qui ob fidei amplectandæ studium inter catechumenos relati, postea lapsi fuerunt, eos ordine et statione catechumenorum movendos esse, ac triennium inter audientes exigere, eo elapso, priorem ordinem et **75** stationem repetere, et cum catechumenis orare, sanctorum Patrum decreto cautum est.

ΖΩΝΑΡ. Ἐάν τινες προσελθόντες τῇ πίστει, καὶ γενόμενοι κατηχούμενοι, παραπέσωσιν, ὑποβιβάζεσθαι τῆς τάξεως καὶ τῆς στάσεως τῶν κατηχουμένων ὡρίσθησαν παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων, καὶ ἐν τῷ τῶν ἀκροωμένων ἐπιτιμίῳ γίνεσθαι ἐπὶ τριετίαν, εἶτα πάλιν ἐπανέρχεσθαι πρὸς τὴν προτέραν τάξιν καὶ στάσιν, καὶ συνεύχεσθαι τοῖς κατηχουμένοις.

ARIST. *Si quis catechumenus lapsus fuerit, tres iste annos audiat idque solum, deinde cum catechumenis oret.*

C ΑΡΙΣΤ. *Εἴ τις παραπέσοι κατηχούμενος, οὗτος τρισὶν ἀκροάσθω καὶ μόνον· εἶτα μετὰ τῶν κατηχουμένων εὐχέσθω.*

Duæ sunt species catechumenorum : nonnulli enim modo advenerunt, alii evaserunt perfectiores, in fide sufficienter initiati. Perfectior itaque catechumenus lapsus et peccans sine reprehensione non relinquitur, tametsi sacrum baptisma ad omnem diluendam sordem sufficiens sit, sed inter audientes collocatur, et post triennium cum catechumenis rursum precatur. Quære et synodi Neocæsariensis can. 5.

Δύο εἴδη τῶν κατηχουμένων. Οἱ μὲν γὰρ ἄρτι προσέρχονται, οἱ δὲ γεγόνασι τελεώτεροι, ἐφ' ἱκανὸν τὰ τῆς πίστεως μυηθέντες. Ὁ γοῦν τελεώτερος κατηχούμενος, παραπεσὼν καὶ ἁμαρτήσας ἀνεπιτίμητος οὐκ ἐᾶται, κἂν καὶ τὸ ἅγιον βάπτισμα ἱκανόν ἐστι πάντα ῥύπον ψυχικὸν ἀποπλῦναι· ἀλλὰ μετὰ τῶν ἀκροωμένων συντάττεται, καὶ μετὰ τριετίαν μετὰ τῶν κατηχουμένων αὖθις συνεύχεται. Καὶ ζήτει τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου κανόνα ε'.

CANON XV.

Propter multum tumultum, et seditiones quæ fiunt, omnino visum est, ut consuetudo quæ præter canonem in nonnullis partibus invenitur, tollatur, ut a civitate in civitatem nec episcopus, nec presbyter, nec diaconus transeat. Si quis autem post sanctæ et magnæ synodi definitionem tale quidpiam aggressus fuerit, vel se rei ejusmodi dederit, quod factum erit omnino infirmabitur, et ecclesiæ restituetur cui episcopus vel presbyter ordinatus fuerit.

ΚΑΝΩΝ ΙΕ'.

Διὰ τὸν πολὺν τάραχον καὶ τὰς στάσεις τὰς γινομένας ἔδοξε παντάπασι περιαιρεθῆναι D *τὴν συνήθειαν τὴν παρὰ τὸν κανόνα εὑρεθεῖσαν ἔν τισι μέρεσιν, ὥστε ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μὴ μεταβαίνειν μήτε ἐπίσκοπον, μήτε πρεσβύτερον, μήτε διάκονον. Εἰ δέ τις μετὰ τὸν τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου ὅρον τοιούτῳ τινὶ ἐπιχειρήσειεν, ἢ ἐπιδοίη ἑαυτὸν πράγματι τοιούτῳ, ἀκυρωθήσεται ἐξάπαντος τὸ κατασκεύασμα, καὶ ἀποκατασταθήσεται τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐν ᾗ ὁ ἐπίσκοπος ἢ ὁ πρεσβύτερος ἐχειροτονήθη.*

Guill. Beveregii notæ.

(62) *Πᾶς πιστός.* Hic erratum in Aristeni scholia irrepsisse nemo ambigat. Canon enim, non de fidelibus, sed tantum de lapsis, et pœnitentiam in exitu vitæ agentibus loquitur. Et præterea πᾶς πιστὸς, *omnes fideles* etiam sanitati restituti sacramentorum participes erunt; contra ac hic asseritur : quod itaque codici ms. quo usi sumus, potius quam ipsi Aristeno attribuendum est. Neque enim hæc tam obvia Aristenum latere potuerunt.

ΒΑΛΣ. Ὁ μὲν ἀποστολικὸς ιε' κανὼν, Μηκέτι A λειτουργείτω, φησὶν, ὁ κληρικὸς ὁ παρὰ γνώμην τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μεθιστάμενος· ὁ δὲ παρὼν κανὼν τὰ αὐτὰ καὶ περὶ ἐπισκόπων διοριζόμενος ἄκυρον εἶναί φησι τὸ παρὰ ταῦτα ἴσως γενησόμενον.

Ἑτέρα ἑρμηνεία.

Τοῦ ιδ' ἀποστολικοῦ κανόνος τὴν μὲν ἀπὸ παροικίας εἰς παροικίαν ἐπίβασιν ἤτοι ἐπιπήδησιν τῶν ἐπισκόπων κωλύοντος, τὴν δὲ μετάθεσιν ἐπιτρέποντος διὰ μεγάλην καὶ εὔλογον αἰτίαν· καὶ τοῦ ις' κανόνος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου διοριζομένου τὸν σχολάζοντα ἐπὶ σχολάζουσαν μεταβαίνειν μετὰ διαγνώσεως καὶ παρακλήσεως τελείας συνόδου· ὡσαύτως καὶ τοῦ α' καὶ δευτέρου κανόνος τῆς ἐν Σαρδικῇ B συνόδου μεγάλως κολαζόντων τὸν διὰ μεθόδου καὶ οἰκονομίας φαύλης τὴν λαχοῦσαν αὐτὸν καταλιμπάνοντα, καὶ μείζονα ἐκκλησίαν ἁρπάζοντα, καὶ τοῦ παρόντος ιε' κανόνος τῆς α' συνόδου παντάπασι μὲν κωλύοντος τὴν ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μετάβασιν τῶν ἐπισκόπων, τῶν πρεσβυτέρων, καὶ τῶν διακόνων, μὴ κολάζοντος δὲ ταύτην, ἀλλὰ διοριζομένου ἀκυροῦσθαι τὸ κατασκεύασμα, καὶ ἀποκαθίστασθαι τῇ προτέρᾳ ἐκκλησίᾳ τὸν ἐπίσκοπον, ἢ τὸν πρεσβύτερον, ἢ τὸν διάκονον εἰς ἣν ἐχειροτονήθησαν, εἴποι τις ἐναντιοῦσθαι τοὺς κανόνας ἀλλήλοις, ἄλλα καὶ ἄλλα θεσμοθετοῦντας. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο. Διαφορὰ γάρ ἐστιν ἀλλήλοις μεταθέσεως, μεταβάσεως, καὶ ἐπιβασίας. Μετάθεσις γάρ ἐστιν ἡ ἀπὸ παροικίας εἰς παροικίαν μετένεξις, ὅταν τυχὸν ἐπίσκοπος παντοίᾳ C σοφίᾳ κεκοσμημένος μετακληθῇ παρὰ πλήθους ἐπισκόπων εἰς μείζονα ἐκκλησίας χηρευούσης βοήθειαν κινδυνευούσης περὶ τὴν εὐσέβειαν. Οἷόν τι γέγονεν εἰς τὸν μέγαν Γρηγόριον τὸν Θεολόγον, ἀπὸ τῶν Σασίμων εἰς Κωνσταντινούπολιν μετατεθέντα. Καὶ ἔστιν αὕτη συγχωρητέα, καθὼς παρίσταται ἀπὸ τοῦ ιδ' κανόνος τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Μετάβασίς ἐστιν, ὅταν τις σχολάζων, δηλονότι μὴ ἔχων παροικίαν, ὡς ὑπὸ ἐθνῶν κατεχομένην, ἀναγκασθῇ παρὰ ἐπισκόπων πολλῶν εἰς σχολάζουσαν ἐκκλησίαν μεταβῆναι διὰ τὸ περὶ τὴν ὀρθοδοξίαν καὶ τὰ λοιπὰ ἐκκλησιαστικὰ χρησιμώτατον αὐτοῦ. Καὶ ἔστι καὶ αὕτη δεκτέα παρὰ τοῖς θείοις κανόσι τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ συνελθόντων ἁγίων Πατέρων. Ἐπίβασις δέ ἐστιν ἡ αὐτόνομος ἢ καὶ μετὰ οἰκονομίας φαύλης τοῦ D σχολάζοντος, ἢ καὶ τοῦ ἔχοντος ἐκκλησίαν ἐπισκόπου, πρὸς χηρεύουσαν ἐκκλησίαν παράλογος μετένεξις· ἣν τοσοῦτον οἱ ἐν Σαρδικῇ συνελθόντες ἅγιοι Πατέρες ἐβδελύξαντο, ὥστε καὶ ἀκοινώνητον εἶναι παντὶ Χριστιανῷ τὸν ἐργάτην ταύτης διωρίσαντο, καὶ μηδὲ ἐν ταῖς τελευταίαις ἀναπνοαῖς λαϊκῆς κοινωνίας ἀξιοῦσθαι αὐτόν. Ὁ δὲ ιε' κανὼν τῆς α' συνόδου, περὶ μηδενὸς τοιούτου μνείαν ποιούμενος, οὐδ' ἐναντιοῦταί τινι τῶν ἀνωτέρω καταστρωθέντων κανόνων. Οὔτε γὰρ περὶ μεταθέσεως, οὔτε περὶ μεταβάσεως, οὔτε περὶ ἐπιβασίας διδάσκει· ἀλλὰ κωλύει τὸ μεταπίπτειν ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν ἑτέραν ἀνήκουσαν τῇ αὐτῇ παροικίᾳ, ὥσπερ ποτὲ ὁ

BALS. Apostolicus quidem decimus quintus canon, Ne amplius ministret, inquit, clericus qui præter proprii episcopi sententiam, a civitate in civitatem transit. Præsens autem canon eadem etiam de episcopis definiens, irritum esse statuit quod præter hæc fortasse factum fuerit.

Altera expositio.

Cum 14 canon apostolicus a parochia in parochiam invasionem seu irruptionem prohibeat: translationem autem propter magnam et honestam causam permittat, et 16 canon Antioch. synodi decernat, ut qui vacat in vacantem ecclesiam transeat, cum dijudicatione et examinatione perfectæ synodi: similiter primus et secundus canon Sardic. synod. eum valde puniat qui improba via ac ratione, eam quæ ipsum sortita est, relinquit, et majorem ecclesiam occupat et arripit: et præsens 15 canon primæ synodi transitum episcoporum, presbyterorum et diaconorum a civitate in civitatem omnino prohibeat, eum autem non puniat, sed irritum esse decernat id quod factum fuerit, et priori ecclesiæ restitui episcopum et presbyterum, vel diaconum, in quam ordinati erant, dixerit quispiam canones sibi invicem repugnare, ut alia atque alia sancientes. At non ita est. Nam est differentia inter translationem, transitionem et invasionem. Translatio enim est, quæ fit a parochia in parochiam traductio: quando fortasse episcopus varia ac multiplici scientia instructus ab episcoporum multitudine, in majus ecclesiæ viduæ de vera religione in periculum adductæ, auxilium accersitus fuerit. Quod magno Gregorio Theologo usu venit, qui a Sasimis Constantinopolin translatus est: et ea est permittenda, quandoquidem a sanctorum apostolorum 14 canone inducitur. Transitio est, quando vacans videlicet quispiam, non habens parochiam quæ a gentilibus detinetur, a multis episcopis in vacantem ecclesiam transire coactus fuerit propter ejus in recta de fide sententiam et reliquis ecclesiasticis utilitatem: et est hæc quoque suscipienda a divinis canonibus sanctorum Patrum qui in Antiochia convenerunt. Invasio autem est libera, vel etiam cum malis artibus improboque consilio, ejus qui vacat, vel qui etiam habet ecclesiam episcopi, ad viduam ecclesiam injusta aggressio. Quam, qui in Sardic. synodo **76** convenerunt sancti Patres, adeo adversati sunt, ut qui eam admiserit, eum cum nullo posse Christiano communicare statuerint, et nec in extremo quidem spiritu eum laica communione dignum censuerint, 15 autem primæ synodi canon de nullo ejusmodi mentionem faciens, nulli eorum, qui superius positi sunt, canoni adversatur: neque enim de translatione, nec de transitione, nec de invasione docet: sed prohibet episcopum, vel presbyterum, vel diaconum ab urbe in urbem ad suam parochiam pertinentem transmeare ac transilire, sicut ille Derci episcopus dominus Joannes, conatus est Derci thronum trans-

ferre in Philippopolim, in qua superiorem ipse jurisdictionem habeat, eo quod esset illa frequentior, et fuit synodice prohibitus. Propterea enim non punitur hæc conatus episcopus, sed in priorem suam cathedram reducitur. Quod hoc autem verum sit, ex ipsis canonis verbis declaratur, quæ civitatis meminerunt, non parochiæ. Ut idem enim episcopus multas quidem habeat civitates intra limites ejus, fieri potest : sed nequaquam ut multas parochias seu diœceses. Sed et ex eo quod canon presbyterorum et diaconorum meminit, evidenter veritas ostenditur. Quæ enim translatio, vel transitio, vel invasio in his unquam potest tractari? Nulla omnino : sed sola transmutatio ab urbe in urbem, non alienam, sed ad parochiam, in quam ordinati sunt pertinentem, et propterea non deponuntur, ut qui extra fines suos sacra fecerint, sed ecclesiæ, ad quam ordinati sunt, restituuntur.

ZONAR. Ne ex alia ecclesia in aliam, episcopus, presbyter, aut diaconus migret sanctorum quoque apostolorum decreto constitutum est. Sed neglectam et contemptam constitutionem hoc canone synodus restituit : ac sive de migrando e civitate in civitatem aliam episcopus quispiam, presbyter, aut diaconus cogitarit, sive reipsa migrarit, cogitataque perfecerit, irritum id haberi, cuique primo ecclesiæ ordinatus est ad eam restituendum esse decernit. Neque enim licere cuipiam absolute ac sine nomine sed certo vel episcopatui, vel ecclesiæ, vel monasterio nominatim addictum ordinibus insigniri, altero canone definitum est.

ARIST. *E civitate in civitatem neque episcopus, nec presbyter, nec diaconus transiliat. Alioquin ecclesiis in quibus ordinati sunt, rursus restituentur.*

Hic canon non tantum episcoporum translationes omnino tollit, sed et presbyterorum et diaconorum, et eos quoque qui tale quid facere vel aggrediuntur, restituit rursum ecclesiis in quibus ordinati fuere. Primus autem et secundus in Sardica canon eos severius punit, excommunicationis supplicio eos subjiciens.

CANON XVI.

Quicunque temere et inconsiderate, nec Dei timorem præ oculis habentes, nec ecclesiasticum canonem scientes, presbyteri vel diaconi, vel quicunque omnino in canone recensentur, ab ecclesiis secesserint, ii in aliena ecclesia nullo modo recipi debent, sed omnino cogendi sunt in suas ipsorum parochias redire. Vel si perseverent, eos a communione separatos esse oportet. Sin autem etiam ausus fuerit quispiam eum qui ad alium pertinet, subripere, et in ecclesia sua ordinare, non consentiente proprio episcopo, a quo recessit qui in canone censetur, irrita sit ordinatio.

A ἐπίσκοπος Δέρκου ἐκεῖνος κύριος Ἰωάννης ἐπεχείρησε τὸν θρόνον τῆς Δέρκου μεταγαγεῖν εἰς τὸ τοῦ Φιλέα πρωτοπαπαδίκιον αὐτοῦ, διὰ τὸ πολυανθρωποτέραν εἶναι, καὶ ἐκωλύθη συνοδικῶς. Διὰ γὰρ τοῦτο οὐδὲ κολάζεται ὁ τοῦτο ἐπιχειρήσας ἐπίσκοπος, ἀλλὰ τὴν προτέραν αὐτοῦ καθέδραν ἐπανάγεται. Ὅτι δὲ τοῦτο ἀληθές ἐστι, δηλοῦται καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν ῥημάτων τοῦ κανόνος, πόλεως μεμνημένου καὶ οὐχὶ παροικιῶν. Τὸν αὐτὸν γὰρ καὶ ἕνα ἐπίσκοπον πολλὰς μὲν πόλεις ἔχειν ὡς ἐνορίαν δυνατόν ἐστι, πολλὰς δὲ Παροικίας οὐδαμῶς. Ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ μεμνῆσθαι τὸν τοιοῦτον κανόνα πρεσβυτέρων καὶ διακόνων ἐναργῶς παρίσταται ἡ ἀλήθεια. Ποία γὰρ μετάθεσις ἢ μετάβασις ἢ ἐπίβασις ἐπὶ τούτων τρακταϊσθείη ποτέ; πάντως οὐδεμία· μετάπτωσις δὲ μόνη ἀπὸ πόλεως B εἰς πόλιν οὐκ ἀλλοτρίαν, ἀλλὰ τῇ παροικίᾳ, εἰς ἣν ἐκληρώθησαν, ἀνήκουσαν. Διὰ γὰρ τοῦτο οὐδὲ καθαιροῦνται ὡς παρ' ἐνορίαν ἱερουργήσαντες, ἀλλὰ τῇ προτέρᾳ ἐκκλησίᾳ, εἰς ἣν καὶ ἐχειροτονήθησαν, ἀποκαθίστανται.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ μὴ μετιέναι ἐξ ἐκκλησίας εἰς ἑτέραν ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον, καὶ τοῖς ἱεροῖς κεκανόνισται ἀποστόλοις. Ἀλλὰ παρορώμενον καὶ καταφρονούμενον τὸ διάταγμα ἡ ἁγία σύνοδος αὕτη διὰ τοῦ παρόντος κανόνος ἀνεκαίνισε, διορισαμένη, κἂν ἐπιχειρήσῃ μεταβῆναι ἐκ πόλεως εἰς ἑτέραν πόλιν ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, κἂν μεταβαίη, καὶ εἰς ἔργον ἀγάγῃ τὸ ἐπιχείρημα, ἀκυροῦσθαι τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ, καὶ ἀποκαθίστασθαι ἐν ᾗ χειροτονούμενος ὠνομάσθη· ἕτερος γὰρ κανὼν C διατάττεται μηδένα ἀπολελυμένως, ἤγουν ἀνωνύμως, χειροτονεῖσθαι, ἀλλ' εἰς τήνδε τὴν ἐπισκοπήν, ἢ τὴν ἐκκλησίαν, ἢ τὴν μονήν.

ΑΡΙΣΤ. *Ἐκ πόλεως εἰς πόλιν μήτε ἐπίσκοπος, μήτε πρεσβύτερος, ἢ διάκονος μεταβαινέτω· ἐπεὶ πάλιν ἀποδοθήσονται ταῖς ἐκκλησίαις ἐν αἷς κεχειροτόνηνται.*

Κανὼν οὗτος οὐ μόνον τὰς τῶν ἐπισκόπων μεταθέσεις παντελῶς ἀναιρεῖ, ἀλλὰ καὶ τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, καὶ τοὺς ἐπιχειρήσαντας τοιοῦτόν τι ποιῆσαι ἀποκαθιστᾷ πάλιν ταῖς ἐκκλησίαις ἐν αἷς κεχειροτόνηνται· ὁ δὲ τῆς ἐν Σαρδικῇ πρῶτος καὶ δεύτερος κανὼν αὐστηροτέρως αὐτοὺς τιμωρεῖ, ἀκοινωνησίας τούτους ὑποβάλλων ἐπιτιμίῳ.

ΚΑΝΩΝ ΙϚ'.

D *Ὅσοι ῥιψοκινδύνως μήτε τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντες, μήτε τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα εἰδότες, ἀναχωρήσουσι τῆς ἐκκλησίας, πρεσβύτεροι ἢ διάκονοι, ἢ ὅλως ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενοι· οὗτοι οὐδαμῶς δεκτοὶ ὀφείλουσιν εἶναι ἐν ἑτέρᾳ ἐκκλησίᾳ· ἀλλὰ πᾶσαν αὐτοῖς ἀνάγκην ἐπάγεσθαι χρὴ, ἀναστρέφειν εἰς τὰς ἑαυτῶν παροικίας, ἢ ἐπιμένοντας ἀκοινωνήτους εἶναι προσήκει. Εἰ δὲ καὶ τολμήσειέ τις ὑφαρπάσαι τὸν τῷ ἑτέρῳ διαφέροντα, καὶ χειροτονῆσαι ἐν τῇ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ, μὴ συγκατατιθεμένου τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, οὗ ἀνεχώρησεν ὁ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενος, ἄκυρος ἔστω ἡ χειροτονία.*

ΒΑΛΣ. Ἀπὸ τοῦ τέλους τοῦ ιε' κανόνος παρίσταται A ὅτι πάντες οἱ χειροτονούμενοι ἢ εἰς ἐπισκοπὰς ἐκληροῦντο, ἤτοι ἐχειροτονοῦντο, ἢ εἰς μοναστήρια, ἢ εἰς θείους ναούς· ὅθεν ἀκολούθως τούτῳ καὶ ὁ ς' κανὼν τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου καὶ ὁ ι' διορίζονται οὕτω τοὺς κληρικοὺς γίνεσθαι, καὶ τὴν παρὰ ταῦτα γενησομένην χειροθεσίαν ἀκυροῦσθαι. Διὸ καὶ δέδοκται μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας τινὰ κληρικὸν ἀπὸ παροικίας εἰς παροικίαν μεταβαίνειν καὶ ἀμείβειν τὸν κλῆρον ἄνευ γραφῆς ἀπολυτικῆς τοῦ χειροτονήσαντος τοῦτον. Τοὺς δὲ μετακαλουμένους κληρικοὺς παρὰ τῶν χειροτονησάντων αὐτοὺς, καὶ μὴ πειθομένους, ἀναστρέφειν ἀκοινωνήτους αὐτοῖς εἶναι, ἤγουν μὴ παραχωρεῖσθαι συνιερουργεῖν τούτοις. Εἰς τοῦτο γὰρ τὸ μὴ κοινωνεῖν ἐκλαμβάνεται, οὐ μὴν εἰς τὸ μὴ ἐκκλησιάζειν, ἢ εἰς τὸ μὴ B μεταλαμβάνειν τῶν ἁγιασμάτων, ἀκολούθως πάντως τῷ ιε' ἀποστολικῷ κανόνι, τῷ διοριζομένῳ μὴ λειτουργεῖν τοὺς τοιούτους. Ὁ δὲ ις' ἀποστολικὸς κανὼν ἀφορισμῷ καθυποβάλλει τὸν δεξάμενον ἐπίσκοπον ἐξ ἑτέρας παροικίας κληρικὸν ἄνευ ἀπολυτικῆς γραφῆς τοῦ χειροτονήσαντος αὐτόν. Ὥστε καλῶς ποιεῖ ὁ κατὰ καιροὺς τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας χαρτοφύλαξ, μὴ παραχωρῶν τοῖς ἐξωχειροτονήτοις ἱερεῦσιν ἱερουργεῖν, μὴ προκομίζουσι συστατικὰς καὶ ἀπολυτικὰς γραφὰς τῶν χειροτονησάντων αὐτούς. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν λε' ἀποστολικὸν, κανόνα, συνόδου Ἀντιοχείας κανόνας ιγ' καὶ κϐ' συνόδου Ἐφέσου κανόνα η'.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ μὲν πρὸ τούτου κανὼν τοὺς ἀναχωροῦντας τῶν οἰκείων ἐκκλησιῶν καὶ ἄλλαις προσερχομένους ἀποκαθίστασθαι τῇ ἐκκλησίᾳ διορίζεται C ἐν ᾗ κεχειροτόνηται ἕκαστος· οὗτος δὲ τοὺς μὴ πειθομένους ἐπανελθεῖν, καὶ ἀκοινωνήτους εἶναι θεσπίζει. Ἔοικεν οὖν ἐναντιοῦσθαι τῷ ιε' κανόνι τῶν ἱερῶν ἀποστόλων. Ἐκεῖνος γὰρ τοὺς καταλείψαντας κληρικοὺς τὰς ἑαυτῶν παροικίας, καὶ εἰς ἄλλην παροικίαν παντελῶς μεταστάντας παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου αὐτῶν μηκέτι λειτουργεῖν κελεύει, ὡς δὲ λαϊκοὺς κοινωνεῖν ἐπιτρέπει ἐκεῖ. Οἶμαι τοίνυν ἐπὶ τοῦ παρόντος κανόνος τὸ ἀκοινωνήτους εἶναι οὕτως νοεῖσθαι, ἤγουν μὴ συγκοινωνεῖν αὐτοῖς τοὺς ἱερατικοὺς δηλαδή. Ἀλλὰ ἀποτρέπεσθαι τὸ συνιερουργεῖν αὐτοῖς τοὺς τοιούτους· κοινωνίαν ἐνταῦθα τῶν ἁγίων Πατέρων οὐχὶ τὴν D μετάληψιν τῶν ἁγιασμάτων ὀνομασάντων, ἀλλὰ τὴν τῶν ἱερῶν συμμεταχείρισιν καὶ κοινοπραξίαν, καὶ τὸ συλλειτουργεῖν τοῖς οἷσπερ προσῆλθον. Οὕτω γὰρ νοούμενος ὁ παρὼν κανὼν, οὐ διαφωνεῖν πρὸς τὸν ἀποστολικὸν κανόνα δόξει τινί. Εἶτα ἐπάγει ὡς, εἰ ἐπίσκοπός τις τὸν ἀφ' ἑτέρας πόλεως εἰς ἑτέραν μεταναστεύσαντα κληρικὸν χειροτονήσει, προαγαγὼν ἴσως αὐτὸν εἰς βαθμὸν μείζονα μὴ βουλομένου τοῦ ἐπισκόπου, ἐξ οὗ ἀνεχώρησεν, ἄκυρος ἔσται ἡ χειροτονία.

ΑΡΙΣΤ. *Ὅσοι πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι τῆς ἐκκλησίας ἀναχωρήσουσιν, ἄδεκτοι εἰς ἑτέραν ἐκκλησίαν γενήσονται· ἀλλ' ἐπιστρεφέτωσαν εἰς τὴν αὐτῶν παροικίαν.* Εἰ δέ τις τὸν ἑτέρῳ

BALS. Ex fine decimi quinti canonis ostenditur, quod omnes qui ordinantur, vel ad episcopatus eliguntur 77 sive ordinantur, vel ad monasteria, vel ad divinas ædes. Unde ei consequenter et 6 canon Chalced. syn. et 10 statuunt clericos sic fieri, et quæ aliter facta fuerit, manuum impositionem irritam haberi. Quocirca etiam placuit non esse in clerici potestate a civitate in civitatem migrare, et clerum commutare sine dimissoriis litteris ejus qui ordinavit: clericos autem qui ab eis qui ordinarunt ipsos, evocantur, et redire non persuadentur, esse a communione separatos, id est non permitti eis ut simul sacrificent. In ea enim significatione non communicare accipitur: non autem in ea quæ est, in ecclesiam non accedere, vel sacramenta non participare: idque omnino fit consequenter 15 canoni apostolico, qui decernit eos non ministrare. 16 autem canon apostolicus segregationi subjicit etiam episcopum qui ex alia parochia clericum recipit, sine dimissoriis litteris ejus qui eum ordinavit. Quare recte facit is qui pro tempore est Magnæ Ecclesiæ chartophylax, non permitens iis qui extra ordinati sunt, sacerdotibus, sacrificare, nisi et commendatitias et dimissorias litteras eorum a quibus sunt ordinati afferant. Lege et 35 can. apost. synod. Antioch. can. 13 et 22, et synod. Ephes. can. 8.

ZONAR. Quicunque suis relictis ecclesiis, in alias divertissent, ecclesiæ in qua quisque ordinatus est, superiori canone restitui jubentur. Hic vero eos qui non paruerint reverti, ac propterea communione privatos esse decernit. Hinc ergo aliquis, sanctorum apostolorum decimo quinto canoni, constitutionem hanc adversari facile suspicetur. Nam illo quoque, quicunque clerici in aliam parœciam, sua relicta, invito episcopo suo transmearint, sacris unquam operari, facta nihilominus laicorum communicandi potestate!, prohibentur. Communionis igitur privationem hoc loco eam intelligendam esse arbitror, qua initiati videlicet iis sacra facientibus nullo modo communicare, sed eos in sacro ministerio penitus aversari jubentur. Communionisque nomine, non sacrorum mysteriorum perceptionem, sed in sacris muneribus ac ministeriis una cum iis ad quos accedunt obeundis societatem hic a Patribus reor esse significatam. Hac siquidem ratione explicatum, nihil hunc ab apostolico canone discrepare, facile apparebit. Deinde subjicit, quod si quis episcopus clericum qui ab una in aliam urbem transivit ordinaverit, promovens fortassis eum in majorem gradum, episcopo a quo discessit, non consentiente, irrita erit ordinatio.

ARIST. *Quotquot presbyteri vel diaconi ab ecclesia recesserint, in aliam ecclesiam non sunt admittendi, ad suam vero parœciam revertantur. Si quis autem eum qui ad aliam pertinet, sine pro-*

prii episcopi sententia ordinaverit, irrita erit ordinatio.

Et hic canon eadem ac prior decernit, ut nullus presbyter aut diaconus qui ab ecclesia in qua clericus factus fuit recessit, ab alio episcopo admittatur, sed ut ad suam rursus parœciam redeat. Si quis autem episcopus clericum qui ad alium pertinet, receperit, et eum cum ordinavit ad majorem in sua ecclesia gradum provexerit, præter proprii episcopi sententiam, irrita erit ordinatio.

78 CANON XVII.

Quoniam multi qui in canone recensentur, plura habendi studium et turpe lucrum persequentes, divinæ Scripturæ obliti sunt : quæ dicit : « Argentum suum non dedit ad usuram [41] *: » et fœne-* B *rantes, centesimas exigunt : æquum censuit sancta*

A *διαφέροντα χειροτονήσοι χωρὶς γνώμης τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου, ἄκυρος ἡ χειροθεσία.*

Καὶ οὗτος ὁ κανὼν τὰ αὐτὰ τῷ πρὸ αὐτοῦ διορίζεται· ὥστε μήτε τινὰ πρεσβύτερον ἢ διάκονον τῆς ἐκκλησίας ἐν ᾗ κεκλήρωται ἀναχωρήσαντα, ἐφ' ἑτέρου ἐπισκόπου παραδεχθῆναι, ἀλλ' ἐπιστρέφειν αὖθις εἰς τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν. Εἰ δέ τις ἐπίσκοπος τὸν ἑτέρῳ διαφέροντα κληρικὸν παραδέξεται, καὶ χειροτονήσας αὐτὸν, εἰς μείζονα προαγάγῃ βαθμὸν ἐν τῇ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ, χωρὶς γνώμης τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου, ἀκυρωθήσεται ἡ χειροθεσία.

ΚΑΝΩΝ ΙΖ'.

Ἐπειδὴ πολλοὶ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενοι, τὴν πλεονεξίαν καὶ τὴν αἰσχροκερδίαν διώκοντες, ἐπελάθοντο τοῦ θείου Γράμματος λέγοντος· « Τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ, » καὶ δανείζοντες ἑκατοστὰς (63) *ἀπαιτοῦσιν· ἐδι-*

[41] Lev. xxv, 37

Guill. Beveregii notæ.

(63) *Ἑκατοστάς.* Apud veteres Græcos, pariter ac Latinos, antiqua obtinuit consuetudo, ut qui pecunias fenori dederint, singulis mensibus centesimam sortis sive summæ, quanta fuit, partem a debitoribus exigerent : adeo ut centum elapsis mensibus usura ipsam sortem adæquaret. Et hinc est, quod S. Basilius M. dicat, quod qui nummos fenore accepit, φοβεῖται τοὺς μῆνας ὡς τόκων πατέρας, *expavescit menses tanquam usurarum parentes.* Basil. In Psal. xiv. De hac menstrua fenoris solutione Aristophanes sæpe meminit, apud quem Strepsiades, qui multum pecuniæ mutuo acceperat, C cum Socrate deliberans, qua demum ratione creditores suos circumscriberet, egregium se commentum excogitasse ait, quo rem sibi statim effectam daret, ut lunam nimirum cœlo direptam in loculo veneficæ ope concluderet; luna enim non oriente, nec creditores ejus noscere potuissent, quando exigenda esset usura; sic enim illi colloquuntur in Aristoph. Nubibus, Act. ii, scen. 1 :

Στρ. Γυναῖκα φαρμακίδ' εἰ πριάμενος Θετταλὴν,
Καθέλοιμι νύκτωρ τὴν σελήνην· εἶτα δὴ
Αὐτὴν καθείρξαιμ' ἐς λοφεῖον στρογγύλον,
Ὥσπερ κάτοπτρον κᾆτα τηροίην ἔχων.
Σω. Τί δῆτα τοῦτ' ἂν ὠφελήσειέ σ'· Στρ. ὅτι
Εἰ μηκέτ' ἀντέλλοι σελήνη μηδαμοῦ,
Οὐκ ἂν γ' ἀποδοίην τοὺς τόκους. Σω. Τίη τί δή;
Στρ. Ὁτιὴ κατὰ μῆνα γ' ἀργύριον δανείζεται.

Str. Si Thessalicam mihi quamdam emam veneficam
Et nocte lunam ipsam diripiam cælitus,
Atque in rotundum loculum concludam, velu,
Spectrum : ac postea sic asservans custodiam.
So. Quid vero hoc commodaverit tibi? Str. Quia,
Si luna nunquam terræ oriatur amplius,
Nulli persolvam usuras. So. Quid ita? mi senex.
Str. Quia argentum secundum mensem fenerat.

In quem locum scholiastes observat, τελουμένης γὰρ σελήνης οἱ τόκοι ἐδίδοντο· εἰ γοῦν οὐκ ἀνατέλλοι, πῶς ἂν οἱ δανεισταὶ γνόντες τὸν μῆνα τελούμενον ἀπαιτήσαιεν τοὺς τόκους; *Nam confecta luna usuræ pendebantur; si igitur ea non oriretur, quomodo creditores ex eo quod vertentem mensem cognoscerent, usuras repeterent?* Hinc etiam constat; non qualibet mensis die, sed τελουμένης σελήνης, ultima nimirum die, quæ ἕνη καὶ νέα dicta est, usuras exactas esse. Unde et idem Strepsiades alibi ait, Act. iv, scen. 1 :

Πέμπτη, τετρὰς, τρίτη, μετὰ ταύτην δευτέρα,
Εἶθ' ἣν ἐγὼ μάλιστα πασῶν ἡμερῶν
Δέδοικα, καὶ πέφρικα, καὶ βδελύττομαι,
Εὐθὺς μετὰ ταύτην ἔσθ' ἕνη καὶ νέα.
Πᾶς γάρ τις ὀμνύς' οἷς ὀφείλων τυγχάνω
Θείς μοι πρυτανεῖ' ἀπολεῖν μέ φησι κἀξολεῖν.

En quinta, quarta, tertia et secunda : et quam ego
Ex omnibus diebus timeo maxime
Planeque horreo, et abominor, mox imminet,
Vetus et nova, mensium dies tricesima.
Nam omnes, quibus ego aliquid argenti debeo,
Deposita in judicio pecunia mihi minantur,
Ac jurant, quod funditus velint
C *Me perdere, et omnibus bonis evertere.*

Hinc Pasias Danista eumdem Strepsiadem vocat ἐς τὴν ἕνην καὶ νέαν, ibid. scen. 4. Alibi etiam Solon hanc legem primus tulisse dicitur, ἵνα θέσεις γίγνοιντο τῇ νουμηνίᾳ, *ut depositiones fierent neomenia*, ibid. scen. 3. Creditor igitur usuras suas ἕνῃ καὶ νέῃ, hoc est, ultima die mensis exigebat, ἕνῃ καὶ νέᾳ vocata, ἐπεὶ μετέχει τοῦ τε παλαιοῦ καὶ τοῦ νέου φωτὸς, *quod tam de vetere quam novo lumine participet* : ut ait ibidem Scholiastes. Deponendæ autem erant usuræ a debitore τῇ νουμηνίᾳ, proxima die, Kalendis Latine dictis. Hoc autem et Latinis in more positum fuisse, ut feneratores usuram a debitoribus, Kalendis cujusque mensis repeterent, testis est Horatius, Satyr. l. i, sat. 3 :

Odisti et fugis, ut Drusonem debitor æris,
Qui nisi cum tristes misero venere Kalendæ
Mercedem, et nummos unde unde extricat.

D Et hinc etiam est, quod Kalendis nummos in fenore ponere consueti sunt, Horat. Epod. 2 :

Hæc ubi locutus fenerator Alphius
Jam jam futurus rusticus,
Omnem redegit Idibus pecuniam;
Quærit Kalendis ponere.

Porro fenerator non indefinitam aliquam, sed centesimam nummi locati partem singulorum mensium Kalendis exigere solitus est; adeo ut centum librarum sors, singulis mensibus unam, et consequenter singulis annis vertentibus duodecim libras pareret. Hinc τόκος ἑκατοστιαῖος appellatur a D. Chrysostomo, in Matth. hom. 56, p. 362, sed frequentius simpliciter Græcis ἑκατοστὴ, Latinis, *centesima* ; ut apud Chrysostomum loco ante citato, οὗτος μόλις ἑκατοστὴν ἀποδίδωσι, ἐκεῖνος δὲ (Θεὸς) ἑκατονταπλασίονα καὶ ζωὴν αἰώνιον. Et alibi, ὅτι ἐπὶ τούτου τοῦ δανείου οὐκ ἔστιν ἀγνωμοσύνην

καίωσεν ἡ ἁγία καὶ μεγάλη σύνοδος ὡς, εἴ τις A εὑρεθείη μετὰ τὸν ὅρον τοῦτον τόκους λαμβάνων, ἐκ μεταχειρίσεως, ἢ ἄλλως μετερχόμενος τὸ πρᾶγμα, ἡμιολίους ἀπαιτῶν, ἢ ὅλως ἕτερόν τι ἐπινοῶν αἰσχροῦ κέρδους ἕνεκα, καθαιρεθήσεται τοῦ κλήρου, καὶ ἀλλότριος τοῦ κανόνος ἔσται.

et magna synodus, ut si quis inventus fuerit post statutum usuras ex mutuo sumere, vel eam aliter persequi, sesquialteras exigens, vel aliquid aliud excogitare turpis quæstus gratia, e clero deponatur, et sit alienus a canone.

ΒΑΛΣ. Ὁ μδʹ ἀποστολικὸς κανὼν τοὺς ἀπαιτοῦντας τόκους ἀπὸ δανείου, πρεσβυτέρους ἢ διακόνους, καθαιρεῖσθαί φησιν εἰ μὴ παύσωνται. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν πάντας τοὺς κληρικοὺς τοὺς μετὰ τόκου δανείζοντας, ἢ ἡμιολίας ἀπαιτοῦντας, ἢ ἕτερόν τι αἰσχρὸν κέρδος ἑαυτοῖς ἐπινοοῦντας, καθαιρεῖσθαι ἐδικαίωσεν, ἀντὶ τοῦ οὕτω δίκαιον εἶναι ἔκρινε. Ζήτει τὰ ἐν τῷ ῥηθέντι ἀποστολικῷ κανόνι γραφέντα, καὶ τὸ κζʹ κεφάλ. τοῦ θʹ τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, λέγον ἐν μέρει ἀπαιτεῖσθαι τόκους καὶ παρὰ ἱερωμένων, δηλονότι ἀπὸ διαφέροντος, καὶ τοὺς ἐξ ὑπερθέσεως. Τοῦ δὲ ἀποστολικοῦ κανόνος καὶ ἑτέρων διοριζομένων τοὺς ἱερωμένους τοκίζοντας καθαιρεῖσθαι, εἰ μὴ παύσωνται, ἐρωτήσει τις, Ἐκείνοις ὀφείλομεν προσσχεῖν, ἢ τῷ παρόντι κανόνι λέγοντι ἀπεντεῦθεν αὐτοὺς καθαιρεῖσθαι; Λύσις. Ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, μετὰ παραγγελίαν ὁ κληρικὸς μὴ ἀφιστάμενος τῆς αἰσχροκερδείας, καθαιρεθήσεται, διὰ τὸ τοῦ ἀποστολικοῦ κανόνος φιλανθρωπότερον. Σημείωσαι οὖν τὸν κανόνα διὰ τοὺς ἱερωμένους τοὺς ἐμπορευομένους οἰνάρια, καὶ

BALS. Quadragesimus quartus canon apostolicus, eos qui ex mutuo usuras exigunt, presbyteros, vel diaconos deponi jubet, nisi cessent. Præsens autem canon, omnes clericos qui fœnerantur, vel sesquialteras exigunt, vel aliquod aliud turpe lucrum excogitant, deponi ἐδικαίωσεν, hoc est, sic æquum censuit. Quære et quæ scripta sunt in dicto apostolico canone : et 27, cap. 9, tit. præsentis Operis, B dicens, ex parte ab iis qui sacris ordinibus initiati sunt, etiam usuras repeti, scilicet et ex eo quod interest, et ex mora. Cum vero apostolicus canon et alii, decernant, sacerdotes fœnerantes deponi, nisi cessaverint, an eos attendere debemus, an præsentem canonem, qui dicit ipsos ex hoc ipso deponi? Solutio. Ut mihi videtur, clericus, post denuntiationem, a turpi lucro non abstinens, deponetur, eo quod canon apostolicus Humanius loquatur. Nota ergo canonem propter sacerdotes, qui vina cauponantur, et balnea conducunt, et quædam alia ejusmodi faciunt, et quæ canoni non subjicitur, ultimam ancoram paupertatem prætexunt. Verbum

Guill. Beveregii notæ.

ὑποστῆναι, οὐδὲ ἑτέραν τινὰ ζημίαν· οὐδὲ γὰρ καθάπερ ἐνταῦθα ἑκατοστὴν μόνον ὑπισχνεῖται δώσειν, ἀλλὰ ἑκατονταπλασίονα τῶν διδομένων, καὶ οὐδὲ μέχρι τούτου ἵσταται. Id. in *Gen.* λογ. γʹ. p. 16, rursus, τὸ μὴν εὐγνωμονοῦντα Θεὸν καὶ οὐχὶ ἑκατονταπλασίονα παρέχοντα ἀφίεμεν. Id. in Rom. λογ. ζʹ. p. 52. Plinius secundus, *Proinde prima quaque occasione mille, appositis quidem usuris, quas ego (non possum parcius) centesimas computabo.* Plin, epist. 205. Cicero, *Postquam tu es profectus in creditorum causa, ut centesimæ perpetuo fenore ducerentur.* Cicer. ad Att. l. v. Epist. 21. *Interim cum ego in edicto Tralaticio centesimas me observaturum haberem, cum anatociis anniversario.* ibid. *Nam a Cæcilio propinquus minore centesimis nummum movere non possunt*, ibid. l. i, xii. Justinianus, *In trajectitiis autem contractibus, vel specierum fenori dationibus, usque ad centesimam tantummodo licere stipulari*, l. xxvi, c. *de usuris*. Sed ut alia, quæ passim occurrunt, hujusmodi testimonia mittam, D. Ambrosius centesimarum harum rationem optime explicat, dicens, *Unde etiam* τόκους *Græci appellaverunt usuras, eo quod dolores partus animæ debitoris excitare videantur. Veniunt Kalendæ, parit sors centesimam. Veniunt menses singuli, generantur usuræ. Malorum parentum mala proles; hæc est generatio viperarum. Crevit centesima, petitur, nec solvitur, applicatur ad sortem. Fit maledictum propheticum, dolus in dolo, usura improbi fenoris fetura deterior. Itaque non jam centesima incipit esse, sed summa, id est, non fenoris centesima, sed fenus centesimæ.* D. Ambros. de Tobia, c. 12. Ex his enim verbis liquet, singulis mensibus centesimas e sorte qualibet generari; adeo ut e sorte centum librarum duodecim fenebres libræ quotannis oriantur. Unde illud Plinii secundi, *Nec inveniuntur, qui velint debere reipublicæ, præsertim duodenis assibus, quam a privatis mutuantur.* Plin.

C *Epist.* l. x, 62. Et disertius Zonoras in hunc canonem, Καὶ ἦν ὁ τόκος τῶν ἑκατὸν νομισμάτων, νομίσματα δώδεκα, videlicet annuatim. Hæc igitur est illa usuræ species, qua accipienda in præsenti canone clericis nominatim interdicitur : nec a præsenti solo, sed etiam a Syn. Trull. can. 10. Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος τόκους ἢ τὰς λεγομένας ἑκατοστὰς λαμβάνων, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω. Quinetiam lex civilis laicis quoque centesimalem hanc usuram moderata est : sic enim statuit Justinianus : « Super usurarum vero quantitate, etiam generalem sanctionem facere necessarium esse duximus, veterem duram, et gravissimam earum molem ad mediocritatem deducentes. Ideoque jubemus illustribus quidem personis, sive eas præcedentibus, minime licere ultra tertiam partem centesimæ, usurarum nomine, in quocunque contractu, vili, vel maximo stipulari. Illos vero, qui ergasteriis præsunt, vel aliquam licitam nego- D tiationem gerunt, usque ad bessem centesimæ, usurarum nomine, in quocunque contractu suam stipulationem moderari. In trajectitiis autem contractibus, vel specierum fenori dationibus, usque ad centesimam tantummodo licere stipulari, nec eam excedere; licet veteribus legibus hoc erat concessum. Cæteros autem omnes homines dimidium tantummodo centesimæ usurarum nomine posse stipulari, et eam quantitatem usurarum, etiam in aliis omnibus casibus, nullo modo ampliari, in quibus citra stipulationem exigi usuræ solent, » l. xxvi, par. 1, c. *de usuris*. Ubi obiter observatum velim leges civiles eamdem admittere usuræ quantitatem, quæ in nostra hac natione etiamnum obtinet. Nam dimidia centesimæ, est 6, per centum. Vide etiam Balsamonis responsum ad interrog. quart. Marci Alexandr. in juris Græco-Romani l. v, p. 364. Attaliatæ synopsin, tit. 20, et Basilic. l. xxiii, tit. 3.

autem quod in præsenti canone comprehenditur, et dicit, vel rem aliter persequi, vel sesquialteras exigere, est hujusmodi : quidam sacerdotes canonem intelligentes, et ipsum circumscribentes, verba quidem servant, mentem autem negligunt. Dant enim nonnullis pecuniam, et tantam ex lucro partem se capturos paciscuntur : periculum autem agnituros qui eam accipiunt, et cum sint revera fœneratores, verbo tamen societatem prætexunt. Hoc ergo canon aversatur, et eos qui hujusmodi quid faciunt, deponit. Sesquialteras autem intellige leviores usuræ exactiones. Quamvis enim, inquit, centesimas usuras gravissimas non exigat clericus, sive pro singulis nummorum libris, duodecim solidos (centesimæ namque a canonibus appellatæ sunt usuræ centesimæ, utpote quod olim non exagia 72 libra complecteretur, ut nunc usus obtinet, sed centum) petat autem dimidium totius usuræ, hoc est, sex solidos, vel etiam his pauciores : sic quoque deponetur. Scito autem quandoquidem hodie libra exagia complectitur 72, non 100 ut olim, eum qui centesimas pro libra usuras se accepturum pactus est, non duodecim solidos exacturum, sed pro rata parte.

A βαλανεῖα παχτεύοντας, καὶ ἄλλα ἄττα τινὰ τοιαῦτα ποιοῦντας, καὶ προβαλλομένους ἀκανόνιστον τελευταίαν ἄγχυραν τὴν πενίαν. Τὸ δὲ ῥῆμα τὸ περιεχόμενον ἐν τῷ παρόντι κανόνι, καὶ λέγον, Ἢ ἄλλως μετερχόμενος τὸ πρᾶγμα ἢ ἡμιολίας ἀπαιτῶν, τοιοῦτόν ἐστιν· τινὲς τῶν ἱερωμένων, εἰδότες τὸν κανόνα καὶ περιγράφοντες αὐτὸν, τὰ μὲν ῥήματα φυλάττουσι, τὸν δὲ νοῦν ἀθετοῦσι. Διδόασι γὰρ πρός τινας ἀργύρια, καὶ συμφωνοῦσι τοσήνδε μερίδα ἐκ τοῦ κέρδους αὐτοὺς λαμβάνειν· τὸν δὲ κίνδυνον ἐπιγινώσκεσθαι παρὰ τῶν λαμβανόντων αὐτά· καὶ τῇ ἀληθείᾳ δανεισταὶ ὄντες, κοινωνοὶ λέγεσθαι σχηματίζονται. Ἀποτρέπεται γοῦν καὶ τοῦτο ὁ κανὼν, καὶ καθαιρεῖ τοὺς ποιοῦντας τοιοῦτόν τι. Ἡμιολίας δὲ νόησον τὰς ἐλαφροτέρας ἀπαιτήσεις τοῦ τόκου.
B Κἂν καὶ, φησὶν, οὐκ ἀπαιτῇ ὁ κληρικὸς ἑκατοστιαίους τόκους βαρυτάτους, ἤτοι ὑπὲρ ἑκάστης ὑπερπύρων λίτρας ὑπέρπυρα ιϛʹ, δώδεκα (64) (ἑκατοσταὶ γὰρ παρὰ τῶν κανόνων ἐκλήθησαν οἱ ἑκατοστιαῖοι τόκοι· ὡς ἐκ παλαιοῦ τῆς λίτρας μὴ ποσουμένης εἰς ἑξάγια οβʹ κατὰ τὸ σήμερον ἐνεργοῦν, ἀλλὰ εἰς ρʹ)· ζητεῖ δὲ τὰ ἥμισυ τοῦ ὅλου τόκου, ἤγουν ϛʹ. ἐξ ἢ καὶ τούτων ἧττονα· καὶ οὕτω καθαιρεθήσεται. Ἔσο δὲ εἰδὼς ὡς, ἐπεὶ ἡ λίτρα σήμερον ἑξάγια ἔχει οβʹ, καὶ οὐχὶ ρʹ, ὡς τὸ παλαιὸν, ὁ συμφωνήσας τόκους λαβεῖν ὑπὲρ λίτρας, οὐκ ἀπαιτήσει ιϛ, ιβ, ἀλλὰ τὸ ἀναλογοῦν.

ZONAR. Fœnus, veteri quoque Lege vetitum

ΖΩΝΑΡ. Ἐπὶ τόκῳ δανείζειν καὶ ὁ παλαιὸς νόμος

Guill. Beveregii notæ.

(64) *Ὑπὲρ ἑκάστης ὑπερπύρων λίτρας ὑπέρπυρα ιϛ δώδεκα.* Ex his verbis perspicuum redditur, quam egregie hallucinantur, qui ὑπέρπυρα *Ignita*, cum Leunclavio, aut *vela coloris ignei*, cum aliis interpretantur. Ex hoc enim loco apertissime constat, ὑπέρπυρον, non tantum nummi genus esse, sed et centesimam esse litræ sive libræ partem. Hic enim Balsamon docet, pro singulis hyperpyrorum libris duodecim hyperpyra accipere, esse τόκους ἑκατοστιαίους, *centesimas usuras;* quæ, ut ante ostensum est, erant 12 in centum; ac proinde centum fuisse ὑπέρπυρα in quavis libra, cuique obvium est; alioquin enim duodecim ὑπέρπυρα pro singulis libris exigere, τόκος ἑκατοστιαῖος esse non potuit. Proximis autem verbis observatur, libram olim etiam ex centum exagiis constitisse. Unde constat ἑξάγια etiam ejusdem fuisse valoris atque ὑπέρπυρα. Dicta sunt autem et νομίσματα, in ejusdem Balsamonis responsis ad Marcum Alexandrinum, ὅπως δὲ χαλοῦνται οἱ τόκοι ἑκατοστιαῖοι, τῆς λίτρας μὴ συμποσουμένης εἰς νομίσματα ρʹ, ἀλλ᾽ εἰς οϛʹ, καιρὸς οὐκ ἔστι λέγειν. Bals. ad Marci interrog. 4. Ergo ὑπέρπυρα, ἑξάγια, et νομίσματα hoc sensu accepta, ejusdem cujus drachmæ, ponderis fuerunt. Nonnunquam enim et centum drachmæ in una libra numeratæ sunt. Ποτὲ μὲν γὰρ ἀντὶ τῆς λίτρας ρʹ δράχμὰς γράφουσιν αὐτοὶ, ποτὲ δὲ ἀντὶ τῆς μνᾶς. Galen. των κατὰ γένη lib. VI. Proprie autem libra tantum 96 drachmas continet. Ubi itaque centum habuisse traditur, pro μνᾶ *mina* usurpata est. Et minam quidem nonnunquam idem esse ac libram, testis est Kimchius, dicens, המנה הוא ליטרא *Mina est λίτρα*. Kimch. in I. Sam. 25. Mina autem centum drachmas pependit. Suidas, ἡ δὲ μνᾶ δραχμῶν ρʹ. Suid. in τάλαντον, ἑκατὸν δραχμαὶ ποιοῦσι μνᾶν μίαν. Id. in μνᾶ. Plinius, *Mina, quam nostri minam vocant, pendet drachmas Atticas centum.*

C Plin. nat. Hist. l. XXI, c. 34. Drachma autem Attica *denarii argentei pondus*, uti ibidem scribit Plinius, unde Talmudistæ, המנה מאה דינרין *Mina centum sunt denarii*, Bava kama. cap. 4, sect. 1, ὑπέρπυρα igitur ejusdem olim ponderis fuerunt, atque drachmæ, et denarii, nimirum centesima pars libræ; quo factum est ut quemadmodum centum drachmæ, in Galeni verbis ante laudatis, sic et centum hyperpyra nonnunquam pro libra scribantur. Scholiastes Harmenopuli, Καὶ ἐνταῦθα γὰρ ἄδηλόν ἐστιν, εἴτε τῷ Πέτρῳ παρ᾽ ἐμοῦ ἠριθμήθησαν τὰ ρʹ ὑπέρπυρα, εἴτε ἐμοὶ παρ᾽ ἐκείνου. Schol. Harmenop. lib. I, tit. 15. Sic et in Chronico Constantinopolitano ut a Meursio laudato et correcto, ὅπερ λαβὼν ὁ βασιλεὺς καὶ θαυμάσας δέδωκε τῷ κομίσαντι ὑπέρπυρα ἑκατόν. Utrobique enim τὰ ρʹ ὑπέρπυρα unam libram designant. Et ubi Wilhelmus Tyrius ait, *Dotis autem quantitas erat in centum millibus hyperorum justi ponderis, exceptis decem aliis ejusdem monetæ millibus.* Wilhel. Tyr.
D de bell. sacro lib. XVIII, c. 12, *hyperorum* mendose scribitur, pro *hyperpyrorum*, quorum centum millia constituunt mille libras : decem millia, centum libras. Secundum hæc in præsenti Balsamonis loco observandum est, post vocem ὑπέρπυρα notam hanc ιϛ occurrere, quæ ipsorum hyperpyrorum nota est, ac propterea hoc in loco redundat, quo vox ipsa ὑπέρπυρα tota scribitur. Paucis autem interjectis eadem recurrit, ὑπέρπυρα significans, ut ζητεῖ δὲ τὰ ἥμισυ τοῦ ὅλου τόκου, ἤγουν ιϛ ἑξ. et postea, οὐκ ἀπαιτήσει ιϛ ιϐʹ. ἀλλὰ τὸ ἀναλογοῦν. Utrobique enim ista figura ὑπέρπυρα denotat, ut ex ipso verborum sensu constat. Gentianus Hervetus ὑπέρπυρα hic *solidos* vertit; quam etiam versionem nos admittimus, quoniam usus obtinuit, ut libra in solidos primo distribuatur. Solidus autem hoc in loco non vicesimam, sed centesimam libræ partem significat.

ἅπασιν ἀπηγόρευσε. Φησὶ γὰρ, *Οὐκ ἐκτοκιεῖς τὸ ἀργύριόν σου τῷ ἀδελφῷ σου.* Εἰ δὲ ὁ ἀτελέστερος τοῦτο ἐνομοθέτησε, πολλῷ πλέον ὁ τελεώτερος καὶ ὁ πνευματικώτερος. Ἰδοὺ γὰρ πλέον τοῦ ἱεροῦ ὧδε. Ἅπασι μὲν οὖν ἀποτέτραπται τὸ ἐπὶ τόκῳ δανείζειν· εἰ δ' ἅπασι, μᾶλλον ἂν εἴη τοῖς ἱερωμένοις τοῦτο ἀνάρμοστον, οἳ καὶ τοῖς λαϊκοῖς εἰς ὑπόδειγμα καὶ παροξυσμὸν εἰς ἀρετὴν εἶναι ὀφείλουσι. Διὸ καὶ ὁ κανὼν ἀπαγορεύει τοῖς ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζομένοις, ἤτοι τοῖς ἐν κλήρῳ τεταγμένοις ἑκαστοκὰς ἀπαιτεῖν, τόκους δηλαδὴ ἑκατοστιαίους. Πολυαρίθμων γὰρ ὄντων τῶν τόκων, βαρύτεροι τῶν ἄλλων οἱ ἑκατοστιαῖοί εἰσιν. Ὥσπερ γὰρ τοῖς νῦν αἱ λίτραι μέχρι τῶν ἑβδομήκοντα δύο ἀριθμοῦνται, οὕτω τοῖς παλαιοῖς αἱ ἑκατοντάδες ἦσαν, καὶ ἦν ὁ τόκος τῶν ἑκατὸν νομισμάτων νομίσματα δώδεκα· διὸ καὶ ἑκατοστιαῖος ἐλέγετο, ὡς ἐπὶ τοῖς ἑκατὸν ἀπαιτούμενος. Ἀπαγορεύσασα οὖν ἡ σύνοδος λαμβάνειν τόκους τοὺς ἐν κλήρῳ, ἐπάγει τοῖς μὴ φυλάξουσι τὸν κανόνα καὶ ἐπιτίμιον, καί φησιν· Ἐδικαίωσεν ἡ ἁγία σύνοδος, ἀντὶ τοῦ, δίκαιον ἡγήσατο, ἵνα εἰ εὑρεθείη τις μετὰ τὰ ὁρισθέντα νῦν λαμβάνων τόκους ἐκ μεταχειρίσεως, ἤγουν ὡς οἷόν τινα πραγματείαν τὸ τοκίζειν μεταχειριζόμενος ἢ ἄλλως μετερχόμενος τὸ πρᾶγμα. Τινὲς γὰρ, ἐκφεύγοντες τὸ λέγεσθαι περὶ αὐτῶν ὅτι τόκους λαμβάνουσι, διδόασι τοῖς χρῄζουσιν ἀργύρια, καὶ συμφωνοῦσι συμμερίζειν αὐτοῖς τὸ κέρδος· καὶ οὐ δανειστὰς ἑαυτοὺς, ἀλλὰ συγκοινωνοὺς ὀνομάζουσι, καὶ ζημίας μὴ ὄντες κοινωνοὶ, ἐπὶ τῷ κέρδος μόνῳ κοινοπραγοῦσι. Ταῦτα τοίνυν καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα ἀπαγορεύων ὁ κανὼν καθαιρεῖσθαι κελεύεται τοὺς τοιαῦτα τεχνάζοντας, ἢ ἕτερόν τι ἐπινοοῦντας αἰσχροῦ κέρδους χάριν, ἢ ἀπαιτοῦντας ἡμιολίας. Εἰπὼν ἄνω περὶ ἑκατοστιαίου τόκου, ὃς τῶν τόκων ἐστὶν ὁ βαρύτερος, ὡς προείρηται, παρακατιὼν καὶ τοῦ κουφοτέρου ἐμνήσθη τῆς ἡμιολίας, ἥτις ἐστὶ τοῦ ὅλου τὸ ἥμισυ, ἤγουν τῶν δώδεκα νομισμάτων, ἅτινά εἰσι τῆς ἑκατοστῆς ὁ πληρέστατος καὶ ὁλόκληρος τόκος. Εἴποι δ' ἄν τις τὰς ἡμιολίας καὶ κατὰ ἀριθμητικούς. Ἐκείνοις γὰρ οἱ μὲν τῶν ἀριθμῶν ἐπίτριτοι (65) λέγονται, οἱ δὲ ἐπιτέταρτοι, ἐπίπεμπτοί τε καὶ ἔφεκτοι· οἱ δὲ ἡμιόλιοι ὡς ὁ ἓξ, καὶ ὁ ἐννέα, ὅτι ὅλους ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς ἀριθμοὺς, καὶ τὰ ἡμίση αὐτῶν. Ἔχουσι γὰρ ὁ μὲν ἓξ τὰ τέσσαρα καὶ τῶν τεσσάρων τὸ ἥμισυ, ὅ ἐστι

A universis fuit. Dicit enim, *Pecuniam fratri tuo non fœneraberis* [49]. Quod si illa minus perfecta Lex sanxit, multo magis nostra quæ perfectior est et spiritalior. Ecce enim aliquid templo amplius est hic. Omnibus quidem igitur fœneratitio lucro interdictum, sed ab eorum instituto, qui sacro ordini mancipati, exemplo laicis atque invitamento ad virtutem esse debent, alienissima ea ratio est. Proinde, quicunque in canone recensentur, hoc est, in clerum cooptati sunt, centesimas exigere prohibentur (usuras vid. centesimas), et quidem cum multa sunt usurarum genera, graviores reliquis sunt centesimæ. **79** Ut enim hoc tempore libræ ad septuaginta, duabus additis, numerantur, ita prisci

B habuere centurias, atque in centenos nummos duodeni, fœnoris nomine, solvebantur. Ex quo centesimæ quoque nomen, quod ex centenis exigeretur, petitum est. Synodus itaque cum prohibuisset clericos usuras accipere, pœnam quoque in eos, qui non obtemperaverint, constituit. Et ait, ἐδικαίωσεν, hoc est, æquum censuit sancta synodus, ut si quis post ea quæ nunc statuuntur, inventus fuerit usuras ex tractatione, hoc est, quasi instar negotiatoris fœnerationem sibi tractandam suscipiens, aut alia quacunque ratione exigens. (Fœneratorii enim nominis infamiam aliqui declinantes, pecuniam ita dant mutuam, ut sibi lucri partem ex ea paciscantur, nec se fœneratores, sed socios dicunt, ac emolumentorum tantummodo participes,

C nullum interea jacturæ periculum subeunt.) Hæc igitur et hujusmodi omnia canon vetat, eaque qui exercent, aut aliud quidpiam turpis lucelli gratia excogitaverint, aut sesquialteras exegerint, deponi jubet. Cum namque supra egerit de centesimis, quæ sunt omnium usurarum, ut diximus, iniquissimæ, mox eam quæ minus injuriæ habet, sesquialteram quoque rejicit. Est autem sesquialtera, totius dimidium, duodecim videlicet nummorum altera pars, ex quibus conficitur centesimæ integrum atque perfectum fœnus. Sed dicat fortasse aliquis sesquialteras etiam juxta arithmeticos. Apud illos namque numerorum alii ἐπίτριτοι dicuntur, hoc est, sesquitertii, alii ἐπιτέταρτοι, ἐπίπεμπτοι et ἔφεκτοι, quasi sesquiquartos dicas, quintos et sextos, alii vero sesquialteri, ut senarius et novena-

D rius, quod totum, ac ejus præterea dimidiam partem

[49] Deut. XXIII, 19.

Guill. Beveregii notæ.

(65) *Οἱ μὲν ἀριθμῶν ἐπίτριτοι.* Quisnam proprie sit ἀριθμὸς ἐπίτριτος docuit olim Aulus Gellius, dicens, *Epitritos autem est, qui habet totum aliquem numerum, et ejusdem partem tertiam: ut quatuor ad tres: duodecim ad novem: quadraginta ad triginta.* Aul. Gell. *Noct. Att.* l. XVIII, c. 14. Necnon Macrobius, *Et est epitritus*, inquit, *cum de duobus numeris major habet totum minorem, et insuper ejus tertiam partem: ut sunt quatuor ad tria, nam in quatuor sunt tria et tertia pars trium, id est, unum. Et is numerus appellatur Epitritus, ex eoque nascitur symphonia, quæ appellatur* διὰ τεσσάρων. Macrob. in *Somn. Scip.* l. II, c. 1. Eadem itaque ratione et ἐπιτέταρτος est major ille numerus, qui minorem habet, et quartam insuper istius partem: ut decem sunt ad octo; nam in decem sunt octo, et quarta pars octo, sive duo. Sic etiam quinque, quindecim, viginti, etc., sunt numeri ἐπιτέταρτοι. Idem et de numeris ἐπιπέμπτοις et ἐφέκτοις dicendum est: nam ἐπίπεμπτος est, qui minorem cum quinta, ἔφεκτος qui minorem cum sexta illius parte continet. Sic duodecim ad decem est ἐπίπεμπτος, quatuordecim ad duodecim ἔφεκτος.

continea, senarius quidem quaternum, ejusque dimidium, qui est binarius, novenarius senarium senariique dimidium, nempe ternarium. Sed quocunque demum pacto sesquialteram intelligas, ea videlicet canonis est sententia, ut clericis non gravissimarum solum, sed mediocrium quoque usurarum exactione interdictum esse denuntiet.

ARIST. *Si quis usuras, aut sesquialteras accipit, alienus erit, et post hanc Ecclesiæ determinationem depositus.*

Centesimæ quidem usuræ quæ omnium habentur maximæ, duodecim sunt numismata, dimidiæ autem earum, sex. Si quis itaque e consecratis mutuo dans alicui per usuram vel graviores exiget usuras sive centesimas, vel sesquialteras, sive dimidium earum aut sextas, ut divinæ oblitus Scripturæ dicentis, *Pecuniam suam non dedit in usuram* [43], clero deponetur : etsi quadragesimus quartus apostolorum canon et sextæ synodi in Trullo decimus non exinde eum deponunt nisi quando admonitus hoc facere non desinat.

80 CANON XVIII.

Pervenit ad sanctam synodum, quod in nonnullis locis et civitatibus diaconi dant presbyteris Eucharistiam, quod neque canon, neque consuetudo tradidit, ut qui offerendi potestatem non habent, iis qui offerunt, dent corpus Christi. Jam vero illud etiam cognitum est, quod quidam ex diaconis etiam ante episcopos Eucharistiam attingunt. Hæc ergo omnia auferantur, et diaconi intra suas mensuras permaneant, scientes quod sunt quidem episcopi ministri, presbyteris vero minores. Accipiant autem suo ordine Eucharistiam post presbyteros, eis præbente episcopo vel presbytero. Sed nec in medio quidem presbyterorum liceat diaconis sedere. Id fit enim præter canonem et ordinem. Si quis autem non vult obedire, etiam post has constitutiones, a diaconatu desistat.

ΖΩΝΑΡ. Τῶν ἱερῶν Πατέρων συναθροισθέντων ἐν Ἐφέσῳ, καὶ συζητήσεως περὶ τῶν παρὰ τοῦ Νεστορίου εἰσαγομένων κακοδόξων γεγονυίας δογμάτων, προϊσταμένου τῶν ὀρθοδόξων Πατέρων τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου πάππα Ἀλεξανδρείας, ἐπέχοντα δὲ καὶ τὸν τόπον Κελεστίνου τοῦ πάππα τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, συναιρομένου δὲ τῷ ἁγίῳ Κυρίλλῳ καὶ Μέμνονος ἐπισκόπου Ἐφέσου· κατεδικάσθη ὁ Νεστόριος πατριάρχης ὢν τῆς νέας Ῥώμης ταύτης καὶ βασιλίδος τῶν πόλεων, καὶ ψήφῳ τῶν ἱερῶν Πατέρων καθῄρητο. Μετὰ δὲ τρεῖς ἡμέρας ὁ Ἀντιοχείας πατριάρχης Ἰωάννης, ἐπιστὰς σὺν πλείοσιν ἐπισκόποις, ὧν προεξῆρχον ὁ Κύρου πόλεως Θεοδώρητος καὶ Ἴβας Ἐδέσσης, λυπηθέντες ὅτι οὐχὶ καὶ τὴν αὐτῶν ἔλευσιν οἱ τῆς συνόδου ἀνέμειναν, τῇ καθαιρέσει τε τοῦ Νεστορίου ἐμέμψαντο, καὶ τὸν ἅγιον Κύριλλον τόν τε Ἐφέσου Μέμνονα ὑπὸ καθαίρεσιν ἐποιήσαντο. Ὁ μέντοι Θεοδώρητος καὶ κατὰ τῶν δώδεκα κεφαλαίων, ἃ ὁ μέγας ἐξέθετο Κύριλλος εἰς ἔλεγχον τῆς κακοδοξίας τοῦ Νεστορίου, στηριγμὸν δὲ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, δώδεκα κεφάλαια ἕτερα ἐκδέδωκεν εἰς ἀνατροπὴν καὶ ἀνασκευὴν ἐκείνων. Καὶ ὁ Ἴβας ὁμοίως ἐπιστολὴν ἐποιήσατο. Καὶ μέσον αὐτῶν διαφορὰ μεγάλη γέγονεν, ὡς καὶ καθαιρέσει παρὰ τῶν τῆς συνόδου τοὺς ἀρχιερεῖς ἐκείνους ὑποβληθῆναι, οἷα τοῖς Νεστορίου στοιχήσαντας. Διὰ ταῦτα τοίνυν καὶ ὁ παρὼν κανὼν ἐξετέθη, διδάσκων τοὺς μὴ τῇ συνόδῳ παρουσιάσαντας τῶν ἐπαρχιῶν ἐπισκόπους τὴν τοῦ Ἀντιοχείας καὶ τῶν ἄλλων συνοδικὴν καταδίκην, καὶ ὡς οὐ χρὴ ἀρχιερατικοῖς προνομίοις χρωμένους διαπράττεσθαί τι κατὰ ἐπισκόπων ἢ λαϊκῶν, οὔτε τοὺς τὰ Νεστορίου φρονήσαντας, οὔτε μὴν τοὺς φρονήσοντας.

ARIST. *Si metropolitanus, relicta synodo Cœlestino adhæsit vel adhæserit, rejiciendus.*

ΑΡΙΣΤ. *Ἐὰν ἀπολειφθεὶς* (81) *τῆς συνόδου μητροπολίτης τῷ Κελεστίνῳ ἀντέχηται, ἢ ἀνθέξηται, ἀπόβλητος.*

CANON II.

Si autem nonnulli provinciales episcopi sanctæ synodo non interfuerunt et apostasiæ accesserunt, vel accedere conati fuerunt, vel cum etiam Nestorii depositioni subscripsissent, ad apostasiæ consessum

ΚΑΝΩΝ Β'.

Εἰ δέ τινες ἐπαρχιῶται ἐπίσκοποι ἀπελείφθησαν τῆς ἁγίας συνόδου, καὶ τῇ ἀποστασίᾳ προσετέθησαν, ἢ προστεθῆναι πειραθεῖεν, ἢ καὶ ὑπογράψαντες τῇ τοῦ Νεστορίου καθαιρέσει

Guill. Beveregii notæ.

(80) *Ἀντὶ γὰρ Κελεστίου Κελεστίνου μέμνηται.* Sic quidem Alexius Aristenus, ad quem forsitan Balsamon hic respicit, in epitome hujus canonis subsequente, pro Celestio, Celestinum legit. Idem mendum etiam in Gennadii catalogum illustrium virorum irrepsit, ubi dicitur, *Celestinus antequam ad Pelagium concurreret, imo adhuc adolescens, scripsit ad parentes suos de monasterio epistolas in modum libellorum tres.* Non enim Celestinus sed Celestius ad Pelagium concurrit. Celestinus autem orthodoxus fuit Romæ episcopus, acerrimus Celestii et Pelagii sectatorum antagonista. Vide etiam annotationes in quartum hujus concilii canonem.

(81) *Ἐὰν ἀπολειφθεὶς.* Simeon Logotheta hanc canonis epitomen sic legit, Ἐὰν ἀπολειφθεὶς ὁ μητροπολίτης τῶν Κελεστίνου ἀντέχηται, ἢ ἀνθέξηται, ἀπόβλητος, καὶ τὸ ἑξῆς ἀδιοίκητος, *Si metropolitanus, relicta synodo, Celestini sectatoribus adhæret, vel adhæserit, rejiciendus, ac deinceps ab administratione Ecclesiæ removendus est.* Ubi ultima illa verba καὶ τὸ ἑξῆς ἀδιοίκητος, in Aristeni epitome desiderata, ad plenum canonis sensum exprimendum recte adduntur. Hic etiam advertas nomen Κελεστίνου pro Κελεστίου mendose scriptum esse.

ἐπαλινδρόμησαν πρὸς τὸ τῆς ἀποστασίας συνέδριον· τούτους πάντη κατὰ τὸ δόξαν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ἀλλοτρίους εἶναι τῆς ἱερωσύνης καὶ τοῦ βαθμοῦ ἐκπίπτειν. A

ΒΑΛΣ. Τὰ τοῦ παρόντος β' κανόνος ἡρμηνεύθησαν ἐν τῷ α' κανόνι, ὡς τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ διαλαμβάνοντος. Προστίθησι δὲ οὗτος καθῃρημένους εἶναι καὶ τοὺς ὑπογράψαντας μὲν ἐν τῇ καθαιρέσει τοῦ Νεστορίου, ὕστερον δὲ προστεθέντας τῷ μέρει τοῦ Ἰωάννου Ἀντιοχείας. Ὅτι δὲ ὁ κανὼν ἐν τῷ τέλει μέμνηται ἀλλοτριώσεως ἱερωσύνης καὶ ἐκπτώσεως βαθμοῦ, εἰπὲ ἐκλαμβάνεσθαι τὴν μὲν ἀλλοτρίωσιν τῆς ἱερωσύνης εἰς τοὺς ἐπισκόπους, τὴν δὲ ἔκπτωσιν τοῦ βαθμοῦ εἰς οὓς κυρίως οἱ βαθμοὶ ἐξελήφθησαν· ὥστε καὶ τοὺς προστεθέντας κληρικοὺς τῷ μέρει τῶν ἀποστατησάντων ὁπωσδήποτε καθῃρημένους εἶναι. B Τέως δὲ ὁ α' κανὼν περὶ ἐπισκόπων λέγων ἐν τῷ τέλει, φησὶ καὶ τὴν ἐπισκοπὴν βαθμόν.

ΖΩΝΑΡ. Τοῦ Ἀντιοχείας Ἰωάννου καὶ Θεοδωρήτου καὶ Ἴβα, ὡς εἴρηται, ἐναντιωθέντων ταῖς δόξαις τῷ ἀθροισμῷ τῶν Πατέρων, τινὲς καὶ τῶν ἄλλων ἐπισκόπων συνυπήχθησαν ἐκείνοις, οἱ μὲν ἀπολειφθέντες τῆς συνόδου, οἱ δὲ συμπαρουσιάσαντες, καὶ τὴν τῆς καθαιρέσεως τοῦ Νεστορίου ψῆφον ταῖς οἰκείαις ὑπογραφαῖς βεβαιώσαντες. Περὶ τῶν τοιούτων οὖν ὁ παρὼν διαλαμβάνει κανὼν ἐκπτώτους εἶναι τῆς ἱερωσύνης ἐκείνους διατάττόμενος· τοῦτο περὶ τῶν ἐπισκόπων νοητέον· τὸ δὲ καὶ τοῦ βαθμοῦ ἐκπίπτοντας περὶ κληρικῶν ἐκληπτέον· οὗτοι γὰρ ὑπὸ βαθμούς εἰσιν. Οἱ μὲν οὖν ἱερεῖς C μείζονος εἰσι βαθμοῦ ἤτοι ἀξίας, οἱ δὲ διάκονοι ἥττονος, καὶ καθεξῆς οἱ λοιποί.

ΑΡΙΣΤ. *Καὶ ὅστις Νεστορίῳ σύμφρων καὶ ὁμόφρων ἐπίσκοπος, ἀποκήρυκτος.*

ΚΑΝΩΝ Γ'.

Εἰ δέ τινες τῶν ἐν ἑκάστῃ πόλει ἢ χώρᾳ κληρικῶν ὑπὸ Νεστορίου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ὄντων τῆς ἱερωσύνης ἐκωλύθησαν διὰ τὸ ὀρθῶς φρονεῖν, ἐδικαιώσαμεν καὶ τούτους τὸν ἴδιον ἀπολαβεῖν βαθμόν. Κοινῶς δὲ τοὺς τῇ ὀρθοδόξῳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ συμφρονοῦντας κληρικοὺς κελεύομεν τοῖς ἀποστατήσασιν ἢ ἀφισταμένοις ἐπισκόποις μηδ' ὅλως ὑποκεῖσθαι κατὰ μηδένα τρόπον.

ΒΑΛΣ. Τῶν εἰκότων ἦν τινας κληρικοὺς ὀρθοδόξους μὴ φρονῆσαι τὰ τοῦ Νεστορίου ἢ τὰ τῶν συμφρονησάντων αὐτῷ ἐπισκόπων, καὶ διὰ τοῦτο ἀφορισθῆναι. Ἀποκαθίστησιν οὖν ὁ κανὼν τούτους εἰς τοὺς οἰκείους βαθμούς, προσεπάγων μὴ μόνους αὐτοὺς ἔχειν τοὺς οἰκείας ἐπιτιμίας, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς κληρικοὺς τῶν τοιούτων ἐπισκόπων μηδ' ὅλως ὑποκεῖσθαι αὐτοῖς ὡς ἀποστατήσασιν. D

ΖΩΝΑΡ. Πατριάρχης ὤν, ὡς εἴρηται, Κωνσταντινουπόλεως ὁ Νεστόριος, ἀφώρισέ τινας κληρικοὺς μὴ συμφρονοῦντας αὐτῷ. Καὶ ἐν ἄλλαις δὲ πόλεσιν οἱ ὁμοδοξοῦντες ἐκείνῳ ἐπίσκοποι τὸ αὐτὸ πεποιήκασι. Τοὺς οὖν τῆς ἱερωσύνης κωλυθέντας, ὡς μὴ συντιθεμένοις τῇ τοῦ Νεστορίου καὶ τῶν ὁμοφρόνων αὐτῷ κακοδοξίᾳ, ἡ ἁγία σύνοδος διὰ τοῦ παρ-

recurrerunt, ii omnino, ut sanctæ synodo visum est, sint a sacerdotio alieni, et gradu excidant.

BALS. Hic canon secundus in primo canone est expositus, ut qui eadem cum illo tractet. Hic autem adjungit, eos etiam esse depositos, qui in Nestorii quidem depositione subscripserunt, Joannis autem Antiocheni parti postea accesserunt. Quoniam autem præsens canon in fine meminit alienationis a sacerdotio, et casus a gradu, dic ita accipi ut alienetur quidem a sacerdotio episcopus, a gradu autem excidant clerici, in quibus proprie gradus sumuntur : ita ut clerici quidem ad partem eorum qui defecerunt quomodocunque accedentes, sint depositi. Interim autem canon primus loquens in fine de episcopis, episcopatum quoque gradum dicit.

ZONAR. Cum Antiochenus patriarcha Joannes et Theodoretus et Ibas, sanctorum Patrum decreta, ut diximus, infirmare conati fuissent, alios quoque in suam sententiam præsules adduxere, quorum aliqui non venerant in conventum synodi, alii cum adfuissent etiam Nestorii depositionem suis subscriptionibus confirmarant. Quos quidem propterea canon, sacri muneris dignitate, spoliandos esse decernit, quod de episcopis intelligendum est : illud autem, gradu excidere de clericis accipiendum : hi enim sub gradibus continentur. Sacerdotes enim majorem gradum sive dignitatem, diaconi autem minorem, et sic deinceps reliqui obtinent.

ARIST. *Et quicunque episcopus Nestorio assentitur, favetque, abdicandus.*

101 CANON III.

Si qui autem in unaquaque urbe, vel regione clerici sub Nestorio et iis qui cum ipso, sacerdotio sunt interdicti, eo quod recte sentiant, ut ii quoque proprium gradum recipiant, justum censuimus. Communiter autem omnibus, qui cum orthodoxa et universali synodo consentiunt, clericis jubemus, iis, qui desciverunt vel desciscunt, episcopis nullo penitus modo subjici.

BALS. Est verisimile aliquos clericos orthodoxos non sensisse idem, quod Nestorius et qui illi consentiebant episcopi, et propterea fuisse excommunicatos. Hic ergo canon eos restituit in proprios gradus, inferens præterea, eos non solum habere suos honores ac dignitates, sed omnes taliam episcoporum clericos eis nequaquam subjici, ut qui desciverint.

ZONAR. Cum patriarcharum Nestorius, ut diximus, Constantinopoli gereret, clericos quosdam ab ipso dissentientes excommunicavit. Idem autem et in aliis urbibus a Nestorianæ factionis episcopis factitatum. Eos itaque qui a sacerdotio depulsi sunt eo quod malæ Nestorii, eique consentientium opinioni, assensum non præberent, per hunc cano-

nem in proprios gradus restituit sancta synodus, et orthodoxos clericos episcopis cum Nestorio sentientibus nequaquam obtemperare statuit neque ut clericos, neque ut in sacerdotium similiter cooptatos; licet eo ipso episcopis sint subjecti, vel etiam canonica ipsis persolvere teneantur.

A ὄντος κανόνος ἀποκατέστησεν εἰς τοὺς οἰκείους βαθμούς, καὶ διωρίσατο τοὺς ὀρθοδόξους κληρικοὺς τοῖς ὁμογνωμονοῦσι τῷ Νεστορίῳ ἐπισκόποις μὴ ὑποκεῖσθαι κατὰ μηδένα τρόπον, μήτε ὡς κληρικοὺς μήτε ὡς ἱερωμένους ἁπλῶς, καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ἐπισκόποις ὑποκειμένους ἢ καὶ κανονικὰ τελεῖν αὐτοῖς ὀφείλοντας.

ARIST. *Cui a Nestorio sacerdotium interdicitur, sacerdotio est dignissimus; qui vero ab illo suscipitur, profanus.*

ΑΡΙΣΤ. *Ὃς ὑπὸ Νεστορίου τῆς ἱερωσύνης κεκώλυται, ἱερώτατος· ὁ δεκτέος ἐκείνῳ ἀνίερος.*

CANON IV.

Si qui autem clerici defecerint et ausi sint, vel privatim vel publice, cum Nestorio aut Cœlestio sentire, eos quoque depositos esse sanctæ synodo justum visum est.

ΚΑΝΩΝ Δ'.

Εἰ δέ τινες ἀποστατήσαιεν τῶν κληρικῶν (82) *καὶ τολμήσαιεν ἢ κατ' ἰδίαν ἢ δημοσίᾳ τὰ τοῦ Νεστορίου ἢ τὰ τοῦ Κελεστίου φρονῆσαι, καὶ τούτους εἶναι καθῃρημένους ὑπὸ τῆς ἁγίας* B *συνόδου δεδικαίωται.*

BALS. Hic quoque canon præcedentibus est similis. Dicit enim clericos esse depositos, qui cum Nestorio vel Cœlestio sentiunt, sive eadem docent, sive non. Vox autem δεδικαίωται pro justum visum est, accipiebatur.

ΒΑΛΣ. Καὶ οὗτος ὁ κανὼν ὅμοιος τοῖς πρὸ αὐτοῦ ἐστι. Φησὶ γὰρ καθῃρημένους εἶναι τοὺς κληρικοὺς τοὺς φρονήσαντας τὰ τοῦ Νεστορίου ἢ τοῦ Κελεστίου, εἴτε διδάσκουσιν αὐτά, εἴτε καὶ μή. Τὸ δὲ *δεδικαίωται* ἐξελήφθη ἀντὶ τοῦ δίκαιον ἔδοξε.

ZONAR. De clericis hæreticis consentientibus hoc quoque canone actum; quos quidem, inquit, sive soli perversis opinionibus privatim adhæserint, sive publice docendis, et in vulgus disseminandis operam navarint, pro depositis haberi a sancta synodo δεδικαίωται, id est justum judicatum est. Et visum est quod Cœlestius quoque Nestorio consentiebat.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ πάλιν περὶ κληρικῶν ὁ κανὼν οὗτος διαλαμβάνει τοῖς αἱρετικοῖς συμφρονησάντων· καὶ εἴτε ἰδίᾳ, φησί, καὶ καθ' ἑαυτοὺς τὰς ἀθέσμους δόξας φρονῶσιν, εἴτε δημοσίᾳ πάντας διδάσκουσιν, καὶ κηρύττουσι, καθῃρημένους εἶναι τοὺς τοιούτους ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου δεδικαίωται· ἀντὶ τοῦ *δίκαιον ἐκρίθη, καὶ ἔδοξε.* Καὶ ὁ Κελέστιος δὲ ὁμόφρων τῷ Νεστορίῳ ἦν.

ARIST. *Si qui clerici Cœlestino vel Nestorio assentiuntur, sunt deponendi.*

C ΑΡΙΣΤ. *Εἴ τινες τῶν κληρικῶν Κελεστίνῳ ἢ Νεστορίῳ συμφρονήσαιεν, καθαιρετέοι.*

CANON V.

Quicunque autem propter indigna sua facta a sancta synodo, vel a propriis episcopis condemnati sunt, et iis non canonice, prout omnia facit indiscriminatim, Nestorius, vel qui idem cum eo sentiunt, restituere tentaverint communionem, vel gradum,

ΚΑΝΩΝ Ε'.

Ὅσοι δὲ καὶ ἀτόποις πράξεσι κατεκρίθησαν ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου ἢ ὑπὸ τῶν οἰκείων ἐπισκόπων, καὶ τούτοις ἀκανονίστως, κατὰ τὴν ἐν ἅπασιν ἀδιαφορίαν αὐτοῦ, ὁ Νεστόριος καὶ οἱ τὰ αὐτοῦ φρονοῦντες ἀποδοῦναι ἐπειράθησαν

Guill. Beveregii notæ.

(82) *Εἴ τινες τῶν κληρικῶν*. Leo Allat. *De Occidentalis et Orientalis Ecclesiæ perpetua consensione*, l. I, c. 21, scholium ex Nicolao Hydruntino in principio cod. Græci ms. Barber. descriptum n. 78, citat, in quo hæc ipsa canonicis epitome recitatur: verba dignissima sunt, quæ hic apponantur. Σχόλιον Νικολάου Ἰδροῦντος περὶ Κελεστίνου καὶ Κελεστίου, παππῶν Ῥώμης. Ὁ εὑρίσκων ἐν τῷ τέλει τοῦ τετάρτου κανόνος τῆς ἐν Ἐφέσῳ ἁγίας συνόδου, οἵτινες τῶν κληρικῶν Κελεστίνῳ ἢ Νεστορίῳ συμφρονήσωσι καθαιρετέοι, μὴ ἀναγινωσκέτω Κελεστίνῳ μετὰ τοῦ ν, ἀλλὰ Κελεστίῳ χωρὶς τοῦ ν· ὁ γὰρ Κελεστῖνος ἅγιος ἦν καὶ ὀρθόδοξος πάππας Ῥώμης· ὁ δὲ Κελέστιος ἦν αἱρετικός. Εὗρον δὲ οὕτω καὶ ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐν τῇ βίβλῳ Θεοδώρου τοῦ Βαλσαμὼν πατριάρχου Ἀντιοχείας. Φησὶ γὰρ ἐκεῖνος ἐν τῇ κατ' αὐτὸν ἑρμηνείᾳ τοῦ νομοκάνονος οὕτως· Σὺ δὲ εὑρίσκων ἔν τισιν ἀντιγράφοις σφάλμα γραφικὸν τὸ περὶ Κελεστίνου· ἀντὶ γὰρ Κελεστίου, Κελεστίνου μέμνηται, μὴ προσχῇς τοῖς οὕτω γεγραμμένοις· ὁ γὰρ Κελεστῖνος πάππας ἦν Ῥώμης ὀρθόδοξος ὡς ἄνωθεν εἴρηται· ὁ δὲ Κελέστιος ὁμόφρων τοῦ Νεστορίου, ἤτοι αἱρετικὸς ἦν. *Scholium Nicolai Hydruntini de Celestino et Celestio, papis Romanis: Qui invenit in fine quarti canonis sanctæ Ephesinæ synodi, clerici qui Celestino sive Nestorio consentiunt, deponendi sunt, hic ne legat Celestino cum n, sed Celestio sine n: namque Celestinus sanctus erat et orthodoxus papa Romæ: Celestius autem hæreticus, et sic quidem Constantinopoli inveni, in libro Theodori Balsamonis patriarchæ Antiocheni. Ille enim in sua Nomocanonis expositione dicit: Tu* D *vero inveniens in aliquibus codicibus errorem scripturæ de Celestino (pro Celestio enim Celestini meminit) ne attenderis iis quæ sic scripta sunt. Celestinus enim papa Romanus erat orthodoxus, ut superius dictum est; Celestius autem idem quod Nestorius sentiens, sive hæreticus.* Hic observes velim, præsentem canonis epitomen hic laudari, idque sine ulla fere varietate, ut in nostris enim codicibus legitur, Εἴ τινες τῶν κληρικῶν Κελεστίνῳ ἢ Νεστορίῳ συμφρονήσαιεν, καθαιρετέοι. Hic levi tantum mutatione legitur, Οἵτινες τῶν κληρικῶν Κελεστίνῳ ἢ Νεστορίῳ συμφρονήσωσι, καθαιρετέοι. Et deinde, hanc epitomen pro ipso canone a Græcis habitam esse. Verba quæ ex Balsamonis commentariis citat, exstant in fine ipsius commentariorum ad primum hujus concilii canonem. Ubi autem Celestium æque ac Celestinum papam Romanum vocat, egregie fallitur. Celestinus enim papa Romanus fuit, sed non item Celestius. Hoc autem scriptori alicui, potius quam ipsi Nicolao adscribendum videtur.

ἢ παραδεῖεν, κοινωνίαν ἢ βαθμὸν, ἀνωφελή-τους εἶναι, καὶ μένειν οὐδὲν ἧττον καθῃρημένους ἐδικαίωσαν.

id nihil eis prodess, et depositos nihilo secius manere justum putarunt.

ΒΑΛΣ. Ἔμαθες ὅτι μητροπολῖται καὶ ἐπίσκοποι δύνανται κρίνειν τοὺς κληρικοὺς αὐτῶν, καὶ ἀφορισμῷ ἢ καὶ καθαιρέσει ἔστιν ὅτε καθυποβάλλειν. Ἐπεὶ οὖν ὁ Νεστόριος καὶ οἱ τὰ αὐτοῦ φρονοῦντες τοιούτους τινὰς ἀκανονίστως εἰς κοινωνίαν ἐδέξαντο ἢ καὶ εἰς τοὺς προτέρους βαθμοὺς ἀποκατέστησαν, ἵνα τούτους τοιουτοτρόπως ἑλκύσωσι πρὸς ἑαυτοὺς, φησὶν ὁ κανὼν μηδὲν ἐκ τούτου τοὺς κληρικοὺς ὠφελεῖσθαι, ἀλλὰ μένειν καθῃρημένους ἢ καὶ ἀφωρισμένους· τὸ δὲ *ἐδικαίωσαν* ἐνταῦθα ἐξελήφθη ἀντὶ τοῦ *δίκαιον εἶναι ἔδοξεν*.

BALS. Didicisti quod metropolitani et episcopi possunt suos clericos judicare, et excommunicationi, et nonnunquam etiam depositioni subjicere. Quoniam **102** ergo Nestorius, et qui cum eo sentiebant, nescio quos ejusmodi in communionem non canonice receperunt, vel in priores etiam gradus restituerunt ut eos hac ratione ad se traherent; dicit canon, clericos nihil ex eo juvari, sed manere depositos, vel etiam segregatos. At ἐδικαίωσαν hic idem est ac, justum putarunt.

ΖΩΝΑΡ. Κληρικοί τινες ἐπί τισιν αἰτίαις ἁλόντες καθαιρέσει καὶ ἐκπτώσει τῶν οἰκείων βαθμῶν ὑπαγούσαις αὐτοὺς καθῃρέθησαν ἢ ἀφορίσθησαν· ὁ δὲ Νεστόριος οἷα πατριάρχης ἀκανονίστως ἐδέξατο τοὺς τοιούτους ἀδιαφόρως, ἀντὶ τοῦ *χωρὶς διαστολῆς*, μὴ διαστείλας μέσον κεκωλυμένου καὶ ἀκωλύτου, ἀποδοὺς αὐτοῖς κοινωνίαν ἢ βαθμόν. Τοὺς γοῦν τοιούτους ἀνωφελήτους εἶναι οἱ Πατέρες ἐθέσπισαν, μηδὲν δηλονότι ὠφελουμένους ἐκ τῆς ἀκανονίστου πράξεως, καὶ μένειν οὐδὲν ἧττον καθῃρημένους ἐδικαίωσαν, ἀντὶ τοῦ *δίκαιον ἐψηφίσαντο*, ἢ *ἐδικαίωσαν* ἀντὶ τοῦ *ἐκόλασαν*, ὥστε εἶναι καθῃρημένους. Λαμβάνεται γὰρ τὸ δικαιῶσαι καὶ ἐπὶ τοῦ κολάσαι, ὅθεν λέγομεν τὰ ἐκεῖθεν δικαιωτήρια.

ZONAR. Clerici quidam in flagitiis quibusdam deprehensi quæ depositioni et suorum graduum privationi eos subjiciunt, depositi, aut segregati fuerant. Quos postea Nestorius patriarcha, præter canonum sanctiones indifferenter, id est absque ullo discrimine admiserat; et non distinguens inter vetitum et non vetitum, communionem aut gradum iis restituerat. Nihil igitur hujusmodi hominibus, quod adversus constitutiones canonicas actum fuerat, prodesse, depositioneque ut antea nihilominus teneri Patres ἐδικαίωσαν, id est æquum censuerunt, vel pœnæ nomine decreverunt ut sint depositi. Nam δικαιῶσαι nonnunquam etiam punire significat, unde δικαιωτήρια, id est tormenta, suam appellationem habent.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ κατακριθεὶς ἐξ ἐπισκόπου, καὶ ὑπὸ Νεστορίου δεχθεὶς ἀνωφέλητος.*

Τινὲς τῶν ἀθροισθέντων ἐν τῇ ἐν Ἐφέσῳ συνόδῳ μητροπολῖται ἀπέστησαν ἑαυτοὺς, καὶ τὰ τοῦ Νεστορίου τοῦ ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, τοῦ ἀνθρωπολάτρου καὶ δυσσεβοῦς, καὶ ἰουδαιόφρονος, καὶ τοῦ Κελεστίνου τοῦ τῆς Ῥώμης (83) ἐπισκόπου ἐφρόνησαν δόγματα. Τινὲς δὲ καὶ ἀπελείφθησαν, καὶ οὐκ ἠθέλησαν καταψηφίσασθαι τῶν ἀνιέρων τούτων καὶ δυσσεβῶν ἐπισκόπων, ἀλλὰ μᾶλλον ἀντείχοντο τούτων, καὶ περιείχοντο. Διὰ τοῦτο γοῦν ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος τοὺς ἀντεχομένους Νεστορίου καὶ Κελεστίνου καὶ τὰ ἐκείνων φρονοῦντας ἀποκηρύκτους εἶναι καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἐκκόπτεσθαι· τοὺς δὲ ὑπὸ Νεστορίου ἢ Κελεστίνου τῆς ἱερωσύνης κωλυθέντας διὰ τὸ ὀρθῶς φρονεῖν τὸν ἴδιον πάλιν ἀπολαβεῖν βαθμόν· ὥσπερ πάλιν τοὺς ὑπὸ τῶν ἰδίων ἐπισκόπων καθαιρεθέντας καὶ παρ' αὐτῶν προσθέντας καὶ δικαιωθέντας ἀνιέρους εἶναι καὶ αὖθις καθῃρημένους.

ARIST. *Ab episcopo condemnatus, si a Nestorio suscipitur, id nihil ei prosit.*

Nonnulli eorum, qui in Ephesina synodo congregati fuerunt metropolitani, seipsos separabant, et Nestorii episcopi Constantinopolitani, hominum cultoris et impii et Judæorum opinionibus consentientis, et Cœlestini etiam Romæ episcopi dogmata amplectebantur. Alii autem synodum deserebant, et nolebant suffragiis suis profanos istos impiosque episcopos condemnare, sed potius iis adhærebant, et fovebant. Propterea itaque decrevit sancta synodus, eos, qui Nestorium et Cœlestinum sunt amplexi et cum iis senserunt, abdicatos esse, et ab Ecclesia exscindi: eos autem quibus a Nestorio aut Cœlestino sacerdotium est interdictum, eo quod recte senserunt, suum rursus recipere gradum: ut et eos, qui a propriis episcopis depositi fuerunt, et ab iis admissi, et absoluti, profanos esse et rursum depositos.

ΚΑΝΩΝ Ϛʹ.

Ὁμοίως δὲ καὶ εἴ τινες βουληθεῖεν τὰ περὶ ἑκάστου πεπραγμένα ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ ἐν Ἐφέσῳ οἱῳδήποτε τρόπῳ παρασαλεύειν· ἢ

CANON VI.

Similiter autem, si qui voluerint, quæ in sancta Ephesina synodo de singulis acta sunt, quovis modo labefactare: decrevit sancta synodus, si sint qui-

Guill. Beveregii notæ.

(83) *Καὶ τοῦ Κελεστίνου τοῦ τῆς Ῥώμης.* Ex his verbis palam est Aristenum revera existimasse Celestium a præsenti synodo damnatum, eumdem fuisse atque Celestinum papam Romanum. Quod tamen satis mirari nequeo, cum in ipsis etiam Græcorum Menæis, octavo Aprilis, Celestini papæ Romani tanquam sancti, et Nestorianæ hæreseos oppugnatoris, memoria recolatur.

dem episcopi vel clerici, a proprio gradu omnino excidere, si autem laici, excommunicatos manere.

BALS. Canon clarus est: statuit enim eos, qui labefactant quæ Ephesi acta sunt, si quidem clerici sint deponi: sin vero laici, excommunicatos esse. Septimus autem canon dicit anathemate laicos feriendos, qui contra ac decretum est sentiunt. Et ne contrariaesse existimes. Magna est enim differentia, an quis adversetur, an de re aliqua dubitet. Et propterea, qui de iis, quæ jam pulchre antea confirmata sunt, dubitat, excommunicabitur: qui autem adversatur, ut contraria sentiens, anathemate ferietur.

ZONAR. Superiorum canonum decretis, de iis peculiariter, qui apostatis et synodo adversantibus consentiant, quique Nestorianæ hæreseos dogmata amplexi fuerant, constitutum: hic vero omnes, qui aliquam ejus sanctæ synodi constitutionem convellere aut infirmare conati fuerint, generatim, et universe condemnat. Ac in sacerdotium cooptatos quidem deponi, laicos vero communione moveri jubet synodus. Atque hæc quidem Ephesi acta. Cum vero inter se factionibus divisi præsules dissiderent, universos imperator Constantinopolim advocavit, pacemque,omni motu animorum sedato, inter eos conciliavit; et Theodoretus capita illa, **103** quæ contentionis studio antea scripserat, penitus abjecit, omnibusque synodi decretis assensus, Nestorii quoque damnationem cum cæteris approbavit. Cum vero symbolum impietatis plenum a Nestorio compositum, synodoque oblatum fuisset, et simul cum eo symbolum quoque, quod trecenti decem et octo sancti Patres in prima synodo promulgaverant, recitatum esset, sequens hic canon editus est.

ARIST. *Laicus qui synodo resistit, excommunicatur; clericus vero et abdicatur.*

Qui ea, quæ in synodo Ephesina acta sunt, examinat et labefactat, si quidem episcopus sit aut clericus, gradu suo omnino excidat, sin autem laicus, excommunicetur.

CANON VII.

His lectis, decrevit sancta synodus, non licere cuiquam aliam fidem afferre, vel scribere, vel componere, quam quæ a sanctis Patribus, qui Nicææ congregati sunt in sancto Spiritu, definita est. Qui autem aliam audent fidem componere, vel adducere, vel offerre iis qui se ad veritatis agnitionem volunt convertere, vel ex gentilitate, vel ex Judaismo, vel ex quacunque secta; eos, si sint quidem episcopi, vel clerici, ab episcopatu esse alienos episcopos, et a clero clericos; si autem sint laici, anathematizari. Eodem autem modo si deprehensi fuerint aliqui, sive episcopi, sive clerici, sive laici, vel sentire, vel docere ea quæ sunt in allata a Charisio presbytero expositione de humanæ naturæ susceptione unigeniti Filii Dei, -ˈæ scelerata et perversa Nestorii

A *ἁγία σύνοδος ὥρισεν, εἰ μὲν ἐπίσκοποι εἶεν ἢ κληρικοί, τοῦ οἰκείου παντελῶς ἀποπίπτειν βαθμοῦ· εἰ δὲ λαϊκοί, ἀκοινωνήτους ὑπάρχειν.*

ΒΑΛΣ. Σαφής ἐστιν ὁ κανών. Διορίζεται γὰρ τοὺς παρασαλεύοντας τὰ ἐν τῇ Ἐφέσῳ πεπραγμένα, κληρικοὺς μὲν ὄντας καθαιρεῖσθαι, λαϊκοὺς δὲ ἀκοινωνήτους εἶναι. Ὁ δὲ ζʹ κανὼν ἀναθεματίζεσθαι λέγει τοὺς λαϊκοὺς τοὺς ἐναντία φρονοῦντας τῷ δόγματι. Καὶ μὴ ἐναντιωθῇ σοι. Ἔστι γὰρ μεγάλη διαφορὰ τοῦ ἐναντιοῦσθαι καὶ τοῦ ἀμφιβάλλειν τινὰ περί τινος πράγματος. Καὶ διὰ τοῦτο ὁ μὲν ἀμφιβάλλων περὶ τῶν ἤδη καλῶς προκυρωθέντων ἀφορισθήσεται· ὁ δὲ ἐναντιούμενος τούτοις, ὡς ἐναντιόφρων, ἀναθεματισθήσεται.

B ΖΩΝΑΡ. Οἱ μὲν ἀνώτεροι κανόνες ἰδικῶς περὶ τῶν ὁμοφρονησάντων τοῖς ἀποστατήσασι καὶ ἐναντιωθεῖσι τῇ συνόδῳ, καὶ τὰ Νεστορίου πρεσβεύουσι διετάξαντο· οὗτος δὲ ὁ παρὼν κοινῶς πάντας τοὺς ἀνατρέπειν τι τῶν δοξάντων τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ἐπιχειροῦντας καταδικάζει. Καὶ τοὺς μὲν ἱερωμένους ποιεῖται ὑπὸ καθαίρεσιν, τοῖς δὲ λαϊκοῖς ἀκοινωνησίαν ἐπάγει. Ταῦτα μὲν οὖν ἐν Ἐφέσῳ ἐπράχθησαν· ἐπεὶ δὲ κατ' ἀλλήλων οἱ ἀρχιερεῖς ἐγένοντο, καὶ σχίσμα ἦν παρ' αὐτοῖς, ὁ βασιλεὺς πάντας εἰς τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων μετεκαλέσατο, καὶ συνεβίβασε, καὶ εἰρήνευσε· καὶ ὁ Θεοδώρητος τὰ παρ' αὐτοῦ γραφέντα κεφάλαια δι' ἔριν κατέθετο συγγράψασθαι, καὶ ἀπεβάλετο ταῦτα, καὶ τοῖς ψηφισθεῖσι C παρὰ τῆς συνόδου συνέθετο, καὶ τῇ τοῦ Νεστορίου καθαιρέσει, κἀκεῖνος καὶ οἱ λοιποὶ συνευδόκησαν· συμβόλου δὲ δυσσεβοῦς ἐκτεθέντος παρὰ τοῦ Νεστορίου, καὶ ἀναγνωσθέντος ἐκείνου τε καὶ τοῦ παρὰ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν τῇ πρώτῃ συνόδῳ ἐξεφωνήθη ὁ κανὼν οὗτος.

ἈΡΙΣΤ. *Ἀκοινώνητος ὁ λαϊκὸς ὁ ἀντοφθαλμῶν τῇ συνόδῳ· ὁ κληρικὸς ἔτι καὶ ἀποκήρυκτος.*

Ὁ τὰ παρὰ τῆς ἐν Ἐφέσῳ συνόδου πραχθέντα ἀνακρίνων, ἢ ὅλως παρασαλεύων, εἰ μὲν ἐπίσκοπός ἐστιν ἢ κληρικὸς, τοῦ οἰκείου βαθμοῦ παντελῶς ἐκπιπτέτω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἔστω ἀκοινώνητος.

ΚΑΝΩΝ Ζʹ.

D *Τούτων ἀναγνωσθέντων, ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος, ἑτέραν πίστιν μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν, ἤγουν συγγράφειν ἢ συντιθέναι, παρὰ τὴν ὁρισθεῖσαν παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν τῇ Νικαέων συναχθέντων πόλει σὺν ἁγίῳ Πνεύματι. Τοὺς δὲ τολμῶντας ἢ συντιθέναι πίστιν ἑτέραν, ἤγουν προκομίζειν ἢ προφέρειν τοῖς θέλουσιν ἐπιστρέφειν εἰς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας ἢ ἐξ Ἑλληνισμοῦ ἢ ἐξ Ἰουδαϊσμοῦ, ἤγουν ἐξ αἱρέσεως οἱασδήποτε· τούτους, εἰ μὲν εἶεν ἐπίσκοποι ἢ κληρικοί, ἀλλοτρίους εἶναι, τοὺς ἐπισκόπους τῆς ἐπισκοπῆς καὶ τοὺς κληρικοὺς τοῦ κλήρου· εἰ δὲ λαϊκοὶ εἶεν, ἀναθεματίζεσθαι. Κατὰ τὸν ἴσον δὲ τρόπον, εἰ φωραθεῖεν τινες εἴτε ἐπίσκοποι εἴτε κληρικοὶ ἢ φρονοῦντες ἢ*

διδάσκοντες τὰ ἐν τῇ προκομισθείσῃ ἐκθέσει A *παρὰ Χαρισίου τοῦ πρεσβυτέρου περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἤγουν τὰ μιαρὰ καὶ διεστραμμένα τοῦ Νεστορίου δόγματα, ἃ καὶ ὑποτέτακται. Ὑποκείσθωσαν τῇ ἀποφάσει τῆς ἁγίας ταύτης καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου, ὥστε δηλονότι τὸν μὲν ἐπίσκοπον ἀπαλλοτριοῦσθαι τῆς ἐπισκοπῆς καὶ εἶναι καθῃρημένον, τὸν δὲ κληρικὸν ὁμοίως ἐκπίπτειν τοῦ κλήρου· εἰ δὲ λαϊκός τις εἴη, καὶ οὗτος ἀναθεματιζέσθω, καθὼς προείρηται.*

dogmata, quæ etiam subjecta sunt, subjiciantur sententiæ hujus sanctæ et universalis synodi, ut scilicet episcopus quidem sit ab episcopatu alienus et depositus, clericus autem clero similiter excidat. Si sit vero quis laicus, anathematizetur et ipse, ut prius dictum est.

ΒΑΛΣ. Τοῦ γεγονότος ἰδίκτου (84) χάριν τῶν δογματισθέντων παρὰ τῆς ἐν Ἐφέσῳ ἁγίας συνόδου ἀναγνωσθέντος ἐπὶ κοινοῦ, ὡσαύτως καὶ τοῦ ἁγίου συμβόλου τοῦ ἐκτεθέντος ἐν τῇ πρώτῃ συνόδῳ, ἐξεφωνήθη ὁ κανὼν οὗτος, καὶ ὡρίσθη ἑτέραν πίστιν B μὴ συντιθέναι τινά. Εἰ δέ τινες τολμήσουσι τοῖς ἐξ Ἑλλήνων ἢ Ἰουδαίων, ἢ ἐξ ἑτέρων αἱρετικῶν προσερχομένοις τῇ ἐπιγνώσει τῆς ἀληθείας προσφέρειν ἑτέραν πίστιν, ἐπίσκοποι μὲν ὄντες καὶ κληρικοὶ, καθαιρείσθωσαν· λαϊκοὶ δὲ, ἀναθεματιζέσθωσαν. Τὸ αὐτὸ γίνεσθαι καὶ εἰς τοὺς δεχομένους τὰ τοῦ Νεστορίου καὶ διδάσκοντας ταῦτα. Ἐπεὶ δὲ καὶ πρεσβύτερός τις λεγόμενος Χαρίσιος, τὰ μυσαρὰ τοῦ Νεστορίου δόγματα οἰκειούμενος (85) προεκόμισεν ἔκθεσίν τινα τῶν συγγραφέντων παρὰ τοῦ Νεστορίου, καὶ κατεγνώσθη αὕτη ὡς ἀσεβὴς, διορίζεται ὁ κανὼν ταῖς αὐταῖς καταδίκαις ὑποκεῖσθαι καὶ τοὺς φρονοῦντας ἢ διδάσκοντας τὰ ἐν τῇ τοιαύτῃ ἐκθέσει περιεχόμενα.

BALS. Cum edictum, factum eorum gratia, quæ a sancta Ephesina synodo decreta erant, in conventu lectum esset: similiter et sanctum symbolum, quod in prima synodo est expositum, prolatus est hic canon, et cautum ne quis aliam fidem componeret. Si qui autem ausi fuerint iis, qui ex Græcis, vel Judæis, vel aliis hæreticis, ad veritatis cognitionem accedunt, aliam fidem offerre, si sint quidem episcopi, vel clerici, deponantur: laici autem anathematizentur. Idipsum autem fiat et in eos qui Nestorii decreta suscipiunt, et ea docent. Quoniam autem presbyter quidam dictus Charisius, exsecrabilia Nestorii dogmata amplectens, eorum, quæ a Nestorio conscripta sunt, expositionem quamdam attulit, et ipsa quoque ut impia damnata est; decernit canon, eidem damnationi subjici etiam eos, qui sentiunt, vel docent ea, quæ in tali expositione comprehenduntur.

C ΖΩΝΑΡ. Ὁ δυσσεβὴς Νεστόριος οὐ μόνον τὰ ἄθεα αὐτοῦ ἐδίδασκε δόγματα, καὶ ἀναφανδὸν ἐκήρυττεν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πλέον θρασυνθεὶς, καὶ σύμβολον ἐξέθετο περιέχον τρανῶς ὅσα περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Υἱοῦ καὶ Λόγου τοῦ Θεοῦ κακῶς ἐφρόνει, καὶ ἐβλασφήμει. Τοῦτο τὸ σύμβολον τῇ συνόδῳ προκομισθὲν παρὰ Χαρισίου τοῦ πρεσβυτέρου, καὶ ἀναγνωσθὲν κατεγνώσθη ὡς ἀσεβείας μεστόν. Καὶ ὥρισαν οἱ θεῖοι Πατέρες τὸ ἐν τῇ πρώτῃ συνόδῳ συντεθὲν σύμβολον κρατεῖν, καὶ ὅσα ἐν ἐκείνῃ ἐδογματίσθησαν, ἑτέραν δὲ πίστιν μήτε συντίθεσθαι παρά τινων, μήτε συγγράφεσθαι· εἰ δέ τινες τολμήσαιεν ἐξ Ἑλλήνων ἢ Ἰουδαίων ἢ ἐξ αἱρετικῶν προσερχομένοις τισὶ τῇ ἐπιγνώσει τῆς ἀληθείας προσφέρειν ἑτέραν πίστιν, D διδάσκειν δηλαδὴ καὶ κατηχεῖν αὐτοὺς διεστραμμένα καὶ ἀλλότρια τῆς τῶν ἁγίων Πατέρων διδασκαλίας, τοὺς τοιούτους φασὶν, ἐπισκόπους ὄντας ἢ κληρικοὺς, ἐκπίπτειν τῆς ἐπισκοπῆς, ἢ τοῦ κλήρου καθαιρουμένους δηλονότι, λαϊκοὺς δὲ τυγχάνοντας, ἀναθεμα-

ZONAR. Impius ille Nestorius, commenta sua nefaria docuisse palam, atque in vulgus disseminasse non contentus, eousque præterea audaciæ provectus est, ut etiam symbolum, universis in eo, quæ de incarnati Filii et Verbi Dei mysterio perperam excogitata blasphemare solitus erat, diserte explicatis, edere non dubitarit. Hoc symbolum a Charisio presbytero ad synodum allatum, recitatumque, ut impietatis plenum condemnatum est; ac in prima synodo compositum symbolum, cum universis ejusdem synodi decretis, retinendum esse, neque aliam fidem ab aliquo excogitari, aut scriptis consignari licere sancti Patres decreverunt. Si qui autem Græcis vel Judæis, vel hæreticis, qui ad veritatis cognitionem pervenire velint, aliam fidem proponere, hoc est, docere, et a sanctorum Patrum doctrina discrepantia atque aliena **104** catechismi nomine tradere ausi fuerint, eos dicunt, si episcopi sint aut clerici episcopatu vel clero excidere, depo-

Guill. Beveregii notæ.

(84) *Τοῦ γεγονότος ἰδίκτου.* Hic Balsamon egregie hallucinatur. Non enim post edicti alicujus, et symboli Nicæni lectionem, editus est hic canon, ut Balsamon hic affirmat; sed post lectum Charisii libellum, et symbolum Nestorianum, ut ex iis, quæ ex ipsis concilii Actis mox antea collegimus, abunde constat. Hinc autem patet, Balsamonem Acta concilii hujus non vidisse, vel saltem non accurate satis consuluisse, cum hæc commentabatur.

(85) *Χαρίσιος τὰ μιαρὰ τοῦ Νεστορίου δόγματα οἰκειούμενος.* Hic alium Balsamonis errorem animadvertere est. Charisius enim non solum pravis Nestorii opinionibus non infectus fuit, verum etiam libellum suum contra Nestorianos synodo exhibuit: in quo etiam ipsum Nestorium non ὀρθόδοξον, sed κακόδοξον fuisse asserit; dicit enim, Ἐπεὶ οὖν εἷς τούτων ὑπάρχει Νεστόριος, ὁ τῆς ἰδίας κακοδοξίας τοὺς καρποὺς δρεπόμενος, κάκιστα περὶ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως διακείμενος, διδάξας τε πολλάκις ἃ μὴ προσῆκε. Act. concil. Ephes. pag. 253, edit. Col. an. 1618.

sitos nimirum, laicos vero excommunicari. Similiter et qui Nestorianis erroribus animum applicuerint, eosque susceperint, vel aliquid eorum, quæ in impio ejusdem symbolo explicantur, in vulgus disseminarint (Dei Filium scilicet, ac Verbum non ex sancta Virgine desumpsisse carnem, sed purum hominem esse Christum, eique postea Filium Dei, ac Verbum ex quadam habitudine fuisse unitum, tum in duos filios, ac duas hypostases dividi Christum et Deum, nec Dei, sed Christi tantummodo, Parentem fuisse sanctam Virginem) iisdem pœnis, sive episcopi, seu clerici, seu laici fuerint, obnoxios esse : ac ad sacros quidem ordines admissos depositione, laicos vero excommunicatione multandos esse, synodus decernit.

τίζεσθαι. Ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς τὰ Νεστορίου φρονοῦντας καὶ δεχομένους, ἢ καὶ διδάσκοντας τὰ ἐν τῷ παρ' ἐκείνου συντεθέντι συμβόλῳ βλασφημηθέντα, λέγοντος· μὴ τὸν Υἱὸν καὶ Λόγον τοῦ Θεοῦ σάρκα ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου ἀνειληφέναι, ἀλλὰ ψιλὸν μὲν ἄνθρωπον εἶναι τὸν Χριστὸν, κατὰ σχέσιν δὲ αὐτῷ ἑνωθῆναι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγον, εἰς δύο υἱοὺς καὶ δύο ὑποστάσεις διαιροῦντος τὸν Χριστὸν καὶ Θεὸν, καὶ τὴν ἁγίαν Παρθένον οὐ Θεοτόκον, ἀλλὰ Χριστοτόκον καλοῦντος, τοῖς αὐτοῖς ὑποκεῖσθαι ἡ ἱερὰ σύνοδος ἐψηφίσατο, κἂν ἐπίσκοποι εἶεν, κἂν κληρικοὶ, κἂν λαϊκοὶ, ὥστε τοὺς μὲν ἱερωμένους καθαιρεῖσθαι, τοὺς δὲ λαϊκοὺς ἀναθεματίζεσθαι.

ARIST. *Episcopus, qui aliam quam Nicænam fidem proferet, alienus ab Ecclesia habetur : laicus vero expellitur.*

Qui præter fidem a sanctis Patribus Nicææ congregatis compositam, aliud impium attulerit symbolum, ad subversionem exitiumque eorum, qui ex Hellenismo, aut Judaismo, aut alia quacunque hæresi ad veritatis notitiam convertuntur; si quidem laicus sit, anathematizetur; sin episcopus aut clericus, episcopatu et clero deponatur.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ πίστιν ἑτέραν τῆς ἐν Νικαίᾳ προσάγων ἐπίσκοπος ἠλλοτρίωται· λαϊκὸς δὲ καὶ ἐξωστράκισται.*

Ὁ παρὰ τὴν πίστιν τὴν παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων συντεθεῖσαν ἕτερον σύμβολον δυσσεβὲς προσκομίζων εἰς καταστροφὴν καὶ ἀπώλειαν τῶν ἐξ Ἑλληνισμοῦ ἢ Ἰουδαϊσμοῦ, ἢ ἐξ οἱασδηποτοῦν αἱρέσεως ἐπιστρεφόντων εἰς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, εἰ μὲν λαϊκός ἐστιν, ἀναθεματιζέσθω· εἰ δὲ ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς, τῆς ἐπισκοπῆς καὶ τοῦ κλήρου ἀλλοτριούσθω.

CANON VIII.

Rem præter leges ecclesiasticas et sanctorum Patrum canones innovatam, et omnium libertatem attingentem, renuntiavit nobis in primis pius episcopus Rhiginus, et qui cum eo sunt Cypriorum provinciæ religiosissimi episcopi, Zeno et Evagrius. Quamobrem quoniam communes morbi majori medicina opus habent, ut qui majus etiam damnum afferant, et maxime si neque antiqua consuetudo consecuta est, ut Antiochenæ civitatis episcopus in Cypro ordinationes faciat, quemadmodum et libellis et propriis vocibus nos docuerunt viri religiosissimi, qui ad sanctam synodum accesserunt : iis, qui sacrosanctis Cypri ecclesiis præsunt, fraudi ac probro non erit, nec ulla vis aut impedimentum eis afferetur, si secundum sanctorum Patrum canones et antiquam consuetudinem, per se religiosissimorum

ΚΑΝΩΝ η'.

Πρᾶγμα παρὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς (86) θεσμοὺς καὶ τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων Πατέρων καινοτομούμενον, καὶ τῆς πάντων ἐλευθερίας ἁπτόμενον, προσήγγειλεν ὁ θεοφιλέστατος συνεπίσκοπος Ῥηγῖνος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι τῆς Κυπρίων ἐπαρχίας Ζήνων καὶ Εὐάγριος. Ὅθεν, ἐπειδὴ τὰ κοινὰ πάθη μείζονος δεῖται τῆς θεραπείας, ὡς καὶ μείζονα τὴν βλάβην φέροντα, καὶ μάλιστα εἰ μηδὲ ἔθος ἀρχαῖον παρηκολούθησεν, ὥστε τὸν ἐπίσκοπον τῆς Ἀντιοχέων πόλεως τὰς ἐν Κύπρῳ ποιεῖσθαι χειροτονίας, καθὰ διὰ τῶν λιβέλλων καὶ τῶν οἰκείων φωνῶν ἐδίδαξαν οἱ εὐλαβέστατοι ἄνδρες, οἱ τὴν πρόσοδον τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ποιησάμενοι, ἕξουσι τὸ ἀνεπηρέαστον καὶ ἀβίαστον οἱ τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν τῶν κατὰ τὴν

Guill. Beveregii notæ.

(86) *Πρᾶγμα παρὰ τοὺς ἐκκλησιαστικούς*. Hunc canonem Photius non agnoscit. Nam in præfatione ad Nomocanonem septem tantum a synodo Ephesina constitutos canones scribit, Συνόδου τῆς ἐν Ἐφέσῳ τῶν σ' ἁγίων Πατέρων κανόνες ζ', et in primo capite primi tituli præcedentem canonem sub nomine septimi citat. Sed Joannes Antiochenus, etiamsi ipse quoque in prœmio ad suam canonum Collectionem septem solos hujus concilii canones esse tradiderit, in primo tamen ejus titulo hunc canonem laudat, ubi etiam vocatur τῆς ἐν Ἐφέσῳ συνόδου κανὼν η'· *Synodi Ephesinæ canon* 8. Hoc autem scriptoris alicujus injuria accidit. Ipse enim Joannes in primo titulo Nomocanonis hunc septimum diserte vocat, dicens, τῆς ἐν Ἐφέσῳ συνόδου κανὼν ζ', quomodo haud dubie et in collectione scribi debuit. Ex eo autem, quod ille septem solos hujus concilii canones numeret, et tamen hunc septimum appellet, necessario sequitur, præcedentem ab eo canonem e numero exclusum esse; quem etiam propterea nuspiam citat. Quod autem ad præsentem canonem sive potius decretum hujus concilii spectat, episcopus Antiochenus, qui sex prioribus, huic etiam edendo occasionem dedit : quippe qui jus ordinationis, contra ac prius habuerat, in insula Cypro sibi tunc temporis vindicabat. De qua re cum episcopi ejusdem insulæ, in canone commemorati, libellum synodo exhibuissent, editum est illico præsens decretum, quo cautum est, ne quid in ecclesiastica administratione, vel in Cypro, vel alibi innovetur; sed omnibus diœcesibus et provinciis antiqua sua jura et privilegia inviolata serventur. Exstat hoc decretum in Actis hujus concilii editionis supra scriptæ, pag. 306, ubi etiam occasio constitutionis uberius explicatur.

Κύπρον προεστῶτες κατὰ τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων Πατέρων (87) καὶ τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν, δι' ἑαυτῶν τὰς χειροτονίας τῶν εὐλαβεστάτων ἐπισκόπων ποιούμενοι. Τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων διοικήσεων καὶ τῶν ἀπανταχοῦ ἐπαρχιῶν παραφυλαχθήσεται· ὥστε μηδένα τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἐπαρχίαν ἑτέραν οὐκ οὖσαν ἄνωθεν καὶ ἐξαρχῆς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ, ἤγουν τῶν πρὸ αὐτοῦ χεῖρα καταλαμβάνειν· ἀλλ' εἰ καί τις κατέλαβε καὶ ὑφ' ἑαυτὸν πεποίηται βιασάμενος ταύτην ἀποδιδόναι, ἵνα μὴ τῶν Πατέρων οἱ κανόνες παραβαίνωνται, μηδὲ ἐν ἱερουργίας προσχήματι ἐξουσίας τῦφος κοσμικῆς παρεισδύηται, μηδὲ λάθωμεν τὴν ἐλευθερίαν κατὰ μικρὸν ἀπολέσαντες, ἣν ἡμῖν ἐδωρήσατο τῷ ἰδίῳ αἵματι ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ πάντων ἀνθρώπων ἐλευθερωτής. Ἔδοξε τοίνυν τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, σώζεσθαι ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ καθαρὰ καὶ ἀβίαστα τὰ αὐτῇ προσόντα δίκαια ἐξαρχῆς ἄνωθεν, κατὰ τὸ πάλαι κρατῆσαν ἔθος, ἄδειαν ἔχοντος ἑκάστου μητροπολίτου τὰ ἴσα τῶν πεπραγμένων πρὸς τὸ οἰκεῖον ἀσφαλὲς ἐκλαβεῖν. Εἰ δέ τις μαχόμενον τύπον τοῖς νῦν ὡρισμένοις προκομίσοι, ἄκυρον τοῦτον εἶναι ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ πάσῃ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ.

episcoporum electiones faciant. Idem autem et in aliis diœcesibus, et, quæ sunt ubique, provinciis servabitur: ut nullus religiosissimorum episcoporum, provinciam aliam, quæ non multis retro annis et ab initio sub sua, vel eorum, qui illum præcesserunt, manu fuerit, invadat: sed et si quis invaserit, et sibi per vim submiserit, eam reddat, ne Patrum canones transiliantur, nec sub sacerdotalis muneris prætextu sæcularis potestatis fastus subeat, nec libertatem paulatim imprudentes amittamus, quam nobis proprio sanguine dedit Dominus Jesus Christus, omnium hominum liberator. Sanctæ ergo et universali synodo visum est, ut unicuique provinciæ pura et inviolata serventur jura, quæ ab initio et multis retro annis habet, secundum consuetudinem quæ jam olim servata, potestatem habente unoquoque metropolitano, actorum exemplaria ad suam securitatem accipere. Si quis autem constitutionem aliquam iis, quæ nunc definita sunt, repugnantem attulerit, eam quoque esse irritam visum est toti sanctæ et universali synodo.

ΒΑΛΣ. Πρὸ τοῦ ἀποξενωθῆναι τὴν βασιλείαν τῶν Ῥωμαίων ἐκ τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας, δοὺξ ἐν αὐτῇ παρὰ τοῦ βασιλέως ἐπέμπετο, καὶ οὗτος στρατηγὸν εἰς Κύπρον ἀπέστελλεν, ὡς ὑποκειμένην τῇ Ἀντιοχείᾳ. Οἱ δὲ Κύπριοι ἐπίσκοποι καθ' ἑαυτοὺς διῆγον καὶ ἐχειροτονοῦντο. Τοῦ γοῦν τότε ὄντος ἐπιχειροῦντος, ὡς ἔοικεν, χειροτονίας ποιεῖν εἰς τὰς ἐκκλησίας τῶν Κυπρίων προφάσει τοῦ στέλλεσθαι στρατηγὸν ἐν τῇ νήσῳ παρὰ τοῦ δουκὸς Ἀντιοχείας, ἀνηνέχθη τὰ περὶ τούτου τῇ ἐν Ἐφέσῳ συνόδῳ παρὰ Κυπρίων ἐπισκόπων, καὶ αὕτη, τὴν πρόσοδον, ἤτοι τὴν προσέλευσιν τούτων δεξαμένη, ὥρισε τοὺς Κυπρίους ἐπισκόπους, κατὰ τοὺς κανόνας καὶ τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν, δι' ἑαυτῶν χειροτονεῖσθαι· Καθὼς, φησὶ, τοῦτο γενήσεται καὶ εἰς τὰς λοιπὰς διοικήσεις καὶ ἐπαρχίας, μὴ δυναμένου τινὸς ἐπισκόπου ἑτέραν ἐπαρχίαν σφετερίζεσθαι, μὴ ὑποκειμένην ἀνέκαθεν αὐτῷ· μᾶλλον μὲν οὖν καὶ τοὺς τοιοῦτόν τι ποιοῦντας, καὶ κατὰ βίαν, καὶ αὐθεντίαν, ἀλλοτρίαν ἐνορίαν κατασχόντας, ἀπολῦσαι αὐτὴν, ἵνα μὴ παραβαίνωνται οἱ κανόνες, καὶ προσχήματι τῆς ἱερουργίας ἐξουσίας κοσμικῆς ἤτοι κενοδοξίας τῦφος εἰς τοὺς ἀρχιε-

BALS. Antequam Romanorum imperium a magna Antiochia abalienaretur, dux in eam ab imperatore mittebatur, et is in Cyprum præfectum mittebat tanquam **105** Antiochiæ subjectam. Cyprii autem episcopi per se degebant, et ordinabantur. Cum ergo qui tunc erat Antiochiæ episcopus conaretur, ut est verisimile, in ecclesiis Cypriorum ordinationes facere, eo prætextu quod præfectus a duce Antiochiæ in insulam mitteretur, de ea re a Cypriis episcopis ad synodum, quæ erat Ephesi, relatum est. Ea vero, processu sive postulatione eorum admissa, decrevit Cyprios episcopos secundum canones et antiquam consuetudinem per seipsos ordinari: Quemadmodum, inquit, hoc fiet et in cæteris diœcesibus et provinciis, cum nullus episcopus aliam sibi provinciam vindicare possit, quæ non sibi longo retro tempore subjecta fuerit: sed potius eos, qui tale quid faciunt, et vi propriaque auctoritate alienam regionem detinent, eam dimittere, ne canones transiliantur, et sacerdotalis officii prætextu sæcularis potestatis sive vanæ gloriæ fastus in antistites oriatur. Concessit autem et unicuique

Guill. Beveregii notæ.

(87) *Καὶ τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων Πατέρων.* In Græcis, tam Balsamonis quam Zonaræ, codicibus antehac impressis, pro Πατέρων legitur ἀποστόλων, quam lectionem Elias Ehingerus Augustanus, in sua Græcorum canonum editione, anno 1614, retinuit. Sed non solus codex ms. Bodleianus hic impressus legit τῶν Πατέρων, verum etiam Joannes Antiochenus, in Collectione canonum, titulo I, et codex canonum Ecclesiæ universæ a Christophoro Justello editus, et ipsa etiam Acta hujus concilii, loco supra laudato, quo hoc decretum exstat. Sic etiam legit Gentianus Hervetus, quippe qui per vocem *Patrum* vertit. Et hæc quidem verior videtur lectio. Etiamsi enim non negandum est, quin Patres Ephesini hoc loco ad canones apostolicos respectum habuerint, dicentes, *πρᾶγμα παρὰ τοὺς* ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς καὶ τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων Πατέρων καινοτομούμενον. Ii tamen ἐκκλησιαστικοὶ θεσμοὶ potius hic dicuntur, et κανόνες τῶν ἁγίων Πατέρων sunt canones Nicæni. Sic enim et in libello episcoporum Cypri, qui huic decreto occasionem dedit, hoc idem dicitur esse *contra apostolicos canones et definitiones sanctissimæ Nicænæ synodi.*

metropolitano hujus canonis exemplaria ad proprium securitatem accipere : et nullam aliam scriptam constitutionem sive imperialem jussionem, huic canoni repugnantem, ab aliquo allatam valere. Lege et secundum can. secundæ syn., 28 can. quartæ syn. 39 can. sextæ syn., et quæ in eos scripta sunt, et scies quomodo Ecclesiæ, quæ Romæ suberant, throno Constantinopolis subjectæ fuerint, exceptis aliquibus.

ZONAR. Cypri episcopos creandi ejus Antiochenæ sibi Ecclesiæ antistites vindicabat, forte quod in Antiocheni ducis ditione ea insula priscis temporibus fuisset : nam a duce Antiocheno præfectus illic mittebatur. Ejus rei querelam Cyprii quidam episcopi ad synodum detulere, neque id unquam Antiocheno patriarchæ juris fuisse, ut ab eo Cypriarum urbium episcopi ordinarentur, tum viva ipsimet oratione tum scriptis in eam sententiam codicillis, docuere. Episcoporum itaque processu, sive supplicatione approbata statuit synodus Cypriorum episcopos, secundum sanctorum Patrum canones et antiquam consuetudinem, illæsos et indemnes fore. Nam canones quidem, et apostolorum trigesimus quintus, et Antiochenæ synodi tertius, ne in alienis provinciis sibi non subjectis ordinationes facere episcopi audeant, secus, irritum esse quod fecerint, ipsos vero deponi jubent : œcumenicæ vero primæ synodi sextus et septimus, antiquas consuetudines, ab ipsis quoque ecclesiarum præsulibus, servandas esse decernit. Quorum canonem vestigiis Patres hic quoque reverendi insistentes, ut a Cypriis episcopis ejus insulæ antistites ordinentur, idemque locis omnibus omnino servetur, neu provinciam aliquam, quæ non sibi et antiquioribus episcopis subjecta jam inde ab initio fuerit, invadere episcopo liceat, decrevere. Quod si provinciam non suæ ditionis quispiam usurpaverit, iis, inquiunt, quibus invitis est ablata, atque usurpata, restituat : ne vel ex eo, scilicet, auctoritas canonum infringatur, vel sacri muneris obeundi studium ambitioni prætexentes, ad inanem terrenæ potestatis amplificandæ cupiditatem antistites delabantur : nosque proinde, dominatu eorum, quibus nulla justa imperandi causa est oppressi, libertatis jacturam faciamus, quam nobis Dominus largitus est, suo ipsius sanguine pro hominum libertate effuso. Quamobrem sua cuique provinciæ jura, sancta synodus, facta etiam metropolitanis hujus edicti describendi potestate, ex antiqua consuetudine servari jubet ; et si typus, inquit, vel scriptum aliquod jam decretis contraria exprimens et constituens proferatur, irritum sit.

ARIST. *Serventur sua cuique provinciæ jura, pura ac inviolata. Qui vero contrariam hisce formam introducit, futilis est.*

Quicunque episcopi alienam provinciam suæ potestati vi subjecerint, quæ olim et ab initio sub

ρεῖς ἀναφαίνηται. Ἐξεχώρησε δὲ καὶ ἑκάστῳ τῶν μητροπολιτῶν ἐκλαβέσθαι τὰ ἴσα τοῦ τοιούτου κανόνος εἰς οἰκείαν ἀσφάλειαν, καὶ μηδὲ κρατεῖν ἕτερον ἔγγραφον τύπον, ἤγουν βασιλικὸν πρόσταγμα ἐναντιούμενον τῷ κανόνι τούτῳ, παρά τινος προκομιζόμενον. Καὶ ἀνάγνωθι τὸν β' κανόνα τῆς β' συνόδου, τὸν κη' τῆς δ' συνόδου, τὸν λθ' τῆς ς' συνόδου, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς· καὶ μάθοις πῶς ὑπετέθησαν αἱ ὑπὸ τὴν Ῥωμανίαν Ἐκκλησίαι ἄνευ τινῶν τῷ θρόνῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας ἀρχιερεὺς ὑφ' ἑαυτὸν εἷλκε τὰς τῶν Κυπρίων ἐπισκόπων χειροτονίας, ὡς τάχα τῆς Κύπρου τὸ παλαιὸν τελούσης ὑπὸ τὸν δοῦκα Ἀντιοχείας. Παρὰ γὰρ τοῦ δουκὸς Ἀντιοχείας ἐστέλλετο ἐκεῖ στρατηγός. Διὰ τοῦτο προσῆλθόν τινες τῶν Κυπρίων ἐπισκόπων τῇ συνόδῳ ταύτῃ, λέγοντες τοῦτο αὐτὸ, καὶ δι' ἐγγράφων ἀναφέροντες ὅτι οὐκ ἐξ ἔθους παλαιοῦ δίκαιον ἔσχεν ὁ Ἀντιοχείας χειροτονεῖν τοὺς ἐπισκόπους Κυπρίων. Ἐψηφίσατο οὖν ἡ σύνοδος, τὴν πρόσοδον ἤτοι τὴν προσέλευσιν δεξαμένη τῶν ἐπισκόπων, τὸ ἀνεπηρέαστον καὶ ἀβίαστον ἔχειν τοὺς τῶν Κυπρίων ἐπισκόπους, κατὰ τοὺς κανόνας τῶν ἁγίων Πατέρων καὶ τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν. Ὁ γὰρ τριακοστὸς πέμπτος κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ ὁ τρίτος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου μὴ τολμᾷν τοὺς ἐπισκόπους κελεύουσι ποιεῖσθαι χειροτονίας εἰς τὰς μὴ ὑποκειμένας αὐτοῖς ἐπαρχίας· εἰ δὲ μὴ, ἄκυρα μὲν τὰ παρ' ἐκείνων πραχθέντα εἶναι, αὐτοὺς δὲ καθαιρεῖσθαι. Καὶ ὁ ἕκτος δὲ κανὼν καὶ ὁ ἕβδομος τῆς πρώτης οἰκουμενικῆς συνόδου τὰ ἀρχαῖα ἔθη κἂν τοῖς ἀρχιερεῦσι κρατεῖν διατάττονται. Οἷς δὴ κανόσιν ἑπόμενοι καὶ οἱ τῆς συνόδου ταύτης σεπτοὶ Πατέρες ὥρισαν καὶ τοὺς Κυπρίων ἐπισκόπους δι' ἑαυτῶν τὰς χειροτονίας τῶν ἐν τῇ νήσῳ ταύτῃ ἐπισκόπων ποιεῖν, τοῦτο δὲ γίνεσθαι καὶ ἁπανταχοῦ, καὶ μή τινα τῶν ἐπισκόπων σφετερίζεσθαι ἐπαρχίαν μὴ οὖσαν ἄνωθεν, ἤγουν ἔκπαλαι καὶ ἀρχῆθεν, ὑπ' αὐτὸν καὶ ὑπὸ τοὺς πρὸ αὐτοῦ. Εἰ δὲ καί τις, φασὶν, ᾠκειώσατο ἐπαρχίαν μὴ ἀνήκουσαν αὐτῷ, ἀποδότω ταύτην τοῖς βιασθεῖσι καὶ ἀφαιρεθεῖσιν αὐτήν· ἵνα μὴ παραβαίνωνται οἱ κανόνες, καὶ ἀφορμὴν ἔχοντες τὴν ἱερουργίαν, καὶ ταύτην οἷόν τι προκάλυμμα προβαλλόμενοι κοσμικῆς ἐξουσίας κενοδοξίαν παρεισερχομένην εἰς ἑαυτοὺς ἔχωσιν οἱ ἀρχιερεῖς, καὶ δουλούμενοι τοῖς μὴ ἔχουσι δίκαιον ἀφαιρεθῶμεν τὴν ἐλευθερίαν, ἣν ὁ Κύριος ἡμῖν ἐδωρήσατο, τὸ οἰκεῖον κενώσας αἷμα ὑπὲρ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἐλευθερίας. Διὸ ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ τὰ οἰκεῖα δίκαια κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος φυλάττεσθαι ἡ ἁγία σύνοδος ἐψηφίσατο, καὶ τοῖς μητροπολίταις ἄδειαν ἔδωκε τὰ ἐψηφισμένα ἐκλαβέσθαι, κἂν τύπος, φησὶν, ἤγουν ἔγγραφόν τι, προκομισθῇ τυποῦν καὶ ὁρίζον ἄλλα παρὰ τὰ νῦν ὡρισμένα, ἄκυρος ἔσται.

ΑΡΙΣΤ. *Τηρείσθω τὰ ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ προσόντα δίκαια καθαρὰ, ἀβίαστα. Ὁ δὲ τύπον ἀντικείμενον τούτοις εἰσάγων ἀνόνητος.*

Ὅσοι τῶν ἐπισκόπων βίᾳ ὑπὸ τὴν αὐτῶν χεῖρα ἐπαρχίαν ἑτέραν ἐποιήσαντο, οὐχ οὖσαν ἄνωθεν καὶ

ἐξ ἀρχῆς ὑπ' αὐτοὺς, ἢ προνόμιόν τι ἐπισκοπῆς ἑτέρας ὑφήρπασαν, οὐδέν τι ἐκ τούτου δικαιωθήσονται· ἀλλ' ἐπανασωθῶσιν αὖθις πρὸς τοὺς ἔχοντας δίκαιον ἐπ' αὐτὰς ἐπισκόπους· ὅτι παρ καθαρὰ καὶ ἀβίαστα ὀφείλουσιν ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ προσεῖναι τὰ δίκαια. Καὶ μὴ τῦφον κοσμικῆς ἐξουσίας ἐν ἱερουργίας προσχήματι παρεισδύεσθαι. Ὁ δὲ τύπον εἰσάγων ἕτερον τοῖς ἐνταῦθα ὁρισθεῖσιν ἀντικείμενον καὶ μαχόμενον οὐδέν τι ὠφεληθήσεται.

A illis non fuit, 168 aut alterius episcopatus usurpaverint privilegium, nihil ex eo causæ eorum addetur, sed ad illos rursus episcopos, qui jus ad eas habuerunt, restituantur. Nam pura et inviolata debent cuique provinciæ servari jura, et sub sacerdotalis muneris prætextu sæcularis potentiæ fastum non subire. Si quis autem constitutionem aliam, iis quæ hic decernuntur adversantem et pugnantem, introduxerit, nullum ex eo emolumentum capiet.

Ἐπιστολὴ τῆς αὐτῆς ἐν Ἐφέσῳ ἁγίας συνόδου πρὸς τὴν ἐν Παμφυλίᾳ εὐαγῆ σύνοδον, περὶ Εὐσταθίου τοῦ γενομένου αὐτῶν μητροπολίτου.

Epistola ejusdem sanctæ Ephesinæ synodi ad sacram in Pamphylia synodum, de Eustathio, qui fuit eorum metropolitanus.

« Μετὰ βουλῆς πάντα ποίει, » τῆς θεοπνεύστου λεγούσης Γραφῆς, χρὴ μάλιστα τοὺς ἱερᾶσθαι λαχόντας μετὰ πάσης ἀκριβείας τὴν ἐφ' ἅπασι τοῖς πρακτέοις ποιεῖσθαι διάσκεψιν. Διαβιοῦν γὰρ οὕτως ἐθέλουσιν, ἐν καλῷ τῆς ἐλπίδος κεῖσθαί τε κατ' αὐτοὺς, καὶ οἷον ἐξ οὐρίας ἐν τοῖς κατ' εὐχὴν ἀποφέρεσθαι συμβαίνει· καὶ πολὺ τό γε εἰκὸς ὁ λόγος ἔχει. Ἀλλ' οἶδεν ἔσθ' ὅτε δριμεῖα καὶ ἀφόρητος λύπη, κατασκήψασα νοῦ, καταθολῶσαί τε δεινῶς αὐτὸν, καὶ τῆς τῶν δεόντων ἀποκομίσαι θήρας, ἀναπεῖσαί τε τὸ πεφυκὸς ἀδικεῖν ὥς τι τῶν ὀνησιφόρων ἰδεῖν. Τοιοῦτόν τι πεπονθότα τεθεάμεθα τὸν εὐλαβέστατον καὶ θεοσεβέστατον ἐπίσκοπον Εὐστάθιον· κεχειροτόνηται μὲν γὰρ, ὡς μεμαρτύρηται, κανονικῶς· τεθορυβημένος δὲ, ὥς φησι, παρά τινων, καὶ ἀδοκήτοις περιστάσεσιν ἐμβεβηκὼς, εἶτα ἐκ πολλῆς ἄγαν ἀπραγμοσύνης ἀπειρηκὼς τὴν ἀντίστασιν τῶν ἐπενηνεγμένων αὐτῷ φροντίδων, καὶ διακρούεσθαι τὰς παρὰ τῶν ἐπιφυομένων αὐτῷ δυσφημίας δυνάμενος, παραιτήσεως οὐκ ἴσμεν ὅπως προεκόμισε βιβλίον· ἔδει γὰρ ὡς ἅπαξ ἐγκεχειρισμένον ἱερατικὴν φροντίδα, ταύτης ἔχεσθαι μετ' εὐρωστίας πνευματικῆς, καὶ οἷον ἀνταποδύεσθαι τοῖς πόνοις, καὶ ἱδρῶτα τὸν ἔμμισθον ἐθελοντεὶ ὑπομεῖναι. Ἐπειδὴ δὲ ἅπαξ ὀλιγώρως ἔχοντα παρέδειξεν ἑαυτὸν, τοῦτο παθὼν ἐξ ἀπραγμοσύνης μᾶλλον ἢ ὄκνου καὶ ῥᾳθυμίας, κεχειροτόνηκεν ἀναγκαίως ἡ ὑμετέρα θεοσέβεια τὸν εὐσεβέστατον καὶ θεοσεβέστατον ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ συνεπίσκοπον Θεόδωρον, φροντιοῦντα τῆς ἐκκλησίας. Οὐ γὰρ ἦν ἀκόλουθον χηρεύειν αὐτὴν, καὶ ἐπιστάτου δίχα διατελεῖν τοῦ Σωτῆρος τὰ ποίμνια. Ἐπειδὴ δὲ προσῆλθε κλαίων, οὐ περὶ τῆς πόλεως οὐδὲ τῆς ἐκκλησίας φιλονεικῶν τῷ μνημονευθέντι θεοσεβεστάτῳ ἐπισκόπῳ Θεοδώρῳ, ἐξαιτῶν δὲ τέως τὴν τοῦ ἐπισκόπου τιμὴν καὶ κλῆσιν, συνηλγήσαμεν ἅπαντες τῷ πρεσβύτῃ, καὶ κοινὸν εἶναι λογισάμενοι τὸ αὐτοῦ δάκρυον, ἐσπεύδομεν μαθεῖν, εἰ καθαίρεσιν ἔννομον ὑπομεμένηκεν ὁ μνημονευθεὶς, ἤγουν ἐπί τισι τῶν ἀτόπων ἐλήλεγκται παρά τινων καταφλυαρη-

Cum divinitus inspirata Scriptura dicat, « Fac omnia cum consilio [47]. » maxime quidem oportet eos, qui
B *sacerdotis gradum sortiti sunt, quam fieri potest accuratissime omnia quæ sunt agenda inquirere ac examinare. Iis enim, qui vitam ita volunt instituere, circa ea quæ ad se pertinent, spem pulchre collocatam habere, et tanquam secundo vento ea pro voto succedere continget: et magnam quidem habet verisimilitudinem oratio. Sed acerbus et intolerabilis dolor mentem aliquando opprimens, eam et valde perturbat, et ab eorum, quæ fieri oportet, persecutione abducit, et persuadet ut quod injuriam facere suapte natura consuevit, id tanquam aliquid conducibile respiciat. Tale quid in primis pio et religioso episcopo Eustathio accidisse vidimus. Canonice enim, ut perhibetur, electus est.*
C *Cum autem esset a nonnullis perturbatus, ut ait, et in inopinatas rerum circumstantias incidisset, deinde præ nimia negotii gerendi fuga ob ingruentes sibi curas animum despondisset, cum maledicta, quæ in eum ab imminentibus adversariis congerebantur, amovere posset, renuntiationis libellum nescimus quomodo obtulit. Oportebat enim eum, ut cui sacerdotalis cura semel mandata est, ei cum spirituali robore insistere, et labores veluti subire, et sudorem, cui merces proposita est, lubenter suscipere. Quoniam autem seipsum semel negligentem esse ostendit, idque ei potius propter negotii ac laboris fugam, quam propter inertiam ac socordiam accidit, vestra pietas religiosissimum*
D *ac maxime pium fratrem nostrum et coepiscopum Theodorum ecclesiæ curam gesturum necessario ordinavit. Neque enim erat honestum ut ea vidua esset, et absque rectore essent Servatoris greges. Sed quoniam flens accessit, non de civitate, nec de ecclesia cum religiosissimo episcopo Theodoro, cujus meminimus, ambitiose contendens, sed episcopi interim honorem et appellationem postulans: omnes senis vicem condoluimus, et communes esse ejus lacrymas arbitrati, scire contendimus, an legitimam depositionem prædictus subierit, an ab aliquibus, qui famam ejus elevarunt, aliquorum gravium et indignorum criminum convictus fuerit. Atqui didicimus nihil ejusmodi ab eo factum esse,*

[47] Prov. XIII, 7.

prædictoque pro crimine potius fuisse ipsam renuntiationem. Unde nec de vestra pietate querimur, quæ in ejus locum, ut par fuit, prædictum Theodorum ordinavit episcopum. Sed quoniam viro non nimis vehementer succensere est consentaneum, quod sit negotiorum et laborum fugitantior: sed senis potius misereri oportet, qui extra civitatem, quæ eum tulit, et patrios ritus vitæque instituta, tam longo tempore fuerit, æquum censuimus et statuimus, ut sine omni contradictione episcopatus nomen **107** *habeat, et honorem et communionem: ita tamen, ut neque ipse ordinet, neque ecclesias occupans propria auctoritate sacra obeat; nisi vel utique assumptus, sive etiam, si evenerit, permissus a fratre et coepiscopo, secundum dispositionem et dilectionem, quæ est in Christo. Si quid autem benignius ei consulueritis vel nunc vel in posterum, id quoque placebit sanctæ synodo.*

A *σάντων αὐτοῦ τῆς ὑπολήψεως;· καὶ δὴ ἐμάθομεν πεπρᾶχθαι μὲν τοιοῦτον οὐδὲν, γενέσθαι δὲ μᾶλλον τῷ μνημονευθέντι ἀντὶ ἐγκλήματος τὴν παραίτησιν· ὅθεν οὐδὲ τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ ἐμεμψάμεθα, χειροτονησάσῃ δεόντως εἰς τὸν αὐτοῦ τόπον τὸν μνημονευθέντα ἐπίσκοπον Θεόδωρον. Ἐπειδὴ δὲ τῇ ἀπραγμοσύνῃ τοῦ ἀνδρὸς οὐ σφόδρα φιλονεικεῖν ἀκόλουθον, ἔδει δὲ μᾶλλον ἐλεῆσαι πρεσβύτην, ἔξω καὶ πόλεως τῆς ἐνεγκούσης αὐτὸν καὶ πατρῴων ἐνδιαιτημάτων ἐν μακροῖς οὕτω γεγονότα χρόνοις, ἐδικαιώσαμεν καὶ ὡρίσαμεν δίχα πάσης ἀντιλογίας ἔχειν αὐτὸν, τό τε τῆς ἐπισκοπῆς ὄνομα καὶ τὴν τιμὴν, καὶ κοινωνίαν· οὕτω* B *μέντοι, ὥστε μὴ χειροτονεῖν αὐτὸν, μήτε μὴν ἐκκλησίαν καταλαβόντα ἱερουργεῖν ἐξ ἰδίας αὐθεντίας· ἀλλ' εἰ ἄρα συμπαραλαμβανόμενον, εἴτουν ἐπιτρεπόμενον, εἰ τύχοι, παρὰ ἀδελφοῦ καὶ συνεπισκόπου, κατὰ διάθεσιν καὶ ἀγάπην τὴν ἐν Χριστῷ. Εἰ δέ τι βουλεύσησθε χρηστότερον ἐπ' αὐτῷ ἢ νῦν ἢ εἰς τὸ μετὰ ταῦτα, ἀρέσει καὶ τοῦτο τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ.*

BALS. Pamphylia est Attaliæ provincia. Et quoniam quidam Eustathius, qui in ea episcopus fuerat, episcopatui scriptis renuntiavit propter quasdam vexationes ac molestos negotiorum casus, rursusque lacrymis supplicavit, ut solum episcopi honorem et nomen haberet, exorata est sancta synodus, et per præsentem epistolam ad synodum, quæ erat in Pamphylia, missam statuit misericordia dignum esse senem et Theodorum quidem, qui in Pamphylia electus est, rursus esse episcopum: Eustathium autem, ut qui non esset depositus, sed, ut negotia laboresque fugeret, renuntiasset, ex dispensationis ratione, ea quæ petivit habere, nomen scilicet et honorem episcopi et communionem, id est intra altare participare, nihil tamen episcopale exercere, nisi ex regionis episcopo id ei permissum sit. Neque enim æquum esse censuit, ut viro graviter succenseretur, quod esset negotiorum laborumque fugitantior, vel quod ad ea gerenda esset ineptus. Cum hæc tractet epistola, dicunt nonnulli ex ea esse antistitibus permissum, ut ecclesiarum quidem thronis renuntient, et tamen antistitum dignitatem obtineant. Si enim, inquiunt, hoc fieri non posset, synodus Eustathio non permisisset, ut episcopi nomen et honorem haberet, et cum episcopi regionis voluntate sacra obiret. Non est autem hoc, ut existimo, verum. Quod enim a Patribus definitum est, ex dispensationis ratione definitum est: et non oportet quod per dispensationem propter aliquid utile introductum est, ad exemplum trahi, et tanquam canonem deinceps valere: et maxime cum epistola non dicat Eustathium episcopatus administrationi renuntiasse, episcopalem autem dignitatem tenuisse. (Neque enim supplicasset ut id haberet quod habebat.) Sed potius disserit, eum renuntiasse episcopatui. Et cum Patres non definierint, ut id, quod Eustathio propter commiserationem factum est, deinceps quoque vim habeat,

ΒΑΛΣ. Παμφυλία ἐστὶν ἡ τῆς Ἀτταλείας ἐπαρχία. Καὶ ἐπεὶ Εὐστάθιός τις, ἐπισκοπεύσας ἐν αὐτῇ, παρῃτήσατο ἐγγράφως τὴν ἐπισκοπὴν διά τινας ὀχλήσεις καὶ περιστάσεις πραγματικὰς, πάλιν δὲ παρεκλήτευσε μετὰ δακρύων, μόνην τιμὴν ἐπισκόπου καὶ κλῆσιν ἔχειν, ἐδυσωπήθη ἡ ἁγία σύνοδος· καὶ ὥρισε διὰ τῆς παρούσης ἐπιστολῆς πρὸς τὴν ἐν Παμφυλίᾳ σύνοδον ἀποσταλείσης ἐλέους ἀξιωθῆναι C τὸν γέροντα· καὶ τὸν μὲν ἐν Παμφυλίᾳ χειροτονηθέντα ἐπίσκοπον Θεόδωρον πάλιν εἶναι ἐπίσκοπον, τὸν δὲ Εὐστάθιον, ὡς μὴ καθαιρεθέντα, ἀλλὰ διὰ ἀπραγμοσύνην παραιτησάμενον, ἔχειν κατ' οἰκονομίας λόγον ἃ ἐζήτησεν, ἤγουν ὄνομα καὶ τιμὴν ἐπισκόπου, καὶ κοινωνίαν, ἤγουν μεταλαμβάνειν ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου· μηδὲν δέ τι ἐνεργεῖν ἐπισκοπικὸν εἰ μὴ κατὰ θέλησιν τοῦ ἐγχωρίου ἐπισκόπου ἐπιτραπῇ. Οὐδὲ γὰρ ἔκρινε δίκαιον φιλονεικεῖν τινα τῇ ἀπραγμοσύνῃ τοῦ ἀνδρὸς, ἤτοι τῇ περὶ τὰ πράγματα ἀνεπιτηδειότητι αὐτοῦ. Ταῦτα τῆς ἐπιστολῆς διαλαμβανούσης, λέγουσί τινες ἐνδοθῆναι τοῖς ἀρχιερεῦσι ἀπὸ ταύτης παραιτεῖσθαι τοὺς θρόνους τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ τὴν ἀρχιερωσύνην παρακρατεῖν. Εἰ D μὴ γὰρ τοῦτο ἦν, φασὶ, δυνατὸν, οὐκ ἂν ἡ σύνοδος τῷ Εὐσταθίῳ παρεχώρησεν ὄνομα ἔχειν ἐπισκόπου καὶ τιμὴν, καὶ μετὰ θελήσεως τοῦ ἐγχωρίου ἐπισκόπου ἱερουργεῖν. Οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο, ὡς οἶμαι, ἀληθές. Τὸ γὰρ ὑπὸ τῶν Πατέρων διορισθὲν κατ' οἰκονομίας λόγον ὡρίσθη· καὶ οὐ χρὴ τὸ κατ' οἰκονομίαν διά τι χρήσιμον εἰσενεχθὲν εἰς ὑπόδειγμα ἕλκεσθαι, καὶ ὡς κανόνα κρατεῖν εἰς τὰ ἑξῆς· ἄλλως τε τῆς ἐπιστολῆς μὴ λεγούσης τὴν μὲν οἰκονομίαν τῆς ἐπισκοπῆς παραιτήσασθαι τὸν Εὐστάθιον, ὑποκρατῆσαι δὲ τὴν ἱερωσύνην (ἢ γὰρ ἂν οὐδὲ παρεκλήτευσε λαβεῖν ὅπερ εἶχεν), ἀλλὰ μᾶλλον διαλαμβανούσης παραιτήσασθαι αὐτὸν τὴν ἐπισκοπήν. Καὶ τῶν Πατέρων μὴ διορισαμένων τὸ κατὰ συμπάθειαν ἐπὶ τῷ Εὐσταθίῳ γενόμενον κρατεῖν καὶ

ἐφεξῆς, πόθεν οὗτοι διαιροῦσι τὰ ἀδιαίρετα, καὶ νομοθετοῦσι τὰ μὴ τῇ ἐπιστολῇ περιεχόμενα; Καὶ ταύτην δὲ τὴν οἰκονομίαν νομίζω μὴ ἀπεριμερίμνως γενέσθαι. Τῶν γὰρ κανόνων καὶ τῆς πρὸς Δόμνον ἐπιστολῆς τοῦ ἁγίου Κυρίλλου διοριζομένων λιβέλλους παραιτήσεως μὴ προσάγειν τινὰς τῶν ἱερέων (Εἰ γάρ, φησίν, εἰσὶν ἄξιοι τοῦ λειτουργεῖν, ἔστωσαν ἐν τούτῳ· εἰ δὲ ἀνάξιοι, μὴ ἀπὸ παραιτήσεως ἐξίτωσαν, κατεγνωσμένοι δὲ μᾶλλον ἐπὶ πράγμασι), πῶς ἄν τις εἴπῃ τὴν ἐν Ἐφέσῳ σύνοδον, καὶ μᾶλλον τὸν προϊστάμενον ταύτης μέγαν Κύριλλον ὑπεναντίως ἑαυτῷ καὶ τοῖς λοιποῖς Πατράσι διορίσασθαι; Ἀλλ', ὡς ἔοικε, τῆς παραιτήσεως τοῦ Εὐσταθίου μὴ οὔσης βεβαίας, ἀλλὰ κατασειομένης, ἔν τισι κατένευσε κατὰ λόγον οἰκονομίας ἡ ἁγία σύνοδος εἰς ἃ διωρίσατο. Ὅτι δὲ τοιαύτη ἦν ἡ παραίτησις τοῦ Εὐσταθίου, παρίσταται καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς ἐπιστολῆς, λεγούσης ὡς οὐκ ἴσμεν ὅπως παραιτήσεως προκεκόμικε βιβλίον ὁ Εὐστάθιος, καὶ οἷον ξενιζομένης ἐπὶ τῇ ταύτης παραδοχῇ. Εἰ γὰρ οὐ κατεσείετο ὑπό τινος αὕτη, οὐδὲ τὸ ὀνομάζεσθαι ἐπίσκοπον, καὶ ἱερουργεῖν ἂν ἐδόθη αὐτῷ. Ὥστε τὸ διὰ τῆς παρούσης ἐπιστολῆς οἰκονομηθὲν οὐκ ἔστι καθολικόν. Δηλοῦται δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τοῦ γράψαι τοὺς Πατέρας, ὡς, εἴπερ παρὰ τῶν ἐγχωρίων καὶ ἕτερόν τι χρηστότερον γένηται εἰς τὸν γέροντα, ἀρέσκει τοῦτο τῇ συνόδῳ. Ἔτι εἰπὲ ὡς, τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου διοριζομένης μηδένα ἀπολελυμένως χειροτονεῖσθαι, ὁ ὑποκρατήσας ἐπίσκοπος μόνην τὴν ἱερωσύνην, ὥς τινές φασι, ποίων ἱερέων ἱεράρχης ὀνομασθήσεται, ἢ τίνας διδάξει; ποίων δὲ καὶ ἐπισκοπεύσει; Πάντως οὐδέ τινων. Διὸ οὐδὲ ἐν δυνάμει μόνῃ ἡ ἱερωσύνη ὑποκρατηθήσεται. Ζήτει καὶ τὸν δέκατον κανόνα τοῦ ἁγίου Πέτρου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ Εὐστάθιος, οὗ μέμνηται ἡ ἐπιστολὴ αὕτη, ἐπίσκοπος ἦν τῆς Παμφυλίας. Παμφυλία δέ ἐστιν ἡ τῆς Ἀτταλείας ἐπαρχία. Ὁ γοῦν ῥηθεὶς ἀνήρ, περιστάσεσιν ἐμπεπτωκώς, καὶ ἀπαγορεύσας διὰ μικροψυχίαν καὶ ἀπραγμοσύνην, ἐγγράφως παρῃτήσατο τὴν ἐπισκοπήν. Κἀκεῖ μὲν ἄλλος κεχειροτόνητο· ὁ δὲ Εὐστάθιος κλαίων προσῆλθε τῇ ἱερᾷ ταύτῃ συνόδῳ, οὐ τὴν πόλιν, οὐ τὴν ἐκκλησίαν ἀνακαλούμενος, οὐδ' ἀμφισβητῶν περὶ αὐτῶν τῷ μετ' αὐτὸν χειροτονηθέντι, ὄνομα δὲ καὶ τιμὴν αἰτῶν ἐπισκόπου, καλεῖσθαι δηλαδὴ θέλων ἐπίσκοπος, καὶ τιμὴν ἔχειν ἐν καθέδραις καὶ τοιούτοις ἄλλοις ἐπισκόπῳ προσήκουσιν. Φησὶν οὖν ἡ ἱερὰ σύνοδος ὅτι Συνηλγήσαμεν τῷ πρεσβύτῃ, καὶ κοινὸν ἡγησάμεθα τὸ αὐτοῦ δάκρυον, καὶ ἐζητήσαμεν μαθεῖν εἰ κανονικῶς καθῃρέθη ὁ ἄνθρωπος, τινῶν ἴσως κατηγορησάντων αὐτοῦ ἐπ' ἀτόποις τισίν. Ἐπεὶ δὲ μηδὲν τοιοῦτον ἐπ' αὐτῷ γεγονέναι ἐμάθομεν, παραιτήσασθαι δὲ αὐτὸν τὴν ἐπισκοπήν, καὶ διὰ τοῦτο αὐτῆς ἐκπεσεῖν δι' ἀπραγμοσύνην, οὐκ ἀκόλουθον ἐλογισάμεθα φιλονεικεῖν τῇ ἀπραγμοσύνῃ τοῦ ἀνδρός, ἤτοι τῇ περὶ τὰ πράγματα ἀνεπιτηδειότητι· δεῖν δὲ μᾶλλον ἐκρίναμεν ἐλεῆσαι τὸν γηραιὸν ἐπὶ χρόνοις πολλοῖς τῆς πατρίδος αὐτοῦ, καὶ πατρῴων ἐνδιαιτημάτων ἐκ-

A quanam ratione dividunt isti quæ non debent dividi, et tanquam leges sanciunt ea quæ epistola non comprehenduntur. Porro et hanc dispensationem existimo non inconsiderate factam esse. Cum enim canones, et sancti Cyrilli ad Domnum epistola, decernant, ne ulli sacerdotes renuntiationum libellos afferant (Si enim, inquit, sacra ministeria obire digni sunt, in eo permaneant: sin autem indigni, ne per renuntiationem exeant, sed potius, rebus ipsis condemnati), quomodo dixerit quispiam Ephesinam synodum, et eum potius qui ei præerat magnum Cyrillum sibi, et reliquis Patribus contraria statuisse? Sed, ut est verisimile, cum Eustathii renuntiatio firma non esset, sed in quibusdam labaret, ex dispensationis ratione annuit sancta synodus ad B ea quæ definit. Quod autem esset ejusmodi Eustathii renuntiatio, ex ipsa etiam epistola apparent, quæ dicit: Nescio quomodo renuntiationis libellum attulit Eustathius: et ob ejus receptionem veluti in admirationem adducitur. Si ipsa enim ab aliquo non labefactaretur, nec ut episcopus nominaretur, et ut sacri muneris aliquid obiret, ei permitteretur. Quod itaque per hanc epistolam œconomice provisum est, non est universale. Hoc autem etiam ex eo declaratur, quod Patres scripserunt; quod si a religionis episcopis benignius aliquid in senem fiat, id quoque placet synodo. Præterea cum Chalcedonensis synodus nullum absolute ordinandum esse decernat, qui solum sacerdotalem, ut dicunt, C dignitatem obtinebit episcopus; quorumnam 108 sacerdotum antistes esse dicetur, vel quosnam docebit? et quorumnam episcopus erit? Nullorum omnino. Quare nec potestate quidem sola sacerdotalis dignitas obtinebitur. Quære etiam decimum canonem sancti Petri Alexandrini episcopi.

ZONAR. Eustathius, de quo in epistola sermo, Pamphyliæ episcopus fuit. Phamphylia autem est Attaliæ provincia. Vir itaque prædictus cum in difficiliora tempora incidisset, præ pusillanimitate et negotiorum fuga moleste ferens, episcopatui scriptis renuntiavit. Ac alius quidem illic electus est. Eustathius vero multis cum lacrymis in sanctam hanc synodum postea venit, non civitatem sibi, non Ecclesiam vindicans, aut ea quo minus a successore haberentur recusans: sed D nomen tantum episcopi et honorem petens, nimirum episcopi nomine honestari, episcopalemque in consessu locum, ac si quæ alia sunt hujusmodi, obtinere volens. Senis vicem igitur condoluimus, inquit sancta synodus, communesque ejus lacrymas existimavimus, et discere conati sumus, num aliquorum flagitiorum convictus homo canonice depositus fuisset. Cum vero nihil tale factum esse comperissemus, sed illum, haud sane rebus gerendis habilem, episcopatu, quo se ipsemet abdicaverat, excidisse: nos hominem, quod a negotiis abhorreret, sive rebus gerendis minus idoneus fuerit, objurgare haud honestum esse existimavimus, sed potius senectute confecto, et patria multos jam annos ac patriis sedibus orbato, misericordiæ aliquid impartiendum

esse judicavimus. Itaque et episcopi nomen, et dignitatem, communionemque ab eo retineri decrevimus, et justum censuimus. Ita scilicet, ut ei secretiora adyta intrare, ibique communicare, non tamen aut ipsi sacra facere, aut ordinibus quempiam insignire fas sit, nisi vel episcopus aliqui eum sibi socium in sacris peragendis vel ordinando asciverit, vel ab ipso regionis istius episcopo tale quippiam ei facere sit permissum. Atque hæc quidem nos, inquit synodus, homini indulsimus. Quod si benignius aliquid, vel nunc, vel in posterum, illi consulueritis, id est, si plus aliquid juris vel privilegii illi concesseritis, nobis acceptum erit. Ex hac synodi constitutione colligunt quidam, licere episcopis ecclesias suas, dignitate episcopali nihilominus retenta, dimittere. Sed ego contrarium potius hinc puto effici, quod olim qui episcopatibus renuntiarunt omnibus quæ acceperunt privati sunt, et neque jus aliquod episcopale post renuntiationem retinebant neque episcopi appellabantur. Si enim, episcopatu quamvis deposito, adhuc episcopalia jura retineri mos erat, cur tandem lacrymans Eustathius in sanctam synodum venit, sibique episcopi honorem ac nomen precibus obtinere contendit? et de ea re litteras ad Pamphyliæ synodum dandas Ephesina hæc synodus censuit? Potius igitur antistitum muneris episcopalis detrectationem nec sine culpa esse, nec tunc fuisse, ex hac epistola apparet, quæ dicit; cum a negotiis vehementer abhorrens præ curis animo concidisset, renuntiationis, nescimus quomodo, libellum obtulit. Oportebat enim eum, ut cui sacerdotalis cura semel mandata est, ei cum spirituali robore insistere, et labores veluti subire, et sudorem, cui merces proposita est, lubenter suscipere.

Non fuisse igitur antiqui moris ecclesiarum renuntiationes, exinde satis constat, quod synodus scribit, quod nescimus quomodo renuntiationis libellum obtulit. Admirantium namque facti novitatem et dubitantium erat dicere, quod nescimus quomodo id factum fuit. Si vero res usitata fuisset, de ea non dubitaretur. Quæ vero subjiciunt [cui namque semel episcopalis cura demandata fuisset ei insistere illum oportuit] et quæ sequuntur, ea, nullam ejusmodi sacerdotalis oneris deponendi facultatem fuisse, quin id potius maxime vetitum et criminosum fuisse, satis aperte demonstrant. Etenim si qui nunc primum ad pastoralis curæ sollicitudinem vocantur, nisi decreto pareant secundum apostolorum **109** trigesimum sextum, et Antiochenæ synodi decimum septimum canonem, quoad recusandi finem facerent, segregentur; quomodo ii, qui ordinantur, et populi curam susceperunt, ei renuntiantes, et oblatum sibi divina gratia ministerium repudiantes, facile admittentur, et non pœna potius afficientur, sed et præmium, episcopi scilicet nomen et honorem, habebunt? Nam ea quidem præmii loco homini, qui a parœcia, in quam destinatus fuerat, non suo vitio, sed impotenti multitudinis

A πεπτωκότα. Καὶ ὡρίσαμεν, καὶ δίκαιον ἡγησάμεθα ἔχειν αὐτὸν τὸ ὄνομα τῆς ἐπισκοπῆς καὶ τὴν τιμὴν, καὶ τὴν κοινωνίαν, τὸ ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου εἰσιέναι δηλαδὴ, καὶ μεταλαμβάνειν, μήτε δὲ ἱερουργεῖν αὐτὸν, μήτε χειροτονεῖν, εἰ μὴ συμπαραληφθείη παρ' ἑτέρου ἐπισκόπου, ὥστε συλλειτουργῆσαι ἐκείνῳ ἢ συγχειροτονῆσαι, ἢ ἐπιτραπείη τοιοῦτόν τι ποιῆσαι παρὰ τοῦ τῆς ἐνορίας ἐκείνης ἐπισκόπου. Καὶ ἡμεῖς μὲν ταῦτα, φησὶν ἡ σύνοδος, δεδώκαμεν αὐτῷ· εἰ δέ τι βουλεύσεσθε χρηστότερον ὑμεῖς ἐπ' αὐτοῦ, ἢ νῦν ἢ μετὰ ταῦτα, ἤγουν εἰ καὶ πλέον τι παράσχοιτε αὐτῷ δίκαιον ἢ προνόμιον, καὶ τοῦτο ἀρεστὸν ἡμῖν δόξει. Ἐκ ταύτης συνοδικῆς οἰκονομίας οἴονταί τινες ἐνδεδόσθαι τοῖς ἐπισκόποις παραιτεῖσθαι τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν, τὴν δὲ ἀρχιερωσύνην παρακρατεῖν. B Οἶμαι δὲ τοὐναντίον μᾶλλον ἐντεῦθεν καταλαμβάνεσθαι, ὅτι πάλαι οἱ τὰς ἐπισκοπὰς παραιτούμενοι, εἴ τε ὡς ἐδέχοντο πάντων ἐξέπιπτον, καὶ οὔτε ἀρχιερατικόν τι δίκαιον μετὰ τὴν παραίτησιν εἶχον, οὔτε ἐπίσκοποι ὠνομάζοντο· εἰ γὰρ ἦν ἔθνος, ὥστε τὸν παραιτησάμενον ἀρχιερατικὰ δίκαια ἔχειν, τί δήποτε ὁ Εὐστάθιος μετὰ δακρύων προσῄει τῇ ἱερᾷ συνόδῳ, καὶ ᾐτεῖτο καλεῖσθαι ἐπίσκοπος, καὶ ἐπισκόπου ἔχειν τιμήν; καὶ ἡ σύνοδος ἔγραφε περὶ τούτου τῇ κατὰ Παμφυλίαν συνόδῳ; μᾶλλον μὲν οὖν ἀπὸ τῆς ἐπιστολῆς ταύτης καὶ τὸ ὅλως παραιτεῖσθαι τοὺς ἀρχιερεῖς τὰς ἐπισκοπὰς οὐκ ἀνέγκλητον φαίνεται εἶναι, οὐδὲ γίνεσθαι τότε, λεγούσης ὡς ἀπειρηκὼς πρὸς τὰς φροντίδας ἐκ πολλῆς ἀπραγμοσύνης, παραιτήσεως, οὐκ C ἴσμεν ὅπως, προσεκόμισε βιβλίον. Ἔδει γὰρ ὡς ἅπαξ ἐγκεχειρισμένον ἱερατικὴν φροντίδα ταύτης ἔχεσθαι μετ' εὐρωστίας πνευματικῆς, καὶ οἷον ἀνταποδύεσθαι τοῖς πόνοις, καὶ ἱδρῶτα τὸν ἔμμισθον ἐθελοντὶ ὑπομένειν. Ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἔθος ἦν παραιτήσεις ἐκκλησιῶν γίνεσθαι τότε, ἐμφαίνεται ἀπὸ τοῦ γράψαι τὴν σύνοδον ὡς οὐκ ἴσμεν ὅπως παραιτήσεως προσεκόμισε βιβλίον. Ξενιζομένων γὰρ ἐπὶ τῇ πράξει καὶ ἀπορούντων ἦν τὸ λέγειν ὡς οὐκ ἴσμεν ὅπως ἐγένετο τότε. Εἰ δὲ συνήθως ἐγένετο, οὐκ ἂν ἠπορεῖτο. Τὸ δὲ ἐπιφέρειν· ἔδει γὰρ ὡς ἅπαξ ἐγκεχειρισμένον ἱερατικὴν φροντίδα ἔχεσθαι ταύτης, καὶ τὰ ἑξῆς δίδωσιν ἐννοεῖν, ὅτι τὸ παραιτεῖσθαι τὰς ἱερατικὰς φροντίδας οὐκ ἐπιτετραμμέD νον, ἀλλ' ὑποτετραμμένον μᾶλλόν ἐστι καὶ ὑπ' αἰτίασιν. Εἰ γὰρ οἱ ἄρτι πρώτως καλούμενοι εἰς ποιμαντικὴν λειτουργίαν λαοῦ, εἰ μὴ πείθοιντο τοῖς ψηφιζομένοις αὐτοὺς, ἀφωρισμένοι εἰσὶ, κατὰ τὸν λϛ' κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἕως ἂν καταδέξωνται, καὶ κατὰ τὸν ιζ' τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου, πῶς οἱ χειροτονηθέντες καὶ τὴν τοῦ λαοῦ προστασίαν καταδεξάμενοι ἀπραγμόνως δεχθήσονται παραιτούμενοι, καὶ τὸ ἐγχειρισθὲν αὐτοῖς ὑπὸ τῆς θείας χάριτος λειτούργημα ἀπαναινόμενοι, οὐκ ἐπιτιμηθήσονται μᾶλλον, ἀλλὰ καὶ γέρας ἕξουσι τὸ καλεῖσθαι ἐπίσκοποι, καὶ τυγχάνειν τιμῆς ἀρχιερατικῆς; ὅπερ ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ σύνοδος ὡς πρεσβεῖον ἀπένειμε τῷ χειροτονηθέντι εἰς παροικίαν, καὶ μὴ δεχθέντι παρὰ τοῦ ἐκεῖσε λαοῦ οὐ παρ' αἰτίαν οἰ-

κείαν, ἀλλὰ παρὰ τὴν του λαοῦ ἀταξίαν καὶ κακοήθειαν, ὡς ὁ ὀκτωκαιδέκατος αὐτῆς περιέχει κανών. Καὶ ἡ γραφὴ δὲ τῆς ῥηθείσης ἐπιστολῆς δείκνυσιν ὡς οἰκονομία τὸ πᾶν ἦν διὰ τὴν μικροψυχίαν τοῦ Εὐσταθίου καὶ τὸ τῆς λύπης σφοδρόν. Περιέχει γὰρ ὡς, ἐπειδὴ προσῆλθε κλαίων, καὶ ἐξαιτῶν τόδε καὶ τόδε, συνηλγήσαμεν ἅπαντες τῷ πρεσβύτῃ, καὶ κοινὸν ἐλογισάμεθα τὸ αὐτοῦ δάκρυον. Καὶ μετά τινα· Ἐπεὶ δὲ τῇ ἀπραγμοσύνῃ τοῦ ἀνδρὸς οὐ σφόδρα φιλονεικεῖν ἀκόλουθον, ἔδει δὲ μᾶλλον ἐλεῆσαι πρεσβύτην, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐκ τούτων οὖν ἐμφαίνεται ὅτι τὰ δάκρυα καὶ τὸ βαθὺ γῆρας δυσωπηθέντες τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου, καὶ μή τι αὐτῷ συμβαίη εὐλαβηθέντες ἐκ τῆς ἀμέτρου λύπης, ᾠκονόμησαν ὅσα καὶ ᾠκονόμησαν, ἀλλ' οὐχ ὡς τυποῦντες ταῦτα, καὶ οὕτω γίνεσθαι, καὶ εἰς τὸ ἑξῆς διατασσόμενοι. Ἤδεισαν γὰρ τοὺς κανόνας πάντως, καὶ οὐκ ἂν ἐναντία τοῖς ἀποστολικοῖς κανόσι καὶ τοῖς τῶν πρὸ αὐτῶν ἁγίων Πατέρων ὥριζον διατάγμασι, καὶ παραιτεῖσθαι τοῖς βουλομένοις ἐνεδίδουν, καὶ προνομίων ἀρχιερατικῶν ἀπολαύειν, καὶ μετὰ τὴν παραίτησιν. Πῶς γὰρ ἔμελλον τοῦτο ποιῆσαι οἱ φρονοῦντες ὅτι τὴν ἅπαξ ἐγκεχειρισμένην ἱερατικὴν φροντίδα χρὴ ταύτης ἔχεσθαι μετ' εὐρωστίας πνευματικῆς, καὶ ὅσα ἐπήγαγον ἐφεξῆς; Ὅτι δὲ τὸ σύμπαν τοῖς δάκρυσι τοῦ πρεσβύτου ἐκείνου κατακλασθέντες ἐποίησαν, δηλοῦται καὶ ἐκ πολλῶν ἄλλων ῥημάτων τῆς ἐπιστολῆς καὶ ἐκ τοῦ γράψαι· Εἰ δέ τι βουλεύσεσθε χρηστότερον ἐπ' αὐτῷ, ἀρέσει καὶ τοῦτο τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ.

A depravatæ licentia excluderetur, ut ejusdem synodi decimo octavo canone videre est, Antiochena synodus attribuit. Quinetiam ob demissum Eustathii animum et dolore confectum dispensationem illam omnino concessam fuisse ipsiusmet epistolæ contextus ostendit. Sic enim habet: [Quoniam multis cum lacrymis in synodum venit, hoc atque illud postulans, doluimus, inquiunt, senis vicem, communesque illius lacrymas duximus.] Et paulo post: [Sed quoniam viro non nimis succensere consentaneum est quod sit negotiorum fugitantior, sed senis potius misereri oportet, et quæ sequuntur.] Quibus ex verbis apparet, reverentia quadam Eustathii lacrymarum, et pene jam præcipitatæ senectutis adductos, ac ne quid homini ex nimio dolore gravius B accideret veritos, ea Patres de illius honoribus decrevisse, non ut exemplum in eo homine constituerent, aut legem posteris præscriberent. Nec enim illi sanctiones canonicas ignorabant, aut contraria apostolorum Patrumque priorum constitutionibus decreta sancire mens erat: neque episcopatus abjiciendi, eoque etiam dimisso episcoporum prærogativis fruendi, cuilibet homini facultatem esse voluerunt. Quo pacto namque id velle potuissent, qui impositum episcopalis curæ onus spiritualis animi firmitate sustinendum esse, et quæ deinceps addidere, persuasum haberent? Porro senis lacrymis inflexos ad misericordiam Patres decretum hoc edidisse, cum ex aliis multis epistolæ verbis, tum C ex his, quæ sequuntur, facile apparet: Quod si vos, inquiunt, mitius aliquid de hoc homine statueritis, id quoque sancta synodus gratum acceptumque habebit.

Τοσοῦτον γὰρ τὸν ἄνδρα ἠλέησαν τοῖς ἐκείνου καμφθέντες δάκρυσι καὶ τῇ συμφορᾷ, ὡς καὶ τοὺς ἄλλους παραθήγειν εἰς ἔλεον ἐκείνου, καὶ παρακαλεῖν εἰς συμπάθειαν. Εἰ δὲ ὡς κανόνα τὴν συνοδικὴν ταύτην ἐπιστολὴν δέχονται, καὶ οὐχ ὡς οἰκονομίαν ἐπ' ἐκείνῳ γενομένην τῷ Εὐσταθίῳ, τί μὴ καὶ τοῖς παραιτησαμένοις τὰς ἑαυτῶν ἐκκλησίας καὶ τὴν ἀρχιερωσύνην αὐτὴν εἰς αὖθις προσίασι καὶ προσκλαίουσι διδόασιν ὄνομά τε ἐπισκοπῆς καὶ ἀρχιερατικὰ δίκαια καὶ τιμήν. Ἐκεῖνος γὰρ ἅπαντα καθάπαξ παραιτησάμενος φαίνεται, καὶ πάντων ἐκπεπτωκὼς, ἐκ τοῦ λέγειν τοὺς τῆς συνόδου ὅτι Ἐζητοῦμεν μαθεῖν, εἰ καθαίρεσιν ἔννομον ὑπομεμένηκεν, ἤγουν ἐπί τισι τῶν ἀτόπων ἐληλεγμένων· καὶ δὴ ἐμάθομεν τοιοῦτον μὲν οὐδὲν πεπρᾶχθαι, γενέσθαι δὲ μᾶλλον τῷ Εὐσταθίῳ ἀντὶ ἐγκλήματος τὴν παραίτησιν. Ὥσπερ οὖν εἰ ἐπ' ἀτόπῳ τινὶ ἑάλω, οὕτως ἦν ἁπάντων τῶν τῆς ἐπισκοπῆς δικαίων ἐκπεπτωκὼς ἐκ τῆς παραιτήσεως, καὶ καθῃρῆσθαι αὐτῇ δοκεῖν. Ἀλλ' ὅμως ἡ σύνοδος τοῖς ἐκείνου δάκρυσιν ἐπικαμφθεῖσα ἐψηφίσατο, ὅσα τῇ ἐπιστολῇ περιέχονται. Τοῖς γοῦν ὡς κανόνα καὶ τύπον δεχομένοις αὐτὴν οὐδὲ τοὺς παραιτησομένους τήν τε τῶν πραγμάτων διοίκησιν, καὶ τὴν ἀρχιερωσύνην αὐτὴν διαιρουμένας κατ' ἐκείνους αὖθις, προσίεσθαι καινόν τι δόξει, καὶ ψηφίζεσθαι σφίσι κλῆσιν ἐπισκόπου ἱερουργίαν τε καὶ τιμήν. Οὐκ εὐστόχως οὖν τῆς

Tanta enim Patrum animos, ejus hominis lacrymis et calamitate emollitos, miseratio ceperat, ut alios quoque ad misericordiam illi tribuendam ipsimet incitarent, et ad ejus commiserationem provocarent. Quod si hanc synod. Epist. canonis vim habere, et non in ea solius Eustathii causam agi putant; quidni iis etiam, qui ecclesiarum suarum curam, et sacerdotii quoque episcopalis dignitatem deposuerunt, si postea iterum accedant et lacrymas fundant, episcopi nomen ac episcopalia jura honoremque concedi putant oportere? Illum namque se omnibus uno tempore abdicasse, omnibusque simul D excidisse, synodi verba illa indicant. Quæsivimus, inquiunt, an legitima depositione multatus, hoc est, an alicujus flagitii convictus foret Eustathius; nec tale quidquam didicimus contigisse, sed ipsam potius renuntiationem illi pro crimine fuisse: qui tamen eo nomine, quasi manifesti sceleris reus teneretur, ita omni episcopali jure ex renuntiatione penitus exciderat, ut depositionis veram speciem ea animadversio præ se ferre omnino existimaretur, nisi synodus quæcunque hac epistola continentur, ejusdem commota lacrymis decrevisset. Quam quidem qui canonis et exempli vim obtinere contendunt, mirum iis non videbitur, aut novum, eos qui se negotiorum administrationi subtraxerint, et summi sacerdotii dignitate (quæ duo ex istorum

sententiis divisa sunt) abdicarint, rursus admitti, iisque episcopi nomen ac honores, cum sacrorum procuratione decerni. Sed reverendorum illorum Patrum mentem profecto non assequuntur, qui huic epistolæ canonis auctoritatem tribuunt, ac per eam episcopis ecclesias suas, summi sacerdotii retenta dignitate, dimittendi potestatem factam fuisse arbitrantur. Ea vero canonis alterius auctoritati, qui ita sentiunt, haud dubie adversantur. Nam in synodo Chalcedonensi, cui sexcenti triginta interfuere Patres, ne quem **110** presbyterum, aut diaconum absolute ordinari aut aliquem omnino clero ascribi liceat, nisi certæ ecclesiæ urbis aut pagi, aut martyrio, aut monasterio nominatim addictum, sexto canone constituitur. Quicunque vero absolute ordinati sunt, irritam esse talem ordinationem, et functiones ordinum exercendi potestatem nequaquam habere, in ejus qui contulit contumeliam, decernitur. Quod si quorum longe inferior est dignitas, eos non nisi certo loco addictos ordinibus insigniri, nec insignitos, functiones ordinum, quos susceperunt, exercere fas est, tantumque in re facinoris inesse Patres statuerunt, ut illum ipsum, qui ordines contulisset, afficiendum contumelia esse judicarent; cujus longe major, vel amplissima potius ex omnibus est honoris majestas, eum nullo certo loco addictum, nulli proprie sedi destinatum esse episcopum licebit? Episcopique nomen ac summi sacerdotii jura nihilominus retinebit? An vero, quicunque episcopus renuntiatur, civitati cuipiam nominatim præficitur, ac illius episcopus appellari solet. Quicunque igitur civitatem, cui præfectus erat, reliquit, ac in eo sacrorum procurationem, gregisque sibi a summo sacerdote commendati curam deseruit, quid habebit amplius ex quo episcopi nomen obtinere merito debeat? Quorum ille namque speculator, aut custos? Ipsum enim nomen actionem, exercitationemque significat. Qui vero actionem defugit nomine quoque spoliatur. Porro in quem episcopi nomen haud cadit, quo jure is sacerdotii dignitate retenta, sacri magistratus prærogativis ac honore perfruetur? Quomodo vero hierarcha nominabitur, qui nec ullum subjectum sibi clerum habet, nec ulla in sacris initiatos homines auctoritate præditus est? At cui hierarchæ appellatio vere non convenit nec actio convenit: qui enim communione nominis excluditur re ipsa multo magis careat necesse est. Reliquum igitur ut nemo episcopatus sibi impositum munus accipiens, ei renuntiet, nisi se sacerdotio indignum fateatur. Si quis vero concesserit eum qui renuntiat, omnino non canonice illud suscepisse, omni sacri muneris dignitate, summique sacerdotii prærogativis una cum renuntiatione ipse renuntians excidet. Renuntiationes autem non admittendas esse vel ex tertio sancti Cyrilli ad Domnum epistolæ capite liquido apparet, dicente: Jam aliter res se habet, ab ecclesiasticis sane institutis aliena, libellos scilicet renuntiationum proferre quosdam ex altaris ministris, et cætera. Vide præterea quæ in canonem decimum sancti martyris Petri Alexandrini archiepiscopi scripsimus.

διανοίας τῶν σεπτῶν ἐκείνων Πατέρων καταστοχάζονται οἱ ὡς κανόνι χρώμενοι τῇ ἐπιστολῇ ταύτῃ, καὶ ἐνδίδοσθαι ἐξ αὐτῆς νομίζοντες παραιτεῖσθαι τοὺς ἐπισκόπους τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν, τὴν δ' ἀρχιερωσύνην παρακατέχειν. Οἱ γὰρ τοῦτο διδόντες καὶ κανόνι ἑτέρῳ ἐναντιοῦνται. Ἡ γὰρ ἐν Χαλκηδόνι σύνοδος τῶν ἑξακοσίων τριάκοντα ἁγίων Πατέρων ἐν ἕκτῳ κανόνι μηδένα ἀπολελυμένως χειροτονεῖσθαι τεθέσπικε, μὴ πρεσβύτερον, μὴ διάκονον, μήτε τινὰ ὅλως τῶν ἐν τῷ ἐκκλησιαστικῷ τάγματι, εἰ μὴ ἰδικῶς ἐν ἐκκλησίᾳ πόλεως, ἢ κώμης, ἢ μαρτυρίῳ, ἢ μοναστηρίῳ ὁ χειροτονούμενος ἐπικηρύττοιτο· τοὺς δὲ ἀπολύτως χειροτονουμένους ἄκυρον ἔχειν τὴν τοιαύτην χειροθεσίαν, καὶ μηδαμοῦ δύνασθαι ἐνεργεῖν ἐφ' ὕβρει τοῦ χειροτονήσαντος. Ἐπεὶ τοίνυν οἱ ἥττονος ὄντες βαθμοῦ ἀπολύτως χειροτονεῖσθαι οὐ συγχωροῦνται, ἀλλὰ κἂν χειροτονηθῶσιν, ἀνενέργητοι μένουσι, καὶ τοσοῦτον τὸ πρᾶγμα ἔδοξεν ἀποτρόπαιον, ὡς καὶ τὸν χειροτονήσαντα κρίνεσθαι ὕβρεως ἄξιον, πῶς ὁ μείζονος ἀξίας, μᾶλλον δὲ τῆς ὑπερτέρας πασῶν ἀπολύτως καὶ ἀνωνύμως, ἐπίσκοπος ἔσεται; καὶ κληθήσεται, καὶ ἀξιωθήσεται, δικαίων ἀρχιερατικῶν; Πᾶς γὰρ ἀρχιερεὺς χειροτονούμενος πόλει τινὶ ἐπικηρύττεται, κἀκείνης ἐπίσκοπος ὀνομάζεται. Ὁ γοῦν τὴν πόλιν ἐφ' ᾗ ἐπεκηρύχθη, λιπὼν, καὶ παραιτησάμενος τὸ ἐν αὐτῇ ἱερᾶσθαι, καὶ ἐπισκοπεῖν τὸ ἐν ἐκείνῃ τοῦ μεγάλου ἀρχιποίμενος ποίμνιον, πῶς ἐπίσκοπος κληθήσεται τοῦ λοιποῦ; τίνας ἐπισκοπῶν; Τὸ γὰρ ὄνομα τούτου πράγματός ἐστι καὶ ἐνεργείας δηλωτικόν· ὁ δ' ἀποσεισάμενος τὴν ἐνέργειαν ἐκπέπτωκε καὶ τῆς κλήσεως. Ἐπίσκοπος δὲ καλεῖσθαι μὴ πεφυκὼς, τίνι δικαίῳ τῆς ἱερωσύνης ἀνθέξεται, καὶ ἀρχιερατικοῦ προνομίου, καὶ τιμῆς ἀπολαύσεται; Πῶς δὲ καὶ ἱεράρχης ὀνομασθήσεται ὁ μὴ κλῆρον ὑφ' ἑαυτὸν ἔχων, οὐδ' ἄρχων ἱερωμένων; Ὧ δὲ μὴ πρόσεστι πρὸς ἀλήθειαν τῆς ἱεραρχίας τὸ ὄνομα, οὐ δὴ ἐνέργεια πρόσεστιν. Ὁ γὰρ τοῦ ὀνόματος μὴ μετέχων, μᾶλλον οὐκ ἂν μεθέξει τοῦ πράγματος. Λοιπὸν οὖν οὐδεὶς τὸ αὐτῷ ἐπιτεθὲν λειτούργημα τῆς ἐπισκοπῆς δεχθήσεται παραιτούμενος, εἰ μὴ ἀνάξιον ἑαυτὸν τῆς ἱερωσύνης ὁμολογεῖ. Εἰ δέ τις δώσει, πάντως δὲ οὐ κανονικῶς δεχθῆναι τὸν παραιτούμενον, πάσης ἀξίας ἱερατικῆς καὶ παντὸς δικαίου τῆς ἀρχιερωσύνης ἅμα τῇ παραιτήσει ἐκπεσεῖται ὁ παραιτούμενος. Ὅτι δὲ παραιτήσεις οὐ χρὴ δέχεσθαι, καὶ ἐκ τοῦ τρίτου κεφαλαίου τῆς πρὸς Δόμνον ἐπιστολῆς τοῦ ἁγίου Κυρίλλου φανερῶς ἀποδείκνυται, λέγοντος· Καὶ ἑτέρως δὲ πρᾶγμά ἐστιν οὔτε τοῖς τῆς ἐκκλησίας ἀρέσκον θεσμοῖς, τὸ λιβέλλους παραιτήσεων προσάγειν τινὰς τῶν ἱερουργῶν, καὶ τὰ ἑξῆς. Ζήτει καὶ τὰ γραφέντα εἰς τὸν δέκατον κανόνα τοῦ ἱερομάρτυρος Πέτρου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας.

ARIST. *Eustathius cum fortiter debuit resistere (hoc enim omnis debet episcopus) terga dans leviter refu-*

ΑΡΙΣΤ. *Ἀντέχειν ὀφείλων Εὐστάθιος καρτερῶς, [τοῦτο γὰρ ἅπας ἐπίσκοπος] νῶτα δοὺς, ἀν-*

ὠφελῶς παρῃτήσατο. Θεόδωρος ἀντὶ τούτου A *κεχειροτόνηται. Ὁ δὲ, κλαίων καὶ δυσωπῶν, τὴν τιμὴν αἰτεῖ. Ὁ ἀντ' ἐκείνου χειροτονήσας ἀνεύθυνος, ἔχων δηλαδὴ τὴν ἐκείνου παραίτησιν ἀντ' ἐγκλήματος.*

Ὁ ἐπίσκοπος οὗτος Εὐστάθιος, ἀπράγμων ὤν, καὶ μὴ δυνάμενος τῶν τῆς Ἐκκλησίας πραγμάτων ἀντέχεσθαι, καὶ πρὸς τὰς ἐπερχομένας αὐτῷ φροντίδας ἀνθίστασθαι, καὶ διακρούεσθαι ταύτας· παρῃτήσατο τὴν τῶν πραγμάτων διοίκησιν· καὶ ἐχειροτονήθη ἀντ' αὐτοῦ ἕτερος. Εἶτα τῇ ἐν Ἐφέσῳ συνόδῳ προσῆλθε, αὖ τὴν ἐπισκοπὴν ἀναχαλούμενος. Εἰ γὰρ ἂν οὐδὲ εἰσηκούσθη, ἅπαξ ταύτην παραιτησάμενος, καὶ ἀντ' αὐτοῦ ἑτέρου χειροτονηθέντος· ἀλλὰ τὴν ἐπισκοπικὴν τιμὴν ζητῶν ἔχειν, καὶ τὴν κοινωνίαν· B καὶ ἐδικαιώθη ἐπ' αὐτῇ χωρὶς πάσης ἀντιλογίας, ὥστε ἐπίσκοπον αὐτὸν ὀνομάζεσθαι, καὶ τῆς τιμῆς καὶ τῆς καθέδρας μετέχειν, καὶ ἱερουργεῖν οὐκ ἐξ ἰδίας αὐθεντίας· ἀλλ' ὁπότε παρ' ἀδελφοῦ καὶ συνεπισκόπου ἐπιτραπῇ κατὰ διάθεσιν καὶ ἀγάπην τὴν ἐν Χριστῷ. Κατὰ συμπαθῆ δὲ λόγον οἱ τῆς συνόδου ταύτης Πατέρες ὑπέθεντο τῇ ἐν Παμφυλίᾳ συνόδῳ, εἰς ἣν ἐτέλει καὶ ὁ Εὐστάθιος, χρηστότερόν τι περὶ αὐτοῦ βουλεύσασθαι ἢ νῦν ἢ μετέπειτα· τὸ δὲ ἦν ἢ εἰς ἐκκλησίαν σχολάζουσαν προχειρίσασθαι, ἢ ἄλλως χειραγωγῆσαι αὐτόν.

git. Theodorus in ejus locum ordinatus est. Ille vero lacrymas effundens et pudore confusus honorem repetit. Qui alium illius loco ordinavit, insons est, cum detrectationem ejus pro crimine habeat.

Eustathius hic episcopus cum litium erat fugitans et Ecclesiæ negotia sustinere non potuit, nec curis eum invadentibus resistere nec eas depellere, negotiorum administrationi renuntiavit, et ejus loco alius ordinatus fuit. Postea ad Ephesinam accessit synodum, episcopatum rursus repetens. Et quamvis non exauditus fuit, cum semel eum abdicasset, et alius ejus loco fuisset ordinatus: episcopalem tamen honorem habere quæritans, et communionem, et sine omni contradictione in ea confirmatus fuit, ut ipse nominaretur episcopus, et honoris cathedræque particeps esset, et sacra perageret, non ex propria auctoritate, sed quando secundum affectionem et in Christo charitatem a fratre et coepiscopo permitteretur. Sympathiæ autem ratione ducti Patres hujusce synodi, synodo Pamphyliæ, in qua sacra celebravit Eustathius, proposuerunt, benignius aliquid de eo statuere, aut nunc aut postea; hoc autem erat, ut vel in vacantem ecclesiam designarent, vel aliter eum manu ducerent.

ΚΑΝΟΝΕΣ Λ

ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΤΕΤΑΡΤΗΣ ΚΑΙ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ ΤΗΣ ΕΝ ΧΑΛΚΗΔΟΝΙ.

CANONES XXX

SANCTÆ ET ŒCUMENICÆ QUARTÆ SYNODI CHALCEDONENSIS.

ΖΩΝΑΡ. καὶ ΒΑΛΣ. Ἡ ἁγία τετάρτη καὶ οἰκου- C μενικὴ σύνοδος γέγονεν ἐν τοῖς χρόνοις τῆς βασιλείας Μαρκιανοῦ ἑξακοσίων τριάκοντα ἁγίων Πατέρων συναθροισθέντων ἐν Χαλκηδόνι κατὰ Διοσκόρου τῆς περιωνύμου προστατοῦντος Ἀλεξανδρείας καὶ Εὐτυχοῦς ἀρχιμανδρίτου Κωνσταντινουπόλεως, οἳ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ὁμοούσιον μὲν τῷ Πατρὶ ὡμολόγουν, περὶ δὲ τὴν ἐνανθρώπησιν ἐβλασφήμουν, καὶ φεύγοντες τὴν τοῦ Νεστορίου διαίρεσιν, δύο υἱοὺς εἰσάγοντος, εἰς ἄλλο κακὸν ἐκ διαμέτρου ἐνέπιπτον. Τὰς γὰρ δύο φύσεις τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος μετὰ τὴν ἕνωσιν συγκραθῆναι, καὶ εἰς μίαν ἀποτελεσθῆναι φύσιν ἀσεβῶς ἐδογμάτιζον, ὡς καὶ τῇ θεότητι προσαρμόζειν τὰ πάθη. Ἀλλὰ καὶ τὴν σάρκα οὐχ ὁμοούσιον ἡμῖν ἀνειληφέναι τὸν Κύριον ἔλεγον, D οὐδὲ ἐκ τῶν παρθενικῶν αἱμάτων συμπαγεῖσαν, ἀλλὰ καὶ ἀῤῥήτως πως καὶ θειοτέρως σεσαρκῶσθαι αὐτὸν ἀνέπλαττον· καὶ ἄλλα

111 ZONAR. et BALS. Sancta et œcumenica quarta synodus Marciano imperante celebrata fuit, sexcentis triginta Patribus adversus Dioscorum, in Alexandrina inclyta urbe præfectum, et Constantinopoleos archimandritam (seu cœnobii præfectum) Eutychetem, coactis; qui Christum Dominum Patri consubstantialem cum faterentur, de Incarnationis tamen mysterio nefarie loquebantur, dumque Nestorii Christum dissecantis, duosque filios constituentis errorem declinant, in aliud malum huic ex diverso oppositum sunt delapsi. Utramque scilicet Dei naturam et hominis, postquam sibi invicem copulatæ atque connexæ fuerunt, ita permistas esse, atque inter se penitus in unam naturam coaluisse impie asserebant, ut divinitatem quoque affectionibus et perturbationibus obnoxiam constituere minime vererentur. Corpus quoque, non ejusdem cum humanis corporibus naturæ, nec ex virgineis

concretum sanguinibus suscepisse Dominum, sed inexplicabili quadam et diviniore prorsus ratione, incarnatum illum esse somniabant; aliaque deblaterabant hujusmodi, proindeque a sancta synodo depositi atque anathemate percussi sunt: eadem synodus Deum, hominemque perfectum in duabus indivisis impermistisque naturis Christum Dominum esse definivit. Et vero subjectos quoque canones edidit.

δὲ ἐφλυάρουν, οὓς καθεῖλε, καὶ ἀνεθεμάτισεν ἡ ἁγία σύνοδος αὕτη, τέλειον Θεὸν καὶ τέλειον ἄνθρωπον τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν δογματίσασα ἐν δύο φύσεσιν ἀδιαιρέτως καὶ ἀσυγχύτως. Ἐξέθετο δὲ καὶ κανόνας τοὺς ὑποτεταγμένους.

CANON I.

Qui a sanctis Patribus in unaquaque synodo hucusque expositi sunt, observari canones æquum censuimus.

BALS. Ἐδικαίωσαν (id est) justum censuerunt Patres, ut qui a sanctis Patribus, qui eos præcesserunt, ante quartam synodum editi sunt canones, observentur, et vires suas obtineant. Nec dixeris, quomodo non meminit canon provincialium et œcumenicarum synodorum? ex eo enim quod confirmentur, qui a sanctis Patribus in unaquaque synodo ad id usque tempus compositi sunt canones, omnium synodorum decreta firma ac stabilia redduntur.

ZONAR. Multa, fidei dogmatibus stabiliendis, et ecclesiasticæ disciplinæ, moribusque sanciendis, œcumenici, provincialesque ante sanctam hanc synodum celebrati conventus, promulgatis canonibus decrevere. Ea igitur omnia decreta Patres sancti in hac synodo congregati hoc canone confirmarunt, et obtinere judicarunt, hoc est, justum senserunt, et existimarunt.

ARIST. *Canones cujusque synodi sanctorum Patrum observentur.*

ΚΑΝΩΝ Α'.

Τοὺς παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων καθ' ἑκάστην σύνοδον ἄχρι τοῦ νῦν ἐκτεθέντας κανόνας κρατεῖν ἐδικαιώσαμεν.

ΒΑΛΣ. Ἐδικαίωσαν οἱ Πατέρες ἀντὶ τοῦ δίκαιον εἶναι ἔκριναν, κρατεῖν τοὺς πρὸ τῆς δʹ συνόδου ἐκτεθέντας κανόνας ὑπὸ τῶν πρὸ αὐτῶν ἁγίων Πατέρων. Καὶ μὴ εἴπῃς, Πῶς οὐκ ἐμνήσθη ὁ κανὼν τοπικῶν συνόδων καὶ οἰκουμενικῶν; Ἀπὸ γὰρ τοῦ κυρωθῆναι τοὺς παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων καθ' ἑκάστην σύνοδον μέχρι τοῦ τότε καιροῦ συντεθέντας κανόνας στηρίζονται πασῶν τῶν συνόδων τὰ θεσπίσματα.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ αἱ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι καὶ αἱ τοπικαὶ αἱ πρὸ ταύτης τῆς ἁγίας συνόδου γενόμεναι κανόνας ἐξέθεντο, τοὺς μὲν εἰς δογμάτων συντελοῦντας ἀκρίβειαν, τοὺς δὲ εἰς ἐκκλησιαστικὴν ἀφορῶντας κατάστασιν, καὶ τὰς ἐκκλησίας ῥυθμίζοντας. Ἅπαντας οὖν ἐκείνους οἱ ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ συναθροισθέντες ἅγιοι Πατέρες ἐπεκύρωσαν διὰ τοῦ παρόντος κανόνος, καὶ κρατεῖν ἐδικαίωσαν, ἀντὶ τοῦ δίκαιον ἔκριναν καὶ ἡγήσαντο.

ΑΡΙΣΤ. *Οἱ τῶν ἁγίων Πατέρων ἑκάστης συνόδου κανόνες κρατείτωσαν.*

112 CANON II.

Si quis episcopus propter pecunias ordinationem fecerit, et non venalem gratiam in venditionem deduxerit, et propter pecunias ordinaverit episcopum, vel chorepiscopum, vel presbyterum, vel aliquem eorum qui in clero annumerantur, vel propter pecunias promoverit œconomum vel defensorem vel paramonarium (seu monasterii admini-

ΚΑΝΩΝ Β'.

Εἴ τις ἐπίσκοπος ἐπὶ χρήμασι χειροτονίαν ποιήσαιτο, καὶ εἰς πρᾶσιν καταγάγοι τὴν ἄπρατον χάριν, καὶ χειροτονήσοι ἐπὶ χρήμασι ἐπίσκοπον, ἢ χωρεπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον, ἢ ἕτερόν τινα τῶν ἐν κλήρῳ κατηριθμημένων, ἢ προβάλλοιτο ἐπὶ χρήμασιν οἰκονόμον, ἢ ἔκδικον, ἢ παραμονάριον (88), *ἢ ὅλως*

Guill. Beveregii notæ.

(88) *Ἢ παραμονάριον.* Hæc vox raro occurrit. Vetus interpres hoc loco vertit, *Ostiarium*. Dionysius Exiguus Mansionarium, Justinianus autem *Paramonarios* inter rerum ecclesiasticarum administratores recenset, dicens, *Deo amabiles episcopi, si quidem aliquos diserte hi, qui defecerunt, præposuerint rebus* (*veluti xenodochos, ptochotrophos, aut nosocomos, aut orphanotrophos, aut gerontocomos, paramonarios, aut œconomos, aut simpliciter dicendo, piarum actionum administratores*) *illos quidem permittant habere administrationem.* l. XLVI, sect. 3. c. De episcopis et clericis. Ad quem locum Dionysius Gothofredus observat, παραμοναρίους esse villicos, sive actores possessionum, ex eorum genere qui res ecclesiasticas administrant, quamvis alias hi videantur appellari, satellites, asseclæ, buccellarii: est enim Nicetæ παραμονή, πελεκυφόρος βάρβαρος. Villicus autem olim agri colendi causa constitutus est, atque appellatus a villa, quod ab eo in eam convehantur fructus, et evehantur cum veneunt: ut testatur Varro de re rustica l. I, c. 2. Isidorus autem ait, quod, *Villicus proprie villæ gubernator est, unde et a villa villicus nomen accepit. Interdum autem villicus non gubernationem villæ, sed dispensationem universæ domus, Tullio interprete, significat; quod est universarum possessionum et villarum dispensator.* Isidori *Etymol.* l. IX, c. 4. Et hoc quidem sensu vox οἰκονόμος Luc. XVI, 1. a veteri Bibliorum interprete non inepte redditur *Villicus*, ubi a Syro vertitur *magister domus*, ab Arabe *administrator, procurator*. Et sic quidem παραμονάριοι hoc in loco hujusmodi fuisse *villici* videntur, qui nimirum possessiones et pecunias, præcipue ad monasteria, μονὰς dicta, pertinentes administrarunt, et dispensarunt. Sed Dionysius Exiguus hic *mansionarium* vertit, ut ante etiam observatum est. Quod tamen non intelligendum est de versione ejus, in Bibliotheca Juris Canonici veteris, ex ms. Christophori Justelli edita, quippe in qua nulla Latina vox loco Græcæ παραμονάριον occurrit: sed de aliis istius versionis editionibus in tomis Conciliorum et alibi impressis, ubi παραμονάριον *mansionarium* vertit; quomodo etiam in nonnullis Isidori Mercatoris codicibus redditur: in aliis ipsa vox Græca *Paramonarius* retinetur. Mansionarius autem unus fuit

τινὰ τοῦ κανόνος, δι' αἰσχροκέρδειαν· ὁ τοῦτο ἐπιχειρήσας ἐλεγχθεὶς κινδυνευέτω περὶ τὸν οἰκεῖον βαθμόν· καὶ ὁ χειροτονούμενος μηδὲν ἐκ τῆς κατ' ἐμπορίαν ὠφελείσθω χειροτονίας ἢ προβολῆς· ἀλλ' ἔστω ἀλλότριος τῆς ἀξίας ἢ τοῦ φροντίσματος οὗπερ ἐπὶ χρήμασιν ἔτυχεν. Εἰ δέ τις καὶ μεσιτεύων φανῇ τοῖς οὕτως αἰσχροῖς καὶ ἀθεμίτοις λήμμασιν, καὶ οὗτος, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, τοῦ οἰκείου ἐκπιπτέτω βαθμοῦ· εἰ δὲ λαϊκὸς ἢ μονάζων, ἀναθεματιζέσθω.

strum), vel omnino aliquem ex canone turpis quæstus gratia: qui hoc tentasse convictus fuerit, de proprio gradu in periculum veniat: et qui est ordinatus, ex ordinatione vel promotione quæ instar mercatorum venundatur, nihil juvetur: sed sit a dignitate vel curatione, quam pecuniis adeptus est, alienus. Si quis autem adeo turpibus et nefariis lucris intercessor apparuerit, hic quoque, si sit quidem clericus, proprio gradu excidat: sin vero laicus sit vel monachus, anathematizetur.

ΒΑΛΣ. Ὁ κθ' κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ ὁ λ', καὶ ἕτεροι, μεγάλως τιμωροῦσι τοὺς διὰ χρημάτων χειροτονοῦντάς τε καὶ χειροτονουμένους. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν διορίζεται μὴ μόνον τούτους καθαιρεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ τοὺς οὕτω σφραγίζοντας ἢ σφραγιζομένους, πρὸς δὲ καὶ τοὺς οὕτω προβαλλομένους, ἢ προβληθησομένους. Οἱ μὲν γὰρ ἐπίσκοποι, οἱ χωρεπίσκοποι, οἱ πρεσβύτεροι, οἱ διάκονοι, καὶ οἱ ὑποδιάκονοι χειροτονοῦνται· οἱ ψάλται, οἱ ἀναγνῶσται, οἱ ἄρχοντες καὶ ἕτεροι σφραγίζονται· οἱ δὲ οἰκονόμοι, οἱ χαρτουλάριοι, οἱ παραμονάριοι, καὶ ἕτεροι, προβάλλονται. Καὶ τοῦτο παρίσταται ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος, λέγοντος· Μηδὲν ἐκ τῆς κατ' ἐμπορίαν ὠφελεῖσθαι χειροτονίας ἢ προβολῆς. Τῷ γὰρ ὀνόματι τῆς χειροτονίας καὶ ἡ σφραγὶς περιέχεται, ὡς διὰ χειρὸς γινομένη, οὐ μὴν καὶ ἡ προβολή. Αὕτη γὰρ καὶ δίχα σφραγῖδος τελεῖται. Ἀναφαίνεται δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τοῦ εἰπεῖν τὸν κανόνα· Ἀλλ' ἔστω ἀλλότριος τῆς ἀξίας ἢ τοῦ φροντίσματος οὗ ἐπὶ χρήμασιν ἔτυχεν. Οὐ μόνους δὲ τούτους κολάζει, ὡς εἴρηται, ἀλλὰ καὶ τοὺς μεσάσαντας μοναχοὺς ἢ λαϊκοὺς ὄντας ἀναθεματίζει. Σημείωσαι τὸ του παραμοναρίου καὶ τοῦ οἰκονόμου. Περὶ δὲ χωρεπισκόπου ζήτει τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου κανόνα ιγ'.

BALS. Vicesimus nonus canon sanctorum apostolorum et tricesimus et alii, eos valde puniunt et qui ordinant, et qui propter pecunias ordinantur. Hic vero præsens canon decernit, non solum eos deponendos, sed eos etiam qui characterem sic tribuunt, eosque quibus datur: præterea autem et eos qui sic promovent, vel etiam promovebuntur. Episcopi enim, chorepiscopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi ordinantur; cantores, lectores, præsides et alii, charactere designantur; œconomi autem, chartularii, paramonarii (seu monasteriorum administri) et alii promoventur. Et hoc ex præsenti canone apparet, qui dicit: Ex ordinatione vel promotione, quæ instar mercatorum venundatur, nihil juvetur. Ordinationis enim nomine etiam characteris impressio comprehenditur ut per manum facta: sed non itidem promotio. Ipsa enim etiam sine characteris datione perficitur. Apparet autem hoc etiam ex eo quod dicit canon: Sed sit alienus a dignitate vel curatione, quam pecuniis assecutus est. Non hos autem solos punit, ut dictum est; sed eos etiam, qui intercessores fuerint, si sint laici vel monachi, anathematizat. Nota quod dicitur de paramonario et œconomo. De chorepiscopis autem quære synodi, quæ fuit Neocæsareæ, can. 13

ΖΩΝΑΡ. Καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ συνόδων ἄλλων κανόνες εἰσὶ διάφοροι περὶ τοῦ μὴ χειροτονεῖσθαί τινας ἐπὶ δόσει χρημάτων, μήτε μὴν διὰ προστασίας ἀρχοντικῆς· ὁ δὲ παρὼν κανὼν οὗτος πλατύτερον τὰ περὶ τούτου διατάττεται, καὶ ἀπαριθμεῖ τοὺς χειροτονουμένους, καὶ τοὺς προβαλλομένους. Οἱ μὲν γὰρ χειροτονοῦνται ὡς ἐπίσκοποι, καὶ πρεσβύτεροι, καὶ διάκονοι καὶ ὑποδιάκονοι· οἱ δὲ σφραγίζονται μόνον, (καὶ τοῦτο δὲ χειροθεσίας ἐστὶν), ὡς ἀναγνῶσται καὶ ψάλται, καὶ οἱ τούτοις ὅμοιοι· οἱ δὲ προβάλλονται, ὡς οἰκονόμοι καὶ ἔκδικοι καὶ παραμονάριοι. Πάντας οὖν τούτους ἀπαγορεύει ὁ κανὼν οὗτος ἐπὶ δόσει χρημάτων γίνεσθαι. καὶ τοὺς τὴν ἄπρατον χά-

ZONAR. Pluribus aliis apostolorum synodorumque decretis, pretio redempta, aut principum virorum auctoritate extorta ordinum collatio prohibetur. Idem hoc canone, fusius tamen explicata constitutione, decernitur. In eo siquidem, et quibus ordines conferri, et quicunque promoveri possunt, enumerantur. Nam alii quidem, quo in numero episcopi, presbyteri, diaconi et hypodiaconi sunt, ordinantur: nonnulli, ut lectores, cantores ac hujusmodi alii (quod ipsum non sine manuum impositione contingit), solo charactere signantur, alii demum, ut œconomi, defensores, paramonariique (seu monasteriorum administri) promoventur.

Guill. Beveregii notæ.

ex officialibus regiis, cui incubuit, mansiones regi, vel homini regio, vel cuivis rege misso, una cum viatico pro personæ dignitate præparare; quo sensu Hincmarus hac voce sæpe utitur. Epist. 3, cap. 16, 23. Aliter usurpatur hæc vox mansionarius pro eo, cujus erat lampadas in templo accendere, et exstinguere: ut constat ex Gregorii *Dialog.* l. 1, c. 5. Ab hoc sensu vetus interpres non multum abludit, ubi *Ostiarium* vertit. Sed neuter horum sensuum præsenti loco quadrat. Nam παραμονάριος omni procul dubio aliquem rerum ecclesiasticarum administratorem significat. Quod etiam e supra laudato Justiniani loco egregie confirmatur: utpote in quo paramonarii inter xenodochos, ptochotrophos, œconomos, aliosque qui omnes administrationem aliquam sibi commissam habuerunt, recensiti sunt: quemadmodum etiam in hoc canone defensoribus, et œconomis connumerantur

Ne quem igitur ex his omnibus mercede interposita creari liceat, hoc canone constitutum, quique non venalem Spiritus sancti gratiam, inæstimabilem videlicet, venditioni non subjectam ob superexcellentem et incomparabilem ejus naturam vendere (hoc enim est in venditionem deducere) deprehensi fuerint, in periculum de suo gradu venire, hoc est, eo moveri ac deponi jubeatur. Atque hæc quidem in eos, qui, vel ordinibus conferendis, vel alicui ad ea munera, quæ in canone recensentur, eligendo, ac omnino ecclesiasticæ militiæ ascribendo, mercenariam operam locavere, statuuntur. Qui vero eosdem ordines promotionesve sunt emercati, nihil eos ex hac sacrorum nundinatione, sordidaque negotiatione juvari decretum est. Si namque ecclesiastici ordinis homines mercenariam operam quomodocunque alteri locare, profanave negotia turpi lucro inhiantes tractare sacris constitutionibus vetitum est, **113** ut ex proximo, et ex Carthaginensis synodi decimo sexto canone facile apparet, quo susceptores esse, aut procuratores, vel ex turpi aliqua, aut indigna negotiatione sibi victum quærere episcopi, presbyteri aut diaconi prohibentur, et ex magni Apostoli præterea verbis : *Nemo*, inquit, *militans implicat se negotiis sæcularibus, ut ei placeat* [48] qui milites delegit, ac ex ipsis quoque legum civilium sanctionibus aperte colligitur ; multo minus rerum talium mercaturam exercere, emptamque sancti Spiritus gratiam possidere, per easdem constitutiones cuiquam licere existimandum est. Quamobrem et istos amovendos esse dignitate, vel gradu. Idem et de promotis decernit hic præsens canon : et eos, qui intercessores sunt in istiusmodi negotiis operamve suam in his ordinum promotionumve nundinationibus commodarint, si clerici sint, deponi, si laici, aut monachi, anathemate plecti jubet. At vicesimo nono apostolorum canone, qui ordines emercati fuerint, et depositione mulctari, et, quemadmodum Simoni illi Mago factum est, communione moveri præcipiuntur. Quæ quidem communio non de sola sacrorum mysteriorum perceptione, sed de illorum quoque consuetudine et congressu cum fidelibus accipi debet. Simon enim cum oblata pecunia pro ea sibi vicissim sancti Spiritus gratiam rependi postulasset, ex universo fidelium cœtu a Petro exterminatus fuit. Neque vero eos tantum qui propter pecunias ordinarunt aut ordinati sunt, sed et quicunque facinus attentaverint, etsi deprehensis haud processerit, iisdem nihilominus pœnis canon obnoxios esse decernit.

A ριν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τὴν ἀτίμητον δηλαδὴ τὴν πράσει μὴ ὑποπίπτουσαν, διὰ τὸ ὑπερφυὲς αὐτῆς καὶ ὑπέρτιμον πωλοῦντας (τοῦτο γὰρ τὸ εἰς πρᾶσιν κατάγειν) ἐλεγχομένους κινδυνεύειν θεσπίζει περὶ τὸν οἰκεῖον βαθμὸν, ἀντὶ τοῦ ἐκπίπτειν τούτου καθαιρουμένους. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῶν ἐν χρήμασι χειροτονούντων, ἢ καὶ προβαλλομένων ὅλως τινὰ τῶν τοῦ κανόνος ἤτοι τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ τάγματος. Τοὺς δὲ χειροτονουμένους ἐπὶ δόσει χρημάτων ἢ προβαλλομένους μὴ ὠφελεῖσθαι ἐκ τῆς κατ' ἐμπορίαν χειροτονίας, ἤγουν κατὰ πραγματείαν αἰσχροκερδείας διατάττεται. Εἰ γὰρ τοὺς ἐν τῷ κλήρῳ κατειλεγμένους οἱ ἱεροὶ κανόνες κωλύουσιν ἀλλοτρίων κτημάτων γίνεσθαι μισθωτὰς, καὶ κοσμικὰ πράγματα ἐργολαβεῖν δι' αἰσχροκέρδειαν κατὰ τὸν
B ἐφεξῆς κανόνα καὶ κατὰ τὸν ιϛ'. κανόνα τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου, λέγοντος μὴ δεῖν ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον ἐκλήπτορας γίνεσθαι ἢ προκουράτωρας, μηδὲ ἔκ τινος αἰσχροῦ ἢ ἀτίμου πράγματος τροφὴν πορίζεσθαι, καὶ κατὰ τὸν μέγαν Ἀπόστολον φάσκοντα· *Οὐδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ*, καὶ κατὰ τοὺς πολιτικοὺς νόμους· πολλῷ μᾶλλον μὴ τὰ τοιαῦτα ἐμπορεύεσθαι ἀπαγορεύουσί τινας, καὶ ὤνιον κτᾶσθαι τὴν χάριν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Διὸ κἀκείνους ἐκπίπτειν τῆς ἀξίας ἤτοι τοῦ βαθμοῦ. Τοῦτο ἐπὶ τῶν προβαλλομένων ὁ παρὼν κανὼν διατάττεται, καὶ τοὺς μέσους δὲ γινομένους ἐν τοῖς τοιούτοις, καὶ σπουδὴν εἰσάγοντας ὥστε τινὰς ἐπὶ χρήμασι χειροτονηθῆναι, ἢ
C προβληθῆναι· κἀκείνους κληρικοὺς μὲν ὄντας καθαιρεῖσθαι κελεύει, λαϊκοὺς δὲ ἢ μονάζοντας, ἀναθεματίζεσθαι. Ὁ δὲ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανὼν κθ', καὶ καθαιρεῖσθαι κελεύει τοὺς ἐπὶ χρήμασι χειροτονουμένους, καὶ τῆς κοινωνίας ἐκπίπτειν, ὡς Σίμων ὁ μάγος. Κοινωνίαν δὲ νοητέον ἐνταῦθα οὐ τὴν τῶν ἁγιασμάτων μετάληψιν, ἀλλὰ καὶ τὴν μετὰ τῶν πιστῶν σύναξίν τε καὶ σύστασιν. Ὁ γὰρ Σίμων ὑπὸ τοῦ Πέτρου τῆς τῶν πιστῶν ὁμηγύρεως τέλεον ἐξεκόπη, χρήματα προσαγαγὼν αὐτῷ καὶ αἰτήσας δοθῆναι αὐτῷ ἀντὶ τούτων τὴν χάριν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Οὐ μόνον δὲ τοὺς χειροτονήσαντας, ἢ χειροτονηθέντας ἐπὶ χρήμασι κολάζει ὁ κανὼν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπιχειρήσαντας κἂν πρὸ τοῦ εἰς ἔργον τὸ κακὸν ἠλέγχθησαν.

ARIST. *Qui emit, et vendit ordinationem usque ad prosmonarium, circa gradus periclitetur. Quin*

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ ἐξωνούμενος καὶ ὁ πιπράσκων χειροτονίαν μέχρι καὶ προσμοναρίου* (89), *περὶ τοὺς*

[48] II Tim. II, 4

Guill. Beveregii notæ.

(89) *Μέχρι καὶ προσμοναρίου.* Hæc præsentis canonis epitome in Justelli Bibliotheca tam sub Alexii Aristeni quam Simeonis logothetæ nomine edita, multo aliter legitur. Sic, ὁ ἐξωνούμενος, καὶ πιπράσκων χειροτονίαν, περὶ τοὺς βαθμοὺς ἐπικίνδυνοι· ὁ δὲ νόμος, ἕως καὶ παραμοναρίου. *Qui emit, et qui vendit ordinationem, circa gradus periclitatur : lex autem etiam usque ad paramona-*
(8) *Ἐπιστολίοις ἤτοι εἰρηνικοῖς.* Concilium etiam Antiochenum εἰρηνικῶν meminit, statuens, Μηδένα ἄνευ εἰρηνικῶν δέχεσθαι τῶν ξένων. Can. 7. Hujusmodi εἰρηνικαὶ ἐπιστολαὶ, sive γραφαὶ datæ sunt olim tam clericis quam laicis pauperibus peregre proficiscentibus, quibus ostensis, quocumque se convertunt, hospitio excepti sunt. Εἰρηνικαὶ, *pacificæ litteræ* ab archiepiscopo suo indultæ sunt clericis, qui in aliam urbem migrare, et in clerum ejus recipi cupiunt, vel etiam ab archiepiscopo episcopis ad imperatorem proficisci volentibus: ut Balsamon et Zonaras in hunc canonem,

σαμεν, καὶ μὴ συστατικοῖς· διὰ τὸ τὰς συστατικὰς ἐπιστολὰς προσήκειν τοῖς οὖσιν ἐν ὑπολήψει μόνοις παρέχεσθαι προσώποις. A

ΒΑΛΣ. Συστατικαὶ γραφαὶ λέγονται αἱ διδόμεναι κληρικοῖς παρὰ τῶν χειροτονησάντων αὐτοὺς ἐπισκόπων, καὶ συνιστῶσαι ἤτοι δηλοποιοῦσαι τὴν χειροτονίαν τούτων, καθὼς παρίσταται ἀπὸ τοῦ ιγ' κανόνος τῆς παρούσης συνόδου. Συστατικαὶ γραφαὶ λέγονται αἱ διδόμεναι ἐπισκόποις ἢ κληρικοῖς ἢ καὶ λαϊκοῖς ἀφορισθεῖσι, καὶ ἄλλως γενομένοις ἐν ὑπολήψει οὐκ ἀγαθῇ· καθὼς τοῦτο παρίσταται ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος. Αἱ μέντοι ἀπολυτικαὶ γραφαὶ αἱ καὶ εἰρηνικαὶ λεγόμεναι ἕτεραί εἰσι· λέγονται δὲ ἀπολυτικαὶ μὲν, ὡς παριστῶσαι κατὰ γνώμην καὶ ἀπόλυσιν ἀρχιερατικὴν τὸν κληρικὸν ἢ τὸν ἐπίσκοπον μεταπεσεῖν· εἰρηνικαὶ δὲ, ὅτι, τοιαύτης B προκομιζομένης γραφῆς παρὰ τοῦ χειροτονηθέντος, εἰρήνη ἔσται μέσον τῶν ἀρχιερέων. Οὔτε γὰρ ὁ δεχόμενος τὸν ἀλλότριον κληρικὸν τὸν συνάδελφον αὐτοῦ θλίψει καὶ προκριματισθήσεται, οὔτε ὁ κληρικὸς βλαβήσεται ὡς ὑβρίζων τὸν χειροτονήσαντα αὐτόν. Φησὶν οὖν ὁ κανὼν ὅτι τοὺς μὴ δεομένους συστατικῶν ἐπιστολῶν, ἤτοι τοὺς μὴ διά τινα πρό-

commendatitiis : quoniam litteras commendatitias iis solis personis, quæ sunt suspectæ, præberi oportet.

BALS. Commendatitiæ scripturæ dicuntur, quæ dantur clericis ab iis, qui illos ordinarunt, episcopis, eos commendantes, ac eorum ordinationem declarantes, ut ex 13 can. hujus syn. ostenditur. Commendatoriæ autem scripturæ dicuntur, eæ quæ dantur episcopis vel clericis vel etiam et laicis segregatis, et qui alioqui fuerunt in non bona existimatione : sicut hoc ex præsenti canone ostenditur. Dimissoriæ vero, quæ etiam pacificæ dicuntur, aliæ sunt : dicuntur autem dimissoriæ, ut quæ ostendant, ex voluntate ac dimissione antistitis clericum vel episcopum transiturum. Pacificæ autem dicuntur, quod cum talis affertur scriptura ab eo qui ordinatus est pax erit inter antistites. Neque enim qui alienum clericum recipit, confratrem suum opprimet, et ei præjudicabitur, nec detrimentum accipiet clericus, tanquam ei qui ipsum ordinavit injuriam faciens. Dicit ergo canon, quod eos quidem qui commendatoriis litteris opus non habent. eos scilicet qui propter

Guill. Beveregii notæ.

atque etiam Matthæus Blastares, lit. A, cap. 9, affirmant ; quibus etiam scholiastes Harmenopuli suffragatur, Εἰρηνικαί εἰσιν ἐπιστολαὶ αἱ παρὰ τῶν ἐπισκόπων διδόμεναι τοῖς κληρικοῖς θέλουσι δι' ἔνδειαν εἰς ἑτέραν ἀπελθεῖν πόλιν, καὶ τῷ ἐκεῖ κλήρῳ καταλεγῆναι, ἢ καὶ αἱ τοῖς ἐπισκόποις παρὰ τῶν ἀρχιεπισκόπων διδόμεναι πρὸς βασιλέα διά τινα C χρείαν ἀπερχομένοις. Harmenop. epit. sect. 3, tit. 2. Et hæ quidem pacificæ clericis concessæ in citato synodi Antiochenæ canone intelligendæ sunt, quippe qui non de laicis, sed clericis agit. Præsens autem canon de pauperibus in genere, laicis etiam, loquitur, statuitque ut quicumque auxilio indigent, non nisi cum pacificis litteris viam ingrediantur : quæ quidem a Sozomeno optime describuntur, ubi de Juliano ait, Οὐχ ἥκιστα δὲ ζηλῶσαι λέγεται τὰ συνθήματα τῶν ἐπισκοπικῶν γραμμάτων, οἷς ἔθος ἀμοιβαδὸν τοὺς ξένους ὅποι δήποτε διιόντας, καὶ παρ' οἷς ἂν ἀφίκωνται, πάντως κατάγεσθαι, καὶ θεραπείας ἀξιοῦσθαι, οἷά γε γνωρίμους καὶ φιλτάτους διὰ τὴν τοῦ συμβόλου μαρτυρίαν. *Sed præcipue notas ac tesseras episcopalium litterarum admiratus esse dicitur, quibus solent peregrinos sibi invicem commendare, ut undelibet venientes ad quoscumque accesserint, tanquam noti atque amici excipiantur hospitio, et benigne curentur, ob testimonium* D *ejusmodi notæ*. Sozom. *Hist. eccl.* l. v, c. 16. Et Greg. Naz. etiam de eodem apostata verba habens, ait, Ἔτι δὲ καταγώγια πήξασθαι καὶ ξενῶνας, καὶ τὴν εἰς τοὺς δεομένους φιλανθρωπίαν, τὴν δ' ἄλλην ὁπόση καὶ τὴν ἐν τοῖς ἐπιστολιμαίοις συνθήμασιν, οἷς ἡμεῖς ἐξ ἔθνους εἰς ἔθνος τοὺς χρῄζοντας παραπέμπομεν. *Quinetiam diversoria et domos excipiendis hospitibus exstruere constituebat, simulque humanitatem erga pauperes adjungere, cum aliam, tum eam, quæ in tesseris epistolaribus consistit, quibus nos egenos ex gente ad gentem transmittimus.* Greg. Naz. orat. 1, adv. Jul. E quibus constat pacificas hujusmodi litteras crebro olim in usu fuisse, et vocatas esse συνθήματα τῶν ἐπισκοπικῶν γραμμάτων, et συνθήματα ἐπιστολιμαῖα. Easdem etiam Tertulliani temporibus usitatas fuisse, ex his ipsius verbis colligere est, *Communicatio pacis, et appellatio fraternitatis, et contesseratio hospitalitatis, quæ jura non alia ratio regit, quam ejusdem sacramenti una traditio*. Tertul. *De præscript.* adv. hæret. cap. 20. Nam verba illa *contesseratio hospitalitatis*, indicant symbolum aliquod tunc temporis inter Christianos usurpatum fuisse, quo ostenso, hospitio a se invicem accepti sunt. Contesserationem autem vocat a tessera illa hospitali, quam dimidiatam gentiles etiam hospitibus dare soliti fuerunt, ut qui eam afferebant, agnosci illico et hospitio accipi poterant, tanquam veteres amici atque hospites. Unde Plautus in *Pœnulo*, Act. v :

Ag. *Siquidem Antidamæ demarchi quæris adoptatitium,*
Ego sum ipsus, quem tu quæris. Pœ. *Hem! quid ego audio?*
Ag. *Antidamæ gnatum me esse.* Pœ. *Si ita est, tesseram*
Conferre si vis hospitalem, eccam attuli.
Ag. *Agedum huc ostende. Est par probe, nam habeo domi.*
Pœ. *O mi hospes, salve multum ; nam mihi tuus pater,*
Pater tuus ergo hospes Antidamas fuit.
Hæc mihi hospitalis tessera cum illo fuit.
Ag. *Ergo hic apud me hospitium tibi præbebitur.*

Hinc tesseram frangere idem est, quod jus hospitii violare ; unde idem Plautus in Cistellaria, Act. II :

Hic apud nos jam Alcesimarche confregisti tesseram.

In pacificis autem litteris, quas episcopi pauperibus peregrinantibus dare soliti fuerunt, ut fideles iis subvenirent, hæc duo comprehensa sunt, illos nimirum, qui eas afferebant, et revera pauperes esse, et dignos quibus eleemosynæ darentur. Et sic quidem hanc primam canonis hujus partem Josephus Ægyptius interpretatus est. *De omnibus pauperibus, qui eleemosynas rogant, mandamus modo, ut scribantur iis epistolæ, cum inquisitum est in negotia eorum, et quod illi digni sunt eleemosynis, et quod necessaria iis deficiunt.* Quidquid enim hujusmodi epistolis necessarium est, ad hæc duo capita referatur.

minus bonam aliquam existimationem non sunt segregati vel suspecti (de iis enim, qui commendatoriis litteris opus habent, hic non agitur), per solas pacificas scripturas in via instruere debemus. Hæc autem de pauperibus, et iis qui auxilio indigent, definiit, non quod reliqui, qui subsunt episcopo, non hoc debeant viatico instrui : sed quod ut plurimum, qui sunt pauperes, ecclesiastico auxilio indigent. Recte autem additum est, ut cum examinatione dentur. Si enim est iniquum ejus qui indiget postulatum, etiamsi est pauper, ei non dabitur epistola. Quære 12, 15, 16 et 33 canonem apostolor., 17 syn. in Trullo et 11 Antioch. syn. deponentes episcopum, qui sine pacifica metropolitani epistola ad imperatorem abierat. Quod autem necesse habent omnes episcopi, iis, quibus præsunt, litteris suis opem ferre, si per se præsentes esse nequeant, ex 7 et 8 Sardicensis syn. ostenditur. Nota ergo, quod qui volunt in aliis regionibus sacra celebrare, debent non solum commendatitias epistolas afferre, sed etiam pacificas.

ZONAR. Pacificæ epistolæ sunt, quæ alio nomine dimissoriæ dicuntur; cujus generis eæ sunt, quæ episcopis a metropolitanis, quibus subjecti sunt, et metropolitanis a patriarchis, a quibus designantur, dari solent, cum ad imperatorem necessaria de causa mittuntur; et quales sunt illæ, quæ clericis quoque ab episcopis suis, si in aliam urbem migrare ecclesiæque quæ ibi est clero ascribi velint, traduntur; ut 17 can. synodi in Trullo palatii habitæ continetur. Sunt nonnullæ prætereà ejusdem rationis aliæ. Pacificæ porro, quasi pacem conciliantes, appellatæ sunt. Si quis enim clericus ex hac in aliam urbem absque episcopi sui facultate proficiscatur, tum clericus ipse, tum qui eum admittit uterque multæ est obnoxius. Ac clerico quidem sacro ministerio interdicitur, episcopo autem, qui eum admisit, ex 15 et 16 apostol. canone, segregationis pœna irrogatur. Qui vero episcopi, absque metropolitani sui provincialiumque episcoporum litteris, ad imperatorem abierint, non communione tantum, sed et sacerdotii dignitate, ex Antiochenæ synod. can. 11 privantur. Commendatitiæ vero epistolæ dicuntur quæ segregatis antea clericis aut laicis, aut omnino ignotis hominibus in aliam urbem migrantibus 12 ac 33 canonis apostolici decreto tradi consuevere, virosque, ut a pœnis solutos aut fideles, illius civi-

A φασιν οὐκ ἀγαθὴν ἀφορισθέντας ἢ ὑπόπτους ὄντας (περὶ γὰρ τῶν δεομένων συστατικῶν οὐκ ἔστι λόγος ἐνταῦθα), διὰ μόνων εἰρηνικῶν γραφῶν ὀφείλομεν ἐφοδιάζειν. Ὥρισε δὲ ταῦτα περὶ πενήτων καὶ δεομένων ἐπικουρίας, οὐχ ὡς τῶν λοιπῶν τῶν ὑπὸ τὸν ἐπίσκοπον μὴ ὀφειλόντων οὕτως ἐφοδιάζεσθαι· ἀλλ' ὅτι ἐπὶ πλέον οἱ πενητεύοντες τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐπικουρίας δέονται. Καλῶς δὲ προσετέθη ταῦτα δίδοσθαι μετὰ δοκιμασίας. Εἰ γὰρ ἄδικόν ἐστι τὸ τοῦ δεομένου ζήτημα, κἂν πένης ἐστὶν, οὐ δοθήσεται αὐτῷ ἐπιστολή. Ζήτει τὸν ιβ', ιε', ις' καὶ λγ' ἀποστολικὸν κανόνα, τὸν ιζ' τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, καὶ τὸν ια' τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ, καθαιροῦντα τὸν ἐπίσκοπον τὸν ἄνευ ἐπιστολῆς εἰρηνικῆς τοῦ μητροπολίτου ἀπελθόντα εἰς βασιλέα.
B Ὅτι δὲ ἀναγκάζονται οἱ ἐπίσκοποι πᾶσι τοῖς ὑπ' αὐτοὺς βοηθεῖν διὰ γραμμάτων, εἴπερ δι' ἑαυτῶν οὐ δύνανται παρουσιάζειν, δηλοῦται ἀπὸ τοῦ ζ' καὶ η' κανόνος τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου. Σημείωσαι οὖν ὅτι οἱ θέλοντες ἱερουργεῖν εἰς ἀλλοτρίας ἐνορίας, ὀφείλουσι μὴ μόνον συστατικὰς ἐπιστολὰς προκομίζειν, ἀλλὰ καὶ εἰρηνικάς.

ΖΩΝΑΡ. Εἰρηνικαὶ μὲν ἐπιστολαί εἰσιν αἱ λεγόμεναι ἀπολυτικαὶ (9), οἷαί εἰσιν αἱ διδόμεναι τοῖς ἐπισκόποις παρὰ τῶν μητροπολιτῶν, οἷς ὑπόκεινται, καὶ τοῖς μητροπολίταις παρὰ τῶν πατριαρχῶν, ὑφ' ὧν προχειρίζονται, ὅτε διά τινα χρείαν ἀναγκαίαν ἀπίασι πρὸς βασιλέα, καὶ οἷαί εἰσιν αἱ παρεχόμεναι κληρικοῖς παρὰ τῶν οἰκείων ἐπισκόπων, θέλουσιν εἰς ἑτέραν πόλιν ἀπελθεῖν, καὶ καταλεγῆναι τῇ ἐκεῖ ἐκκλησίᾳ
C κατὰ τὸν ιζ' κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ τοῦ παλατίου συνόδου συστάσης. Καὶ ἄλλαι δὲ τοιαῦταί εἰσιν. Εἰρηνικαὶ δὲ λέγονται, ὡς εἰρήνην βραβεύουσαι. Εἰ γάρ τις ἐξ ἑτέρας πόλεως εἰς ἑτέραν ἀπέλθῃ κληρικὸς ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου αὐτοῦ, ὑπὸ ἐπιτίμιόν ἐστι κἀκεῖνος καὶ ὁ δεξάμενος αὐτόν. Ὁ μὲν γὰρ κληρικὸς παύεται τῆς λειτουργίας· ὁ δὲ ἐπίσκοπος ὁ τοῦτον δεξάμενος ἀφορίζεται κατὰ τὸν ιε' κανόνα καὶ ις' ἀποστολικόν. Οἱ δὲ πρὸς βασιλέα ἀπιόντες ἐπίσκοποι ἄνευ γραμμάτων τοῦ μητροπολίτου καὶ τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπων ἐκπίπτουσιν οὐ μόνον τῆς κοινωνίας, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀξίας τῆς ἱερατικῆς κατὰ τὸν ια' κανόνα τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου. Συστατικαὶ δὲ
D ἐπιστολαὶ λέγονται αἱ ἐγχειριζόμεναι κληρικοῖς ἢ λαϊκοῖς ἀφωρισμένοις ἢ ἀγνώστοις παντάπασιν ἐν ἑτέρᾳ πόλει ἀπιοῦσι, καὶ συνιστῶσαι τῷ ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ ἐπισκόπῳ τοὺς ἄνδρας, ὡς λυθέντας τῶν ἐπιτιμίων ἢ πιστοὺς ὄντας κατὰ τὸν ιβ' ἀποστο-

Guill. Beveregii notæ.

(9) *Ἀπολυτικαὶ γραφαὶ, αἱ καὶ εἰρηνικαί.* Balsamon dimissorias cum pacificis litteris hic confundit. Et sic ab aliis sæpe confunduntur. Et quidem, si pacificæ clericis datæ intelligantur, eædem propemodum fuerunt, quæ dimissoriæ, et eodem nomine merito appellentur : quippe quibus ostensis clericus quilibet in alienæ parœciæ clerum admitti potest : de quibus videsis annotationes in synodo Trull. can. 17. Pacificæ autem proprie sic dictæ, quæque hoc canone intelliguntur, longe aliæ fuerunt; utpote quæ non clericis, ut in clerum, sed pauperibus, ut in hospitium alibi reciperentur, datæ sunt. Adeo ut distinctio a nobis ante observata inter pacificas clericis et laicis concessas hunc locum egregie explicat. Etiamsi enim pacificæ laicis indultæ, dimissoriæ proprie non dicuntur; de iis tamen, quæ clericis datæ sunt, recte hic Balsamon ait, ἀπολυτικαὶ γραφαὶ, αἱ καὶ εἰρηνικαὶ λεγόμεναι.

λικὸν κανόνα καὶ τὸν λγ' · ἢ ὅταν κατηγορία κατά τινος γένηται, καὶ φανῇ ἀθῶος ὁ κατηγορηθεὶς, καὶ δοθῇ αὐτῷ ἐπιστολὴ συνιστῶσα αὐτὸν τῷ πρὸς ὃν ἀπεστάλη, καὶ διδάσκουσα συκοφαντικῶς αὐτὸν κατηγορηθῆναι. Οὕτως ἐχουσῶν τῶν ἐπιστολῶν τούτων, φησὶν ὁ κανὼν τοῖς πένησι καὶ δεομένοις βοηθείας, καὶ διὰ τοῦτο προσερχομένοις τῇ Ἐκκλησίᾳ, εἰρηνικὰς δεῖν δίδοσθαι ἐπιστολὰς ἐκ τῆς ἐκκλησίας, καὶ μὴ συστατικάς. Χρέος γὰρ εἶχον οἱ ἀρχιερεῖς ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν προσφευγόντων τῇ Ἐκκλησίᾳ πενήτων, ἢ ὀρφανῶν καὶ χηρῶν (10), ὡς καταδυναστευομένων ἴσως, ἢ ἀδικουμένων, ἢ ἀποστερουμένων τῶν ἀνηκόντων αὐτοῖς · καὶ τοσοῦτον, ὥστε κωλυόμενοι οἱ ἐπίσκοποι ἀπιέναι πρὸς βασιλέα διὰ δεήσεις οἰκείας καὶ ἐνοχλεῖν, ἐπιτρέπονται τοῦτο ποιεῖν διὰ τοὺς τῇ Ἐκκλησίᾳ προσφεύγοντας, ἢ στέλλειν διακόνους ἰδίους εἰς ἐπικουρίαν τῶν δεομένων, καὶ εἰς καταλλαγὴν τῶν διὰ πταίσματος καταδικασθέντων κολασθῆναι ἢ περιορισθῆναι, ὡς ὁ ζ' καὶ ὁ η' κανὼν τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου διαλαμβάνει. Τοῖς γοῦν καθ' οἱονδήτινα τρόπον ἐπικουρίας δεομένοις ἐνεχείριζον ἐπιστολὰς οἱ ἐπίσκοποι βοηθούσας αὐτοῖς, ἐφ' οἷς ἐδέοντο, κἀκεῖναι εἰρηνικαὶ ἐκαλοῦντο, ὡς εἰρήνην βραβεύουσαι, τοῖς δι' ὀργὴν ἀρχόντων ἢ δυναστευόντων ἄδικον γνώμην πάσχουσι. Παρέχειν δὲ ταύτας αὐτοῖς ὁ κανὼν διατάττεται μετὰ δοκιμασίας. Οὐ γὰρ ἁπλῶς καὶ ἀδοκιμάστως παντὶ προσερχομένῳ δεῖ βοηθεῖν, ἀλλὰ τῷ ἀδικουμένῳ. Εἰ γάρ τις ἀδικῶν προσέλθῃ τῇ Ἐκκλησίᾳ ἢ κακουργῶν, οὐ χρὴ τοῖς τοιούτοις ἐπικουρεῖν. *Μὴ ἐλεήσῃς* γὰρ, φησὶ, *πτωχὸν ἐν κρίσει.* Ἐπεὶ γὰρ ἡ πενία πρὸς οἶκτόν ἐστιν εὐκατάφορος, Ἀδικοῦντα, φησὶν ἡ Γραφὴ, μὴ ἐλεήσῃς ἐν κρίσει, κἂν πτωχός ἐστι. Εἰ γοῦν χρεωστῶν τις προσρυῇ τῇ Ἐκκλησίᾳ, μὴ ἀδίκως μὲν ἀπαιτηθῆναί τι αὐτὸν δεῖ διὰ φροντίδος ποιεῖσθαι τὸν ἐπίσκοπον · ὃ δὲ δικαίως χρεωστεῖ, ἀποδώσει, πρὸς τοῦτο τοῦ ἐπισκόπου μὴ κωλύοντος. Ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν.

ΑΡΙΣΤ. *Οἱ δεόμενοι ἐπικουρίας πένητες ἐπιστολαῖς εἰρηνικαῖς, ἀλλὰ μὴ συστατικαῖς ὁδευέτωσαν · αἱ γὰρ συστατικαὶ τοῖς ἐν ὑπολήψει μόνοις παρέχονται.*

Εἰρηνικὴ ἐπιστολή ἐστιν ἡ ἄνευ σκανδάλου τινὸς τῷ ἐπικομιζομένῳ ἐγχειριζομένη · συστατικὴ δὲ ἡ τὸ ἀνεπίληπτον τοῦ βίου καὶ τῆς θρησκείας τῷ ἐπιφερομένῳ προσμαρτυροῦσα. Οἱ γοῦν δεόμενοι βοηθείας πένητες μετὰ εἰρηνικῶν ἐπιστολῶν τῶν ἐπισκόπων ὁδεύειν ὀφείλουσιν, ἵν' ἐλεῶνται ὑπὸ τῶν δυναμένων βοηθεῖν αὐτοῖς. Συστατικῶν δὲ ἐπιστολῶν χρείαν

A tatis episcopo commendantes. Accipiunt ii quoque commendatitias, qui vocati in judicium se a culpa immunes ostenderint, quibus et ei ad quem missi sunt **126** episcopo commendentur, et falsa delatione ipsorum innocentiam tentatam fuisse testatum fiat. Cum hæc igitur esset ratio epistolarum, qui inopia pressi, vel auxilii quoquo modo indigentes, ab Ecclesia sibi opem exposcerent, pacificas iis hominibus, non autem commendatitias litteras concedi canon oportere decernit. Fuit namque episcopalis officii pauperum, pupillorumque ac viduarum, adversus potentiorum injurias et illata detrimenta, rerumque ad illos pertinentium ablationes ecclesiæ opem implorantium, defensionem suscipere: adeo ut cum sui negotii causa imperatorem adire ac B interpellare episcopi vetarentur, ut hoc facerent illorum gratia, qui ad Ecclesiam confugissent, aut diaconos suos ad indigentium auxilium, et eorum, qui ob delictum aliquod pœnis vel exsilio damnati fuerunt, liberationem, mitterent 7 et 8 Sardicensis synodi can. illis concedebatur. His igitur hominibus, qui se omnimodo opis indigos profiterentur, suppetiis, quas optaverant, ferendis, ab episcopis litteræ tradebantur eæque pacificæ dicebantur, pacem scilicet illis, quibus aut principum aut primotum iracundia causam injustæ damnationis attulisset, afferentes. Litteras porro ejusmodi, canon, nisi explorata postulationis æquitate cuiquam concedi vetat. Nec enim inconsulte ac temere C omnes, sed quos injuste vexati compertum sit, auxilio juvandi. Si quis etenim injuria afficiens aut malum perpetrans ad Ecclesiam confugerit, ei suppetiæ non sunt ferendæ. *Ne miserearis*, inquit, *pauperis in judicio*[81]. Nam quia paupertas animis ad misericordiam alliciendis idonea est, sacræ Litteræ injurii, licet pauperis, in judicio misereri non sinunt. Si quis igitur obæratus ad Ecclesiam confugerit, ne quid amplius exigatur ab eo quam jus postulat, curabit episcopus; quæ autem jure debet, episcopo nequaquam interpellante, persolvet. Similiter et in reliquis.

ARIST. *Pauperes auxilio indigentes, epistolis pacificis, sed non commendatitiis, iter faciant: nam commendatitiæ suspectis tantum personis* D *exhibentur.*

Epistola pacifica est quæ sine ullo scandalo advehenti traditur; commendatitia autem quæ inculpatum vita et religione afferentem attestatur. Qui pauperes itaque auxilio indigent, cum litteris episcoporum pacificis iter facere debent, ut qui opem iis ferre possunt, misericordia in eos commoveantur. Epistolis autem commendatitiis iis non

[81] Exod. XXIII, 6.

Guill. Beveregii notæ.

(10) *Καὶ χηρῶν*. Hæc verba, usque ad ἀνηκόντων αὐτοῖς, in ms. Amerbachiano desiderantur; quemadmodum et ea, quæ, nonnullis interjectis, occurrunt, ὡς εἰρήνην βραβεύουσαι τοῖς δι' ὀργὴν ἀρχόντων ἢ δυναστευόντων ἄδικον γνώμην πάσχουσι.

opus est: hæ enim presbyteris et diaconis et reliquis clericis exhibentur.

A οὐκ ἔχουσιν· αὗται γὰρ πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις, καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς ἐν κλήρῳ παρέχονται.

CANON XII.

Pervenit ad nos, quod quidam, cum præter ritus ecclesiasticos ad potentatus accessissent, per pragmaticas unam provinciam in duas diviserunt: ut ex eo duo essent metropolitani in eadem provincia. Statuit ergo sancta synodus, ne episcopus deinceps tale quid audeat: quoniam is, qui hoc aggreditur, a suo gradu excidit. Quæcunque autem civitates per litteras imp. metropolis nomine honoratæ sunt, solo honore fruantur, et qui ejus ecclesiam administrat episcopus, servatis scilicet veræ metropoli suis juribus.

ΚΑΝΩΝ ΙΒ'.

Ἦλθεν εἰς ἡμᾶς ὥς τινες, παρὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς θεσμοὺς προσδραμόντες δυναστείαις, διὰ πραγματικῶν τὴν μίαν ἐπαρχίαν εἰς δύο κατέτεμον· ὡς ἐκ τούτου δύο μητροπολίτας εἶναι ἐν τῇ αὐτῇ ἐπαρχίᾳ. Ὥρισεν τοίνυν ἡ ἁγία σύνοδος τοῦ λοιποῦ μηδὲν τοιοῦτο τολμᾶσθαι παρὰ ἐπισκόπου· ἐπεὶ τὸν τοιοῦτο ἐπιχειροῦντα ἐκπίπτειν τοῦ ἰδίου βαθμοῦ. Ὅσαι δὲ ἤδη πόλεις διὰ γραμμάτων βασιλικῶν τῷ τῆς μητροπόλεως ἐτιμήθησαν ὀνόματι, μόνης ἀπολαυέτωσαν τῆς τιμῆς, καὶ ὁ τὴν ἐκκλησίαν αὐτῆς διοικῶν ἐπίσκοπος, σωζομένων δηλονότι τῇ κατ' ἀλήθειαν μητροπόλει τῶν οἰκείων δικαίων.

BALS. Imperialia jussa, pragmatici typi dicuntur. Dicit ergo canon, quod quoniam nonnulli episcopi, propter imperandi cupiditatem, imp. jussione contenderunt, ut metropolitanorum honore afficerentur, et ex eo provinciam unam in duos metropolitanos diviserunt, deponi debent, non solum is qui tale mandatum imperiale acquisiverit, sed et qui tale quid aggredi ausus fuerit. **127** Eas autem ecclesias, quæ ante præsentem canonem ex episcopali dignitate metropolium honore imperialibus jussis affectæ sunt, solum honorem habere statuit, utpote quod reliqua jura, quæ illis adsunt, veræ metropoli citra ullam innovationem manere debeant. Hæc cum a canone statuantur, dixerit quispiam, Et quomodo permulti imperatores permultos episcopatus metropolium honore affecerunt? Jam enim Lacedæmoniæ metropolis erat episcopatus veterum Patrarum, Madita Heracleæ, Abydus Cyzici. Et alii etiam episcopatus honorati sunt. Mihi ergo videtur ex 38 can. syn. in Trullo, et 17 can. præsentis syn. ejusmodi fieri ab imperatoribus divisiones secundum potestatem illis superne datam. Propterea enim etiam exolevit 3 caput primum tit. 3 lib. Basilicor. quod collocatum est in 20 cap. primi tit. præsentis operis. Quænam autem jura esse debent apud primum, scilicet metropolitanum, in ecclesia, quæ ex episcopatu in metropolis dignitatem evecta est, quidam discere desiderarunt; et illis dictum fuit, quod præterquam quod episcopatus metropolis vocatur, in aliis omnibus antiquæ metropoli debet subjici. Ejus enim episcopus ab antiquo metropolitano ordinabitur, et ab ipso judicabitur, et ei omnino subjicietur. Lege etiam 2 canonem 2 synodi et 6 et 7 can. primæ syn. Hæc autem per imperialem jussionem aliter transformantur, ut superius dictum est. Lege et syn. in Trullo can. 38, et specialiter imp. constitutionem, quæ partim in illius expositione sita est.

B ΒΑΛΣ. Τὰ βασιλικὰ προστάγματα πραγματικοὶ τύποι λέγονται· φησὶ γοῦν ὁ κανὼν ὡς, ἐπεί τινες ἐπίσκοποι διὰ φιλαρχίαν ἐσπούδασαν κατὰ πρόσταξιν βασιλικὴν εἰς μητροπολίτας τιμηθῆναι, κἀντεῦθεν τὴν μίαν ἐπαρχίαν διεῖλον εἰς μητροπολίτας δύο, ὀφείλουσι καθαιρεῖσθαι μὴ μόνος ὁ ποριζόμενος τὴν τοιαύτην πρόσταξιν, ἀλλὰ καὶ ὁ τολμήσων τοιοῦτόν τι ἐπιχειρῆσαι. Τὰς μέντοι πρὸ τοῦ παρόντος κανόνος τιμηθείσας ἐκκλησίας ἀπὸ ἐπισκοπῶν εἰς μητροπόλεις κατὰ πρόσταξιν βασιλικὴν διορίζεται ἔχειν μόνην τὴν τιμήν, ὡς τῶν λοιπῶν C δικαίων τῶν προσόντων ἐπ' αὐταῖς τῇ κατὰ ἀλήθειαν μητροπόλει ὀφειλόντων μένειν ἀκαινοτομήτων. Ταῦτα τοῦ κανόνος διοριζομένου εἴπη τις, Καὶ πῶς διάφοροι βασιλεῖς διαφόρους ἐπισκοπὰς εἰς μητροπόλεις ἐτίμησαν; Αὐτίκα γὰρ ἡ μητρόπολις Λακεδαιμονίας ἐπισκοπὴ ἦν τῶν παλαιῶν Πατρῶν, τὰ Μάδιτα τῆς Ἡρακλείας, ἡ Ἄβυδος τῆς Κυζίκου. Καὶ ἄλλαι δὲ ἐπισκοπαὶ ἐτιμήθησαν. Ἔοικεν οὖν ἀπὸ τοῦ λη' κανόνος τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, καὶ τοῦ ιζ' κανόνος τῆς παρούσης συνόδου, τοὺς τοιούτους γίνεσθαι ὁρισμοὺς παρὰ τῶν βασιλέων, κατὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτοῖς ἄνωθεν ἐξουσίαν. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἠπράκτησε τὸ γ' κεφ. τοῦ πρώτου τίτλου τοῦ γ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν· ὅπερ κατεστρώθη εἰς τὸ κ' κεφ. τοῦ α' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. Τὰ D μέντοι ὀφείλοντα εἶναι δίκαια παρὰ τῷ πρώτῳ, ἤγουν μητροπολίτῃ, κατὰ τῆς ἐκκλησίας τῆς τιμηθείσης ἀπὸ ἐπισκοπῆς εἰς μητρόπολιν ἐζήτησάν τινες μαθεῖν ὁποῖά εἰσι· καὶ ἤκουσαν ὅτι πλὴν τοῦ καλεῖσθαι τὴν ἐπισκοπὴν μητρόπολιν κατὰ τὰ ἄλλα πάντα ὑποκεῖσθαι αὐτὴ τῇ παλαιᾷ μητροπόλει ὀφείλει. Ὁ γὰρ ταύτης ἐπίσκοπος παρὰ τοῦ παλαιοῦ μητροπολίτου χειροτονηθήσεται, καὶ παρ' αὐτῷ κριθήσεται, καὶ ἁπλῶς αὐτῷ ὑποκείσεται. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν β' κανόνα τῆς β' συνόδου, καὶ τὸν ζ' καὶ ς' κανόνα τῆς πρώτης συνόδου. Ταῦτα δὲ διὰ προστάξεως βασιλικῆς ἄλλως μετατυποῦνται, καθὼς ἄνωθεν εἴρηται. Ἀνάγνωθι καὶ τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ (11) συνόδου κανόνα λη' καὶ τὸ ἐν τῷ σχολίῳ αὐτοῦ κατεστρωθὲν βασιλικὸν σημείωμα ἐν μέρει.

Guill. Beveregii notæ.

(11) *Ἀνάγνωθι καὶ τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ.* Hæc usque ad ἐν μέρει inclusive in codice Amerbachiano desiderantur.

Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὸν Ἀπρίλλιον μῆνα τῆς ια' ἰνδικτ. τοῦ ,ςψα' ἔτους ἀπολυθέντος προσκυνητοῦ χρυσοβούλλου τοῦ θεοστεφοῦς κρατίστου καὶ ἁγίου ἡμῶν αὐτοκράτορος κυρίου Ἰσαακίου τοῦ Ἀγγέλου, καὶ τοὺς ἀνακαλουμένους μητροπολίτας τὰς διαφερούσας τούτοις ἐπισκοπὰς, καὶ εἰς μητροπόλεις ἢ ἀρχιεπισκοπὰς τιμηθείσας, ἐπιστομίζοντος, οὐχ ἧττον δὲ καὶ τοὺς ἐπιχειρήσοντας ὅτε δήποτε τὴν βασιλικὴν ἀποστερῆσαι περιωπὴν τοῦ ἀνάγειν ἐπισκοπὰς εἰς μητροπόλεις ἢ ἀρχιεπισκοπὰς κατὰ τὴν δοθεῖσαν αὐτοῖς ἄνωθεν ἐξουσίαν, ἠρωτήθη παρά τινων· Τί ἐστι τὸ περιεχόμενον τῷ κανόνι χάριν τοῦ ἔχειν τὰς τιμηθείσας μητροπόλεις μόνην τὴν τιμὴν, ὡς τῶν ἄλλων δικαίων σωζομένων τῇ κατὰ ἀλήθειαν μητροπόλει; Φαμὲν ὅτι καὶ τὸ περὶ τούτου ἀμφίβολον λύεται ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ βασιλικοῦ σημειώματος. Συνεζητήθη γὰρ, καὶ μετὰ πολλὰς δικαιολογίας διελήφθησαν χάριν τούτου ταῦτα ῥητῶς, καὶ ὅτι μὲν καθολικῷ λόγῳ καὶ διαγνώσει γενικῶς ἐκτιθεμένας τὰς εἰς ὑπερβαθμιώτερον θρόνον ἀναβιβαζομένας ἐκκλησίας προστάξει βασιλικῇ, καὶ τῆς τιμῆς ἀξιοῦσθαι χρεὼν, καὶ τὰς ψήφους ἐν ἀδείᾳ προβαίνειν κατὰ τὸν ἐν τῇ Μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ παρηκολουθηκότα τύπον κανονικὸν τῶν μητροπολιτῶν συνιόντων, καὶ ἀρχιεπισκόπους καὶ μητροπολίτας ψηφιζομένων, ἥ τε βασιλεία μου διαγινώσκει καὶ ἡ θεία καὶ ἱερὰ σύνοδος τῷ διατάγματι ἕψεται τούτῳ· ὡς τὴν ἐκκλησιαστικὴν παραφυλαττομένῳ ἀκρίβειαν, καὶ τῆς κανονικῆς εὐθύτητος μὴ ἐκπίπτοντι. Ἀνάγνωθι οὖν εἰς πλάτος τὸ τοιοῦτον σημείωμα, καὶ εἰπὲ πρὸς τοὺς λέγοντας ὡς, εἰ μὴ ἐν τῷ ἀνάγεσθαι τὴν ἐπισκοπὴν εἰς μητρόπολιν ἢ ἀρχιεπισκοπὴν προστεθῇ παρὰ τῆς βασιλικῆς ἐξουσίας τὸ τὰς ψήφους τούτων γίνεσθαι κατὰ προτροπὴν πατριαρχικὴν, ὁ κατ' ἀλήθειαν μητροπολίτης ποιήσει τὴν ψῆφον αὐτῶν· τοῦτο γὰρ φυλάττεται καὶ μέχρι τοῦ νῦν εἰς τὸν οἰκουμενικὸν πατριάρχην χειροτονούμενον παρὰ τοῦ Ἡρακλείας, διὰ τὸ εἶναι τὴν Κωνσταντινούπολιν ἤτοι Βυζάντιόν ποτε τοῦ Ἡρακλείας ἐπισκοπήν· ὅτι ἀπὸ τοῦ τοιούτου σημειώματος πᾶσα τοιαύτη δικαιολογία περιαιρεῖται, καὶ ὁ Κωνσταντινουπόλεως οὐκ ἐξ ἀνάγκης παρὰ τοῦ Ἡρακλείας χειροτονεῖται. Εὕρηται γὰρ καὶ Στέφανος ὁ ἀδελφὸς τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Σοφοῦ πατριάρχης χειροτονηθεὶς Κωνσταντινουπόλεως, παρὰ Θεοφάνους μητροπολίτου Καισαρείας, καὶ πρὸ ὀλίγων χρόνων ὁ Λεόντιος παρὰ Δημητρίου τοῦ Καισαρείας.

ΖΩΝΑΡ. Ἐπίσκοποί τινες, διὰ φιλοπρωτίαν καὶ φιλαρχίαν προσιόντες τοῖς βασιλεῦσι διὰ προσταγμάτων ἐγγράφων· ταῦτα γάρ εἰσι τὰ πραγματικά· ᾐτοῦντο τὰς οἰκείας ἐπισκοπὰς τῇ τῶν μητροπόλεων τιμηθῆναι κλήσει· ὡς οὕτω συμβαίνειν εἰς δύο ἐπαρχίας τὴν μίαν μερίζεσθαι, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ ἐπαρχίᾳ δύο μητροπολίτας εἶναι, καὶ οὕτω διαφέρεσθαι ἀλλήλοις τοὺς τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης ἐπισκόπους. Ὅπερ ποτὲ καὶ ἐν τῇ Καππαδοκῶν ἐπαρχίᾳ συμβέβηκε, τῆς πόλεως τῶν Τυάνων νέας μητροπόλεως γενομένης, ὡς ὁ Θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ ἐπιταφίῳ τοῦ μεγάλου Βασιλείου φησί. Διὰ ταῦτα

A Quoniam autem mense Aprili, 11 indict. anno 6701 edita summa cum veneratione suscipienda Aurea bulla a Deo coronati, fortissimi et sancti imper. nostri, domini Isaacii Angeli, quæ et metropolitanis episcopatus ad se pertinentes, et metropolium vel archiepiscopatuum honore donatos, ad se revocantibus, et iis itidem qui imperialem circumspectionem privare conabuntur, ne episcopatus in metropoles et archiepiscopatus erigat secundum sibi datam a superis potestatem, os occludit, a nonnullis quæsitum est, Quid est quod canone comprehenditur, ut honore affectæ metropoles solum honorem habeant, utpote aliis juribus veræ metropoli servatis? Dicimus de ea re dubitationem ab hac imperatoris constitutione dissolvi. Quæsitum enim B est, et post multas allatas ad justam esse rem ostendendam rationes, hæc ejus rei gratia expresse dicta sunt, et quod universali ratione, et generaliter exposita dispositione, ecclesias quæ jussione imperat. in altiorem thronum eriguntur, honore quoque dignas censeri oporteat, et electiones libere procedere ex forma canonica, quæ in Magna Ecclesia consecuta est, metropolitanis convenientibus, et archiepiscopos ac metropolitanos eligentibus, quod et imp. mea sublimitas decernit, et hanc constitutionem divina et sancta quoque sequetur synodus; ut quæ ecclesiasticum ritum accurare servet, et a canonica rectitudine non excidat. Lege ergo diffuse hanc constitutionem, et dic iis qui dicunt quod, nisi dum erigitur episcopatus in metropolim C vel archiepiscopatum, ab imperial. potestate adjectum fuerit, eorum electiones patriarchali suasione et auctoritate debere fieri, verus metropolitanus eorum electionem faciet. Hoc enim etiam huc usque servatur in universali patriarcha, qui ab Heracleæ archiepiscopo ordinatur, quoniam fuerit aliquando Constantinopolis sive Byzantium Heracleæ antistitis episcopatus: dic, inquam, quod hac constitutione omnis juris omnino allegatio tollitur, nec Constantinopolitanus necessario ab Heracleæ episcopo ordinatur. Inventum est enim etiam Stephanum imp. domini Leonis Sapientis fratrem ordinatum fuisse Constantinopoleos patriarcham **128** a Theophane metropolitano Cæsareæ. Et paucis abhinc D annis Leontius a Demetrio Cæsareæ metropolitano.

ZONAR. Principem dignitatis locum episcopi quidam ambitiose affectantes, imperatores adire, atque ut edicto suo, quod hic pragmatici typi nomine intellexere Patres, ipsorum episcopatibus honorem metropoleos decerneret, precibus ab eo contendere soliti sunt. Hinc factum, ut in duas provincias una divideretur, duosque eadem provincia metropolitanos, et quidem crebris ob idipsum dissidiis, contentionibusque distractos haberet. Quod et in Cappadocum provincia quondam, Gregorio Theologo in epitaphio magni Basilii referente, cum Tyanea nova metropolis constituta esset, evenit. Propterea cano-

nem hunc, quo de nova metropoli instituenda laborare aut agere episcopi prohibentur, synodus promulgavit : tale vero aliquid aggredi ausos, vel hoc ipso deponi jubet. Nec enim eum tantummodo puniri, qui cogitata perfecerit, sed ipsam quoque, quamvis irrito eventu, perficiendi voluntatem, iisdem pœnis obnoxiam esse decernit. Verum hæc quidem promulgato canone sic agi placuit. Quæ vero urbes, ante hanc constitutionem, imperatoris decreto metropolitani tituli dignitate ornatæ fuerant (quas enim obscurius antea pragmaticas, nunc imperatorias litteras, sive imperatoris decretum planius nuncupavit) ab iis, earum que episcopis, concessum honorem patitur retineri; ne qua vero re antiquæ metropolitanæ sedi molesti sint, sed ei quæ veram, ac temporis diuturnitate firmatam appellationem metropoleos retinet, ita sua jura serventur, ut ne ex iis quidquam novus sibi metropolitanus usurpet. Sed hujus etiam canonis auctoritas obsolevit, nec defuere nostris quoque temporibus imperatores, quorum edictis episcopales ecclesiæ ad metropolitani fastigii culmen evectæ sunt.

ARIST. *In duas provincias una provincia non scinditur : qui autem sciderit, episcopatu dejicitur. Quæ vero imperatoris rescripto scissæ sunt civitates honore solo fruantur, ut et episcopus ibidem constitutus : ei vero quæ vere est metropolis, propria jura conserventur.*

Episcopus qui potentatus adit, et episcopatum suum metropolis nomine honorari contendit, ut ex eo una provincia in duas divideretur, suo gradu excidet. Quicunque autem episcopatus non episcoporum studio sed potius ob eorum virtutem et civitatum dignitatem per litteras imperiales ut metropoles honorari asseculi sunt, honore illo et solo fruentur. Ei autem quæ vere est metropolis, cui antea suberant, propria servabuntur jura : et antea enim et postea istius episcopus eum qui ab imperatore postea honoratus fuit constituet, et omnes provinciæ episcopatus illum et solum metropolitanum habebunt, et non simul dividentur et ipsi secundum provinciæ divisionem, et si quid aliud jus episcopale in tota provincia habuit, illæsum ipsi servabitur. Et nihil omnino de ejus privilegiis auferetur, et honorato dabitur.

A τοίνυν τὸν κανόνα τοῦτον ἡ σύνοδος ἔθετο, κωλύοντα μὴ γίνεσθαι τοιαῦτα, μηδὲ ζητεῖν τοὺς ἐπισκόπους νέας ὀνομάζεσθαι μητροπόλεις· τὸν δὲ ἐπιχειροῦντα τοιαύτῃ πράξει καθαιρεῖσθαι καὶ διὰ μόνην τὴν ἐπιχείρησιν. Οὐ γὰρ τὸν εἰς πρᾶξιν ἀγαγόντα τὴν ἐπιχείρησιν κολάζει μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν μόνον ἐπιχειροῦντα, κἂν μὴ τύχῃ τοῦ ἐφετοῦ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν μετὰ τὸν κανόνα ὥρισε γίνεσθαι· τὰς δὲ πρὸ τοῦ κανόνος τιμηθείσας πόλεις εἰς μητροπόλεις διὰ γραμμάτων βασιλικῶν· (ἃ γὰρ ἄνω ὠνόμασε πραγματικὰ, ἐνταῦθα ἐσαφήνισε καὶ γράμματα ἔφη βασιλικά·) ἀπολαύειν παρεχώρησε τιμῆς μόνης, καὶ τοὺς ἐν αὐταῖς ἐπισκόπους, μὴ ἐνοχλεῖν δὲ τῇ παλαιᾷ μητροπόλει, σώζεσθαι δὲ ἐκείνῃ τῇ ὡς
B ἀληθῶς μητροπόλει, ὡς τῷ χρόνῳ βεβαίως κτησαμένῃ τὴν κλῆσιν, τὰ δίκαια πάντα μή τινος παρασπωμένου παρὰ τοῦ νέου μητροπολίτου. Καὶ οὗτος δὲ ὁ κανὼν οὐ φυλάττεται· τινὲς γὰρ ἐπίσκοποι καὶ ἐφ' ἡμῶν διὰ βασιλικῶν προσταγμάτων εἰς τιμὴν ἀνήχθησαν μητροπόλεως.

ΑΡΙΣΤ. *Εἰς ἐπαρχίας δύο ἐπαρχία μία οὐ τέμνεται· ὁ δὲ τεμὼν ἀνεπίσκοπος. Αἱ δὲ γράμματι βασιλικῷ τιμηθεῖσαι πόλεις, τῆς τιμῆς ἀπολαυέτωσαν μόνης, καὶ αὐτόθι ἐπίσκοπος· τῇ δὲ ἀληθῶς μητροπόλει τὰ οἰκεῖα σωζέσθωσαν.*

Ὁ προσελθὼν δυναστείαις ἐπίσκοπος, καὶ σπου-
C δάσας τιμηθῆναι τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ τῷ τῆς μητροπόλεως ὀνόματι, ὡς ἐκ τούτου τὴν μίαν ἐπαρχίαν μερισθῆναι εἰς δύο, τοῦ ἰδίου ἐκπεσεῖται βαθμοῦ. Ὅσαι δὲ τῶν ἐπισκοπῶν οὐκ ἀπὸ σπουδῆς τῶν ἐπισκόπων, ἀλλὰ μᾶλλον δι' ἀρετὴν αὐτῶν, ἢ διὰ τιμὴν τῶν πόλεων, ἔφθασαν διὰ βασιλικῶν γραμμάτων τιμηθῆναι ὡς μητροπόλεις, ἀπολαύσουσι τῆς τιμῆς, καὶ μόνης· τῇ δὲ κατὰ ἀλήθειαν μητροπόλει, ὑφ' ἣν ἐτέλουν τὸ πρότερον, τὰ οἰκεῖα παραφυλαχθήσονται δίκαια. Ἄνωθεν γὰρ καὶ αὖθις ὁ ταύτης ἐπίσκοπος τοῦ μετὰ ταῦτα τιμηθέντος ὑπὸ βασιλέως καθίσει· καὶ αἱ τῆς ἐπαρχίας πᾶσαι ἐπισκοπαὶ τοῦτον, καὶ μόνον, μητροπολίτην ἕξουσι, καὶ οὐ συμμερισθήσονται καὶ αὗται κατὰ τὴν τῆς ἐπαρχίας διαίρεσιν· καὶ εἴ τι ἄλλο ἐπισκοπικὸν δί-
D καιον ἐν πάσῃ τῇ ἐπαρχίᾳ εἶχεν, ἀκέραιον αὐτῷ συντηρηθήσεται. Καὶ ἁπλῶς οὐδέν τι ἀφαιρεθήσεται τῶν προνομίων αὐτοῦ, καὶ τῷ τιμηθέντι δοθήσεται.

129 CANON XIII.

Externos clericos et ignotos in alia civitate sine proprii episcopi commendatitiis litteris nusquam ullo modo ministrare.

BALS. Sancti Patres etiam rursus definiunt, eos qui in aliqua ecclesia in clerum sunt cooptati in alia ecclesia non ministrare, sine commendatitiis litteris proprii episcopi. Et nonnulli quidem dixerunt commendatitias hic litteras pro dimissoriis dictas esse : alii autem canonem de commendatitiis litteris loqui, quæ dantur accusatis hominibus, qui post examinationem innocentes inventi sunt. Mihi vero

ΚΑΝΩΝ ΙΓ'.

Ξένους κληρικοὺς καὶ ἀγνώστους ἐν ἑτέρᾳ πόλει δίχα συστατικῶν γραμμάτων τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου μηδόλως μηδαμοῦ λειτουργεῖν.

ΒΑΛΣ. Καὶ πάλιν οἱ ἅγιοι Πατέρες διορίζονται τοὺς κληρωθέντας ἔν τινι ἐκκλησίᾳ ἐν ἑτέρᾳ πόλει μὴ λειτουργεῖν ἄνευ συστατικῶν γραμμάτων τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου. Καί τινες μὲν εἶπον συστατικὰς γραφὰς ἐνταῦθα τὰς ἀπολυτικὰς εἰρῆσθαι· ἄλλοι δὲ εἶπον περὶ συστατικῶν γραφῶν λέγειν τὸν κανόνα, διδομένων ἀνθρώποις κατηγορηθεῖσι, καὶ μετὰ ἐξέτασιν ἀθωωθεῖσιν· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ τὸν κανόνα

διορίζεσθαι περὶ συστατικῶν γραμμάτων συνιστώντων εἰς τὴν τοῦ κληρικοῦ χειροτονίαν, καὶ ἀπολυόντων αὐτὸν καὶ ἀλλαχοῦ ἐνεργεῖν. Τὰ γὰρ συνιστῶντα τὴν ἑκάστου ὑπόληψιν συστατικὰ καὶ λαϊκοῖς δίδονται, περὶ ὧν οὐδεμία γέγονεν ἐνθάδε μνεία. Ἀνάγνωθι δὲ καὶ τὴν ἑρμηνείαν τοῦ ια' κανόνος.

A videtur hic canon de litteris commendatitiis definire, quæ clerici ordinationem declarant, eumque dimittunt ut etiam alibi ministret. Commendatitiæ enim, quæ ad tollendam suspicionem dantur, etiam laicis præbentur, de quibus nulla hic fit mentio. Lege et 11 canonis interpretationem.

ΖΩΝΑΡ. Τοῦτο πρὸ τῆς συνόδου ταύτης ὥρισαν οἱ θεῖοι ἀπόστολοι τὸν καταλιπόντα τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν εἰς ἑτέραν μετοικήσαντα παρὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου κελεύσαντες μηκέτι λειτουργεῖν ἐπιμένοντα τῇ ἀταξίᾳ, ὡς δὲ λαϊκὸν κοινωνεῖν, ὡς ιε' ἀποστολικὸς περιέχει κανών. Καὶ ὁ παρὼν οὖν κανὼν τὰ αὐτὰ διατάττεται, καὶ τὸν δίχα γραμμάτων τοῦ ἐπισκόπου ἀπιόντα ἐν ἑτέρᾳ πόλει κελεύει μήτε ἐκεῖ μήτε που ἀλλαχοῦ λειτουργεῖν. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ μηδόλως μηδαμοῦ. Ἐπεὶ δ' ἐνταῦθα συστατικῶν ἐμνήσθη ἐπιστολῶν, δείκνυται ἐκ τούτου ὅτι καὶ ἐπί τισι κατηγορήθησαν οἱ κληρικοὶ οἱ ἀναχωρήσαντες τῆς ἰδίας παροικίας. Αἱ γὰρ συστατικαὶ τοῖς κατηγορηθεῖσι δίδονται, ὅταν ἀθῷοι φανῶσιν, ὡς ἤδη δεδήλωται, ἢ ὅτι ἀφωρισμένοι ἦσαν παρὰ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου.

ZONAR. Et ante hanc synodum editam, apostolico canone decimo quinto, quicunque, relicta sua parœcia, in alteram invito episcopo suo commigrarint, donec in ea pervicacia manserint, a sacro ministerio arceri, ac laicorum more tantum communicare jubentur. Eadem hic quoque canon statuit, et qui sine episcopi sui litteris in aliam civitatem abierit, vel in ea, vel alio quocunque loco sacris operari vetat. B Hoc etenim verba illa significant, [nullibi, nullo modo]. Ex eo vero, quod hic epistolæ commendatitiæ fiat mentio, clericos, qui e sua parœcia diverterent, reos antea criminis alicujus factos esse facile apparet. Commendatitiæ namque litteræ iis qui crimine objecto se insontes probavissent, ut diximus, vel qui prius ab episcopo suo segregati fuissent, tradi consuevere.

ΑΡΙΣΤ. *Κληρικὸς δίχα συστατικῶν ἀκοινώνητος εἰς πόλιν ἑτέραν.*

Τοῦτο ἐν πολλοῖς τῶν κανόνων κεῖται, ὡς οἱ ξενοχειροτόνητοι κληρικοί, μὴ ἐπιφερόμενοι συστατικὰ τῶν ἐπισκόπων αὐτῶν, εἰς πόλιν ἑτέραν οὐ συγκεχώρηνται λειτουργεῖν.

ARIST. *Clericus sine litteris commendatitiis in alius urbis communionem non recipitur.*

Hoc in multis canonum ponitur, quod qui in aliena parœcia ordinantur clerici, commendatitias episcoporum suorum non afferentes litteras, in alia ministrare civitate non permittuntur.

C

ΚΑΝΩΝ ΙΔ'.

Ἐπειδὴ ἔν τισιν ἐπαρχίαις συγκεχώρηται τοῖς ἀναγνώσταις καὶ ψάλταις γαμεῖν, ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος μὴ ἐξεῖναί τινι αὐτῶν ἑτερόδοξον γυναῖκα λαμβάνειν· τοὺς δὲ ἤδη ἐκ τοιούτου γάμου παιδοποιήσαντας, εἰ μὲν ἔφθασαν βαπτίσαι τὰ ἐξ αὐτῶν τέκνα παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς, προσάγειν αὐτὰ τῇ κοινωνίᾳ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας· μὴ βαπτίσαντας δέ, μὴ δύνασθαι ἔτι βαπτίζειν αὐτὰ ἐπὶ τοῖς αἱρετικοῖς, μήτε μὴν συνάπτειν πρὸς γάμον αἱρετικῷ ἢ Ἰουδαίῳ (12), *ἢ Ἕλληνι, εἰ μὴ ἄρα ἐπαγγέλλοιτο μετατίθεσθαι εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν, τὸ συναπτόμενον πρόσωπον τῷ ὀρθοδόξῳ. Εἰ δέ τις τοῦτον τὸν ὅρον παραβαίη τῆς ἁγίας συνόδου, κανονικῷ ὑποκείσθω ἐπιτιμίῳ.* D

CANON XIV.

Quoniam in nonnullis provinciis concessum est lectoribus et cantoribus uxores ducere, decrevit sancta synodus nulli eorum licere diversæ a recta opinionis uxorem ducere: eos autem qui ex ejusmodi matrimonio liberos susceperunt, si eos quidem baptizare apud hæreticos prævenerint, ad catholicæ ecclesiæ communionem adducere: Si autem non baptizaverint, non posse eos apud hæreticos baptizare, sed neque hæretico, vel Judæo, vel Gentili matrimonio conjungere, nisi utique persona, quæ orthodoxæ conjungitur, se ad orthodoxam fidem convertendam spondeat. Si quis autem hoc sanctæ Synodi decretum transgressus fuerit, canonicis pœnis subjiciatur.

ΒΑΛΣ. Ὡς ἔοικεν, ἔν τισι μὲν χώραις ἐξεχωροῦντο ἀναγνῶσται καὶ ψάλται γαμικὰ συναλλάγματα συναλλάττειν ἀκολούθως τῷ ἀποστολικῷ κανόνι κϛ', ἔν τισι δὲ καὶ οὗτοι παραλόγως ἐκωλύοντο. Ὡρίσθη οὖν διὰ τοῦ παρόντος κανόνος ὡς, εἰ καὶ ἐφειμένον ἐστὶν αὐτοῖς γυναῖκα λαμβάνειν, ἀλλ' οὐχ

BALS. In nonnullis quidem, ut est verisimile, provinciis, lectoribus et cantoribus permittebatur matrimonia contrahere consequenter apostolico 26 canoni. In nonnullis autem id eis præter rationem prohibebatur. Per præsentem ergo canonem definitum est, quod, etiamsi eis permissum est uxores

Guill. Beveregii notæ.

(12) *Ἰουδαίῳ*. Christianos cum Judæis matrimonium inire leges etiam civiles vetuerunt. Μή τις Χριστιανὴν γυναῖκα πρὸς γάμον Ἰουδαῖος λαμβανέτω· μήτε Ἰουδαίᾳ Χριστιανὸς εἰς συζυγίαν ἑνούσθω. Εἰ γάρ τι τοιοῦτον ἁμαρτάνει, ἐν τῇ τῆς μοιχείας ποινῇ ὑποβαλλόμενος εἴη. Basilic. l. I, tit. I, c. 35. *Ne quis Christianam mulierem in matrimonium Judæus accipiat, neque Judææ Christianus conjugium sortiatur. Nam si quis aliquid hujusmodi admiserit, adulterii vicem commissi hujusmodi crimen obtinebit, libertate in accusandum publicis quoque vocibus relaxata*, l. VI, c. *De Judæis*. Idem statuit concilium Aurelianense 2, c. 19.

accipere, diversæ tamen a recta opinionis mulieribus eis conjungi non liceat, et ut qui ex tali matrimonio liberos susceperint, eos ad orthodoxorum Ecclesiam adducant: ut si ii quidem **130** ab hæreticis baptizati fuerint, sancto solum chrismate inungantur: sin minus, ab Ecclesia baptizentur. Similiter definitum est, ne eorum liberi hæreticis vel Judæis vel Græcis conjungantur, nisi utique prohibitæ personæ polliceantur a sua hæresi vel superstitione recedere. Tunc enim si ad orthodoxam fidem accesserint, consequentur quoque nuptiæ. Eos autem qui hæc transgrediuntur, canonicis pœnis subjicit synodus. Lege Laod. syn. can. 10 et 31 et Carth. 21 et invenies separari matrimonium, quod cum hæretico contractum est. Existimo autem, etiam cum separatione, eos quoque puniri secundum præsentem canonem. Sic enim ad concordiam deducentur canones. Recte autem dixit, eos, qui antea ex hæreticis suscepti sunt, liberos ad Ecclesiæ communionem adduci. Scis enim hæreticos in duo dividi; et in eos qui, quod secundum nos est, mysterium, et divinam condescensionem suscipiunt, in quibusdam autem falluntur, quos etiam accedentes chrismate solo inungimus: et in eos qui hoc omnino non suscipiunt et sunt infideles, Judæos scilicet et Græcos quos etiam baptizamus. Communionis ergo nomine utrumque declaravimus, ut vel chrismate ungantur vel baptizentur. Lege 7 can. 2 syn. primum cap. 4 tit. 28. lib. Basilic. et 72 canon. synodi in Trullo. Et nota secundum præsentem canonem videri partem ecclesiæ cogere, ut Latinos rejiciamus, qui uxores ex Romania volunt accipere.

A ἔξεστιν ἑτεροδόξοις συνάπτεσθαι, τοὺς δὲ προπαιδοποιήσαντας ἐκ τοιούτου γάμου παράγειν τὰ οἰκεῖα τέκνα παρὰ τῇ τῶν ὀρθοδόξων Ἐκκλησίᾳ· ἐφ' ᾧ εἰ μὲν ἔφθασαν αὐτὰ βαπτισθῆναι παρὰ αἱρετικῶν, χρισθῆναι μόνον ὑπὸ ἁγίου μύρου· εἰ δὲ μή, βαπτισθῆναι ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας. Ὡσαύτως ὡρίσθη μὴ συνάπτεσθαι τὰ τούτων τέκνα αἱρετικοῖς ἢ Ἰουδαίοις ἢ Ἕλλησιν, εἰ μήπω τὰ κεκωλυμένα πρόσωπα κατάθωνται ἀποστῆναι τῆς οἰκείας αἱρέσεως ἢ θρησκείας. Τηνικαῦτα γάρ, ἐὰν προσέλθωσι τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, ἐπακολουθήσει καὶ ὁ γάμος. Τοὺς μέντοι παραβαίνοντας ταῦτα κανονικοῖς ἐπιτιμίοις καθυποβάλλει ἡ σύνοδος. Ἀνάγνωθι τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου κανόνας ι' καὶ λα' καὶ τῆς ἐν Καρθαγένῃ κανόνα κα', καὶ εὑρήσεις διασπώμενον τὸν μετὰ B αἱρετικῶν συστάντα γάμον. Οἶομαι δὲ σὺν τῷ διασπασμῷ καὶ ἐπιτιμᾶσθαι τούτους κατὰ τὸν παρόντα κανόνα. Οὕτω γὰρ οἱ κανόνες συμβιβασθήσονται. Καλῶς δὲ εἶπεν ὀφείλειν τοὺς πρὸ τούτου τεχθέντας ἐξ αἱρετικῶν παῖδας προσάγεσθαι τῇ κοινωνίᾳ τῆς Ἐκκλησίας. Οἶδας γὰρ ὅτι οἱ αἱρετικοὶ εἰς δύο διαιροῦνται, εἴς τε τοὺς δεχομένους μὲν τὸ καθ' ἡμᾶς μυστήριον, καὶ τὴν θείαν συγκατάβασιν, ἔν τισι δὲ σφαλλομένους, οὓς καὶ μύρῳ μόνῳ χρίομεν προσερχομένους, καὶ εἰς τοὺς πάντη μὴ δεχομένους τοῦτο καὶ ὄντας ἀπίστους, Ἰουδαίους δηλονότι καὶ Ἕλληνας, οὓς καὶ βαπτίζομεν. Τῷ ὀνόματι γοῦν τῆς κοινωνίας ἐδηλώθησαν καὶ ἀμφότεροι, ὥστε ἢ μύρῳ χρισθῆναι ἢ βαπτισθῆναι. Ἀνάγνωσον τὸν ζ' κανόνα τῆς β' συνόδου, τὸ α' κεφ. τοῦ δ' τίτλου τοῦ κη' βιβλίου C τῶν Βασιλικῶν, καὶ τὸν οβ' κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου. Καὶ σημείωσαι ὅτι κατὰ τὸν παρόντα κανόνα, ὡς ἔοικεν, ἀναγκάζει τὸ μέρος τῆς Ἐκκλησίας τοὺς Λατίνους ἐξόμνυσθαι θέλοντας γυναῖκας λαβεῖν ἐκ τῆς Ῥωμανίας.

ZONAR. Hoc idem et Laodicena synodus 10 et 31 et Carthaginensis 21 canone sanxere: et in Trullo palatii celebrata œcumenica synodus pluribus adhuc verbis explicavit. Sed Carthaginensis de solis clericis, quemadmodum et hic canon, loquitur: Laodicena vero, et Trullana, orthodoxorum prorsus omnium matrimonia cum hæreticis damnat, ac nuptiali quamvis fœdere contracto irrita nihilominus esse decernit. Non omnibus tamen locis, ut ipsa hujus canonis verba satis indicant, lectoribus olim et cantoribus, postquam in illum ordinem cooptati forent, uxores ducere permissum fuit; quamvis apostolico canone 26 hæc continente: Ex omnibus qui in clerum leguntur, si cœlibes sint matrimonia inire lectoribus solis et cantoribus liceat. Clericos igitur orthodoxos, conjugio cum feminis a recta religione alienis in posterum sociari omnino synodus vetat. Qui vero sociati antea, liberos quoque suscepere, eos licet ab hæreticis jam baptizatos ducere, atque Ecclesiæ catholicæ sistere jubentur. Adducti enim, vel sancto chrismate solum inungentur, si ab hæreticis recepto ab Ecclesia more baptizati sint; vel, si alieno ab ecclesiastica consuetudine damnatoque ritu initiati, salutaribus undis iterum repetito baptismo expiabuntur. Non-

ΖΩΝΑΡ. Τοῦτο καὶ ἡ ἐν Λαοδικείᾳ σύνοδος ἐν ι' καὶ λα' κανόνι διετυπώσατο, καὶ ἡ ἐν Καρθαγένῃ ἐν κα' διετάξατο, καὶ ἡ ἐν τῷ Τρούλλῳ τοῦ παλατίου συστᾶσα οἰκουμενικὴ σύνοδος πλατύτερον διωρίσατο. Ἀλλ' ἡ μὲν ἐν Καρθαγένῃ σύνοδος ὁμοίως τῷ παρόντι κανόνι περὶ μόνων κληρικῶν διαλέγεται· ἡ δὲ ἐν Λαοδικείᾳ, καὶ ἡ ἐν τῷ Τρούλλῳ καθάπαξ παντὶ ὀρθοδόξῳ ἀπαγορεύει συναλλάττειν γάμον πρὸς αἱρετικούς, καὶ διασπᾶσθαι τὸν τοιοῦτον γάμον, κἂν γένηται, παρακελεύεται. Ὡς δὲ ἐκ τῆς D συγγραφῆς τοῦ παρόντος κανόνος δηλοῦται, οὐ πανταχοῦ τότε τοῖς ἀναγνώσταις καὶ ψάλταις ἐφεῖτο μετὰ τὴν χειροθεσίαν λαμβάνειν γυναῖκας, καίτοι τοῦ κς' κανόνος τῶν ἱερῶν ἀποστόλων περιέχοντος ταῦτα. Τῶν εἰς κλῆρον προελθόντων ἀγάμων κελεύομεν βουλομένους γαμεῖν ἀναγνώστας καὶ ψάλτας μόνον. Καὶ εἰς τὸ ἑξῆς μὲν ἀπηγόρευσεν ἡ σύνοδος αὕτη τοὺς ὀρθοδόξους κληρικοὺς ἑτεροδόξοις συνοικεῖν γυναιξί· τοὺς δὲ ἤδη συνῳκηκότας, καὶ ἐξ ἐκείνων παιδοποιήσαντας ἀπαιτεῖ τοὺς οἰκείους παῖδας προσάγειν τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ, κἂν ἔφθασαν ὑπὸ αἱρετικῶν βαπτισθῆναι. Προσαχθέντες γὰρ ἢ τῷ ἁγίῳ χρίσματι χρισθήσονται μόνον, εἰ ὑπὸ αἱρετικῶν ἐβαπτίσθησαν, ὧν τὸ βάπτισμα δεκτὸν τῇ Ἐκκλησίᾳ λογίζεται, ἢ καὶ ἄνωθεν βα-

πεισθήσονται, εἰ ἀπόβλητον τὸ βάπτισμα τῶν βαπτισάντων αὐτοὺς αἱρετικῶν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐστίν. Εἰ δὲ οὔπω βαπτίσματος ἔτυχον, μηκέτι ὑπὸ αἱρετικῶν βαπτίζεσθαι, μήτε μὴν ὀνόματι τῶν παίδων αὐτῶν συναλλάττειν γάμον πρὸς αἱρετικούς, μήτε πρὸς Ἕλληνας, αἱρετικοὺς μὲν τοὺς τὸ καθ' ἡμᾶς δεχομένους, μυστήριον λέγων ἔν τισὶ δὲ σφαλλομένους καὶ διαφερομένους τοῖς ὀρθοδόξοις. Ἰουδαίους δὲ τοὺς χριστοκτόνους, καὶ Ἕλληνας τοὺς πάντη ἀπίστους καὶ εἰδώλων προσκυνητάς. Εἰ δ' ἴσως ὁ αἱρετικὸς ἢ ὁ ἄπιστος ἐπαγγέλλεται συνθέσθαι τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, τὸ μὲν συνάλλαγμα προβήσεται, ἡ δὲ συνάφεια ὑπερτεθήσεται, μέχρις ἂν τὴν ἐπαγγελίαν πληρώσῃ ὁ ταύτην ποιησάμενος. Ὁ δὲ τούτων παραβάτης ἐπιτιμίοις κανονικοῖς ὑποκείσεται.

ΑΡΙΣΤ. *Ἑτερόδοξος ψάλτης καὶ ἀναγνώστης, εἰ γήμας ἐτέκνωσε, προσάγει τῇ κοινωνίᾳ τὰ τέκνα, εἴπερ ἐκεῖσε βεβάπτισται· εἰ δ' ἔτι ἀβάπτιστα, οὐκ ἔτι βαπτίζεται τοῖς αἱρετικοῖς.*

Τὸ συνάπτεσθαι ὀρθόδοξον αἱρετικῇ γυναικὶ, ἢ τὸ ἀνάπαλιν, καὶ ὁ δέκατος κανὼν, καὶ ὁ τριακοστὸς πρῶτος τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου, καὶ ὁ δεύτερος τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ ἕκτης συνόδου, καὶ ὁ παρὼν οὗτος ἀπαγορεύουσιν. Εἰ δέ τις τῶν ψαλτῶν καὶ τῶν ἀναγνωστῶν πρὸ τῶν κανόνων τούτων ἑτερόδοξον γυναῖκα ἔλαβε, καὶ ἐτέκνωσεν ἐξ αὐτῆς, καὶ τὰ τέκνα ἐβάπτισε παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς μένων, προσαγέτω ταῦτα τῇ κοινωνίᾳ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας· εἰ δ' ἀβάπτιστα αὐτὰ ἔχοι, μηκέτι παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς ποιούμενος τὴν ἀναστροφὴν, βαπτιζέτω· ἀλλ' ἐκεῖθεν ὑπαναχωρῶν, τῇ καθολικῇ προσαγέτω Ἐκκλησίᾳ καὶ τοῦ θείου ταῦτα καταξιούτω βαπτίσματος.

KANΩN IE'.

Διάκονον μὴ χειροτονεῖσθαι γυναῖκα πρὸ ἐτῶν τεσσαράκοντα, καὶ ταύτην μετὰ ἀκριβοῦς δοκιμασίας. Εἰ δέ γε δεξαμένη τὴν χειροτονίαν, καὶ χρόνον τινὰ παραμείνασα τῇ λειτουργίᾳ, ἑαυτὴν ἐπιδῷ γάμῳ, ὑβρίσασα τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν, ἡ τοιαύτη ἀναθεματιζέσθω μετὰ τοῦ αὐτῇ συναφθέντος.

ΒΑΛΣ. Τὰ τοῦ παρόντος κανόνος πάντη ἐσχόλασαν. Διακόνισσα γὰρ σήμερον οὐ χειροτονεῖται, κἂν καταχρηστικῶς τινες τῶν ἀσκητριῶν διακόνισσαι λέγωνται· ὅτι κανών ἐστι διοριζόμενος μὴ εἰσέρχεσθαι γυναῖκας ἐν τῷ ἁγίῳ βήματι. Ἡ γοῦν μὴ δυναμένη ἐν τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ εἰσελθεῖν, πῶς τὰ τῶν διακόνων ἐνεργήσει; Ἀνάγνωσον τὸν ιδ' κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, καὶ τὸν ιε' λέγοντας καθαιρεῖσθαι τὴν διακόνισσαν χειροτονηθεῖσαν πρὸ τοῦ πληρῶσαι τὸν τεσσαρακονταετῆ χρόνον. Ὁ δὲ παρὼν φησι κανὼν ἀναθεματίζεσθαι τὴν μετὰ τὴν χειροτονίαν γάμοις ἑαυτὴν ἐπιδοῦσαν, ὡς ὑβρίστριαν τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος. Περὶ δὲ μοναζουσῶν ὁ ἐφεξῆς διδάσκει κανών. Ζήτει καὶ τοῦ μεγάλου Βασιλείου κανόνα ιζ' καὶ κδ'.

ΖΩΝΑΡ. Διὰ τὸ εὐεξαπάτητον τῶν γυναικῶν καὶ

dum vero baptizatos nullo modo ab hæreticis baptizandos esse; neque quidem filiorum suorum nomine quidquam de nuptiis, cum hæretico, Judæo, aut Græco jungendis agere debere decernit. Sunt vero hæretici, qui mysteria nostræ religionis ita recipiunt, ut in quibusdam tamen hallucinentur, atque ab orthodoxis dissentiant. Judæi autem, qui nefario se Christi parricidio contaminavere, et Græcorum appellatione, a fide prorsus alieni et idolorum cultores significantur. Quod si fidem amplecti se velle hæreticorum quispiam aut infidelium polliceatur, cum eo pacisci de nuptiis, non tamen eas, antequam promissa qui ea dedit impleverit, celebrari licere decernitur. Qui secus fecerit, canonicis in eum pœnis animadverti jubent.

131 ARIST. *Cantor aut lector a recta fide alienus, si uxore ducta liberos genuerit, eos ad communionem adducit, si ibidem baptizati sunt. Si vero nondum sunt baptizati, apud hæreticos postea non baptizantur.*

Orthodoxum hæreticæ matrimonio conjungi mulieri, aut vice versa et decimus et tricesimus primus synodi Laodicenæ canon, et secundus sextæ in Trullo synodi, et hic præsens prohibent. Si quis autem e cantoribus aut lectoribus ante editos hosce canones alterius sectæ duxerit uxorem, et liberos ex ea susceperit, eosque baptizaverit, dum apud hæreticos manserit, istos Ecclesiæ catholicæ communioni adducat. Si vero nondum baptizati fuerint, ne posthac apud hæreticos retrorsum se convertens eos baptizet. Sed illinc recedens, catholicæ adducat Ecclesiæ et divino eos dignetur baptismo.

CANON XV.

Diaconissam non esse mulierem ordinandam ante annum quadragesimum, et eam cum accurata examinatione. Si autem postquam ordinatione suscepta ministerio aliquo tempore permansit, seipsam matrimonio tradiderit, Dei gratiæ injuriam faciens, ea, una cum illo qui ei conjunctus est, anathematizetur.

BALS. Quæ in præsenti canone tractantur, omnino exolevere. Diaconissa enim hodie non ordinatur, etiamsi quædam ascetriæ abusive diaconissæ dicantur. Est enim canon, qui statuit mulieres in sacrum tribunal non debere ingredi. Quæ ergo ad sanctum altare accedere non potest, quomodo diaconatus officium exercebit? Lege et 14 can. syn. in Trullo et 15, dicentes deponendam diaconissam, quæ ordinata est priusquam quadragesimum annum explevisset. Præsens autem canon dicit anathematizari mulierem, quæ post ordinationem se nuptum dederit, ut quæ Dei gratiam injuria afficiat. De monialibus autem sequens docet canon. Quære et magni Basilii canonem 17 et 24.

ZONAR. Cum mulieres aut capi fraudibus, aut

(23) *Κεφαλαίῳ πρώτῳ θεσπίσματι τρίτῳ.* Codex Basileensis legit θέματι τρίτῳ, et pro κεφαλαίῳ πρώτῳ, vel κεφαλαίῳ α', legendum suspicor κεφαλαίῳ ια'; non enim in primo, sed undecimo capite tituli hic citati de hac re agitur, ubi dicitur, Ἐνέχεται (νόμῳ τῷ Ἰουλίῳ) καὶ οὗτινος κατὰ δόλον ἐπαρχία ἢ πόλις προεδόθη τοῖς πολεμίοις. Basilic. l. LX, tit. 51, c. 11. Et eadem quidem lex a Balsamone in hoc negotio laudatur, in scholiis ad Photii Nomocanonem, tit. 9, cap. 37.

(24) *Περὶ τῶν ἐτησίως.* Hæc Balsamonis ἑρμηνεία in codice Amerbachiano desideratur.

σθαι συνόδων ἐν ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ καὶ ἐν τοῖς τῶν A ἁγίων ἀποστόλων κανόσιν ἐξήγηται, καὶ ἐν τῷ ε' κανόνι τῆς πρώτης συνόδου, καὶ ζητητέον ἐκεῖνα.

ΑΡΙΣΤ. *Δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ σύνοδος* (25) *γενέσθω, ἔνθα δοκεῖ τῷ ἐπισκόπῳ τῆς μητροπόλεως· καὶ λυέσθω τὰ ἀνακύπτοντα.*

Ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται, τὸ δὶς τοῦ ἔτους γίνεσθαι σύνοδον ἐκωλύθη παρὰ τοῦ ἕκτου κανόνος τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου τὸ δεύτερον, καὶ τοῦ ὀγδόου κανόνος τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ ἕκτης συνόδου, διὰ τὴν συντριβὴν, καὶ τὸ ἐνδεῶς ἔχειν πρὸς ὁδοιπορίαν τοὺς συναθροιζομένους ἐπισκόπους· καὶ ὡρίσθη ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ γίνεσθαι ἀπὸ τῆς ἁγίας τοῦ Πάσχα ἑορτῆς καὶ μέχρι συμπληρώσεως τοῦ Ὀκτωμβρίου B μηνός.

ΚΑΝΩΝ Κ.

Κληρικοὺς εἰς ἐκκλησίαν τελοῦντας, καθὼς ἤδη ὡρίσαμεν, μὴ ἐξεῖναι εἰς ἄλλης πόλεως τάττεσθαι ἐκκλησίαν· ἀλλὰ στέργειν ἐκείνην ἐν ᾗ λειτουργεῖν ἐξαρχῆς ἠξιώθησαν· ἐκτὸς ἐκείνων, οἵτινες, ἀπολέσαντες τὰς ἰδίας πατρίδας ἀπὸ ἀνάγκης, εἰς ἄλλην ἐκκλησίαν μετῆλθον. Εἰ δέ τις ἐπίσκοπος μετὰ τὸν ὅρον τοῦτον ἄλλῳ ἐπισκόπῳ προσήκοντα δέξοιτο κληρικὸν, ἔδοξεν ἀκοινώνητον εἶναι καὶ τὸν δεχθέντα καὶ τὸν δεξάμενον, ἕως ἂν ὁ μεταστὰς κληρικὸς εἰς τὴν ἰδίαν ἐπανέλθοι ἐκκλησίαν.

ΒΑΛΣ. Περὶ τούτου ἀρκούντως ὄπισθεν ἐξηγησάμεθα. Μὴ ἐναντιωθῇ δέ σοι ὁ κγ' κανὼν τῆς παρC ούσης συνόδου, μὴ ἐπάγων ἀφορισμὸν τοῖς ἐν ἀλλοτρίᾳ χώρᾳ διατρίβουσι κληρικοῖς, ἀλλὰ διοριζόμενος διώκεσθαι τούτους. Ἀνάγνωσον δὲ τὰ ἐν ἐκείνῳ γραφέντα (26).

ΖΩΝΑΡ. Καὶ περὶ τούτων ἐν διαφόροις κανόσιν ἐξήγηται, καὶ ἀρκοῦσιν ἐκεῖνα.

ΑΡΙΣΤ. *Κληρικὸς ἑτέρας πόλεως εἰς ἑτέραν οὐ ταχθήσεται* (27). *Ὁ δὲ τὴν οἰκείαν ἀπολέσας πατρίδα, εἰ ἐπ' ἄλλην ἐκκλησίαν ἐλήλυθεν, ἀνεπιτίμητος. Ἐπίσκοπος δὲ ξένον κληρικὸν εἰσδεξάμενος, μετὰ τοῦ δεχθέντος ἕξει τὸ ἀκοινώνητον.*

Ἐν πολλοῖς τοῦτο κανόσιν εἴρηται, τὸ μὴ τάττεσθαι κληρικὸν ἑτέρας πόλεως εἰς ἑτέραν ἄνευ γνώμης τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου. Ἔσται γοῦν καὶ ὁ D ἐπίσκοπος ὁ τὸν ξένον κληρικὸν τῇ ἰδίᾳ ἐπισκοπῇ κληρώσας, καὶ αὐτὸς ὁ κληρωθεὶς, ἀφωρισμένος, μέχρις ἂν αὐτὸς ὁ κληρικὸς εἰς τὴν ἰδίαν ἐκκλησίαν ἐπανέλθοι. Ὁ δὲ τὸν τὴν οἰκείαν πατρίδα ἀπολέσαντα κληρικὸν ἀπό τινος ἀνάγκης δεξάμενος ἀνεπιτίμητος.

ΚΑΝΩΝ ΚΑ'.

Κληρικοὺς ἢ λαϊκοὺς κατηγοροῦντας ἐπισκόπων

quaque provincia celebrandis constituta sunt, ea nostris commentariis in sanctorum apostolorum canones, et in quintum primæ synodi canonem, satis explicavimus : illa autem quærenda sunt.

ARIST. *Bis quotannis celebretur synodus ubi metropolis episcopo visum fuerit : et emergentia determinentur.*

Ut antea dictum est, bis quotannis haberi synodum, ex sexto canone Nicænæ synodi secundæ, et octavo sextæ synodi in Trullo canone prohibetur ob molestiam, et quod episcopi, quos convenire oportet, non sufficienter ad iter faciendum instruantur; et decretum fuit semel quotannis synodum fieri, a sancto Paschæ festo usque ad completum mensem Octobrem.

CANON XX.

Clericos in ecclesiis ministerio fungentes, quemadmodum jam statuimus, non licere in alius civitatis ecclesia ordinari : sed illa esse contentos, in qua ab initio ut ministrarent digni habiti sunt : præter illos, qui, amissa sua patria, in aliam ecclesiam necessario transierunt. Si quis autem episcopus post hoc decretum clerum, qui ad alium episcopum pertinet, susceperit, placuit esse excommunicatos, eumque qui susceptus est, et eum qui suscepit, donec clericus qui migravit in suam ecclesiam redeat.

BALS. De eo superius satis dictum est. Ne tibi autem contrarius esse videatur 23 canon præsentis syn., qui clericis in aliena regione versantibus segregationem non inducit, sed eos expelli oportere statuit. Lege autem quæ in eo scripta sunt.

ZONAR. De his etiam in diversis canonibus commentaria edidimus, et ea sufficiunt.

ARIST. *Clericus unius civitatis in altera non constituetur. Qui vero suam amisit patriam, si in aliam ecclesiam venerit, irreprehensibilis est. Episcopus autem extraneum clericum suscipiens, una cum suscepto excommunicabitur.*

Hoc in multis canonibus dicitur, ne unius civitatis clerici in alia constituantur, præter sui episcopi sententiam. Et ipse itaque episcopus, qui alienum clericum in suo episcopatu elegerit, et ille qui electus fuerit excommunicabitur, usquedum idem clericus in suam ecclesiam **138** redierit. Qui clericum autem, qui suam amisit patriam, ex necessitate quadam receperit, culpari nequit.

CANON XX .

Clericos vel laicos, episcopos aut clericos accusantes,

Guill. Beveregii notæ.

(25) *Δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ σύνοδος*. Hæc Aristeni epitome in Bibliotheca Juris canonici veteris deest, tam in Aristeni ipsius, quam in Symeonis Logothetæ canonum epitomis.

(26) *Ἀνάγνωσον δὲ τὰ ἐν ἐκείνῳ γραφέντα*. Hæc Balsamonis verba in ms. Basileensi desiderantur.

(27) *Κληρικὸς ἑτέρας πόλεως εἰς ἑτέραν οὐ ταχθήσεται*. Hæc etiam Aristeni verba in Justelli Bibliotheca desunt.

non indiscriminatim, ac citra inquisitionem admittere ad accusationem, nisi eorum existimatio prius examinata fuerit. A

BALS. Quære 6 canonem 2 syn. et præsentis canonis disces interpretationem.

ZONAR. Sexto quoque secundæ synodi canone idem statuitur. Quæ in eum igitur scripsimus, ad hujus quoque canonis explicationem satis superque sufficiunt.

ARIST. *Clericus vel laicus, qui episcopum temere accusat, non admittendus.*

Oportet existimationem eorum, qui episcopos aut clericos accusant, examinare, et non sine probatione eos ad accusationem admittere, sive clerici sint ii qui accusant, sive laici. Ne forte B ejecti sint, aut excommunicati, aut criminum aliquorum accusati, et nondum compertum sit illos vitio vacare; aut aliter vita culpata, et a religione aliena. Multi enim hujusmodi ecclesiasticum confundere et evertere volentes ordinem, calumniosas contra inculpatos et orthodoxos episcopos clericosque accusationes consarcinant.

CANON XXII.

Non licere clericis post mortem proprii episcopi res quæ ad ipsum pertinent, rapere, quemadmodum et assumentibus, prohibitum est : aut qui hoc fecerint, de proprio gradu in periculum venire.

BALS. Præsens canon deponi jubet clericos, qui C post mortem proprii episcopi res, quæ ad illum pertinent, rapiunt; et non solum ipsos, sed et reliquos, qui eorum sibi custodiam vindicant; metropolitanos scilicet, et alios, apud quos mortuus est episcopus, qui etiam παραλαμβάνοντες, hoc est assumentes, dicuntur. Tunc autem dicitur episcopus res habere, et de iis disponere ac testari potest, quando, ut vult 40 canon apostolicus, cum primum fuit electus, quæ sunt sua propria, et

ἢ κληρικῶν ἁπλῶς καὶ ἀδοκιμάστως μὴ προσδέχεσθαι εἰς κατηγορίαν, εἰ μὴ πρότερον ἐξετασθείη αὐτῶν ἡ ὑπόληψις.

ΒΑΛΣ. Ζήτει κανόνα ς' (28) τῆς β' συνόδου, καὶ μάθῃς τὴν τοῦ παρόντος κανόνος ἐξήγησιν.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ ὁ ἕκτος κανὼν τῆς δευτέρας συνόδου περὶ τούτων διατάττεται. Ἃ οὖν ἐγράφη ἐκεῖ, εἰς ἐξήγησιν καὶ τοῦ παρόντος κεφαλαίου ἀρκοῦσι.

ΑΡΙΣΤ. *Ἀδοκιμάστως κληρικὸς ἢ λαϊκὸς ἐπισκόπου κατηγορῶν ἀνεπίδεκτος.*

Δεῖ τὰς ὑπολήψεις τῶν κατηγορούντων ἐπισκόπων ἢ κληρικῶν ἐξετάζεσθαι· καὶ μὴ ἀποδοκιμάστως αὐτοὺς εἰς κατηγορίαν αὐτῶν παραδέχεσθαι, κἂν κληρικοί εἰσιν οἱ κατηγοροῦντες, κἂν λαϊκοί· μή ποτε ἀποβεβλημένοι οὗτοι εἶεν, ἢ ἀκοινώνητοι, ἢ ἐπ' ἐγκλήμασί τισι κατηγορούμενοι, καὶ μήπω φανέντες ἀνεύθυνοι, ἢ ἄλλως πως τὸν βίον ἐπίμεμπτοι, ἢ τὴν θρησκείαν ἀλλότριοι. Πολλοὶ γὰρ τοιοῦτοι, τὴν ἐκκλησιαστικὴν εὐταξίαν συγχέειν καὶ ἀνατρέπειν βουλόμενοι, συκοφαντικὰς αἰτίας συῤῥάπτουσι κατὰ τῶν ἀνεπιλήπτων καὶ ὀρθοδόξων ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν.

ΚΑΝΩΝ ΚΒ'.

Μὴ ἐξεῖναι κληρικοὺς μετὰ θάνατον τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου ἁρπάζειν τὰ διαφέροντα αὐτῷ πράγματα, καθὼς καὶ τοῖς παραλαμβάνουσιν ἀπηγόρευται (29)· ἢ τοὺς τοῦτο ποιοῦντας κινδυνεύειν περὶ τοὺς οἰκείους βαθμούς.

ΒΑΛΣ. Ὁ παρὼν κανὼν καθαιρεῖσθαί φησι τοὺς κληρικοὺς τοὺς μετὰ θάνατον τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου ἁρπάζοντας τὰ τούτῳ διαφέροντα πράγματα· καὶ οὐ μόνον αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς λοιποὺς τοὺς χρεωστοῦντας φυλακὴν τούτων, μητροπολίτας δηλαδὴ καὶ ἑτέρους παρ' οἷς ἐτελεύτησεν ὁ ἐπίσκοπος, οἳ καὶ *παραλαμβάνοντες* καλοῦνται. Τότε δὲ λέγεται ἔχειν ὁ ἐπίσκοπος πράγματα, καὶ δύναται διατίθεσθαι, ὅταν κατὰ τὸν μ' ἀποστολικὸν κανόνα ἀπογράψηται, ἅμα τῷ χειροτονηθῆναι, τὰ οἰκεῖα

Guill. Beveregii notæ.

(28) *Ζήτει κανόνα.* Hæc Balsamonis ἑρμηνεία in ms. Basileensi non exstat. Exstat autem, non modo in impressis, verum etiam in Bodleiano nostro et Ætoniensi codicibus.

(29) *Καθὼς καὶ τοῖς παραλαμβάνουσιν ἀπηγόρευται.* Hic codices mirum in modum dissentiunt. Huic enim Bodleiani ms. lectioni, Ætoniensis, Basileensis; item quo usus est Gentianus Hervetus, necnon Balsamonis et Zonaræ codices suffragantur. Joannes Antiochenus e contra legit, Καθὼς καὶ τοῖς πάλαι κανόσιν ἀπηγόρευται. Collect. can. tit. 4, cui Latini interpretes adstipulantur, ut in annotationibus ad can. apost. 40 observatum est. Sic etiam Josephus Ægyptius legisse videtur; alioqui enim nescio quo ista ejus verba referantur, quæ suæ hujus canonis paraphrasi inseruit, *Neque res ejus usurpabunt, nisi eas de quibus Patres locuti sunt, et mandatum ediderunt.* Quin etiam in Græco Balsamonis codice antehac impresso eadem lectio retinetur. Ipsum autem Balsamonem, æque ac Zonaram, τοῖς παραλαμβάνουσιν legisse, ex ipsorum scholiis constat, quibus παραλαμβάνοντας metropolitanos aliosve contendunt esse, quibus res episcopi defuncti commendatæ sunt, vel apud quos D moritur. Verum quomodo ista vox hunc sensum ferat, me prorsus fugit. Neque enim metropolitanis solis, aliisve, apud quos episcopus diem obit, sed omnibus omnino clericis res episcopi vita functi παραλαμβάνειν *assumere* vel *sibi arripere* hic prohibetur. Nec quidem hariolari possum, quid hæc vox hoc in loco significet. Quin etiam verbum ἀπηγόρευται in præterito ostendit hoc antea vetitum fuisse. Vetitum autem τοῖς παραλαμβάνουσι fuisse, nemo, ut opinor, demonstrare aggredietur. Sed Balsamon et Zonaras locum hunc sic legerunt, ac proinde aliquem huic voci sensum affingere necessum habuerunt; præsertim cum aliter nemo eam intelligat. Cum alii autem codices, iique longe antiquiores, aliam nobis lectionem exhibeant, eamque et intellectu facilem, et loco congruam; ea haud dubie præferenda est, nimirum καθὼς καὶ τοῖς πάλαι κανόσιν ἀπηγόρευται. Quibus verbis Patres antiquum aliquem de eadem re prius exstitisse canonem indigitant, qualis est quadragesimus apostolorum, ad quem propterea eos hoc loco respexisse plus quam verisimile est.

καὶ τὰ τῆς ἐπισκοπῆς. Εἰ γὰρ μὴ οὕτω ποιήσει, A πάντα τὰ τούτου τῇ Ἐκκλησίᾳ ἀνήκουσιν. Ἀπογραφῆς δὲ γενομένης, ὡς εἴρηται, ἐὰν ἀδιάθετος ὁ ἐπίσκοπος τελευτήσῃ, νομίζω ὅτι κατὰ νόμους ὑπὸ τῶν ἐξ ἀδιαθέτου καλουμένων προσγενῶν αὐτοῦ κληρονομηθήσεται. Κἂν γάρ τινες ἀπὸ τοῦ πα' κανόνος τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου εἶπον ἔχειν ἐπ' ἀδείας τὸν μετ' ἐκεῖνον ἐπίσκοπον τὰ πράγματα τοῦ ἀδιαθέτως τελευτήσαντος ἐπισκόπου κατὰ τὸ βουλητὸν αὐτῷ οἰκονομεῖν· ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ ὅτι ἀπὸ τοῦ τοιούτου κανόνος, λέγοντος ὀφείλειν ἐπιγινόμενον ἐπίσκοπον τοῦ ἀδιαθέτου ἐπισκόπου τὴν διατύπωσιν ἁρμοδίαν τῷ αὐτοῦ ἐπαγγέλματι ποιήσασθαι, μάλιστα παρίσταται κατὰ νόμους γίνεσθαι τὴν διαδοχὴν τῶν πραγμάτων τοῦ τελευτήσαντος. Τοῦτο γὰρ ποιῶν, ἁρμοδίαν διατύπωσιν ποιήσει τῷ αὐ- B τοῦ ἐπαγγέλματι. Ζήτει τὸν κδ' κανόνα (30) τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου καὶ τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ κανόνα λε'.

quæ episcopatus, descripsit. Nisi enim ita fecerit, omnia quæ sunt ejus ad ecclesiam pertinebunt. Descriptione autem facta, ut dictum est, si intestatus morietur episcopus existimo quod secundum leges cognati ejus, qui ab intestato vocantur, ei succedent. Et si enim nonnulli ex 81 can. syn. Carth. dixerunt esse in potestate succedentis episcopi, ut bona ejus qui mortuus est intestatus, ut voluerit, administret : sed mihi videtur, quod ex eo canone statuente debere eum, qui intestato episcopo succedit, episcopum, descriptionem facere ejus voto congruentem, ostenditur maxime debere fieri secundum leges rerum defuncti successionem. Hoc enim si fecerit, ejus voto convenientem descriptionem faciet. Quære etiam 24 can. Antioch. syn. et syn. in Trull. can. 35.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ ὁ τεσσαρακοστὸς τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανὼν φανερὰ εἶναι ὁρίζει τὰ ἴδια πράγματα τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τὰ Κυριακὰ φανερὰ, καὶ ἐξουσίαν δίδωσι τῷ ἐπισκόπῳ τὰ οἰκεῖα, οἷς βούλεται, καταλιμπάνειν. Καὶ ὁ κδ' τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου κανὼν τὰ αὐτὰ διατάττεται. Καὶ ὁ παρὼν δὲ κανὼν ἀπαγορεύει τὰ τῷ ἐπισκόπῳ διαφέροντα πράγματα παρὰ τῶν κληρικῶν διαρπάζεσθαι ἐκείνου θανόντος. Τὸ δὲ, Καθὼς καὶ τοῖς παραλαμβάνουσιν ἀπηγόρευται, νοητέον κατὰ τὸν λε' κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, κωλύοντα καὶ τὸν μητροπολίτην ᾧ ὑπέκειτο ὁ τελευτήσας ἐπίσκοπος, μήτε τι τῶν τῆς ἐκκλησίας μήτε τῶν ἰδικῶν τοῦ ἐπισκόπου σφετερίζεσθαι· ἀλλ' εἰ μὲν εἶεν ἐν τῇ ἐπισκοπῇ C κληρικοὶ, παρ' ἐκείνων κελεύονται τὰ πράγματα φυλάττεσθαι, μέχρις ἂν ἕτερος ἐπίσκοπος γένηται· εἰ δ' οὐκ εἶεν ἴσως κληρικοὶ, τῷ μητροπολίτῃ τὴν τούτων ἀνατιθέμενον φυλακὴν, ἵν' ἀποδοίη ταῦτα ἀκαινοτόμητα τῷ χειροτονηθησομένῳ ἐπισκόπῳ. Παραλαμβάνοντας οὖν τοὺς κληρικοὺς ἢ τοὺς μητροπολίτας φησὶν, ὡς τὴν τῶν πραγμάτων φυλακὴν ἐμπιστευομένους. Τοῖς δὲ διαρπάζουσιν ἢ νοσφιζομένοις τι τῶν τῆς ἐπισκοπῆς ἢ τοῦ ἐπισκόπου πραγμάτων ἐπιτίμιον ἐπάγει, τὴν ἔκπτωσιν τῶν οἰκείων βαθμῶν. Καταλιμπάνειν δὲ ἐπίσκοπον αἱρετικοῖς τὰ οἰκεῖα κεκώλυται, μᾶλλον δὲ τοιούτοις καταλιπὼν καὶ ὑπὸ ἀνάθεμά ἐστιν· ἀδιαθέτου δὲ τοῦ ἐπισκόπου τελευτήσαντος, ὁ μετ' ἐκεῖνον ἐπίσκοπος τὰ ἐκείνου ὡρίσθη οἰκονομεῖν πράγματα D θεαρέστως κατὰ τὸν κβ' καὶ πα' τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου κανόνα.

ZONAR. Quadragesimus quoque sanctorum apostolorum canon, quænam episcopi propriæ possessiones, quæque Deo dicatæ sint, notum omnino ac testatum esse decernit; episcopoque, quod ad proprias possessiones attinet, illas testamento cuicunque libitum fuerit legandi potestatem facit. Eadem Antiochenæ synodi quarto et vicesimo canone constituta. Hoc etiam canone, quæ **139** episcopus propria possedit, eo vita functo clerici rapere atque ad se avertere prohibentur. Verba autem illa [quemadmodum assumentibus quoque vetitum est] ex synodi Trullanæ canone tricesimo quinto intelligere facile est. Eo siquidem loci ne metropolitano etiam episcopo, cum aliquis ex subjectis sibi episcopis decesserit, vel ex ecclesiæ vel ex ipsius episcopi bonis quidquam in rem suam convertere liceat interdictum : sed siquidem in episcopatu clerici aliqui sint, eorum fidei ac diligentiæ, quoad alter episcopus subrogetur, ea bona commendata esse; sin vero nulli forsitan sint clerici, a metropolitano interea asservari, eique, qui suffectus fuerit episcopo, ad libellum omnia reddi jubetur; assumentium ergo nomine clericos aut metropolitanos intelligit, quorum fidei res illæ creditæ atque commendatæ sunt. Qui vero aliquid ex bonis episcopatus, aut episcopi propriis rapiunt aut alienant, ordinum suorum gradibus amoveri decernit. Hæreticos autem testamento hæredes scribere episcopi prohibentur : quin, si fecerint, etiam anathemate eos teneri constitutum. Quod si nullo facto testamento episcopus decesserit, quicunque in ejus locum fuerit suffectus, de illius fortunis ex 22 et 81 syn. Carth. can. quod Deo gratissimum fore arbitrabitur, statuet.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ ἐξ ἀνθρώπων ἐπισκόπου γεγενημένου τὰ ἐκείνου ἁρπάζων τοῦ βαθμοῦ ἁμαρτήσεται.*

ARIST. *Qui episcopo vita functo, illius bona rapit, gradu dejicietur.*

Guill. Beveregii notæ.

(30) *Ζήτει τὸν κδ' κανόνα.* Pro his verbis, usque ad finem interpretationis, nihil aliud in priori Balsamonis editione Græca occurrit, quam ζήτει καὶ τὸν ἐν τῷ Τρούλλῳ κεφ. λε'. Sed nostræ lectioni suffragantur ms. Basileensis, isque quem Gentianus Hervetus transtulit. Locum etiam in priori editione corruptum esse, ex ipsis verbis cuivis ea consideranti patet.

Quicunque clerici episcopi bona post mortem ipsius diripiunt, de gradibus suis in periculum veniunt.

CANON XXIII.

Pervenit ad aures sanctæ synodi, quod clerici quidam et monachi, quibus nihil a proprio episcopo mandatum est, et sunt etiam nonnunquam ab ipso communione segregati, ad imp. Constantinopolis urbem se conferunt, et in ea diu morantur, turbas excitantes, statumque ecclesiasticum perturbantes, et aliquorum domos subvertunt. Statuit ergo sancta synodus, ut ii prius a sanctissimæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ defensore admoneantur, ut imp. urbe excedant : si autem in iisdem negotiis impudenter perseverent, ut per ipsum defensorem

A Ὅσοι τῶν κληρικῶν τὰ τοῦ ἐπισκόπου πράγματα διαρπάζουσι μετὰ θάνατον ἐκείνου, περὶ τὸν ἴδιον βαθμὸν κινδυνεύουσι.

ΚΑΝΩΝ ΚΓʹ.

Ἦλθεν εἰς ἀκοὰς τῆς ἁγίας συνόδου, ὡς κληρικοί τινες καὶ μονάζοντες μηδὲν ἐγκεχειρισμένοι ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἀκοινώνητοι γενόμενοι παρ' αὐτοῦ, καταλαμβάνουσι τὴν βασιλεύουσαν Κωνσταντινούπολιν, καὶ ἐπὶ πολὺ ἐν αὐτῇ διατρίβουσι, ταραχὰς ἐμποιοῦντες, καὶ θορυβοῦντες τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν, ἀνατρέπουσί τε οἴκους τινῶν· ὥρισεν τοίνυν ἡ ἁγία σύνοδος τοὺς τοιούτους ὑπομιμνήσκεσθαι μὲν πρότερον διὰ τοῦ ἐκδίκου (31) τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἁγιωτά-

Guill. Beveregii notæ.

(31) *Διὰ τοῦ ἐκδίκου.* De generali hujus vocis ἔκδικος significatione non est ut dubitemus. Nam Dionysius Exiguus et antiquior ille Latinus interpres, *Defensorem*, recte verterunt : quibus suffragatur ipse Balsamon dicens : Σὺ δὲ γίνωσκε ὅτι ἡ θέσις τῶν ἐκδίκων καὶ τῶν δεφενσόρων λεγομένων. Bals. in syn. Carthag. can. 78. Sic etiam in veteribus juris verborum glossis, Δεφένσωρ, Ἔκδικος. Verum ἔκδικοι *Defensores* alii civiles fuerunt, alii ecclesiastici. Canon de ecclesiasticis solis loquitur, uti ex sequentibus verbis constat, Διὰ τοῦ ἐκδίκου τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας. De defensoribus civitatis Justinianus totam novellam constitutionem edidit, quæ ordine quindecima est. Defensores Ecclesiæ sæpe commemorantur. Maxentius : *Non ergo, ut iste mentitur populus, sed defensores Ecclesiæ eos exinde egredi compulerunt.* Max. resp. ad Epit. Hormisdæ. Theodorus Anagnosta : Παῦλος ὁ ἔκδικος τῆς Ἐκκλησίας, μακρὸς ὢν τὴν πληγὴν κατὰ τῆς κεφαλῆς ἀντὶ Εὐφημίου λαβὼν ἐκινδύνευσεν. Theod. Anagn. eclog. 2. Justinianus imperator eos ἐκκλησιεκδίκους, *Ecclesiecdicos* vocat l. XLII, c. De episcopis et clericis. Prima autem ecclesiasticorum defensorum origo a politicis deducta videtur. Cum singulæ enim in imperio Romano civitates defensores suos habuerit, ecclesiis ibidem constitutis visum est tales etiam sibi officiales ab imperatoribus impetrare. Et quidem eos ab imperatoribus primo impetratos fuisse, ex synod. Carthag. c. 78, abunde constat. Editus est iste canon a concilio Carthag. an. 398 habito, his verbis : *Ab imperatoribus universis visum est postulandum propter afflictionem pauperum, quorum molestiis sine intermissione fatigatur Ecclesia, ut defensores iis adversus potentias divitum, cum episcoporum provisione, delegentur.* Conc. Carth. 5, can. 9, qui in codice canonum istius Ecclesiæ hic impresso est 78, ubi etiam in titulo Græce vocantur ἔκδικοι τῶν ἐκκλησιῶν. Et hæc prima fuit et antiquissima, ni fallor, quæ ullibi occurrit, ecclesiasticorum defensorum mentio ; quos etiam vix credibile est synodum Carthaginensem ab imperatoribus postulare voluisse, si in Ecclesiam antea introducti fuerant. Ex eo autem, quod ab imperatoribus eos tunc temporis postulandos decernerentur, Balsamon in Meditatis observat, eos laicos fuisse, atque in præsenti synodi Chalcedonensis canone intelligendos esse, utpote de quo ait : Ὁ τοιοῦτος κανὼν ἐπεφώνηται, ὅτε λόγος οὐκ ἦν ἐκδίκων ὄντων ἀπὸ τοῦ βήματος, λαϊκῶν δὲ ταῖς ἐκκλησίαις διδομένων ἑκάστοτε πρὸς ἐκδίκησιν. Καὶ τοῦτο δῆλόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ ϙεʹ τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου, οὑτωσὶ διεξιόντος ῥητῶς, περὶ ἐκδικῶν τῶν ἐκκλησιῶν. Bals. *Medit. in Juris Græco-Romani*, l. VII, p. 454. Et quidem eos in nullo ecclesiastico gradu B ordinatos olim fuisse, ex secundo præsentis concilii canone colligatur; ubi non ordinati dicuntur, sed promoti ; neque cum clericis, sed cum œconomo et paramonario conjunguntur, quemadmodum et Justinianus eos, non cum clericis cujuscunque dignitatis, sed cum xenodochis, nosocomis, aliisque istiusmodi officialibus recenset, qui nullo clericatus gradu constituti sunt. Postea autem nonnullos eorum clericos fuisse extra dubium est, cum ad thronum etiam Constantinopolitanum nonnunquam promoti fuerint ; ut Balsamon in Meditatis ante citatis tradidit. Quod ad numerum eorum spectat, Heraclius Augustus in Novella sancivit, decem in Constantinopolitana majore Ecclesia constitutos esse. Τοὺς μὲν θεοφιλεῖς συγκέλλους εἰς δύο τὸν ἀριθμὸν περιστῆναι, καγκελλαρίους δὲ εἰς ιβʹ, ἐκδίκους δὲ εἰς δέκα. Joannes episcopus Citri in Resp. ad Constant. Cabasilam quatuor solummodo defensores numerat. Εἰσὶ δὲ καὶ ἕτερα ὀφφίκια, ἅπερ C μάλιστα τοῖς ἱερεῦσιν ἁρμόζουσιν, ὁ ἐπὶ τῶν κατηχήσεων, ὁ ὀρφανοτρόφος, οἱ τέσσαρες ἔκδικοι. *Jur. Gr.-Rom.* l. v, pag. 328. Euchologium a Jacobo Goar Paris. editum duos exhibet officialium Ecclesiæ Constantinopolitanæ catalogos, in quorum primo præter πρωτέκδικον duodecim ἐκδίκους, in altero duos solos esse traditur ; qui etiam assessores tantum fuerunt πρωτεκδίκῳ sive summo et proprie sic dicto defensori. De cujus etiam officio, ut pauca delibemus, in primis observandum est ei ex hoc canone concessam esse auctoritatem clericos et monachos ex urbe Constantinopoli expellendi, quicunque ab episcopo suo non missi ibi commorantur. Si quidem autem Patres Chalcedonenses hoc defensoribus injungunt, eos antea constitutos supponunt. Ac proinde hoc non primarium et principale, sed secundarium fuit eorum officium. Primo autem instituti sunt a concilio quodam Carthaginensi, ut pauperes contra divites defenderent. Syn. Carthag. can. 78. Cum hoc autem aliter facere non potuerint, minores a divitibus contra D pauperes, vel e contra, motas causas audiendi potestas iis commissa est, ejusmodi præsertim, quas ab episcopo antea determinari consuetum fuit. Hoc e supradicto synodi Carthaginensis canone palam est, utpote in quo decernitur, ut defensores ab imperatoribus postulentur, διὰ τὴν τῶν πενήτων κάκωσιν, ὧν ταῖς ἐπαχθείαις ἀπαύστως ἡ Ἐκκλησία παρενοχλεῖται, *propter pauperum vexationem, quorum molestiis assidue fatigatur Ecclesia.* Instituti sunt ergo defensores, ne pauperum vexationibus Ecclesia diutius fatigaretur ; ac propterea frustranea prorsus esset eorum institutio, nisi eas audirent et determinarent causas, quibus Ecclesia antea fatigari solita fuit. Et quidem πρωτέκδικον minores ecclesiasticas audiisse causas ex ordine officialium

A *τῆς Ἐκκλησίας ἐπὶ τὸ ἐξελθεῖν τῆς βασιλευούσης πόλεως· εἰ δὲ τοῖς αὐτοῖς πράγμασιν ἐπιμένοιεν ἀναισχυντοῦντες, καὶ ἄκοντας αὐτοὺς διὰ τοῦ αὐτοῦ ἐκδίκου ἐκβάλλεσθαι, καὶ τοὺς ἰδίους καταλαμβάνειν τόπους.*

ΒΑΛΣ. Ἀπαγορεύουσιν οἱ Πατέρες κληρικοὺς ἢ μονάζοντας παρὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, πολλάκις καὶ ἀφωρισμένους ὄντας, καταλαμβάνειν τὴν Κωνσταντινούπολιν, καὶ ἐπὶ πολὺ ἐν αὐτῇ διατρίβειν, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἴσως διακονίας ἐκκλησιαστικάς· τοῦτο γάρ φησιν ἀνατρέπειν τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν, καὶ τοὺς οἴκους τῶν παραδεχομένων αὐτούς. Καὶ ἐνταῦθα μὲν ἐκδιώκεσθαι τούτους καὶ ἄκοντας ὁ κανὼν διορίζεται, εἰ μὴ θελήσωσι παρὰ τῶν ἐκδίκων ὑπομιμνησκόμενοι B ἑκόντες ὑποχωρῆσαι· ὁ δὲ κʹ κανὼν τῆς παρούσης συνόδου ἀκοινωνήτους εἶναί φησι καὶ τὸν δεχθέντα καὶ τὸν δεξάμενον. Καὶ μὴ ἐναντιωθῇ σοι· ἀλλ' εἰπὲ ὅτι ἐκεῖ μὲν ἔφθασαν δεχθῆναι, καὶ διὰ τοῦτο ἀκοινωνησίᾳ κατακρίνονται σὺν τοῖς δεξαμένοις αὐτοὺς ἐπισκόποις, ἐνταῦθα δὲ οὐκ ἐδέχθησαν εἰσέτι, καὶ διὰ τοῦτο διώκονται, καὶ ἀναγκάζονται ἀπελθεῖν ἔνθα ἐχειροτονήθησαν. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν ιςʹ ἀποστολικὸν κανόνα.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς κληρικοὺς βούλεται ὁ κανὼν ταῖς ἐκκλησίαις προσμένειν, αἷς ἐκληρώθησαν, κἂν ἴσως μὴ κρίνοιντο παρὰ τοῦ ἐπισκόπου εἰς ἐγχείρισιν πραγμάτων ἤτοι διοίκησιν ἐπιτήδειοι, κἂν ἴσως καὶ ἐπιτιμηθῶσι παρ' αὐτοῦ τῷ τῆς ἀκοινωνησίας ἐπιτιμίῳ, καὶ μὴ ἀποσκιρτᾷν, καὶ ἀλλαχοῦ ἀπιέναι C καὶ διατρίβειν ἐκεῖ, καὶ ταραχὰς καὶ θορύβους ποιεῖν, καὶ συγχέειν τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν κακὴν ὑπόδειγμα τοῖς ἄλλοις κληρικοῖς γινομένους καὶ οἴκους τινῶν ἀνατρέποντας ἢ τῶν μιμουμένων αὐτοὺς κληρικῶν, καὶ τῇ τάξει μὴ ἐμμενόντων τῆς Ἐκκλησίας, ἢ τῶν δεχομένων αὐτοὺς καὶ εἰς οἰκονομίαν πραγμάτων ἴσως χρωμένων αὐτοῖς τοὺς τοιού-

A *vel inviti ejiciantur, et in propria loca revertantur.*

BALS. Prohibent Patres clericos vel monachos, præter proprii episcopi voluntatem, et qui sunt sæpe etiam segregati, Constantinopolim accedere, et diu in ea manere, eo quod non habeant fortasse ecclesiastica ministeria: hoc enim, inquit, evertit statum ecclesiasticum, et domos eorum qui illos suscipiunt. Et hic quidem jubet canon eos vel invitos expelli, si a defensoribus moniti nolint sua sponte recedere. Vicesimus autem præsentis synodi B canon excommunicatos esse dicit, tam eum qui susceptus est, quam eum qui suscepit. Nec id tibi esse contrarium videatur; sed dic, quod illic quidem jam suscepti erant, et propterea excommunicatione condemnantur, cum iis, qui illos susceperunt, episcopis: hic autem non erant suscepti, et propterea expelluntur, et eo redire coguntur, ubi ordinati fuerant. Lege et 16 canonem apostolicum.

ZONAR. Ut clerici quamvis forsitan ecclesiæ suæ regendæ sive administrandæ ab episcopo minus idonei judicentur, imo vero etiamsi communione forte privati sint, in ecclesiis maneant quibus in clerum cooptati sunt, et non se subducant, aut alio C commorandi causa se conferant, ecclesiasticamque tranquillitatem per tumultum seditionemque perturbent, exemplo aliis item clericis noxii, ac privatæ quoque quietis eversores, sive clericorum, quos imitatione sui ad ecclesiasticos ordines turbandos pelliciunt, **140** sive aliorum, a quibus recepti negotiis forte administrandis præficiuntur, hoc canone constitutum. Qui secus fecerint, a defensore admo-

Guill. Beveregii notæ.

Ecclesiæ Constantinopolitanæ constat; ubi dicitur: Ὁ πρωτέκδικος κριτὴς μετὰ δώδεκα ἐκδίκων μικρὰς ὑποθέσεις τὰς εἰσερχομένας ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ· ἀναφέρει δὲ ταύτας τῷ ἀρχιερεῖ. Defensor autem hujusmodi causas, non suo nomine, sed ut episcopi locum tenens examinavit; ut ex altero Catalogo dictorum officialium colligimus, dicente, Ὁ πρωτέκδικος κριτὴς ἐκ προσώπου τοῦ ἀρχιερέως· κρίνει δὲ ὑποθέσεις μικρὰς μετὰ τῶν δύο ἐκδίκων, τὰς εἰσερχομένας εἰς τὴν ἐπισκοπήν, *Defensorum supremus in pontificis persona* (id est, in ejus absentia) *judex constituitur, et cum duobus defensoribus parvi momenti negotia ad episcopatum delata judicat*. Quin etiam in Ecclesia Romana antiquitus *defensores* episcopos adjuverunt, in causis nimirum audiendis; ut testatus est antiquus Glossarius Papias, dicens, *Defensores a Romanis pontificibus constituti sunt episcoporum adjutores, quibus honores inter clericos, sicut et regionariis concedimus*. Pap. in *Gloss.* Hos autem non proprio, sed episcoporum, quorum vices suppleverunt, nomine causas discussisse, et lites decidisse, colligere etiam licet ex libro de officio primi defensoris; cujus hæc verba Balsamon, in Meditato de officiis chartularii et primi defensoris, citat: Δεῖ ὑμᾶς (πρωτεκδίκους) εἴ τις τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων δίκην ἕξει μετά τινος προσκαλεῖσθαι τὸν διεγκαλούμενον ἐκ τρίτου κατὰ τὸν εἰρημένον τρόπον, καὶ μὴ ὑπείκοντα καταδικάζειν, *Oportet vos* (primos defensores) *si quis presbyterorum et diaconorum cum aliquo litem habebit, eum, qui accusatur, tertium citare, secundum indicatum modum, et non obsequentem condemnare*. Hinc enim D constat, presbyteris et diaconis, μετά τινος indefinite, cum quocunque vel clerico vel laico litem habentibus, eamdem olim licuisse apud πρωτέκδικον movere; quod quidem non fas esset, nisi defensor iste episcopi vicem ageret, apud quem clerici causas suas agere tenentur, ex nono canone hujus concilii. Hæc eo nomine fusius prosecuti sumus, quod ex iis rite perpensis sole meridiano clarius elucescat, hodiernos episcoporum cancellarios in Ecclesia nostra constitutos, non nudius tertius introductos esse, ut nonnulli ridicule asseruerunt, sed majorum instituto receptos, et antiquissimarum synodorum decretis confirmatos. Si quis enim ea, quæ hactenus de defensorum Ecclesiæ officio commentati sumus, cum iis contulerit, quæ ab episcoporum cancellariis hodie agitantur, illico deprehendet, hosce nullos alios esse ecclesiasticos officiales, quam qui olim ἔκδικοι, πρωτέκδικοι, ἐκκλησιέκδικοι, et *defensores Ecclesiæ* nuncupati sunt.

nitos, ex urbe in quam immigrarunt excedere vult canon; contumaces vero ac in sua importunitate, inobedientia videlicet impudentiaque obfirmatos, vel commissorum sibi etiam negotiorum administrationem mordicus retinentes, ejici a defensore vel invitos, atque in suam stationem compelli jubet. Eademque constitutione monachos quoque teneri decretum est.

A τους οὖν παρὰ τῶν ἐκδίκων ὑπομιμνήσκεσθαι βούλεται ὁ κανὼν ἐξελθεῖν τῆς πόλεως, ἧ παροικοῦσιν· εἰ δὲ μὴ πείθοιντο, τοῖς αὐτοῖς δὲ πράγμασιν ἐπιμένοιεν, τῇ ἀνυποταξίᾳ δηλαδὴ καὶ ἀναισχυντίᾳ, ἢ τῇ διοικήσει τῶν αὐτοῖς ἐγχειρισθέντων πραγμάτων, ἐκβάλλεσθαι καὶ ἄκοντας ὁ κανὼν διατάττεται παρὰ τοῦ ἐκδίκου, καὶ εἰς τοὺς ἰδίους ἀπιέναι τόπους. Τὰ αὐτὰ καὶ περὶ μοναχῶν.

ARIST. *Clerici et monachi qui episcopi injussu Constantinopoli commorantur, et turbas excitant, urbe expellantur.*

ΑΡΙΣΤ. *Οἱ ἐπισκόπου δίχα τῇ Κωνσταντίνου διατρίβοντες πόλει κληρικοὶ καὶ μονάζοντες, καὶ ταραχὰς ἀνεγείροντες, τῆς πόλεως ἐλαυνέσθωσαν.*

Clerici aut monachi qui præter episcopi sui sententiam Constantinopoli inveniuntur, et ibi ecclesiasticum perturbant statum, ab Ecclesiæ Constantinopolitanæ exarcho civitate expellantur.

Οἱ παρὰ γνώμης τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου εὑρισκόμενοι ἐν Κωνσταντινουπόλει κληρικοὶ καὶ μονάζοντες (32), καὶ τὴν ἐκκλησιαστικὴν θορυβοῦντες B κατάστασιν, διὰ τοῦ ἐκδίκου τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν Ἐκκλησίας τῆς πόλεως ἐλαυνέσθωσαν.

CANON XXIV.

Quæ semel voluntate episcopi consecrata sunt monasteria, perpetuo manere monasteria, et res quæ ad ea pertinent servari, eaque non amplius fieri sæcularia habitacula. Eos autem, qui hoc fieri permittunt, canonum pœnis subjici.

ΚΑΝΩΝ ΚΔ'.

Τὰ ἅπαξ καθιερωθέντα μοναστήρια κατὰ γνώμην ἐπισκόπου μένειν εἰς τὸ διηνεκὲς μοναστήρια καὶ τὰ ἀνήκοντα αὐτοῖς πράγματα φυλάττεσθαι, καὶ μηκέτι γίνεσθαι ταῦτα κοσμικὰ καταγώγια. Τοὺς δὲ συγχωροῦντας τοῦτο γίνεσθαι ὑποκεῖσθαι τοῖς ἐκ τῶν κανόνων ἐπιτιμίοις.

BALS. Præsens canon, qui statuit non fieri sæcularia diversoria, nec communia fieri quæ de episcopi sententia consecrata sunt monasteria, eas quoque res servari, quæ ad ipsa pertinent, ut et de monasteriorum ædificatione tacite præcipit, ea quod dicit episcopi voluntate. Sed quomodo fieri debeant monasteria, a primo canone synodi quæ fuit in templo Sanctorum Apostolorum, fusius disces; et etiam a primo capite primi tit. IV libri Basilic. quod est cap. 52, 123 Justiniani Novellæ, quæ compendio posita est in 1 cap. 11 tit. præsentis operis. Interrogaverit autem quispiam, cum quanam custodia res monasteriorum servari jubeat canon, et quænam eæ sint. Ac nonnulli quidem dixerunt omnia monasteriorum tam mobilia quam immobilia ut ipsa etiam monasteria inalienabilia conservari. Mihi autem videtur canon hic loqui de magna custodia, summa scilicet diligentia. Immobilium enim ad ea pertinentium, et præterea etiam sacrorum vasorum nonnunquam alienatio permittitur. Lege totum 2 tit. lib. V Basilic. docentem justis quibusdam de causis, non solum dari pignori, sed quavis etiam alienatione alienari ecclesiarum immobilia et sacra vasa. Quoniam autem dicit eos, qui permittunt communia fieri monasteria, canonum pœnis subjici, rogaverit quispiam, quænam eæ sint. Scias ergo quod 13 canon 7 syn. dicit, eos qui sacra communia faciunt, et ea in antiquam formam non restituunt, si sint quidem sacerdotes, debere deponi:

ΒΑΛΣ. Ὁ παρὼν κανὼν διοριζόμενος μὴ γίνεσθαι κοσμικὰ καταγώγια, μηδὲ κοινοῦσθαι τὰ κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου καθιερωθέντα μοναστήρια, φυλάττεσθαι δὲ καὶ τὰ ἀνήκοντα αὐτοῖς πράγματα, C ἀσυμφανῶς παρακελεύεται, καὶ τὰ περὶ τῆς ποιήσεως τῶν μοναστηρίων, διὰ τοῦ εἰπεῖν, κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου. Μαθήσῃ δὲ πλατύτερον πῶς ὀφείλουσι γίνεσθαι τὰ μοναστήρια ἀπὸ τοῦ α' κανόνος τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων συστάσης συνόδου, καὶ ἀπὸ τοῦ α' κεφ. τοῦ α' τίτλου τοῦ δ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν ὅπερ ἐστὶ κεφ. νβ' τῆς ρκγ' Ἰουστινιανείου Νεαρᾶς, συνοψισθὲν εἰς τὸ α' κεφ. τοῦ ια' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. Ἐρωτήσει δέ τις μετὰ ποίας φυλακῆς τὰ πράγματα τῶν μοναστηρίων φυλάττεσθαι ὁ κανὼν παρακελεύεται, καὶ ποῖα ταῦτά εἰσι. Καί τινες μὲν εἶπον ὀφείλειν πάντα τὰ τῶν μοναστηρίων κινητὰ καὶ ἀκίνητα, ὡς καὶ αὐτὰ τὰ μοναστήρια συντηρεῖσθαι ἀνεκποίητα· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ὅτι ὁ κανὼν ἐνταῦθα περὶ φυλακῆς D λέγει μεγάλης, δηλονότι ἄκρας ἐπιμελείας. Τῶν γὰρ διαφερόντων τούτοις ἀκινήτων, πρὸς δὲ καὶ τινῶν ἱερῶν σκευῶν, ἔστιν ὅτε ἡ ἐκποίησις ἐπιτρέπεται. Καὶ ἀνάγνωθι τὸν ὅλον δεύτερον τίτλον τοῦ ε' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, διδάσκοντα ἐξ εὐλόγων αἰτιῶν τινων, μὴ μόνον ὑποτίθεσθαι τὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἀκίνητα καὶ ἱερὰ σκεύη, ἀλλὰ καὶ ἐκποιεῖσθαι κατὰ πᾶσαν ἐκποίησιν. Ἐπεὶ δέ φησι τοὺς συγχωροῦντας κοινοῦσθαι τὰ μοναστήρια ὑποκεῖσθαι τοῖς τῶν κανόνων ἐπιτιμίοις, ἐρωτήσει τις ποῖα ταῦτά

Guill. Beveregii notæ.

(32) *Κληρικοὶ καὶ μονάζοντες.* In hac Alexii Aristeni, necnon Symeonis Logothetæ epitome a Justello edita, hæc verba desunt: quæ tamen ad plenum verumque canonis exprimendum sensum necessario interserenda sunt, juxta nostrum hunc codicem.

εἶσι. Γίνωσκε οὖν ὅτι ὁ ιγ' κανὼν τῆς ζ' συνόδου φησὶ τοὺς τὰ ἱερὰ κοινοῦντας, καὶ μὴ ἀποκαθιστῶντας αὐτὰ εἰς τὸ ἀρχαῖον σχῆμα, ἱερωμένους μὲν ὄντας, καθαιρεῖσθαι, λαϊκοὺς δὲ ἢ μοναχοὺς ἀφορίζεσθαι. Ἀνάγνωσον καὶ τὸν μθ' κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου.

A laicos vero vel monachos segregari. Lege et 49 can. syn. in Trullo.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ πρῶτος κανὼν τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων συστάσης συνόδου περιέχει μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ταῦτα· Ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος μηδενὶ ἐξεῖναι μοναστήριον οἰκοδομεῖν ἄνευ τῆς τοῦ ἐπισκόπου γνώμης καὶ βουλῆς, καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ὁ πολιτικὸς νόμος ἐν βιβλίῳ τετάρτῳ τῶν Βασιλικῶν κείμενος, τίτλῳ πρώτῳ, τὰ αὐτὰ διορίζεται. Τὰ γοῦν οὕτω κατὰ γνώμην δηλονότι τοῦ ἐπισκόπου καθιερωθέντα μοναστήρια, ἤγουν διὰ τῆς εὐχῆς ἐκείνου ἀνατεθέντα τῷ Θεῷ, μὴ κοινοῦσθαι οὗτος ὁ κανὼν διατάττεται, μένειν δὲ ἀεὶ μοναστήρια, καὶ μὴ κοινὰ καὶ κοσμικὰ καταγώγια γίνεσθαι, φυλάττεσθαι δὲ καὶ τὰ αὐτοῖς ἀνήκοντα πράγματα ὡς, εἴγε μὴ κατὰ γνώμην ἐπισκόπου συσταίη μονὴ, οὐδ' εὐχὴ αὐτοῦ τῆς οἰκοδομῆς προηγήσηται, καὶ οἷά τις ἀῤῥαγὴς καταβληθείη θεμέλιος, οὐδὲ μονὴ λογισθήσεται· διὰ τοῦτο γὰρ ὁ κανὼν ἐπήνεγκε τὸ, κατὰ γνώμην ἐπισκόπου. Τοὺς δὲ ταῦτα παραβαίνοντας κανονικοῖς ἐπιτιμίοις ὑποκεῖσθαι ἐψηφίσατο.

ZONAR. Cum aliis, quæ primo canone synodi in templo Sanctorum Apostolorum habitæ continentur, et hæc definivit sancta synodus, ne cuiquam nisi episcopi sententia ac voluntate monasterium exstruere liceat et deinceps. Idem libro IV Basilic. titulo primo, civili quoque lege decretum est. Quæ igitur ea conditione, hoc est episcopo consentiente, religiosasque preces adhibente monasteria consecrata ac Deo dicata sunt, ne communia reddantur præcipit canon, sed usum monasterii in posterum B semper obtineant, nec profana ac sæcularia habitacula fiant, ut et bona quoque ad se pertinentia sine fraude possideant. Monasterium vero quodcunque, aut nulla **141** episcopi auctoritate, aut consecratione legitima nulla instar fundamenti longe firmissimi præeunte excitatum, ne monasterii quidem loco haberi placet. Idcirco namque verba illa, [ex episcopi sententia] in canone adjuncta. Qui vero hanc constitutionem violaverint, ex canonicis sanctionibus puniendos esse decernit.

ΑΡΙΣΤ. *Μοναστήριον ἐπισκόπου γνώμῃ παγὲν, μενέτω ἀμετοποίητον· καὶ ὅ τι τούτῳ ἀνήκει, ἤτω ἀνεκποίητον. Ὁ δ' ἄλλως ἐπιχειρῶν οὐκ ἀνεύθυνος.*

ARIST. *Monasterium episcopi sententia exstructum immutabile maneat: et quidquid ad ipsum pertinet, ne alienetur. Qui vero secus facere aggreditur, non est innoxius.*

Τὰ μὲν δίχα γνώμης τοῦ ἐπισκόπου κτισθέντα μοναστήρια καὶ ἀσύστατά εἰσι καὶ ἀνίερα· τὸ δὲ μετὰ βουλῆς ἐπισκόπου κτισθὲν μοναστήριον, ὡς θείου δικαίου ὂν, ὀφείλει μένειν ἀμετάποίητον, καὶ μὴ κοσμικῶν καταγώγιον γίνεσθαι· φυλάττεσθαι δὲ καὶ τὰς ἀκινήτους αὐτοῦ κτήσεις ἀνεκποιήτους. Τὸν δὲ ἀθετοῦντα ταῦτα τοῖς ἐκ τῶν κανόνων ἔνοχον εἶναι ἐπιτιμίοις.

Quæ præter episcopi sententiam exstruuntur C monasteria, nec stare possunt nec sacra esse. Quod autem ex episcopi voluntate excitatur monasterium, cum divini sit juris, immutabile debet manere, et sæcularium non fieri diversorium, sed et servari bona ipsius immobilia nullo modo alienata. Qui hæc autem transgressus fuerit, pœnis canonicis obnoxius erit.

ΚΑΝΩΝ ΚΕ'.

Ἐπειδή τινες τῶν μητροπολιτῶν ὡς περιηχήθημεν, ἀμελοῦσι τῶν ἐγκεχειρισμένων αὐτοῖς ποιμνίων, καὶ ἀναβάλλονται τὰς χειροτονίας τῶν ἐπισκόπων, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ἐντὸς τριῶν μηνῶν γίνεσθαι τὰς χειροτονίας τῶν ἐπισκόπων, εἰ μήποτε ἄρα ἀπαραίτητος ἀνάγκη παρασκευάσοι ἐπιταθῆναι τὸν τῆς ἀναβολῆς χρόνον. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσοι, ὑποκεῖσθαι ἐκκλησιαστικῷ ἐπιτιμίῳ. Τὴν μέντοι πρόσοδον τῆς χηρευούσης ἐκκλησίας σώαν παρὰ τῷ οἰκονόμῳ τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας φυλάττεσθαι.

CANON XXV.

Quoniam nonnulli metropolitani, ut sæpe a nobis auditum est, et greges sibi commissos negligunt, et episcoporum ordinationes differunt: sanctæ synodo placuit, ut intra tres menses ordinationes fiant, nisi inexorabilis utique necessitas effecerit ut dilationis tempus prorogetur. Si autem hoc non fecerint, D *eos ecclesiasticæ pœnæ subjici. Viduæ vero ecclesiæ reditum apud ecclesiæ œconomum salvum custodiri.*

ΒΑΛΣ. Οἱ θεῖοι Πατέρες, τὰς τῶν πολλῶν κακεντρεχείας ἀνακόπτοντες, ὥρισαν μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας τοὺς μητροπολίτας τὰς τῶν ἐπισκόπων ἀναβάλλεσθαι χειροτονίας ἐπὶ πολὺ, ἀλλ' ἐντὸς τριμήνου ταύτας ποιεῖν. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν μὴ ψηφιζομένων μητροπολιτῶν τὰς ἰδίας ἐπισκοπάς· περὶ δὲ τῶν

BALS. Divini Patres improbas multorum invasiones amputantes, statuerunt non esse in metropolitanorum potestate episcoporum ordinationes diu differre, sed eas intra trimestre spatium facere. Et hæc quidem de metropolitanis qui neminem in episcopatus suos eligunt: de electis autem et diffe-

Guill. Beveregii notæ.

(53) *Ἐπειδή τινες τῶν μητροπολιτῶν.* Laudatur hic canon ex versione Dionysii Exigui, a concil. Wormatiensi anno 868 habito, can. 71, quemadmodum et canones 15, 18, 22 et 27, ex eadem versione ibidem citantur. Quod hic solum observasse sufficiat.

rentibus susceptionem aut renuntiationem sæpe quæsitum fuit quid fieri debeat, et nondum determinatur quid sit faciendum. Dico itaque quod trimestre spatium post electionem electo extendi debet ad suscipiendum, vel renuntiandum: quod etiam metropolitano ad aliquem in episcopatum suum eligendum ab hoc canone conceditur. Et si intra tres istos menses qui electus est nec suscipit, nec renuntiat, altera fieri debet electio; iste vero qui distulit post trimestre spatium ordinationem revocare nequit, sed potius ecclesiastice corrigitur, utpote qui futiliter ludit in rebus minime ludicris, Deique gregem injuria afficit. Electum autem ab eo qui elegit citari non oportet, quoniam nec metropolitanus a patriarcha ad eligendum citatur. Collige autem hanc interpretationem etiam ex capit. 8 tituli primi et lib. III Basilic., quo examinatio emergentis de electo controversiæ in trimestre spatium contrahitur. Quod etiam situm est in interpretatione capit. 8 tituli primi præsentis operis. Debet autem ordinationes celebrare intra trimestre spatium, ne res episcoporum ex ea re detrimento afficiantur, et populi doctrina ac instructio negligatur. Si autem propter inevitabilem aliquam necessitatem, inquiunt, episcopi provectio prohibetur (forte enim civitas, quæ est episcopo vidua, a gentibus capta est, nec facile potest illuc quisquam venire), prorogabitur omnino ordinatio. Porro episcopatus **142** reditus ab ejus œconomo inferri vult canon, qui quidem debent dari, non metropolitano, sed episcopo, qui est eligendus, etiamsi ad tres menses differatur electio, vel etiam ultra. Metropolitanos autem, qui præter hæc faciunt, pœnæ subjicit: quænam vero sit ista nescio. Existimo autem eam esse quæ a synodo definietur. Nota ergo quomodo intelligitur illud, inexorabilis necessitas. Neque enim si episcopatus injuria aliqua forensi vexatur, aut aliqua alia ejusmodi ratione agitetur, id justam episcopi electionis dilationem metropolitano concedit. Lege etiam nonum cap. primi tituli præsentis operis, et quæ in illud scripta sunt.

ZONAR. Ne metropolitani quos penes episcopos creandi jus est, diu eam rem differant, hoc canone constitutum. Proinde tempus quoque ultra quod creationem hujusmodi extendere minime liceat, trium videlicet mensium intervallum, definivit. Nec enim commissos eorum curæ populos suo episcopo diu carere, ac incertos consilii nemine ipsis viam præmonstrante, vagari par est. Si tamen interea, quo minus intra spatium trimestre constitui episcopus possit, causa aliqua necessaria aliquando impediat; ut si forte captam urbem Barbarus occupaverit, nec ad eam aditus cuiquam ita facile pateat: tum demum præfinitum illud tempus extendi et ordinationem deferri licere decernit; qui vero contra constitutionem hanc fecerit, ecclesiasticis pœnis subjici jubet. Quandiu autem

A ψηφιζομένων καὶ ὑπερτιθεμένων τὴν καταδοχὴν ἢ τὴν παραίτησιν, ἐζητήθη διαφόρως τί μέλλει γίνεσθαι· καὶ οὐχ ὡρίσθη τὸ ποιητέον. Διό φημι ὅτι τρίμηνον ὀφείλει μετὰ τὴν ψῆφον ὑφαπλοῦσθαι τῷ ψηφισθέντι χάριν τοῦ καταδέξασθαι, ἢ παραιτήσασθαι, ὅπερ καὶ τῷ μητροπολίτῃ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ἐδόθη χάριν τοῦ ψηφίσασθαι τὴν ἐπισκοπήν. Καὶ εἰ ἐντὸς αὐτῶν οὐ καταδέξεται ὁ ψηφισθεὶς ἢ οὐ παραιτήσεται, ὀφείλει ἑτέρα γίνεσθαι ψῆφος, μὴ δυναμένου τοῦ ὑπερθεμένου ἀνακαλεῖσθαι τὴν χειροτονίαν μετὰ τὴν τρίμηνον· μᾶλλον μὲν οὖν καὶ εὐθυνομένου ἐκκλησιαστικῶς ὡς παίζοντος διακενῆς ἐν οὐ παικτοῖς καὶ λυμαινομένου τὸ ποίμνιον τοῦ Θεοῦ. Καὶ οὐδὲ ὀφείλει ἐπιφωνεῖσθαι ὁ ψηφισθεὶς παρὰ τοῦ ψηφισαμένου, διότι οὐδὲ ὁ μη- B τροπολίτης ἐπιφωνεῖται παρὰ τῷ πατριάρχῃ ψηφίσασθαι. Συγκρότει δὲ τὴν τοιαύτην ἑρμηνείαν καὶ ἀπὸ τοῦ η' κεφ. τοῦ γ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, εἰς τρίμηνον στενοχωροῦντος τὴν δοκιμασίαν τῆς συμβάσης ἀντιλογίας κατὰ τοῦ ψηφισθέντος. Ὅπερ κατέκειτο εἰς τὸ σχόλιον τοῦ η' κεφ. τοῦ α' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. Ὀφείλει δὲ ποιεῖν τὰς χειροτονίας ἐντὸς τριμήνου, ἵνα μὴ ἐντεῦθεν τὰ τῶν ἐπισκόπων λυμαίνωνται, καὶ ἡ τοῦ λαοῦ ἀμελῆται διδασκαλία. Εἰ δὲ, φασὶ, διά τινα περίστασιν ἀπαραίτητον κωλύεται ἡ τοῦ ἐπισκόπου προχείρισις (τυχὸν γὰρ ἡ χηρεύουσα πόλις ἐπισκόπου ὑπὸ ἐθνῶν ἑάλω, καὶ οὐκ ἔστι ῥᾷον ἀπελθεῖν ἐκεῖσέ τινα), πάντως ὑπερτεθείη καὶ ἡ χειροτονία. Τὴν μέντοι C πρόσοδον τῆς ἐπισκοπῆς παρὰ τοῦ οἰκονόμου ταύτης εἰσοδιάζεσθαι θέλει ὁ κανὼν, δοθῆναι ὀφείλουσαν οὐ τῷ μητροπολίτῃ, ἀλλὰ τῷ χειροτονηθησομένῳ ἐπισκόπῳ, κἂν ἐπὶ τρίμηνον ἡ χειροτονία ὑπερτεθῇ κἂν ἐπὶ πλέον. Τοὺς δὲ παρὰ ταῦτα ποιοῦντας μητροπολίτας ἐπιτιμίῳ καθυποβάλλει· οἷον δὲ τοῦτό ἐστιν, οὐκ οἶδα. Νομίζω δὲ τὸ παρὰ τῆς συνόδου ὁρισθησόμενον. Σημείωσαι οὖν πῶς νοεῖται τὸ τῆς ἀπαραιτήτου ἀνάγκης. Τὸ γὰρ ἐπηρεάζεσθαι τὰ τῆς ἐπισκοπῆς ὑπὸ πρακτορικῆς ἀδικίας, ἢ ἕτερόν τι τοιοῦτον, ἀναβολὴν εὔλογον χειροτονίας ἐπισκόπου τῷ μητροπολίτῃ οὐ δίδωσιν. Ἀνάγνωθι καὶ κεφ. θ' τοῦ α' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος καὶ τὰ ἐν αὐτῷ.

ΖΩΝΑΡ. Τὰς τῶν ἐπισκόπων χειροτονίας μὴ ἐπὶ D πολὺ ὑπερτίθεσθαι τοὺς μητροπολίτας, οἷς ἡ ἐκείνων ἀνήκει προχείρισις, ὁ παρὼν κανὼν διορίζεται. Διὸ καὶ χρόνον, οὗ ἐντὸς χειροτονεῖσθαι δέον τοὺς ἐπισκόπους, ἔταξεν· ὁ δ' ἔστι τρίμηνον. Οὐδὲ γὰρ ἐπὶ πολὺ χρὴ τοὺς ὑπ' ἐκείνους λαοὺς ἀνεπισκοπήτους εἶναι, καὶ ὡς ἔτυχε φέρεσθαι, μὴ ὄντος τοῦ καταρτίζοντος αὐτούς. Εἰ δέ ποτε συμβαίη ἀπαραίτητός τις αἰτία κωλύουσα τὴν διὰ τοῦ τριμήνου προχείρισιν, ἐπιταθήσεται, φησὶν, ὁ χρόνος, καὶ ὑπερτεθήσεται ἡ χειροτονία. Ἴσως γὰρ ἑάλω ὑπὸ Βαρβάρων ἡ πόλις ἐκείνη, καὶ οὐκ ἔστι ῥᾴδιον ἀπελθεῖν ἐκεῖσέ τινα. Τοὺς δὲ μὴ οὕτω ποιοῦντας ὑποκεῖσθαι κελεύει ἐκκλησιαστικοῖς ἐπιτιμίοις. Ἐφ' ὅσον δὲ ἡ χειροτονία τοῦ ἐπισκόπου ὑπερτεθῇ, εἴτε ἐπὶ τρίμηνον, εἴτ' ἐπὶ πλέον ἀνάγκης ἐπικειμένης

ἡ πρόσοδος φυλάττεσθαι ὀφείλει τῷ χειροτονηθησομένῳ ἐπισκόπῳ παρὰ τοῦ οἰκονόμου τῆς ἐκκλησίας ποιοῦντος τὰς ἀναγκαίας ἐξόδους τῆς ἐπισκοπῆς, τὰ δὲ περιττεύοντα ἴσως φυλάττοντος.

A episcopi ordinatio differatur, sive per tres menses, sive urgente aliqua necessitate, per plures, proventus futuro episcopo ab ecclesiæ œconomo reservari debent; ita scilicet, ut quæ opus fuerint in episcopatus necessarios usus erogatis, reliqua deinde, si qua forte supererunt, sarta tecta conservet.

ΑΡΙΣΤ. Ἔσω μηνῶν τριῶν αἱ τῶν ἐπισκόπων τελοῦνται χειροτονίαι· παρατείνει δὲ τὸν καιρὸν ἀνάγκη τις ἀπαραίτητος· εἰ δὲ μὴ, ὁ χειροτονῶν τὸ ἐπιτίμιον εἴσεται· ἡ μέντοι πρόσοδος μενέτω τῷ οἰκονόμῳ.

Τινὲς τῶν μητροπολιτῶν, τῶν ἐγκεχειρισμένων αὐτοῖς ἀμελοῦντες ποιμνίων, καὶ τὰς τῶν ἐπισκόπων χειροτονίας ἀναβαλλόμενοι, ὡρίσθησαν ἐντὸς τριῶν μηνῶν μετὰ τελευτὴν τοῦ ἐπισκόπου ἕτερον χειροτονεῖν ἐπίσκοπον· εἰ μὴ διά τινα ἀπαραίτητον ἀνάγκην ἐπιταθῇ ὁ καιρός. Εἰ δὲ πλέον τῆς τριμήνου ἐπισκόπου χηρεύσει ἡ ἐκκλησία ἄνευ τινὸς ἀπαραιτήτου ἀνάγκης, ὁ μητροπολίτης ἐπιτιμηθήσεται· ἡ μέντοι πρόσοδος τῆς χηρευούσης ἐκκλησίας ἐν τῷ μεταξὺ παρὰ τοῦ οἰκονόμου σώα φυλαχθήσεται.

ARIST. *Intra tres menses episcoporum ordinationes fiant: necessitas autem inevitabilis tempus prorogat. Alioquin autem, qui ordinat pœnæ obnoxius erit. Reditus vero penes œconomum maneat.*

Metropolitanorum nonnulli greges sibi commissos negligentes, et episcoporum differentes ordinationes, in mandatis habent intra tres menses post unius B episcopi mortem alium ordinare episcopum. Nisi forsitan ob inevitabilem aliquam necessitatem prorogetur tempus. Si autem plusquam tres menses episcopo vacaverit ecclesia sine inevitabili necessitate, metropolitanus reprehensioni subjicietur. Reditus autem vacantis ecclesiæ ab œconomo salvi interea custodientur.

ΚΑΝΩΝ ΚϚʹ.

Ἐπειδὴ ἔν τισιν ἐκκλησίαις, ὡς περιηχήθημεν, δίχα οἰκονόμων οἱ ἐπίσκοποι τὰ ἐκκλησιαστικὰ χειρίζουσι πράγματα, ἔδοξεν πᾶσαν ἐκκλησίαν ἐπίσκοπον ἔχουσαν καὶ οἰκονόμον ἔχειν ἐκ τοῦ ἰδίου κλήρου, οἰκονομοῦντα τὰ ἐκκλησιαστικὰ κατὰ γνώμην τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου· ὥστε μὴ ἀμάρτυρον εἶναι τὴν οἰκονομίαν τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἐκ τούτου σκορπίζεσθαι τὰ αὐτῆς πράγματα, καὶ λοιδορίαν τῇ ἱερωσύνῃ προστρίβεσθαι· εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσοι, ὑποκεῖσθαι αὐτὸν τοῖς θείοις κανόσιν.

CANON XXVI.

Quoniam in nonnullis ecclesiis, ut sæpe a nobis auditum est, episcopi absque œconomis tractant res ecclesiasticas, placuit, omnem ecclesiam episcopum habentem, ex proprio clero œconomum quoque habere, qui ex episcopi sui sententia res eccle- C *siasticas dispenset; ut nec sine testibus sit ecclesiæ administratio, atque ideo res ejus dissipentur, et probrum ac dedecus sacerdotio inuratur. Si autem hoc non fecerit, eum divinis etiam canonibus subjici.*

ΒΑΛΣ. Ὡς ἔοικε πρὸ τοῦ παρόντος κανόνος οἱ πλείους τῶν ἐπισκόπων λαϊκοὺς ἐποίουν οἰκονόμους. Τοῦτο οὖν οἱ θεῖοι Πατέρες διορθούμενοι παρακελεύονται διὰ κληρικῶν οἰκονομεῖσθαι τὰ ἐκκλησιαστικὰ κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου· ἐφ' ᾧ καταδήλους τε εἶναι τὰς εἰσόδους τῆς ἐκκλησίας, καὶ μὴ σκορπίζεσθαι, καὶ τὸν ἐπίσκοπον ἀδιάβλητον συντηρεῖσθαι· τὸν δὲ μὴ ποιοῦντα οὕτως ἀρχιερέα ὑποκεῖσθαι τοῖς κανόσι παρακελεύονται. Μὴ γοῦν ἐναντιωθῇς τῷ λη' καὶ τῷ μα' κανόνι τῶν ἁγίων D ἀποστόλων. Κἂν γὰρ ἀνεπίλογιστον ἐξουσίαν ἔχωσιν οἱ ἐπίσκοποι, ἀλλ' οὐκ ἐφεῖται τούτοις ὡς ἰδικοῖς, καὶ δεσποτικῶς αὐτοῖς διαφέρουσι τοῖς ἐκκλησίας χρᾶσθαι πράγμασι· τοσοῦτον, ὅτι καὶ τὰ περιττεύοντα μετὰ τὰς ἀναγκαίας ἐξόδους τοῖς πτωχοῖς διαδιδόναι ἀναγκάζονται, ὅτι καὶ πτωχικὰ τὰ ἐκκλησιαστικὰ λέγονται πράγματα. Εἰ γοῦν οἰκονομοῦνται ταῦτα διὰ κληρικῶν, ἀνέγκλητος ἔσται ὁ ἐπίσκοπος, καὶ οὐδέ τις γογγύσει κατ' αὐτοῦ, ὡς μὴ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ κληρικοὺς ἢ καὶ ἄλλους πενομένους χειραγωγοῦντος. Εἰ τάχα δὲ τὸ ἐπιτίμιον τῶν παραβαινόντων τὸν παρόντα κανόνα ἐνταῦθα οὐ κεῖται, ἀλλὰ ἀνάγνωθι τὸν ια' κανόνα τῆς ζ' συνόδου, καὶ μάθῃς τί γίνεται εἰς τοὺς μὴ διοικοῦντας ἐπισκόπους διὰ κληρικῶν τὰ τῶν ἐκκλησιῶν αὐτῶν, ἀλλὰ μὴν καὶ εἰς τοὺς ἡγουμένους.

BALS. Ut est verisimile, ante præsentem canonem, complures episcopi laicos faciebant œconomos. Divini ergo **143** Patres, hoc corrigentes, jubent per clericos res ecclesiasticas administrari de sententia episcopi : ut et manifesti sint ecclesiæ reditus, nec dissipentur, et episcopus a probro ac reprehensione alienus conservetur. Antistitem autem, qui non ita facit, canonibus subjici jubent. Ne repugnare autem hæc existimes 38 et 41 can. sanctorum apostolorum. Etsi enim potestatem reddendæ rationi non obnoxiam habeant episcopi, iis tamen non permittitur ut tanquam propriis et jure dominii ad se pertinentibus ecclesiæ rebus utantur: adeo ut, post necessarias impensas, ea quæ supersunt pauperibus erogare cogantur. Res enim ecclesiasticæ dicuntur bona pauperum. Si ea ergo per clericum administrentur, a reprehensione alienus erit episcopus, neque quisquam adversus eum murmurabit, quod clericos qui ei subsunt, aut et alios egentes forte non sublevet, nec sustentet. Si autem forte pœna eorum, qui præsentem canonem transgrediuntur, hic non sita est, sed lege 11 canonem 7 syn., et intelliges quid fit in episcopos qui per clericos suarum ecclesiarum bona non administrant, et quid in eos etiam, qui præficiuntur.

ZONAR. Penes episcopos episcopalia bona administrandi jus, et auctoritatem, canones esse voluerunt. Non volunt autem ut ea per seipsos administrent, nemine conscio. Neque vero ex domesticis ipsius episcopi cuiquam, propinquo forte, aut uni e familia, sed homini ex episcopatus clero delecto, œconomi munus ab eodem mandari placet. Quo quidem, ex episcopi tamen sententia, bona procurante, et quos in usus ecclesiastici reditus insumantur facile apparebit, nec erit cur quispiam in ecclesiæ patrimonio dissolutum episcopum fuisse suspicari queat (id enim dissipandi verbo ostenditur) eumque, quasi sacros proventus perdite irreligioseque effundentem, conviciis contumeliisque proscindat. Qua quidem ex re, cum episcopi fides multitudini suspecta esse consuevit, tum offensiones quoque populi, velut ex odio male gestæ potestatis, excitantur. Huc illa namque magni Pauli spectant: *Videte ne licentia vestra offendiculum fiat infirmis* [85]; Et paulo infra: *Sic in fratres peccantes, et verberantes ipsorum conscientiam infirmam, in Christum peccatis* [86]. Qui vero administrandis ecclesiarum bonis delectos ex clero œconomos non præfecerint, canonicis in eos pœnis animadverti jubent. Quæ item de monasteriorum præfectis eodem modo accipienda sunt; quamvis hoc tempore decreti hujus auctoritatem, et plerique præsules, et nonnulli etiam monachorum rectores omnino contemnant.

A ΖΩΝΑΡ. Τὴν μὲν ἐξουσίαν τῆς διοικήσεως τῶν ἐπισκοπῆς ἑκάστης πραγμάτων οἱ κανόνες τοῖς ἐπισκόποις ἀνατιθέασιν· οὐ βούλονται δὲ καθ' ἑαυτοὺς ταῦτα διοικεῖν, μή τινος ἔχοντος εἴδησιν. Οὐδὲ οἰκείους τινὰς, συγγενεῖς τυχὸν ἢ ἰδίους θεράποντας, προϊστᾷν οἰκονόμους, ἀλλ' ἐκ τοῦ κλήρου τῆς ἐπισκοπῆς τὸν οἰκονόμον προβάλλεσθαι παρὰ τοῦ ἐπισκόπου· ὥστε, ἐκείνου τὰ τῆς Ἐκκλησίας διοικοῦντος κατὰ γνώμην ἐπισκόπου, δῆλον εἶναι ὅτι προχωροῖεν καὶ δαπανῶνται τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα, καὶ μὴ ὑπόνοιαν κατὰ τοῦ ἐπισκόπου φύεσθαι ὡς κακῶς ἀναλίσκοντος τὰ τῆς Ἐκκλησίας· τοῦτο γὰρ δηλοῦται διὰ τοῦ σκορπίζεσθαι, καὶ λοιδορεῖσθαι τὸν ἀρχιερέα ὡς ἀθέσμως καὶ οὐκ εὐσεβῶς χρώμενον τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς, καὶ B οὕτως ἀπιστίαν τοῖς ὑπ' αὐτὸν τίκτεσθαι κατ' αὐτοῦ, καὶ σκανδάλων ἀφορμὰς διδόναι αὐτοῖς διὰ τῆς δοθείσης αὐτῷ ἐξουσίας. Ἁρμόσουσι γὰρ αὐτῷ τὰ τοῦ μεγάλου Παύλου ῥητὰ λέγοντος· *Βλέπετε μή πως ἡ ἐξουσία ὑμῶν αὕτη πρόσκομμα γένηται τοῖς ἀσθενοῦσιν*· καὶ μετά τινα· *Οὕτως δὲ εἰς τοὺς ἀδελφοὺς ἁμαρτάνοντες καὶ τύπτοντες αὐτῶν τὴν συνείδησιν ἀσθενοῦσαν, εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνετε.* Τοὺς δὲ μὴ διὰ οἰκονόμων ἐκ τοῦ κλήρου ὄντων διοικοῦντας τὰ πράγματα τῶν ἐκκλησιῶν ἐπιτιμᾶσθαι κανονικῶς. Τὰ αὐτὰ δὲ νοητέον καὶ ἐπὶ τοῖς προεστῶσι μονῶν, εἰ καὶ νῦν οὔτε τοῖς πλείοσι τῶν ἀρχιερέων οὔτε τισὶν ἡγουμένοις μοναχῶν ταῦτα παραφυλάττονται.

ARIST. *Œconomus in omnibus ecclesiis de clero constituatur. Episcopus autem qui hoc contemnit, non est extra noxam.*

C ΑΡΙΣΤ. *Οἰκονόμος ἀνὰ πάσας ἔστω τὰς ἐκκλησίας ἀπὸ τοῦ κλήρου. Ὁ δὲ τούτου καταφρονῶν ἐπίσκοπος οὐκ ἀνέγκλητος.*

Quemque episcoporum oportet e clero suo œconomum constituere, ad negotia ecclesiastica secundum ipsius sententiam administranda. Si quis autem episcopus sine œconomo constituto ecclesiastica administrare invenlatur, ut convicium sacerdotio fiat, canonicis pœnis subjicietur.

Ἀπὸ τοῦ κλήρου δεῖ τοῦ οἰκείου ἕκαστον τῶν ἐπισκόπων προχειρίζεσθαι οἰκονόμον εἰς τὸ τὰ τῆς Ἐκκλησίας πράγματα διοικεῖν κατὰ γνώμην αὐτοῦ· εἰ δὲ δίχα οἰκονόμου κεκληρωμένου τὰ τῆς Ἐκκλησίας εὑρίσκεταί τις ἐπίσκοπος διοικῶν, ὡς λοιδορίαν τῇ ἱερωσύνῃ προστρίβων διὰ τὴν ἀδιάγνωστον καὶ ἀμάρτυρον οἰκονομίαν, κανονικῶς ἐπιτιμηθήσεται.

144 CANON XXVII.

Eos, qui nomine conjugii mulieres rapiunt, vel opem ferunt, vel consentiunt iis qui rapiunt, statuit synodus, si sint quidem clerici, proprio gradu excidere: sin autem laici, anathematizari.

ΚΑΝΩΝ ΚΖ'.

Τοὺς ἁρπάζοντας γυναῖκας (34) *ἐπ' ὀνόματι συνοικεσίου, ἢ συμπράττοντας, ἢ συναιρουμένους* (35) *τοῖς ἁρπάζουσιν, ὥρισεν ἡ ἁγία* D *σύνοδος, εἰ μὲν κληρικοὶ εἶεν, ἐκπίπτειν τοῦ ἰδίου βαθμοῦ, εἰ δὲ λαϊκοί, ἀναθεματίζεσθαι.*

[85] I Cor. VIII, 9. [86] ibid. 12.

Guill. Beveregii notæ.

(34) *Τοὺς ἁρπάζοντας γυναῖκας*. Hic canon non solum a concilio Wormatiensi can. 77, verum etiam a Cabilonensi laudatur, dicente: *De puellis raptis necdum desponsatis, in concilio Chalcedonensi statutum est, eos, qui rapiunt puellas sub nomine simul habitandi, cooperantes et conniventes raptoribus, decrevit sancta synodus, ut si quidem clerici sint, decidant proprio gradu: si vero laici, anathematizentur. Quibus verbis datur intelligi, qualiter hujus mali auctores damnandi sunt, quando participes consilii et conniventes tanto anathemate feriuntur, ut juxta canonicam auctoritatem ad conjugia legitima raptas sibi jure vindicare nullatenus possint.* Concil. Cabil. apud Gratian. 36, quæst. 2, vide Balsam. respons. ad Marc. Alexandrini interrog. 63. —Joannes Antiochenus in Collect. can. tit. 42, legit κόρας. Sed non solum Bodleianus noster, reliquique Græci codices, verumetiam Latini veteres interpretes γυναῖκας legunt, nam *mulieres* vertunt.

(35) *Συμπράττοντας ἢ συναιρουμένους*. Joannes Antiochenus rectius legit συμπράττοντας ἢ συναιρομένους. Codex Amerbachianus, ἢ συμπραττομένους, ἢ συναιρομένους. Scholiastes enim omnes συναιρομένους legisse ex ipsorum verbis constat.

ΒΑΛΣ. Ὁ παρὼν κανὼν καὶ ὁ λβ' τῆς ἐν τῷ A Τρούλλῳ συνόδου ἀπαραλλάκτως ἔχουσι, διοριζόμενοι τοὺς ἁρπάζοντας γυναῖκας, ἢ συμπράττοντας, ἢ συναιρομένους τοῖς ἁρπάζουσι, κληρικοὺς μὲν ὄντας, καθαιρεῖσθαι, λαϊκοὺς δὲ ἀναθεματίζεσθαι. Ἀνάγνωθι καὶ τίτλου θ' τοῦ παρόντος συντάγματος κεφάλ. λ' καὶ τὰ ἐν αὐτῷ· ὡσαύτως καὶ τὸν ξζ' ἀποστολικὸν κανόνα. Ἐκεῖσε γὰρ πλατύτερον ἐδιδάξαμεν πῶς τιμωρεῖται ὁ ἅρπαξ, καὶ πῶς ὁ βίαν πεποιηκώς. Ἴσως δέ τις ἐρεῖ, καὶ πῶς ὁμοίως ὁ ἁρπάζων, καὶ ὁ συμπράττων, καὶ ὁ συναιρόμενος, κολάζονται; Εἰπὲ οὖν ὅτι καὶ τοὺς συμπράττοντας καὶ τοὺς συναιρομένους οὐχ ἧττον τοῦ ἁρπάσαντος μυσάττεται ὁ κανών. Ὁ μὲν γὰρ ἁρπάζων ἔχει τὸν ἄθεσμον ἔρωτα πρόφασιν, οἱ δὲ κακίας μόνης B καὶ ἀδίκου κατηγοροῦνται προθέσεως, καταστρεφούσης τὴν τῆς πόλεως κοσμιότητα. Ἔστι δὲ συμπράττων ὁ πραγματικῶς τὴν ἁρπαγὴν καταρτύων σὺν τῷ ἁρπάζοντι· συναιρόμενος δὲ ὁ διὰ συμβουλῆς ἢ καὶ ἐπικουρίας ἄλλης συντρέχων τῷ πλημμελήσαντι. Ζήτει καὶ λε' Νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Φιλοσόφου τιμωροῦσαν τὸν μετὰ ἁρπαγῆς βιασάμενον κόρην οὐ μόνον διὰ πραγμάτων ἀφαιρέσεως, ἀλλὰ καὶ διὰ σωματικῆς ποινῆς· ὡσαύτως καὶ τοὺς συναιρομένους αὐτοῖς· καὶ διαλαμβάνουσαν ἄλλως τιμωρεῖσθαι τοὺς ἔνοπλον ἁρπαγὴν ποιησαμένους, καὶ ἄλλως τοὺς μὴ οὕτως ἀτακτήσαντας· τιμωρεῖσθαι δὲ καὶ τὸν πατέρα ἐὰν καταδέξηται τὸ γεγονός.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ οἱ πολιτικοὶ νόμοι σφοδρῶς τοὺς C ἅρπαγας γυναικῶν κολάζουσι, καὶ οὐδὲ εἰς γυναῖκα συζεύγνυσθαι τὴν ἁρπαγεῖσαν συγχωροῦσι τῷ ἅρπαγι, κἂν ὁ ταύτης πατὴρ συναινῇ συγχωρῶν τὸ ἔγκλημα· καὶ οἱ κανόνες δὲ κολάζουσι τοὺς τοιούτους. Οὗτος δὲ ὁ κανὼν δριμύτερον τῶν ἄλλων ἐπεξέρχεται τοὺς ἁρπαγὴν πλημμελοῦντας, τοὺς μὲν κληρικοὺς καθαιρῶν, τοὺς δὲ λαϊκοὺς ἀναθεματίζων. Καὶ οὐ μόνον τοὺς ἁρπάζοντας τιμωρεῖται, ἀλλὰ καὶ τοὺς συμπράττοντας ἢ συναιρομένους ὑπὸ τὰς αὐτὰς ποιεῖται κολάσεις, καὶ εἰκότως. Ὁ μὲν γὰρ ἑαυτῷ ἁρπάζων γυναῖκα ἔχει τὸν ἔρωτα πρὸς τὴν ἀθέμιτον πρᾶξιν αὐτὸν βιαζόμενον· ὁ δὲ συμπράττων ἢ συναιρόμενος μᾶλλον ἂν εἴη ἀσύγγνωστος, μηδὲν ἔχων πρὸς τὴν ἐξάγιστον πρᾶξιν συνελαῦνον αὐτὸν ἢ τὴν οἰκείαν D κακίαν, δι' ἣν μόνην συντρέχει τῷ τὴν ἁρπαγὴν ἁμαρτάνοντι· συμπράττοντας δὲ νοητέον τοὺς συνεργοῦντας ἐπὶ τῇ ἁρπαγῇ· συναιρομένους δὲ τοὺς μὴ ἔργῳ συμβοηθήσοντας, συμβουλὴν δὲ καὶ (36) σπουδὴν εἰσαγαγόντας, καὶ οὕτως ἐπικουρήσαντας καὶ ἀντιλαβομένους τῶν πλημμελούντων.

ΑΡΙΣΤ. *Κληρικὸς ἁρπάζων γυναῖκα, ἀνεκκλησίαστος· ὁ δὲ λαϊκὸς ἔστω ἀνάθεμα· κατὰ τοῦτο καὶ ὁ συναιρόμενος.*

BALS. Præsens canon, et 32 canon syn. in Trull. eodem omnino modo se habent, definientes, eos qui mulieres rapiunt, vel rapientibus opem ferunt, vel consentiunt, si sint quidem clerici, deponendos; laicos autem anathematizandos. Lege et tit. 9 præsentis operis, cap. 30. et quæ ibi sunt. Similiter et 67 apostolicum canonem. Illic enim fusius docuimus, quomodo punitur raptor, et quo modo qui vim attulit. Dicet autem fortasse quispiam, et quomodo similiter qui rapit, et qui fert opem, et qui consentit, puniuntur? Dic igitur, quod et eos qui opem ferunt, et qui consentiunt, non minus quam eum qui rapuit, aversatur et odio habet canon. Qui enim rapuit, nefarium amorem prætextum habet. Illi vero, solius improbitatis et iniqui propositi accusantur, quod quidem civitatis honestatem ac decus evertit. Is autem opem ferre dicitur, qui facto ipso, cum eo qui rapit, raptum struit ac molitur. Consentiens autem, qui per consilium, vel aliud etiam auxilium cum eo, qui peccatum admisit, concurrit. Quære et 35 imp. domini Leonis Philosophi Novellam, punientem eum, qui una cum raptu puellæ vim attulit, non solum per rerum publicationem, sed etiam per pœnam corporalem; similiter et eos qui illi consenserunt: et tractantem, aliter puniri eos qui vi armata rapuerunt, et aliter eos qui non sic se improbe gesserunt; puniri autem etiam et patrem, si factum approbaverit.

ZONAR. Et legum civilium decretis in raptores mulierum graves admodum pœnæ constitutæ, vetitis etiam, quamvis eas offensione dimissa virginis pater approbet, raptoris cum rapta muliere nuptiis: et canonem quoque sanctionibus, ne impunitum id facinus relinqueretur, provisum. Verum hic canon aliis severius in raptores animadvertit, clericos quidem deponens, in laicos vero anathema denuntians. Nec solum rapinæ auctores, sed eos etiam qui opem ferunt vel consentiunt iisdem pœnis subjicit. Neque id quidem injuria. Qui etenim ex raptu sibi uxorem comparavit, ad facinus illud perpetrandum impellentem se amorem pro excusatione habet, qui vero opem fert aut consentit, cum nihil sit quod ad nequissimam actionem incitare illum poterat, præter propriam pravitatem, per quam solam cum raptore convenit concurritque venia magis indignus est. Ac adjutores quidem intelligimus, qui ad scelus patrandum operam suam raptori commodarunt: consentire vero eos dicimus, quorum manus quidem a scelere abfuit, consilio tamen ac studio delinquentibus suppetias ac opem tulerunt.

ARIST. *Clericus mulierem rapiens ecclesia expellatur: laicus autem, sit anathema; ut et quicunque isti opitulatur.*

Guill. Beveregii notæ.

(36) *Συμβουλὴν δὲ καί.* Hæc, usque ad ἐπικουρήσαντας inclusive, in codice Amerbachiano desiderantur. Sed sensus loci sine illis pessime confunditur, vel potius nullus omnino est.

Magnam quidem etiam a legibus habet multam qui mulierem rapit, nec minus a canonibus habet supplicium. Clericus enim, ut loquitur præsens canon, deponitur; laicus autem, et qui ei in raptu mulieris opem ferunt, anathematizantur, usquedum raptam, si desponsata quidem fuerit, suo sponso, si soluta autem parentibus ejus restituerunt, juxta vicesimum secundum Basilii magni canonem.

A Ἔχει μὲν καὶ ἀπὸ τῶν νόμων μεγάλην τὴν καταδίκην ὁ ἁρπαγὴν ποιούμενος γυναικός· οὐκ ἔλαττον δὲ καὶ ἀπὸ τῶν κανόνων ἔχει τὸ ἐπιτίμιον. Ὁ μὲν γὰρ κληρικὸς, ὡς ὁ παρὼν διαλαμβάνει κανὼν, καθαιρεῖται· ὁ δὲ λαϊκὸς καὶ οἱ συναιρόμενοι τούτῳ ἐν τῇ τῆς γυναικὸς ἁρπαγῇ ἀναθεματίζονται, μέχρις ἂν τὴν ἁρπαγεῖσαν, εἰ μὲν προμνηστευθεῖσα ἦν, τῷ οἰκείῳ μνηστῆρι ἀποκαταστήσωσιν· εἰ δὲ σχολάζουσα, τοῖς γονεῦσιν αὐτῆς, κατὰ τὸν εἰκοστὸν δεύτερον κανόνα τοῦ μεγάλου Βασιλείου.

145 CANON XXVIII.

Sanctorum Patrum decreta ubique sequentes, et canonem, qui nuper lectus est, centum et quinquaginta Dei amantissimorum episcoporum agnoscentes, eadem quoque et nos decernimus ac statuimus de privilegiis sanctissimæ Ecclesiæ Constantinopolis novæ Romæ. Etenim antiquæ Romæ throno, quod urbs illa imperaret, jure Patres privilegia tribuere. Et eadem consideratione moti centum quinquaginta Dei amantissimi episcopi, sanctissimo novæ Romæ throno æqualia privilegia addixerunt, recte judicantes, urbem, quæ et imperio et senatu honorata sit, et æqualibus cum antiquiori regina Roma privilegiis fruatur, etiam in rebus ecclesiasticis, non secus ac illam, extolli ac magni fieri, secundam post illam exsistentem. Ut et Ponticæ, et Asianæ, et Thracicæ diœcesis metropolitani soli, præterea et episcopi prædictarum diœcesium, quæ sunt inter Barbaros, a prædicto throno sanctissimæ Constantinop. Ecclesiæ ordinentur; unoquoque scilicet prædictarum diœcesium metropolitano provinciæ episcopos ordinante, quemadmodum divinis canonibus est traditum: ordinari autem, sicut dictum est, prædictarum diœcesium metropolitanos a Constantinop. archiepiscopo, consentientibus de more factis electionibus et ad ipsum relatis.

ΚΑΝΩΝ ΚΗ'.

Πανταχοῦ τοῖς τῶν ἁγίων (37) *Πατέρων ὅροις ἑπόμενοι, καὶ τὸν ἀρτίως ἀναγνωσθέντα κανόνα τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων* (38) *γνωρίζοντες, τὰ αὐτὰ καὶ ἡμεῖς* B *ὁρίζομέν τε καὶ ψηφιζόμεθα περὶ τῶν πρεσβείων τῆς ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης. Καὶ γὰρ τῷ θρόνῳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην, οἱ Πατέρες εἰκότως ἀποδεδώκασι τὰ πρεσβεῖα. Καὶ τῷ αὐτῷ σκοπῷ κινούμενοι οἱ ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι, τὰ ἴσα πρεσβεῖα ἀπένειμαν τῷ τῆς νέας Ῥώμης ἁγιωτάτῳ θρόνῳ, εὐλόγως κρίναντες, τὴν βασιλείᾳ καὶ συγκλήτῳ τιμηθεῖσαν πόλιν, καὶ τῶν ἴσων ἀπολαύουσαν πρεσβείων τῇ πρεσβυτέρᾳ βασιλίδι Ῥώμῃ, καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὡς ἐκείνην μεγαλύνεσθαι πράγμασι, δευτέραν μετ' ἐκείνην ὑπάρχουσαν.* C *Καὶ ὥστε τοὺς τῆς Ποντικῆς καὶ τῆς Ἀσιανῆς καὶ τῆς Θρᾳκικῆς διοικήσεως μητροπολίτας μόνους, ἔτι δὲ καὶ τοὺς ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς* (39) *ἐπισκόπους τῶν προειρημένων διοικήσεων χειροτονεῖσθαι ὑπὸ τοῦ προειρημένου ἁγιωτάτου θρόνου τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας· δηλαδὴ ἑκάστου μητροπολίτου τῶν προειρημένων διοικήσεων μετὰ τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπους, καθὼς τοῖς θείοις κανόσι διηγόρευται· χειροτονεῖσθαι δὲ, καθὼς εἴρηται, τοὺς μητροπολίτας τῶν προειρημένων διοικήσεων* (40) *παρὰ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως ἀρχιεπισκόπου, ψηφισμάτων συμφώνων κατὰ τὸ ἔθος γινομένων, καὶ ἐπ' αὐτὸν ἀναφερομένων.*

Guill. Beveregii notæ.

(37) *Πανταχοῦ τοῖς τῶν ἁγίων*. Hic cum duobus sequentibus canonibus nec in Joannis Antiocheni Collectione, nec in Latina Dionysii Exigui versione, nec in Arabica Josephi Ægyptii paraphrasi exstat. Reperitur autem in omnibus Balsamonis, Zonaræ, et Aristeni codicibus; citatur etiam a Photio in Nomocanone, tit. 1, cap. 5 et 6. Latine etiam vertitur a veteri interprete ante Dionysium Exiguum, a quo tamen, non inter præsentis, sed Constantinopolitanæ synodi canones collocatur. In Actis etiam hujus concilii habetur, decima sexta nimirum Actione: ubi tamen Paschasinus et Lucentius, legati episcopi Romani, hoc decretum ipsis absentibus et clanculum editum fuisse conquesti sunt.

(38) *Θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων*. Codex Ætoniensis addit, τῶν συναχθέντων ἐπὶ τοῦ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης μεγάλου Θεοδοσίου τοῦ γενομένου βασιλέως ἐν τῇ βασιλίδι Κωνσταντινουπόλει τῇ νέᾳ Ῥώμῃ. Quæ verba leguntur etiam in Actis concilii, nisi quod pro ἐπὶ τοῦ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης, ibi legatur ἐπὶ τοῦ εὐσεβοῦς τὴν μνήμην.

D (39) *Ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς*. Vetus interpres legit, *in Barbaris*. Omnia nimirum loca imperio Romano non subjecta barbara olim et barbarica a Romanis ipsis appellata sunt; ut totus orbis Romanus, una voce *Romania* dicta est. Isto sensu usurpatur vox βαρβαρικὸν Syn. Carthag. can. 56; item Barbaria, a S. Augustino, epist. 178, et ἡ Βάρβαρος, a Synesio epist. 101. Et populi ultra limites imperii Romani degentes *Barbari* audierunt omnes. Sic Evagrius dicit omnes Zenonis imperatoris subjectos, tam in Oriente quam in Occidente, gravibus affectos esse incommodis, ἔνθα μὲν τῶν Σκηνιτῶν Βαρβάρων πάντα ληϊζομένων, *quippe Barbari, Scenitæ dicti, loca omnia populati sunt*, Evagr. *Eccles. Hist.* l. III, cap. 2. Alia exempla passim occurrunt.

(40) *Τῶν προειρημένων διοικήσεων*. Codex Ætoniensis addit μετὰ τῶν τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων χειροτονοῦντος. Quomodo etiam hic locus in Actis concilii legitur ἐπ' αὐτὸν ἀναφερομένων. In ms. nostro Bodleiano, post ultima hæc canonis

ΒΑΛΣ. Περὶ τοῦ πῶς ἐτιμήθη ὁ τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνος εἴπομεν εἰς τὸν γ' κανόνα τῆς δευτέρας συνόδου· καὶ ἀνάγνωθι τοῦτον καὶ τὸ α' κεφ. τοῦ η' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν, μετὰ τὸ εἰπεῖν ἔχειν μὲν τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνον τὰ πρεσβεῖα τῆς τῶν Ῥωμαίων Ἐκκλησίας, εἶναι δὲ δεύτερον μετ' ἐκεῖνον, προστίθησί τινας μητροπολίτας ὑπὸ τούτου χειροτονεῖσθαι, ὡς καὶ ἑκάστου αὐτῶν ὀφείλοντος πάλιν χειροτονεῖν μετὰ τῆς ὑπ' αὐτὸν συνόδου τοὺς ὑπὸ τούτων ἐπισκόπους. Τὰς μέντοι ψήφους τῶν μητροπόλεων γίνεσθαι παρὰ μητροπολιτῶν κατὰ τὸ ἔθος, καὶ ἀναφέρεσθαι τὸ γινόμενον παρὰ τούτων τῷ πατριάρχῃ, ὡς ἂν τῇ δοκιμασίᾳ τούτου ἀπὸ τῶν ψηφισθέντων τριῶν ὁ εἷς χειροτονηθῇ. B Σημείωσαι οὖν ὅτι πρὸ τοῦ κανόνος τούτου οὐκ ἐχειροτόνουν οἱ πατριάρχαι τοὺς μητροπολίτας, ἀλλ' οἱ ἑκάστης ἐπαρχίας ἐπίσκοποι· καὶ ὅτι οἱ μητροπολῖται ἔχουσι τὰ ἀρχιερατικὰ δίκαια τὸ ποιεῖν ἐπισκόπους, καὶ ὅτι οὐκ ὀφείλουσιν οἱ πατριάρχαι ἢ οἱ μητροπολῖται παρουσιάζειν εἰς τὰς ψήφους τῶν μητροπολιτῶν ἢ τῶν ἐπισκόπων. Ζήτει καὶ τὸν δ' κανόνα τῆς α' συνόδου, τῆς β' συνόδου κανόνα β', τῆς γ' η', καὶ τῆς ς' λθ'. Γίνωσκε δὲ ὅτι Ποντικοὶ λέγονται μητροπολῖται οἱ τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ παρακείμενοι μέχρι τῆς Τραπεζοῦντος, καὶ ἐνδοτέρω· Ἀσιανοὶ, οἱ περὶ τὴν Ἔφεσον (41), Λυκίαν, Παμφυλίαν, καὶ τὰ πέριξ αὐτῶν· οὐχὶ ἀνατολικοὶ, ὥς φασί τινες. Τῆς ἀνατολῆς ὁ Ἀντιοχείας ἔχει χειροτονίαν. C Καὶ Θρακικοὶ οἱ δυτικοί· καὶ γάρ τινες τὴν Θρᾴκην μέχρι τῶν ὁρίων Μακεδονίας ἐστενοχώρησαν, καὶ εἶπον τοὺς Μακεδονίας μητροπολίτας Θετταλοὺς, Ἑλλαδικούς τε καὶ Πελοποννησίους, ποτὲ χειροτονεῖσθαι παρὰ τοῦ πάπα Ῥώμης, καὶ παρίστασθαι τοῦτο δῆθεν ἐκ τοῦ μὴ ἐνδοθῆναι τῷ Κωνσταντινουπόλεως καὶ τούτους χειροτονεῖν· ἀλλὰ σὺ τοῖς λεγομένοις μὴ προσσχῇς. Τῷ γὰρ ὀνόματι τῆς Θρᾴκης περιέχονται αἱ μέχρι καὶ αὐτοῦ τοῦ Δυῤῥαχίου μητροπόλεις. Τὸν δὲ πάππαν κακῶς λέγουσί τινες χειροτονεῖν ποτε τὸν Θεσσαλονίκης, καὶ ἑτέρους δυτικοὺς μητροπολίτας. Λεγάτους γὰρ εἶχε τούτους. Ἐπισκοπὰς δὲ εἰπὲ εἶναι ἐν τοῖς Βαρβάροις τὴν Ἀλανίαν, τὴν Ῥωσίαν καὶ ἑτέρας. Οἱ μὲν γὰρ Ἀλανοὶ τῆς Ποντικῆς εἰσι διοικήσεως, οἱ δὲ Ῥώσιοι τῆς Θρᾳκικῆς. Περὶ δὲ τῶν λεγάτων τοῦ πάπα Ῥώμης, καὶ τίνες οὗτοί εἰσι, καὶ πῶς ἐνεδόθη αὐτῷ ἡμετέρους μητροπολίτας ἔχειν λεγάτους, εἰρήσεται μετὰ τὸ προσφώνημα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου.

A BALS. Quomodo sit honoratus thronus Constantinopolitanus, in 3 can. syn. secundæ dictum est: et lege eum, et primum cap. tit. 8 præsentis operis. Præsens autem canon postquam dixit, habere quidem thronum Constantinopolis Romanorum Ecclesiæ privilegia, esse autem secundum post illum; adjicit, quosdam metropolitanos ab illo ordinari, ut et unusquisque ipsorum rursus debeat cum sua synodo, eos qui subsunt episcopos ordinare. Metropoleon vero electiones a metropolitanis de more fieri, et quod factum est ab illis ad patriarcham referri, ut ejus examinatione ex tribus electis unus ordinetur. Nota ergo, quod ante hunc canonem patriarchæ non ordinabant metropolitanos, sed uniuscujusque provinciæ episcopi: et quod metropolitani antistitum B jura habent ad faciendos episcopos, et quod non debent patriarchæ seu metropolitani in metropolitanorum aut episcoporum electionibus interesse. Quære 4 can. primæ syn., secundæ syn. can. 2, tertiæ 8 et sextæ 39. Scias autem, quod metropolitani dicuntur Pontici, qui prope Euxinum Pontum habitant Trapezuntem usque, et interius; Asiani, qui sunt circa Ephesum, Lyciam et Pamphyliam et partes circumjacentes; non Orientales, ut dicunt quidam. Antiochia enim habet Orientis ordinationem. Et Thracici, Occidentales. Etsi enim nonnulli Thraciam ad Macedoniæ usque terminos in angustum redegerunt, dixerunt Macedoniæ metropolitanos, Thessalos, Helladicos et Peloponnesios C a papa Romano aliquando fuisse ordinatos, et hoc utique ex eo probari, quod non concessum sit Constantinopolitano patriarchæ eos ordinare: sed tu his fidem ne adhibueris. Thraciæ enim nomine comprehenduntur metropoles usque ad ipsum Dyrrachium. Quidam autem male dicunt, papam aliquando ordinasse Thessalonicensem, et alios Occidentales metropolitanos. Hos enim habuit legatos. Episcopatus autem dic esse inter Barbaros, Alaniam, Russiam et alios. Alani enim sunt Ponticæ diœcesis: Rossi vero Thraciæ. De legatis autem papæ Romani et quinam hi sunt, et quomodo illi concessum est, ut nostros metropolitanos legatos haberet, dicetur post allocutionem synodi quæ fuit in Trullo.

Ἑτέρα ἑρμηνεία.

D Ὁ μὲν παρὼν κανὼν διορίζεται ἔχειν τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἀρχιεπίσκοπον τὰ πρεσβεῖα

146 *Altera expositio.*

Ac præsens quidem canon statuit Constantinopolitanum archiepiscopum habere privilegia Papæ

Guill. Beveregii notæ.

verba hæc adduntur, Ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ἐνεδόθη τῷ Κωνσταντινουπόλεως χειροτονεῖν τοὺς μητροπολίτας καὶ τοὺς ἀρχιεπισκόπους τῶν ἐν τούτῳ δηλουμένων ἐπαρχιῶν· πρὸ τούτου γὰρ αὐτοκέφαλοι ἦσαν. *A præsenti canone episcopo Constantinopolitano conceditur ordinare metropolitas et archiepiscopos provinciarum, quæ in eo commemorantur. Antea enim sui juris erant.* Hæc neque ad ipsum canonem nec scholium quodlibet pertinentia, hic potius, quam in ipso libro apponere visum est.

(41) *Ἀσιανοὶ οἱ περὶ τὴν Ἔφεσον.* Pro his, usque ad ἔχει χειροτονίαν, in prioribus Balsamonis editionibus hæc sola lecta sunt, Ἀσιανοὶ οἱ μέχρι τῶν Ταυρείων διήκοντες, quibus codices Ætoniensis et Amerbachianus consentiunt; nisi quod in iis legatur, μέχρι τῶν Ταυρείων ὀρῶν διήκοντες.

Romæ, et eum quemadmodum et ille, in omnibus rebus ecclesiasticis honorari ac magni fieri, convenienter 3 canoni secundæ syn. Nonnulli autem, videntes eum nolle papæ Romani privilegio se jactare et extollere (neque enim imp. loro ei caput tegitur, nec cum imp. sceptris, signis, et vexillis progreditur, nec imperial. præ se fert auctoritatem, nec revera induitur et equitat secundum id quod imperiali decreto continetur a sancto Magno Constantino ad papam Romanum sanctum Silvestrum et successores ejus facto) dicunt ea quæ his canonibus continentur exolevisse et in usu non esse, id etiam quod dicunt ex hoc confirmantes, quod in imperialibus longo post tempore scriptis et repurgatis non sitæ sint leges, quæ definiant Constantinopolitanum archiepiscopum habere Romani papæ privilegia, quemadmodum et nos ea declaravimus in primo cap. tit. 8 præsentis operis. Ego vero, cum Constantinopolitanus civis sim integerrimus, et sanctissimi Constantinopolitani throni factus Dei gratia pars opportunissima, volo et opto, ut archiepiscopus Constantinopolitanus, citra ullum tamen offendiculum, habeat omnia privilegia, quæ a divinis canonibus sunt illi honorifice concessa.

ZONAR. Constantinopolitanæ urbis thronum antiquæ Romæ throno nullo pacto dignitate cedere, sed æqualibus illi prærogativis honestatum fuisse, non sunt qui evincere contendant. Verum hæc controversia secundæ synodi tertio canone satis jam explicata est, hallucinarique in ea re ejusmodi homines demonstratum; quem locum quicunque animadverterit, regiam hanc urbem secundam honoris ac dignitatis ordine constituendam esse facile intelliget. Nam æqualibus frui privilegiis ob imperium et senatum dicitur: quamvis illud, mutato rerum statu, in tyrannidem degeneravit; hic vero, splendore pristino amisso, defecit. Ut sanctorum illorum Patrum ea mens fuerit, quoniam urbs imperio ac senatu, sicut olim Roma, ornata fuit, eam ecclesiasticis quoque prærogativis iisdem omnibus, quibus illa, honestari oportere, ac primum quidem inter alias omnes ecclesias, ab illa vero secundum dignitatis locum obtinere. Omnibus namque modis æqualem, propter allatas eo loco rationes, intelligere non possumus, nisi forte dixerit quispiam quoniam divini illi Patres Spiritu sancto illuminati præviderunt, Romanam Ecclesiam propter errores suos ab orthodoxorum cœtu segregandam, atque omni fidelium consortio eliminandam fore, primas huic detulerunt; atque ita iisdem eam prærogativis in omnibus decorarunt, quæ ut illa aliquando, principatum olim obtinebit. Nam præpositionem *post*, juxta eos de post in tempore constitutæ reginæ urbium, intelligi non permittit canon 36 synodi Trullanæ, secundum Constantinopolis thronum post veteris Romæ thronum constituens et subjungens, Post hunc Alexandrinus numeretur thronus, deinde

A τοῦ πάπα Ῥώμης, καὶ κατ' ἐκεῖνον ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πράγμασι μεγαλύνεσθαι ἀκολούθως τῷ τρίτῳ κανόνι τῆς β' συνόδου. Τινὲς δὲ, βλέποντες τοῦτον διὰ μηδενὸς τῶν προνομίων τοῦ πάπα Ῥώμης ἀποσεμνυνόμενον (οὔτε γὰρ ὑπὸ βασιλικοῦ λώρου τὴν κεφαλὴν καταχαλύπτεται, οὔτε μετὰ βασιλικοῦ σκήπτρου καὶ σίγνων καὶ βάντων προοδεύει, οὔτε ἀξιώματα προβάλλεται βασιλικὰ, οὔτε ἀληθινὰ ἐνδιδύσκεται, καὶ καβαλικεύει κατὰ τὴν περίληψιν τοῦ γεγονότος βασιλικοῦ θεσπίσματος παρὰ τοῦ ἁγίου μεγάλου Κωνσταντίνου πρὸς τὸν πάπαν Ῥώμης ἅγιον Σίλβεστρον καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν), λέγουσι ἀπρακτῆσαι τὰ τῶν κανόνων, κατασκευάζοντες τὸν οἰκεῖον λόγον καὶ ἀπὸ τοῦ μὴ καταστρωθῆναι εἰς τὰ βασιλικὰ, τὰ μεταγενεστέρως B καταπολὺ συγγραφέντα καὶ ἀνακαθαρθέντα, τοὺς νόμους τοὺς διοριζομένους ἔχειν τὸν Κωνσταντινουπόλεως τὰ προνόμια τοῦ πάπα Ῥώμης, καθὼς καὶ ἡμεῖς παρεδηλώσαμεν τὰ περὶ τούτου ἐν τῷ α' κεφ. τοῦ η' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. Ἐγὼ δὲ Κωνσταντινουπολίτης ὢν ἀκραιφνέστατος, καὶ τοῦ ἁγιωτάτου θρόνου τῆς Κωνσταντινουπόλεως μέρος γεγονὼς τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ καιριώτατον, θέλω καὶ εὔχομαι ἔχειν τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἀσκανδαλίστως πάντα τὰ παρὰ τῶν θείων κανόνων φιλοτιμηθέντα αὐτῷ προνόμια.

ΖΩΝΑΡ. Βιάζονταί τινες κατασκευάζειν μὴ ἐλαττοῦσθαι τῇ τιμῇ τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνον τοῦ θρόνου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, ἀλλὰ C τῶν ἴσων πρεσβείων ἐκείνῃ καταπολαύειν. Ἤδη μὲν οὖν ἐν τῷ γ' κανόνι τῆς δευτέρας συνόδου εἴρηται περὶ τούτου, καὶ ἀποδέδεικται μὴ εὐστόχως ἐκείνους λέγειν· καὶ ζητητέον τὰ ἐκεῖ εἰρημένα ἀρκοῦντα εἰς ἀπόδειξιν τοῦ δευτέραν ταύτην βασιλίδα πόλιν κατὰ τάξιν τῆς τιμῆς κρίνεσθαι. Τὸ γὰρ τῶν ἴσων ἀπολαύειν πρεσβείων διὰ τὴν βασιλείαν καὶ τὴν σύγκλητον εἴρηται· εἰ καὶ ἡ μὲν εἰς τυραννίδα μετήμειπται, ἡ δὲ συγκέκλειστται καὶ ἐκλέλοιπε. Τοῦτο λεγόντων τῶν ἁγίων Πατέρων ἐκείνων, ὅτι ἐπὶ βασιλείᾳ ἐτιμήθη ἡ πόλις αὕτη καὶ συγκλήτῳ ὡς πάλαι Ῥώμη, δεῖ αὐτὴν καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς προνομίοις, ὡς ἐκείνην τιμᾶσθαι, πᾶσι τῶν ἄλλων προτιμωμένην ἐκκλησιῶν, δευτέραν δὲ μετ' ἐκείνην ὑπάρχουσαν. Τῶν ἴσων D γὰρ ἐν ἅπασιν ἀξιοῦσθαι ταύτην ἀμήχανον, δι' ἃς αἰτίας ἐκεῖσε εἰρήκαμεν, εἰ μή πού τις εἴποι ὅτι προορῶντες ἐν Πνεύματι ἁγίῳ οἱ θεῖοι Πατέρες ἐκεῖνοι, ὡς ἀποτμηθήσεται τῆς τῶν ὀρθοδόξων ὁλοκληρίας, καὶ ἐξοστρακισθήσεται τῆς ὁμηγύρεως τῶν πιστῶν διὰ δόγματα ἑτερόδοξα ἡ Ῥωμαίων Ἐκκλησία, πρώτην ταύτην ἐλογίσαντο· καὶ οὕτως τῶν αὐτῶν ἐκείνῃ δικαίων ἐν πᾶσιν ἠξίωσαν πρωτεύειν μέλλουσαν, ὡς ἐκείνη ποτέ. Τὴν γὰρ *μετὰ* πρόθεσιν οὐ συγχωρεῖ κατ' ἐκείνους νοεῖσθαι ἐπὶ τῷ μετὰ χρόνῳ τῆς συστάσεως τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων ὁ λς' κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, δεύτερον τὸν θρόνον τῆς Κωνσταντινουπόλεως τάττων μετὰ τὸν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ ἐπάγων, Μεθ' ὃν ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας ἀριθμείσθω θρόνος, εἶτα

ὁ τῆς Ἀντιοχείας, καὶ μετὰ τοῦτον, ὁ τῆς Ἱεροσολυμιτῶν. Ὡς γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων θρόνων ἡ *μετὰ* πρόθεσις ὑποβιβασμὸν δηλοῖ, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ θρόνου τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐτέθη. Καὶ οὕτω νοεῖσθαι χρεών. Καὶ ὁ ἐν πατριάρχαις δὲ ἀοίδιμος Νικηφόρος ὁ θεῖος ἐν τῷ ιβ' τῶν παρ' αὐτοῦ συγγραφέντων κεφαλαίων κατὰ τῶν εἰκονομάχων ταῦτά φησιν· Ὅτι δὲ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἀπερριμμένοι εἰσί, σαφῶς μαρτυροῦσι καὶ τὰ πεμφθέντα γράμματα διὰ τοῦ μακαριωτάτου ἀρχιερέως τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, τουτέστι τοῦ πρώτου καὶ ἀποστολικοῦ θρόνου. Ταῦτα περὶ τῆς τάξεως καὶ τομῆς διαταξαμένη ἡ ἱερὰ σύνοδος τοῦ θρόνου τῆς μεγαλοπόλεως ταύτης διαλέγεται καὶ περὶ τῶν ὑποκεῖσθαι μελλουσῶν αὐτῇ διοικήσεων, καὶ ταύτας εἶναί φησι τὴν Ποντικήν, τὴν Ἀσιανήν, καὶ τὴν Θρᾳκικήν· ὧν δὴ διοικήσεων καὶ τὰς χειροτονίας τῶν μητροπολιτῶν μόνων ἀνατίθησι τῷ Κωνσταντινουπόλεως. Εἴρηται δὲ τὸ *μόνων*, ἵνα μὴ καὶ τὰς τῶν ἐπισκόπων χειροτονίας σφετερίσηταί τις τῶν Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπων. Ἐκεῖναι γὰρ ἑκάστῳ τῶν μητροπολιτῶν, οἷς ἀνέκαθεν ἀνῆκον, ἐλάθησαν. Διὸ καὶ ἐπιφέρει ὁ κανὼν τὸ δηλαδὴ ἑκάστου μητροπολίτου χειροτονοῦντος τοὺς τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπους μετὰ τῶν ἐπισκόπων τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας. Ἀνατίθησι δὲ τῷ Κωνσταντινουπόλεως καὶ τὴν χειροτονίαν τῶν ἐπισκόπων τῶν ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς ἔθνεσι, τοῖς οὖσιν ἐν ταῖς ῥηθείσαις διοικήσεσιν, οἷοί εἰσιν οἱ Ἀλανοὶ καὶ οἱ Ῥῶσοι· οἱ μὲν γὰρ τῇ Ποντικῇ διοικήσει, οἱ δὲ Ῥῶσοι τῇ Θρᾳκικῇ συμπαράκεινται. Ἵνα δὲ μὴ τῇ αὐθεντίᾳ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως νομισθῶσιν οἱ θεῖοι Πατέρες ἐκεῖνοι τὸ πᾶν τῆς χειροτονίας ἀνατιθέναι, ὥστε ποιεῖν ἐκεῖνον ἐπὶ ταῖς χειροτονίαις κατ' ἐξουσίαν ἃ βούλεται, προσέθεντο χειροτονεῖσθαι παρ' αὐτοῦ τοὺς μητροπολίτας συμφώνων ψηφισμάτων γινομένων, καὶ ἐπ' αὐτὸν ἀναφερομένων μονονουχὶ τοῦτο λέγοντες, ὅτι Οὐχ οὓς βούλεται ὁ Κωνσταντινουπόλεως χειροτονήσει μητροπολίτας, ἀλλ' ἡ ὑπ' αὐτὸν σύνοδος τὰς ψήφους ποιήσεται· καὶ ἐφ' οὓς ἂν οἱ ψηφιζόμενοι συμφωνήσουσιν, ἐξ ἐκείνων χειροτονήσει ἀναφερομένων τῶν ψηφισμάτων πρὸς αὐτόν. Τισὶ μὲν οὖν τὸ *μόνων* οὕτω νενόηται, καθὼς εἴρηται· ἄλλοι δὲ εἰς διαστολήν φασι τεθῆναι τῶν λοιπῶν διοικήσεων, διαστελλόντων τῶν Πατέρων τὰς ἄλλας διοικήσεις, καὶ τὰς εἰρημένας μόνας ἀνατιθεμένων τῷ θρόνῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως. Αἱ γὰρ λοιπαὶ διοικήσεις, ἡ τῆς Μακεδονίας δηλαδὴ καὶ Θετταλίας, Ἑλλάδος τε καὶ τῆς Πελοποννήσου, καὶ τῆς λεγομένης Ἠπείρου καὶ τοῦ Ἰλλυρικοῦ τῷ Ῥώμης τῆς παλαιᾶς ἐπισκόπῳ τότε ἀνέκειντο.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ τῆς νέας ἐπίσκοπος Ῥώμης τῷ τῆς παλαιᾶς ὁμότιμος διὰ τὴν τῶν σκήπτρων μετάθεσιν· ὅθεν οἱ Πόντου, καὶ Ἀσίας καὶ τῆς Θρᾴκης καὶ οἱ βάρβαροι, τῷ τῆς Κωνσταντινουπόλεως κεχειροτόνηνται.*

Ἰσότιμος ὁ Κωνσταντινουπόλεως τῷ τῆς Ῥώμης ἐπισκόπῳ, καὶ τῶν ἴσων ἀπολαύσει πρεσβείων,

A Antiochenus, et post eum Hierosolymitanus. Sicut igitur, ubi de aliis sedibus sermo est, inferiorem dignitatis gradum præpositio illa, post, significet, ita etiam, cum de Constantinopolitana sede agitur, eodem modo accipiendam esse facile constat. Et vero clarissimus patriarcha Nicephorus divinus in duodecimo scriptorum suorum contra Iconomachos capite hæc habet: Esse vero istos (Iconomachos scilicet) ab Ecclesia catholica prorsus exclusos atque ejectos, vel ipsæ litteræ quæ a beatissimo antistite veteris Romæ, hoc est a prima et apostolica sede missæ sunt satis superque testantur. His igitur de throni magnæ hujusce civitatis ordine et honore a sacra synodo constitutis, de diœcesibus etiam illi olim subjiciendis disserit, B quas dicit esse Ponticam, Asianam **147** et Thracicam: quarum quidem diœcesium metropolitanos solos a patriarcha Constantinopolitano ordinari jubet. Sed *solos* inquit, metropolitanos, ne episcopos quoque creandi jus Constantinopolitanus sibi quandoque antistes assumeret. Illud enim unicuique metropolitano, quos penes olim quoque fuerat, est relictum. Idcirco subjungit canon, hoc viz. unoquoque metropolitano provinciæ suæ episcopos, adhibitis aliis ejusdem provinciæ episcopis, ordinante. Episcoporum vero illorum, qui apud barbaras nationes in dictis diœcesibus degunt, quales Alani sunt et Russi, illi quidem Ponticæ diœcesi, hi vero Thracicæ adjuncti, Constantinopolitano C etiam præsuli ordinationem demandat. Verum ne a divinis Patribus, quæ ad creationem metropolitanorum pertinent, universa Constantinopolitani auctoritati concessa esse putarentur, ut ipsi quæcunque collibitum esset, pro potestate statuere liceret; idcirco, ab illo quidem, sed consentientibus tamen aliorum suffragiis, atque ad eum delatis, metropolitanos creandos esse decernunt. Quibus nimirum verbis id aperte indicare voluerunt, non fas esse Constantinopolitano præsuli metropolitanos, arbitratu suo quos voluerit, constituere; sed quos, suffragiis inspectis, concordibus votis per subjectam synodum designatos esse cognoverit, ex eo numero aliquem ab ipso scilicet esse deligendum existimavere. Ac verbum quidem (solum) hoc D pacto nonnulli intelligendum existimavere. Alii, ut enumeratas diœceses a reliquis segregarent, easque tantum Constantinopolitanæ ditioni adjudicatas esse declararent, id verbum a Patribus adhibitum fuisse arbitrantur. Nam aliæ diœceses, Macedoniæ scilicet ac Thessaliæ, totiusque Græciæ et Peloponnesi, et ejus quæ Epirus dicitur, ac Illyrici veteris Romæ episcopo tunc temporis ascriptæ fuerunt.

ARIST. *Novæ Romæ episcopus eodem atque veteris honore fruatur, propter imperii translationem. Quapropter Ponti, Asiæ, Thraciæque episcopi ut et Barbari a Constantinopolitano ordinentur.*

Episcopus Constantinopolitanus æqualem habet Romano honorem, et æqualibus fruetur privilegiis,

quia ipsa imperio et senatu honoratur. Subjecti autem ipsi erunt soli Ponti, et Asiæ, et Thraciæ metropolitani, et ab ipso ordinati. Similiter et qui in istiusmodi sunt diœcesibus Barbarorum episcopi. Nam Macedoniæ, et Illyriorum, et Thessaliæ, et Atticæ, et Peloponesi, et Epiri universæ, et illius gentium diœcesis sub Romano tunc temporis erat.

διὰ τὸ βασιλείᾳ τε καὶ συγκλήτῳ ταύτην τιμηθῆναι· ὑποκείσονται δὲ αὐτῷ μόνοι οἱ τοῦ Πόντου, καὶ Ἀσίας, καὶ τῆς Θρᾴκης μητροπολῖται, καὶ χειροτονηθήσονται ὑπ' αὐτοῦ. Ὡσαύτως καὶ οἱ ἐν ταῖς τοιαύταις διοικήσεσι τῶν Βαρβάρων ἐπίσκοποι. Ἡ γὰρ τῆς Μακεδονίας, καὶ Ἰλλυριῶν, καὶ Θετταλίας, καὶ Ἀττικῆς, καὶ Πελοποννήσου, καὶ πάσης Ἠπείρου, καὶ τῶν ταύτης ἐθνῶν διοίκησις ὑπὸ τὸν Ῥώμης τῷ τότε ἐτέλει.

CANON XXIX.

Episcopum in presbyteri gradum deducere est sacrilegium. Si qua autem justa causa illos ab episcopali actione removet, nec presbyteri debent locum obtinere. Sin autem absque ullo crimine dignitate moti sunt, ad episcopalem dignitatem redibunt. Anatolius religiosissimus Constantinopolitanus archiepiscopus dixit : Ii qui dicuntur ab episcopali dignitate ad presbyteri ordinem descendisse, si justis quidem aliquibus de causis condemnantur, jure nec presbyteri quidem honore digni sunt : sin autem sine aliqua probabili causa ad inferiorem gradum depressi sint, jure, si quidem nulli crimini obnoxii deprehendantur, episcopatus auctoritatem et sacerdotium recipient.

ΚΑΝΩΝ ΚΘ'.

Ἐπίσκοπον εἰς πρεσβυτέρου βαθμὸν (42) *φέρειν ἱεροσυλία ἐστίν. Εἰ δὲ αἰτία τις δικαία ἐκείνους ἀπὸ τῆς πράξεως τῆς ἐπισκοπῆς ἀποκινεῖ, οὐδὲ πρεσβυτέρου τόπον κατέχειν ὀφείλουσιν. Εἰ δὲ ἐκτός τινος ἐγκλήματος ἀπεκινήθησαν τοῦ ἀξιώματος, πρὸς τὴν τῆς ἐπισκοπῆς ἀξίαν ἐπαναστρέψουσιν. Ἀνατόλιος ὁ εὐλαβέστατος* (43) *ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως εἶπεν· « Οὗτοι οἱ λεγόμενοι ἀπὸ τῆς ἐπισκοπικῆς ἀξίας εἰς τὴν πρεσβυτέρου τάξιν κατεληλυθέναι, εἰ μὲν ἀπὸ εὐλόγων τινῶν αἰτιῶν καταδικάζονται, εἰκότως οὐδὲ τῆς πρεσβυτέρου ἐντὸς ἄξιοι τυγχάνουσιν εἶναι τιμῆς· εἰ δὲ δίχα τινὸς αἰτίας εὐλόγου εἰς τὸν ἥττονα κατεβιβάσθησαν βαθμὸν, δίκαιοι τυγχάνουσιν, εἴ γε ἀνεύθυνοι φανεῖεν, τὴν τῆς ἐπισκοπῆς ἐπαναλαβεῖν ἀξίαν τε καὶ ἱερωσύνην.*

BALS. Scriptum est in fine Actorum 4 synodi relatum fuisse a Photio metropolis Tyri episcopo ad regem Marcianum, quod episcopus Beritensis civitatis arrepta occasione, diversos episcopatus ab Ecclesia Tyriorum avulsit, Byblum, Botrin, Tripolin, Orthosiadem, **148** Arcadem et Antaradum, et eos qui ab ipso Photio ordinati fuerant, depositos episcopos, in presbyteri locum deduxit. Hoc cum observassent, qui secundum imperiale decretum Chalcedone convenerant Patres, cum civilibus magistratibus statuerunt æquum esse, Tyriorum Ecclesiæ restitui ablatos, ut dictum est, episcopatus, et habere depositos episcopos priores honores. Et Romæ quidem Ecclesiæ loci conservatores pronuntiarunt. Episcopum in presbyteri locum dedncere est sacrilegium, et cæt. Anatolius autem et magistratus et reliqua synodus secuti sunt. Lege primum et 2 can. syn. Ancyr.

ΒΑΛΣ. Γέγραπται περὶ τὰ τέλη τῶν Πρακτικῶν τῆς δ' συνόδου ἀνενεχθῆναι παρὰ Φωτίου ἐπισκόπου τῆς μητροπόλεως Τύρου τῷ βασιλεῖ Μαρκιανῷ, ὡς ὁ ἐπίσκοπος τῆς Βηρυτῶν πόλεως, καιροῦ δραξάμενος, ἀπέσπασεν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας τῶν Τυρίων διαφόρους ἐπισκοπὰς, Βύβλον, Βότρυν, Τρίπολιν, Ὀρθωσιάδα, Ἀρκὰς καὶ Ἀντάραδον, καὶ τοὺς ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ Φωτίου χειροτονηθέντας ἐπισκόπους καθελὼν, εἰς πρεσβυτέρου τόπον κατήγαγεν. Τοῦτο γοῦν τηρήσαντες κατὰ βασιλικὸν ὁρισμὸν οἱ ἐν Χαλκηδόνι συνελθόντες Πατέρες, μετὰ καὶ πολιτῶν ἀρχόντων ὥρισαν δίκαιον εἶναι ἀποκατασταθῆναι τῇ τῶν Τυρίων ἐκκλησίᾳ τὰς ἀφαιρεθείσας, ὡς εἴρηται, ἐπισκοπὰς, καὶ ἔχειν τοὺς καθαιρεθέντας ἐπισκόπους τὴν προτέραν τιμήν. Οἱ μὲν τοποτηρηταὶ τῆς Ἐκκλησίας Ῥώμης ἀπέφηναν τὸ, ἐπίσκοπον εἰς πρεσβυτέρου βαθμὸν φέρειν ἱεροσυλία ἐστὶ, καὶ τὰ

Guill. Beveregii notæ.

(42) *Ἐπίσκοποι εἰς πρεσβυτέρου βαθμόν*. Hic, cum sequente canone, nec ab ipso Photio agnoscitur, qui in præfatione ad Nomocanonem hanc synodum solos 28 canones edidisse statuit, Συνόδου τῆς ἐν Χαλκηδόνι τῶν χλ' ἁγίων Πατέρων κανόνες κη'. Sed in omnibus Balsamonis, Zonaræ, et Aristeni codicibus exstat. Verumenimvero nihil aliud est, quam decretum hujus concilii, quo causa inter Photium episcopum Tyri et Eustathium episcopum Beryti agitata finita est. Nimirum Eustathius sex civitates ad Photium pertinentes sibi arripuerat, et episcopos earum, a Photio ordinatos, amoverat, et in presbyterorum ordinem detruserat. De qua re judices in synodo certiores facti, eam synodo determinandam committebant, ad quam solam pertinebat, τὰ περὶ τούτου τελείως ψηφίζεσθαι καὶ τυποῦν τῆς ἁγίας συνόδου. Quæ cum judices dixissent, Paschasianus, Lucentius et Bonifacius vicarii Sedis Romanæ, primam hujus canonis partem pronuntiabant, et Anatolius Constantinopolitanus addidit, quæ in ipso canone dixisse traditur : quibus tota synodus protinus consensit, acclamans, *Δικαία ἡ κρίσις τῶν Πατέρων*. Hæc fusius explicata vide ad finem quartæ Actionis hujus synodi, ubi etiam ipsum hoc decretum exstat. Act. syn. Chalced. pag. 247, edit. Col. an. 1618.

(43) *Ἀνατόλιος ὁ εὐλαβέστατος*. Hæc verba usque ad οὗτοι inclusive, in ms. Amerbachiano desiderantur : sed in ipsis Actis ante citatis leguntur.

ἑξῆς. Ἀνατόλιος δὲ καὶ οἱ ἄρχοντες καὶ λοιπὴ σύνοδος ἠκολούθησαν. Ἀνάγνωθι τὸν α' καὶ β' κανόνα τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου, τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου κανόνα θ', συνόδου ς' κανόνα γ', κς', καὶ τοῦ ἁγίου Βασιλείου κανόνα κζ' καὶ ο'. Ὑπέξελέ μοι τοὺς μετὰ τὴν χειροτονίαν γαμήσαντας. Οὗτοι γὰρ, μετὰ τὸ παυσθῆναι τῆς λειτουργίας, ἐνεργοῦσί τινα. Καὶ ἀνάγνωθι τὴν οθ' νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Φιλοσόφου, καταστρωθεῖσαν εἰς τὸν ς' κανόνα τῆς ς' συνόδου· καὶ τὸ τέλος τῶν γεγονυιῶν ἐρωτήσεων πρὸς τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγίαν σύνοδον, καὶ τὰς ἐπ' αὐτῷ ἀποκρίσεις κατὰ τὴν ἐφημερίαν τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πατριάρχου κυροῦ Νικολάου.

A Neocæsar. syn. canon. 9, syn. 6 can. 3, 26, et sancti Basilii can. 27 et 70. Excipe mihi eos qui post ordinationem uxores duxerunt. Ii enim postquam a ministerio cessaverunt, quædam agunt. Lege 79 Novellam imp. domini Leonis Philosophi, sitam in 6 can. 6 syn. et finem interrogationum factarum ad sanctam Constantinopolitanam synodum, et responsiones ad illas tempore sanctissimi illius patriarchæ domini Nicolai.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς ἐπισκόπους οὐ δεῖ κατάγεσθαι εἰς πρεσβυτέρου βαθμόν. Ἢ γὰρ διά τινα αἰτιάματα τῆς ἀρχιερωσύνης ἐκβάλλεταί τις, καὶ οὐδὲ ἱερεὺς ὁ τοιοῦτος δύναται εἶναι· ἢ χωρὶς αἰτίας εἴργεται τοῦ εἶναι ἐπίσκοπος, καὶ οὐ κατενεχθήσεται εἰς πρεσβυτέρου τάξιν, ἀλλ' ὡς μάτην ἐκπεσὼν τῆς οἰκείας ἀξίας καὶ ἐξ οὐδεμιᾶς δικαίας αἰτίας, ἐπαναλήψεται τὸν οἰκεῖον τόπον, καὶ ἔσται αὖθις ἐπίσκοπος. Τὸ γὰρ ἐξ ἐπισκοπῆς εἰς πρεσβυτέρου βαθμὸν καταχθῆναι ἱεροσυλίαν ὁ κανὼν ὠνόμασε. Συλᾶταί γε τὴν ἱερωσύνην ὁ ταύτης οὐκ ἐνδίκως στερούμενος, καὶ ὁ ἀδίκως στερῶν αὐτῆς τὸν ἔχοντα ταύτην οὐχ ἱερόν τι συλᾷ, ἀλλὰ καί τι πλέον καὶ μεῖζον. Διὰ γὰρ τῆς ἐπικλήσεως τοῦ ἀρχιερέως οἱ ναοὶ καθιεροῦνται τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιφοιτήσει, καὶ τὰ ἱερὰ ἁγιάζονται, καὶ μεῖζον πάντως τὸ ἁγιάζον τοῦ ἁγιαζομένου.

ZONAR. Neminem ex episcopali fastigio ad presbyteri gradum demitti licet. Vel enim a summo B sacerdotio ob crimina quædam ejicitur, et omni sacerdotii quoque inferioris functione talis indignus existimabitur: vel sine causa episcopi dignitate privatur, proindeque non in presbyteri ordinem referri, sed ei dignitatem præter meritum ereptam reddi, ac in eum, unde per injuriam dejectus fuit, honoris locum restitui decet. Ex episcopatu enim in presbyteri gradum dejici quemquam, sacrilegium nominat canon. Exuitur quippe ille per injuriam summi sacerdotii dignitate, quam qui eripit, non modo rem sacram, sed aliquid etiam re sacra majus atque præstantius rapit. Summi siquidem sacerdotis obtestatione ac precibus templa illapsu sancti Spiritus consecrantur, suamque sacræ res aliæ sanctitatem accipiunt; majorem autem esse, C qui res sanctas efficit, ipsis rebus sanctificatis omnino necesse est.

ΑΡΙΣΤ. *Ὁ καταβιβάζων ἐπίσκοπον εἰς πρεσβύτερον, ἱερόσυλος· ὁ γὰρ ὑπαίτιος καὶ ἀνίερος· ὁ δὲ καταβιβασθεὶς ἀναίτιος, ἔστω ἐπίσκοπος.*

Ἱεροσυλία ἐστὶν ἄντικρυς τὸ τὸν ἐπίσκοπον εἰς πρεσβυτέρου κατάγειν βαθμόν. Ἢ γὰρ ὑπαίτιός ἐστι, καὶ καθαιρεῖται τῆς ἱερωσύνης· ἢ ἐκτός τινος ἐγκλήματος, καὶ οὐκ ὀφείλει μετακινεῖσθαι τοῦ τῆς ἐπισκοπῆς ἀξιώματος.

ARIST. *Qui episcopum ad presbyteri gradum detrudit sacrilegus est. Qui enim crimini obnoxius, etiam sacerdotio indignus est. Qui vero insons dejectus est, sit episcopus.*

Episcopum ad presbyteri gradum deducere, palam est sacrilegium. Vel enim crimini obnoxius est, et sacerdotio deponitur, vel extra culpam est, et episcopatus dignitate non debet amoveri.

ΚΑΝΩΝ Λ'.

Ἐπειδὴ οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι τῆς Αἰγύπτου, οὐχ ὡς μαχόμενοι τῇ καθολικῇ πίστει, ὑπογράψαι τῇ ἐπιστολῇ τοῦ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Λέοντος ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀνεβάλλοντο, ἀλλὰ φάσκοντες ἔθος εἶναι ἐν τῇ Αἰγυπτιακῇ διοικήσει παρὰ γνώμην καὶ διατύπωσιν τοῦ ἀρχιεπισκόπου μηδὲν τοιοῦτο ποιεῖν, καὶ ἀξιοῦσιν ἐνδοθῆναι αὐτοῖς ἄχρι τῆς χειροτονίας τοῦ ἐσομένου τῆς τῶν Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως ἐπισκόπου· εὔλογον ἡμῖν ἐφάνη καὶ φιλάνθρωπον, ὥστε αὐτοῖς μένουσιν ἐπὶ τοῦ ὁμοίου σχήματος ἐν τῇ βασιλευούσῃ πόλει ἔνδοσιν παρασχεθῆναι, ἄχρις ἂν χειροτονηθῇ ὁ ἀρχιεπίσκοπος τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως. Ὅθεν μένοντες ἐπὶ τοῦ οἰκείου σχήματος ἢ ἐγγύας παρέξουσιν, εἰ τοῦτο αὐτοῖς δυνατὸν, ἢ ἐξωμοσίας καταπιστευθήσονται.

CANON XXX.

Quoniam religiosissimi Ægypti episcopi, non ut catholicæ fidei adversantes, sanctissimi archiepiscopi D *Leonis epistolæ subscribere differebant, sed dicentes in Ægyptiaca diœcesi hanc esse consuetudinem, ut præter voluntatem et mandatum episcopi nihil tale faciant, et petunt concedi sibi usque ad ordinationem futuri magnæ civitatis Alexandrinorum episcopi: justum nobis et humanum visum est, ut ipsis in eodem habitu in imperiali urbe manentibus remissio concedatur, donec ordinatus fuerit magnæ Alexandrinorum civitatis archiepiscopus. Unde in proprio habitu manentes, vel fidejussores dabunt, si hoc ab eis fieri potest, vel eorum jurejurando fides habebitur.*

BALS. Scriptum est in quarta actione Actorum 4 synodi, quod post Dioscori Alexandriæ episcopi depositionem, 13 Ægyptii episcopi ex Alexandrina diœcesi **149** præsentes Eutychen et ejus dogmata anathematizarunt : subscribere autem consequenter epistolæ sancti Leonis papæ Romani, quam misit ad Flavianum patriarcham Constantinopolitanum, ut iis quæ in ea erant assentientes, non persuadebantur : dicentes esse inusitatum in sua Ægyptiaca diœcesi præter Alexandrini archiepiscopi sententiam tale quid facere, et petentes id sibi concedi donec Alexandrinus archiepiscopus factus sit. Quoniam ergo quidam eos sic dicentes non admittebant, definiit synodus eos nihil mali pati oportere, sed in proprio statu manere, et Alexandrini archiepiscopi ordinationem exspectare. Interea autem vel dare fidejussores de sistendo, vel si fidejussores dare non possunt, eorum jurejurando fidem haberi (Græce est ἐξωμοσία). Est autem ἐξωμοσία, dum in caput imperatoris vel in propriam salutem jurat quispiam. Dicitur autem ἐξωμοσία, quod non reducitur hoc jusjurandum secundum jurisperitos ad quinque jurisjurandi species lege statutas, sed est extra eas. Lege 8 them. 20 cap. 4 tit. VII lib. Basilic. et quæ extra scripta sunt. Nota autem ex hoc præsenti canone quomodo exponitur 20 canon apostolicus, dicens : Clericus fidejubens deponatur : et lege ejus interpretationem.

A ΒΑΛΣ. Γέγραπται ἐν τῇ τετάρτῃ πράξει τῶν Πρακτικῶν τῆς δ' συνόδου ὅτι μετὰ τὴν καθαίρεσιν Διοσκόρου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας τρισκαίδεκα ἐπίσκοποι Αἰγύπτιοι παρουσιάζοντες ἀπὸ τῆς διοικήσεως Ἀλεξανδρείας τὸν μὲν Εὐτυχέα καὶ τὰ δόγματα αὐτοῦ ἀνεθεμάτισαν· ὑπογράψαι δὲ ἀκολούθως καὶ ἐν τῇ ἐπιστολῇ τοῦ ἁγίου Λέοντος πάππα Ῥώμης, ἣν ἀπέστειλε τῷ πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως Φλαβιανῷ, ὡς στοιχοῦντες τοῖς ἐν αὐτῇ, οὐκ ἐπείθοντο, λέγοντες ἀσύνηθες εἶναι τῇ κατ' αὐτοὺς Αἰγυπτιακῇ διοικήσει παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας τοιοῦτόν τι ποιεῖν, καὶ παρακαλοῦντες ἐνδοθῆναι αὐτοῖς, μέχρις ἂν Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπίσκοπος γένηται. Ὅτι οὖν τινες B οὐ παρεδέχοντο τούτους ταῦτα λέγοντας, ὥρισεν ἡ σύνοδος μηδέν τι αὐτοὺς παθεῖν κακὸν, ἀλλὰ μένειν ἐπὶ τῆς οἰκείας ἐπιτιμίας, καὶ ἀναμένειν τὴν τοῦ Ἀλεξανδρείας χειροτονίαν. Ἐν τῷ μέσῳ δὲ ἢ ἐγγυητὰς δοῦναι παραστάσεως, ἢ ἐὰν μὴ δύνανται δοῦναι ἐγγυητὰς, ἐξωμοσίᾳ καταπιστευθῆναι. Ἐξωμοσία δέ ἐστι τὸ εἰς τὴν κεφαλὴν τοῦ βασιλέως, ἢ εἰς τὴν οἰκείαν σωτηρίαν ὀμόσαι τινά. Καλεῖται δὲ ἐξωμοσία, ὅτι οὐκ ἀνάγεται ὁ ὅρκος οὗτος κατὰ τοὺς νομομαθεῖς εἰς τοὺς νενομισμένους πέντε ὅρκους, ἀλλ' ἔξω τούτων ἐστί. Καὶ ἀνάγνωσον τὸ η' θέμα τοῦ κ' κεφ. τοῦ ς' τίτλου τοῦ ζ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, καὶ τὰ ἔξωθεν αὐτοῦ γεγραμμένα. Σημείωσαι δὲ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ὅπως ἑρμηνεύεται ὁ ἀποστολικὸς κ' κανὼν, ὁ λέγων· Κληρικὸς ἐγγύας διδοὺς καθαιρείσθω, καὶ ἀνάγνωσον τὴν τούτου ἑρμηνείαν.

ZONAR. In quarta synodo contra Dioscorum ac Eutychetem eorumque gregales Chalcedone celebrata, Ægyptii quidam episcopi cum adessent, ut ejusdem synodi decreta, ex sancti Leonis Romani papæ ad Flavianum beatissimum Constantinop. archiepisc. missis litteris edita, chirographo suo confirmarent, adduci non poterant. Non quod ea quidem, ut ferebant, illi minus probarent : sed quod Alexandriæ archiepiscopus tunc quidem nullus erat ; Ægyptiorum episcoporum consuetudinis esse dicentes, nihil inconsulto Alexandrino archiepiscopo de rebus ecclesiasticis constituere ; idcirco parvi sibi temporis moram, donec is creatus fuisset, concedi postulabant. Sed Ægyptiis episcopis quod eorum nempe fidem suspectum haberent, atque ideo synodice decreta suis subscriptionibus confirmare noluerunt, depositionis pœnam synodi antistites irrogavere. Qui tamen in synodo principes viri aderant simul cum senatu, ut, manentibus ipsis in proprio dignitatis episcopalis habitu, Alexandrini archiepiscopi creationem exspectarent, concedi oportere arbitrabantur. Verum syn. antistites delationem illam prætextum esse, ut nacti libertatem discederent, suspicati, de illorum in urbe Constantinopolitana mansione sponsores dari postulabant. Qua quidem postulatione a principibus quoque et senatu probata, Ægyptiis, ut vel fidejussores darent, si quos haberent, vel certe sacramento fidem suam obstringe-

C ΖΩΝΑΡ. Ἐν τῇ τετάρτῃ συνόδῳ τῇ ἐν Χαλκηδόνι συγκροτηθείσῃ κατὰ Διοσκόρου καὶ Εὐτυχοῦς καὶ τῶν ὁμοφρόνων αὐτοῖς παρῆσαν καί τινες τῶν ἐξ Αἰγύπτου ἐπίσκοποι, οἳ παρῃτοῦντο ὑπογράψαι τοῖς δογματισθεῖσι τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, ἑπομένῃ τῇ ἐπιστολῇ τοῦ ὁσίου Λέοντος πάππα Ῥώμης, ἣν ἐπέστειλε τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως Φλαβιανῷ. Παρῃτοῦντο δὲ, οὐχ ὡς ἀπαρεσκόμενοι τοῖς δόξασι τῇ συνόδῳ· ἀλλ' ὅτι Ἀλεξανδρείας οὐκ ἦν τηνικαῦτα ἀρχιεπίσκοπος, λέγοντες ἔθος εἶναι ἐν Αἰγύπτῳ, ἀρχιερεῦσι μηδέν τι πράττειν ἐκκλησιαστικὸν παρὰ γνώμην τοῦ Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπου, καὶ ἀξιοῦντες ἐνδοθῆναι αὐτοῖς, μέχρις ἂν Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπίσκοπος γένηται. Οἱ μὲν οὖν τῆς συνόδου ἀρχιερεῖς, ὑποπτεύοντες ὡς ἑτεροδοξοῦσιν οἱ D Αἰγύπτιοι ἐπίσκοποι, καὶ διὰ τοῦτο οὐ βούλονται βεβαιῶσαι δι' ὑποσημασίας οἰκείας τὰ συνοδικῶς ψηφισθέντα, καθαίρεσιν ἐκείνων κατεψηφίζοντο. Οἱ δὲ συμπαρόντες τῇ συνόδῳ ἄρχοντες καὶ ἡ σύγκλητος διέγνων δεῖν ἐνδοθῆναι αὐτοῖς, μένουσιν ἐπὶ τοῦ οἰκείου σχήματος τῆς ἀρχιερατικῆς ἀξίας, ἀναμένειν τὴν χειροτονίαν τοῦ Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπου. Οἱ δέ γε τῆς συνόδου ἀρχιερεῖς, σκῆψιν τὴν ὑπέρθεσιν ὑπολαβόντες εἶναι, ἵνα τυχόντες ἀδείας ὑποχωρήσωσιν, ᾔτουν ἐγγύας δοῦναι αὐτοὺς προσμένειν τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων· καὶ οἱ ἄρχοντες καὶ ἡ σύγκλητος ἀπεφήναντο ἢ ἐγγύας αὐτοὺς παρασχεῖν, εἰ εὐποροῖεν ἐγγυητῶν, ἢ ἐξωμοσίᾳ καταπιστευθῆναι·

Ἐξωμοσία δ' ἐστὶ τὸ εἰς τὴν κεφαλὴν καὶ τὴν σωτηρίαν τοῦ βασιλέως, καὶ εἰς τὴν οἰκείαν σωτηρίαν ὀμόσαι.

ΑΡΙΣΤ. *Εἴθισται τοῖς Αἰγυπτίοις, εἰ μὴ ὁ ἀρχιεπίσκοπος ἐπιτρέπει, μὴ ὑπογράφειν. Ἐντεῦθεν ἄμεμπτοι μὴ ὑπογράφοντες τῇ ἐπιστολῇ τοῦ ὁσίου Λέοντος, ἕως ἀρχιεπίσκοπος αὐτοῖς γένηται.*

Ἔθος ἐπεκράτησεν ἐν τῇ Αἰγυπτιακῇ διοικήσει ἄνευ ἐπιτροπῆς τοῦ ἀρχιεπισκόπου αὐτῶν μὴ ὑπογράφειν τοὺς ἐπισκόπους. Ἐπεὶ δὲ αὕτη ἡ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία σύνοδος ἐπὶ Μαρκιανοῦ τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως κατὰ τοῦ τότε ὄντος ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας συνῆλθε, τοῦ βεβήλου καὶ αἱρετικοῦ Διοσκόρου, τοῦ φαντασίᾳ τὴν σάρκα μυθολογήσαντος φορέσαι τὸν Κύριον, καὶ ἐν μιᾷ φύσει αὐτὸν ὑπάρχειν, καὶ τῇ θεότητι πάθη προσνέμοντος, καὶ τοῦ θρόνου καθεῖλεν αὐτὸν, καὶ οὔπω ἦν ἕτερος ἀντ' αὐτοῦ τοῦ δυσσεβοῦς προβληθεὶς πατριάρχης, κατὰ τοῦτο τῇ τοῦ ἁγίου πάππα Λέοντος ὀρθοδοξοτάτῃ ἐπιστολῇ ὑπογράψαι οὐκ ἠναγκάσθησαν. Ἀλλ' ἐνεδόθη αὐτοῖς, μέχρις ἂν χειροτονηθῇ τῶν Ἀλεξανδρέων ἐπίσκοπος, καὶ οὕτω κατὰ πρόσταξιν αὐτοῦ ὑπογράψουσιν. Ἀπῃτήθησαν δὲ δοῦναι ἐγγυητὰς, ἢ εἰς τὴν τοῦ βασιλέως κεφαλὴν ἐπομόσασθαι προσκαρτερεῖν ἐνταῦθα μέχρις ἂν ἡ τῶν Ἀλεξανδρέων πόλις ἐπίσκοπον δέξηται.

A rent, imperatum. Est vero sacramentum hoc loco, cum jusjurandum per imperatoris caput et salutem, perque ipsius jurantis salutem concipitur.

ARIST. *Mos est Ægyptiis, nisi archiepiscopus permiserit, non subscribere. Quocirca minime culpandi sunt, qui sancti Leonis epistolæ non subscribunt, usquedum archiepiscopus iis creatus fuerit.*

(59) *Καθαιρείσθω*. Harmenopulus sensum hujus canonis breviter sic exprimit, ἱερεὺς, ἢ διάκονος, ἢ ὑποδιάκονος μετὰ τὴν χειροτονίαν γήμας, καθαιρείσθω. *Sacerdos aut diaconus, aut subdiaconus*

« rum, qui **163** in clerum accedunt, velit lege « matrimonii mulieri conjungi, antequam hypo- « diaconus vel diaconus vel presbyter ordinetur, « hoc faciat. »

BALS. Vicesimus sextus canon apostolicus decernit, ut soli lectores et cantores legitima matrimonia contrahant. De aliis autem clericis nihil dicit. Et propterea eorum doctrinam sancti Patres consequenter extendentes, hic quidem lectores et cantores uxores ducere posse decernunt : nullum autem alium præter hos, sive hypodiaconum sive diaconum sive presbyterum, post ordinationem legitimam uxorem accipere, vel propter canonis transgressionem deponi. Quomodo autem hi degunt, qui ordinationem recusant et uxores accipiunt, disces ex 79 imperatoris domini Leonis Sapientis Novella, hæc partim expresse dicentis : Non admittentes ergo hac in re veterem legislatorem, qui vult presbyterum vel diaconum vel subdiaconum, post sui ordinationem uxori conjunctum, a tali omnino habitu recedere, et ad vitam laicam converti, decretum infirmamus : sancimus autem sufficientem iis esse pœnam, si solo ordine careant in quo ante matrimonium dignoscebantur : Non autem a clericali habitu et alio in ecclesiis ministerio, quod tangere non est illicitum, omnino alieni esse condemnentur. Est autem lex quæ ab hac Novella sublata est cap. 30 tit. 11 lib. III Basilic. quod est 27 cap. Novellæ Justiniani 23.

ZONAR. Apostolico canone vicesimo sexto, cujus hoc loco Patres auctoritatem secuti decretum hoc edidere, hæc eadem constituta reperias. Ne cuiquam igitur, inquiunt, ubi semel in clerum est cooptatus, præter eos qui solis cantorum aut lectorum ordinibus initiati sunt, uxorem postea ducere ullo modo liceat. Presbyteris autem, diaconis et hypodiaconis etiam nullo modo. Iis enim ante ordinationem uxores ducere permittit canon, post ordinationem autem abstinere mandat, vel ad matrimonium se convertentes deponi.

ARIST. « Qui ordinatur, si matrimonium con- « trahit, deponitur : si enim velit, antea matrimo- « nio conjungi debet. »

Decimus quidem synodi Ancyranæ canon jubet eum, qui presbyteri aut diaconi gradum est suscepturus, et cum eum susceperit, ante testatus est se non posse innuptum manere, sed velle uxorem ducere, etiam post ordinationem matrimonium inire, et in proprio manere ministerio. Præsens

A « τῶν εἰς κλῆρον προσερχομένων γάμου νόμῳ « συνάπτεσθαι γυναικὶ, πρὸ τῆς τοῦ ὑποδιακόνου « ἢ διακόνου ἢ πρεσβυτέρου χειροτονίας τοῦτο « πραττέτω. »

ΒΑΛΣ. Ὁ κϛ' ἀποστολικὸς κανὼν διορίζεται μόνους ἀναγνώστας καὶ ψάλτας νομίμους συνάπτειν γάμους. Περὶ δὲ τῶν ἄλλων κληρικῶν οὐδέν τί φησι. Καὶ διὰ τοῦτο πλατύνοντες ἀκολούθως τούτῳ τὴν διδασκαλίαν, οἱ ἅγιοι Πατέρες διορίζονται ἐνταῦθα ἀναγνώστας μὲν καὶ ψάλτας γαμεῖν· ἕτερον δέ τινα παρὰ τούτους, ἤγουν ὑποδιάκονον ἢ διάκονον ἢ πρεσβύτερον, μετὰ τὴν χειροτονίαν μὴ λαμβάνειν νόμιμον γυναῖκα, ἢ μὴν ἐκ παραβασίας τοῦ κανόνος καθαιρεῖσθαι. Ὅπως δὲ διάγουσιν οὗτοι παραιτούμενοι τὴν χειροτονίαν καὶ γυναῖκας λαμβάνοντες, μαθήσῃ ἀπὸ τῆς
B οθ' νεαρᾶς τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Σοφοῦ, λεγούσης ἐν μέρει ταῦτα ῥητῶς· Οὐκ ἀποδεχόμενοι οὖν τῆς προαιρέσεως τὸν παλαιὸν νομοθέτην, ὃς βούλεται πρεσβύτερον ἢ διάκονον ἢ ὑποδιάκονον μετὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ χειροθεσίαν συναφθέντα γυναικὶ παντελῶς τοῦ τοιούτου ὑπεξίστασθαι σχήματος, καὶ πρὸς τὸν λαϊκὸν βίον ἐπαναστρέφεσθαι, ἀκυροῦμεν τὸ δόγμα· θεσπίζομεν δὲ μόνῃ τῇ ὑποχωρήσει τῆς τάξεως, ἐφ' ᾗ πρὸ τοῦ γάμου ἐγνωρίζοντο, ἀρκεῖσθαι τὴν δίκην αὐτοῖς. Τοῦ δὲ κληρικοῦ σχήματος καὶ τῆς ἄλλης ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ὑπηρεσίας, ἧς ἐφάπτεσθαι οὐκ ἀθέμιτον, μὴ παντάπασι τὴν ἀλλοτρίωσιν καταδικάζεσθαι. Ἔστι δὲ ὁ παρὰ τῆς τοιαύτης νεαρᾶς ἀναιρεθεὶς νόμος κεφ. λ' τοῦ ια' τίτλου τοῦ γ'
C βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, κεφάλ. κζ' τῆς κγ' Ἰουστινιανείου Νεαρᾶς.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ εἰκοστὸς ἕκτος ἀποστολικὸς κανὼν περὶ τούτου θεσμοθετεῖ, ᾧ ἑπόμενοι καὶ οἱ τῆς συνόδου ταύτης τὰ αὐτὰ διατάττονται, τῶν κληρικῶν μετὰ τὴν εἰς κλῆρον καταταγὴν μόνους ἀναγνώστας καὶ ψάλτας νομίμους γάμους συναλλάσσειν ὁρίζοντες, οὐ μέντοι πρεσβυτέρους ἢ διακόνους, οὐδὲ μὴν ὑποδιακόνους. Τούτους γὰρ πρὸ τῆς χειροτονίας λαμβάνειν γυναῖκας ἐφίησιν ὁ κανὼν, μετὰ δὲ τὴν χειροτονίαν σωφρονεῖν ἐπιτάσσει, ἢ πρὸς γάμον ἐκκλίναντας καθαιρεῖσθαι.

« ΑΡΙΣΤ. Ὁ χειροτονηθεὶς, εἰ ζεύγνυται, καθαιρεῖ- « ται· εἰ γὰρ βούλοιτο, προζευχθῆναι ὀφείλει. »

D

Ὁ μὲν δέκατος κανὼν τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου προστάττει τὸν μέλλοντα γενέσθαι πρεσβύτερον ἢ διάκονον, καὶ προμαρτυράμενον, ἐν τῷ γίνεσθαι, μὴ δύνασθαι μένειν ἄγαμον, ἀλλὰ λαβεῖν ἐθέλειν γυναῖκα, καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν εἰς γάμον ἔρχεσθαι, καὶ ἐν τῇ ἰδίᾳ μένειν ὑπηρεσίᾳ· ὁ δὲ παρὼν

Guill. Beveregii notæ.

qui post ordinationem uxorem duxerit deponatur. Ubi scholiastes ad verbum καθαιρείσθω hæc notat : Ἤγουν τῆς μὲν ἱερωσύνης μετακινείσθω· τῆς δὲ τιμῆς μετεχέτω, καὶ τῆς καθέδρας. Πορνεύσας δὲ ἢ μοιχεύσας τέλεον ἐξωθείσθω, καὶ εἰς μετάνοιαν ὠθείσθω. Οὕτω γὰρ ἔν τισι τῶν ἐξηγητῶν εὕρηται. *Hoc est, a sacerdotio quidem removetor ; sed honoris tamen sedisque particeps esto. Qui vero scortationem vel adulterium commiserit, prorsus expellitor, et ad pœnitentiam adigitor. Sic enim in nonnullis interpretibus invenitur.* Harmenop. Epit. can. sect. 2, tit. 3. Sane hæc in interpretibus a nobis hic impressis non inveniuntur : unde scholiastem istum, quicunque demum fuerit, alios vidisse palam est.

κανὼν τὸν τοιοῦτον ἀνατρέπει κανόνα, καὶ παντελῶς A ἀπείργει μετὰ τὴν χειροτονίαν τὸν πρεσβύτερον, τὸν διάκονον, καὶ τὸν ὑποδιάκονον, γαμικὸν ἑαυτῷ συνιστᾷν συνοικέσιον, τῷ εἰκοστῷ ἕκτῳ ἀποστολικῷ κανόνι ἑπόμενος· καὶ διορίζεται τὸν μετὰ τὴν χειροτονίαν τοῦτο τολμήσαντα ποιῆσαι καθαιρεῖσθαι, διδοὺς ἄδειαν ἑκάστῳ πρὸ τῆς χειροτονίας γαμικῷ νόμῳ συνάπτεσθαι γυναικί.

ΚΑΝΩΝ Ζ'.

« Ἐπειδὴ δὲ μεμαθήκαμεν ἔν τισι τῶν ἐκκλησιῶν διακόνους τυγχάνειν ὀφφίκια ἐκκλησιαστικὰ (60) ἔχοντας, ἐντεῦθέν τέ τινας αὐτῶν αὐθαδείᾳ καὶ αὐτονομίᾳ κεχρημένους πρὸ τῶν πρεσβυτέρων καθέζεσθαι, ὁρίζομεν ὥστε τὸν διάκονον (61) κἂν ἐν ἀξιώματι, τοῦτ' ἔστιν ἐν ὀφφικίῳ οἱῳδήποτε B ἐκκλησιαστικῷ, τυγχάνοι, τὸν τοιοῦτον μὴ πρὸ τοῦ πρεσβυτέρου καθέζεσθαι, ἐκτὸς εἰ μὴ τὸ πρόσωπον ἐπέχων τοῦ οἰκείου πατριάρχου ἢ μητροπολίτου, ἐν ἑτέρᾳ πόλει παραγένηται ἐπί τινι κεφαλαίῳ. Τότε γάρ, ὡς τὸν ἐκείνου τόπον ἀναπληρῶν, τιμηθήσεται. Εἰ δέ τις τοιοῦτο τολμήσοι τυραννικῷ (62) χρώμενος θράσει διαπράξασθαι, ὁ τοιοῦτος ἐκ τοῦ οἰκείου καταβιβασθεὶς βαθμοῦ, ἔσχατος πάντων γινέσθω τοῦ ἐν ᾧπερ καταλέγεται τάγματος ἐν τῇ κατ' αὐτὸν ἐκκλησίᾳ, τοῦ Κυρίου ἡμῶν παραινοῦντος μὴ χαίρειν ἐν ταῖς πρωτοκλισίαις, κατὰ τὴν ἐν τῷ ἁγίῳ εὐαγγελιστῇ Λουκᾷ, ὡς ἐξ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ Θεοῦ κειμένην διδασκαλίαν. Ἔλεγε γὰρ πρὸς τοὺς κεκλημένους παραβολὴν C τοιάνδε· « Ὅταν κληθῇς ὑπό τινος εἰς γάμους, μὴ κατακλιθῇς εἰς τὴν πρωτοκλισίαν, μήποτε ἐντιμότερός σου ᾖ κεκλημένος ὑπ' αὐτοῦ, καὶ

A autem canon istum evertit canonem et omnino prohibet presbyterum, diaconum aut hypodiaconum post ordinationem feminam sibi matrimonio conjungere, vicesimum sextum canonem apostolicum sequens : et decernit eum qui post ordinationem hoc facere ausus fuerit, deponi; cuique concedens libertatem, ante ordinationem lege matrimoniali se feminæ conjungendi.

CANON VII.

« Quoniam in nonnullis ecclesiis diaconos officia ecclesiastica habere didicimus, et ex hoc nonnullis eorum arrogantia et licentia fretos ante presbyteros sedere : statuimus, ut diaconus, etiamsi in dignitate, id est, in quovis sit officio ecclesiastico, ante presbyterum ne sedeat, præterquam si proprii patriarchæ vel metropolitani vicem gerens, adsit in alia civitate super aliquo capite. Tunc enim, ut locum illius implens, honorabitur. Si quis autem tyrannica adductus audacia tale quid efficere ausus fuerit, is ex proprio gradu dejectus, sit omnium ultimus ejus ordinis, in cujus est catalogo in sua **164** ecclesia; Domino nostro præcipiente, ne primis sedibus delectemur, secundum eam, quæ in sancto evangelista Luca, ut ex ipso Domino nostro et Deo profecta, posita est, doctrinam. Iis enim, qui vocati erant, dicebat hanc parabolam : « Quando ab aliquo ad nuptias invitatus fueris, ne in primo loco accubueris, ne forte quispiam te honoratior ab eo invitatus fuerit, isque qui te et ipsum invitavit, veniat et dicat, Da ei locum, et tunc incipies cum pudore ultimum locum tenere : sed quando

Guill. Beveregii notæ.

(60) *Ὀφφίκια ἐκκλησιαστικά*. Officia ecclesiastica, quæ et ἀρχοντίκια, a sacris gradibus revera distincta sunt; ut Balsamon, dicens, λέγομεν ὅτι τὰ ἐκκλησιαστικὰ ὀφφίκια καὶ ἀρχοντίκια καταχρηστικῶς ὀνομάζονται βαθμοί. Κυρίως γὰρ βαθμοὶ ὁ τῶν ἱερέων, καὶ τῶν διακόνων, καὶ τῶν ὑποδιακόνων, καὶ τῶν ἀναγνωστῶν ἐστι· τὰ δὲ ὀφφίκια καὶ τὰ ἀρχοντίκια τιμαί εἰσι καὶ πορισμῶν ἀφορμαί. Bals. in can. Apost. 17. Neque enim officiales ecclesiastici, quatenus officiales, sacra celebrarunt; sed tantum ecclesiasticarum quarumdam rerum curam et administrationem sibi commissam habuerunt, quorum præcipui fuerunt hi sex : magnus œconomus, magno sacello præpositus, magnus vasorum custos, chartophylax, parvo sacello præpositus, et primus defensor : quomodo non solum in ordine officialium Ecclesiæ Constantinopolitanæ recensentur; verum etiam a Johanne episcopo Citri, qui ad hanc Constantini Cabasilæ interrogationem, ἐν τοῖς ἀρχοντικοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἀξιώμασι τίς τρίτος, καὶ πῶς ἐφεξῆς ἡ τούτων τάξις; respondit, Ἀπὸ μὲν παλαιᾶς παραδόσεως πρῶτός ἐστιν ὁ μέγας οἰκονόμος· δεύτερος ὁ ἐπὶ τῆς μεγάλης σακέλλης, ἤγουν ὁ μέγας σακελλάριος· τρίτος ὁ μέγας σκευοφύλαξ· τέταρτος ὁ χαρτοφύλαξ· πέμπτος, ὁ ἐπὶ τῆς μικρᾶς σακέλλης, ἤγουν σακελλάριος· ὁ ἕκτος ὁ πρωτέκδικος, οἵτινες καὶ ἐξωκατάκηλοι λέγονται. In *Juris Græc-Rom.* l. v, p. 327. Ubi observes, hos etiam ἐξωκατακήλους dictos, qui tamen ἐξωκατάκοιλοι sæpius audiunt. Alii etiam quamplurimi officiales fuerunt, sed minoris dignitatis et honoris. Cum autem diaconi, aliique inferiores clerici, summis istis in Ecclesia officiis nonnunquam functi fuerint, hinc officii dignitate freti, ante ipsos presbyteros, superioris ordinis clericos, sedere præsumpserunt. Quod quidem hoc canone prohibetur, idque hac ratione, ἐπειδὴ τῶν κατὰ τὸν κόσμον ἀξιωμάτων κρείττονα τὰ πνευματικὰ ἐπιστάμεθα. Sed officiales, episcopi sui, aut metropolitani vicem gerentes, et tenentes locum, excipiunt. Verum scholiastes Harmenopuli chartularium Magnæ ecclesiæ Constantinopolitanæ etiam ante episcopos olim sedisse observat, in hunc canonem hæc notans, Ἰστέον ὅτι μόνῳ τῷ χαρτοφύλακι τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας δέδοται καὶ D ἐξ ἔθους μακροῦ, καὶ ἐξ ἐπιτάγματος ἐγγράφου τοῦ βασιλέως κυρίου Μιχαὴλ, καὶ τῶν ἀρχιερέων ἐν τοῖς ἔξω προκαθῆσθαι συνόδοις, *Sciendum, soli Majoris ecclesiæ chartophylaci concessum esse, tum ex longa consuetudine, tum scripto jussu imperatoris domini Michaelis, ut in exteris synodis etiam ante pontifices sedeat*. Harmenop. Epit. can. sect. 2, tit. 4. Balsamon in hunc canonem idem de eodem chartophylace observat, et in syn. Nicænæ can. 18 Alexii Comneni constitutionem producit, qua hoc ei privilegium confirmatur; vide etiam istius responsa ad Marci Alexandrini interrog. 61.

(61) *Ὁρίζομεν ὥστε τὸν διάκονον*. Hæc usque ad εἰ μὴ ἐκτός exclusive in ms. Amerbachiano desiderantur, sed summa descriptoris incuria, ut cuivis canonem perlegenti patet.

(62) *Τολμήσοι τυραννικῷ*. Codex Amerbachianus legit, τολμήσειε τυραννικῶς.

« invitatus fueris, in ultimo loco accumbe, ut A « quando venerit qui te invitavit, dicat tibi, « Amice, ascende altius; tunc erit tibi gloria « coram iis qui tecum accumbunt. Nam quisquis « se extollit, humiliabitur, et qui se humiliat, « exaltabitur [70]. » Hoc ipsum autem etiam serva- « bitur in reliquis sacris ordinibus : quandoqui- « dem sæcularibus seu mundanis dignitatibus spi- « ritales præstantiores esse scimus. »

BALS. Decimus octavus canon syn. primæ Nicænæ jubet deponi diaconos qui sedent in medio presbyterorum. Præsens autem canon eos qui sic faciunt, ex proprio gradu dejici jubet. Si enim aliis B forte diaconis in gradu prior erat qui se impudenter gessit, et ante presbyteros sedit, in ultimum locum demittetur, et erit in gradu omnium infimo, nec id quod habet officium ecclesiasticum seu dignitas ei proderit. Sin autem a suo patriarcha vel metropolitano in aliquam urbem missus fuerit, ut locum illius repleturus, tunc perinde, ac qui ipsum misit, reputabitur et honorabitur. Quomodo vero 18 quidem canon Nic. syn. eum, qui in medio presbyterorum sedit, diaconum deponendum dicit : hic autem levius in eum animadvertit, nempe dimissione? *Solutio.* Ille quidem canon de iis qui in sacro tribunali tempore sacrificii se impudenter gesserunt, et ante sacerdotes sederunt, loquitur; de hujusmodi enim omnino disserit, scilicet de iis diaconis, qui C sacerdotibus communionem porrigunt, et quædam alia ejusmodi indigna faciunt. Præsens autem canon loquitur de diaconis, qui extra sacrum tribunal in quavis cathedra ante presbyteros sederunt, et ideo eis lenius supplicium infligit. Officia autem ecclesiastica dicuntur ἀρχοντίκια. Canon autem idipsum vult etiam servari in aliis sacris ordinibus : ne quis dignitate vel officio fretus, adversus alios extollatur, et adversus eos qui altiori gradu sunt, efferatur; hypodiaconus forte adversus diaconum, vel lector adversus hypodiaconum. Spirituales enim dignitates sæcularibus, inquit, sunt præstantiores. Nota vero quod etiam e præsenti canone manifestum est ecclesiastica officia sive dignitates gradus D esse ecclesiasticos, ut diaconica et cætera. Miror autem quomodo, cum canon statuat eum, qui missus est, obtinere locum mittentis quod ad honorem attinet, Gortynensis episcopus Basilius, qui in hac synodo totius Romanæ Ecclesiæ jure præsens aderat, post quatuor patriarchas et quosdam metropolitanos subscripsisse invenitur. Sed, ut est probabile, ipse quoque erat papæ legatus, et ideo subscripsit post

« ἐλθὼν ὁ σὲ καὶ αὐτὸν καλέσας ἐρεῖ σοι· Δὸς « τούτῳ τόπον· καὶ τότε ἄρξῃ μετὰ αἰσχύνης τὸν « ἔσχατον τόπον κατέχειν· ἀλλ' ὅταν κληθῇς, « ἀνάπεσε εἰς τὸν ἔσχατον τόπον, ἵνα ὅταν ἔλθῃ « κεκληκώς, εἴπῃ σοι, Φίλε, προσανάβηθι ἀνώ- « τερον· τότε ἔσται σοι δόξα ἐνώπιον τῶν συν- « ανακειμένων σοι. Ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν τα- « πεινωθήσεται· καὶ ὁ ταπεινῶν ὑψωθήσεται. Τὸ « δὲ αὐτὸ φυλαχθήσεται καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν ἱερῶν « ταγμάτων· ἐπειδὴ τῶν κατὰ τὸν κόσμον ἀξιω- « μάτων κρείττονα τὰ πνευματικὰ ἐπιστάμεθα. »

ΒΑΛΣ. Ὁ ιη' κανὼν τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης συνόδου καθαιρεῖσθαί φησι τοὺς ἐν μέσῳ πρεσβυτέρων καθεζομένους διακόνους. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν τοὺς οὕτω ποιοῦντας ὑποβιβάζεσθαι ἐκ τοῦ οἰκείου βαθμοῦ B παρακελεύεται. Εἰ γὰρ τυχὸν τῶν ἄλλων διακόνων προβαθμιώτερος ἦν ὁ ἀναιδευσάμενος καὶ πρὸ τῶν πρεσβυτέρων καθίσας, κατενεχθήσεται εἰς τὸν ἔσχατον τόπον, καὶ ἔσται πάντων ὑποβάθμιος, μὴ ὠφελούμενος ἐκ τοῦ αὐτῷ προσόντος ἴσως ἐκκλησιαστικοῦ ὀφφικίου ἤτοι ἀξιώματος. Εἰ δὲ ἀπὸ τοῦ οἰκείου πατριάρχου ἢ μητροπολίτου ἔν τινι πόλει σταλῇ, ὡς τὸν τόπον ἐκείνου ἀναπληρώσων, τότε ὡς αὐτὸς ὁ στείλας αὐτὸν λογισθήσεται καὶ τιμηθήσεται. Πῶς οὖν ὁ μὲν ιη' κανὼν τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου καθαιρεῖσθαί φησι τὸν ἐν μέσῳ πρεσβυτέρων καθίσαντα διάκονον, οὗτος δὲ κουφότερον κολάζει αὐτὸν, ἤγουν διὰ ὑποβιβασμοῦ; *Λύσις.* Ἐκεῖνος μὲν ὁ κανὼν περὶ τῶν εἰς τὸ βῆμα ἐν ἱερουργίας καιρῷ ἀναιδευσαμένων καὶ πρὸ τῶν ἱερέων καθισάντων φησίν· ὅτι C καὶ περὶ τῶν τοιούτων (63) διόλου, διαλέγεται δηλονότι περὶ διακόνων μεταδιδόντων ἱερεῦσι καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἀνάξια διαπραττομένων· ὁ δὲ παρὼν κανὼν περὶ τῶν ἐκτὸς τοῦ βήματος ἐν τυχούσῃ καθέδρᾳ καθισάντων διακόνων πρὸ τῶν πρεσβυτέρων· καὶ διὰ τοῦτο μετριωτέραν ἐπάγει τὴν κόλασιν. Ὀφφίκια μέντοι ἐκκλησιαστικὰ λέγονται τὰ ἀρχοντίκια. Τὸ αὐτὸ δὲ κρατεῖν βούλεται ὁ κανὼν καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἱερῶν ταγμάτων, ὥστε μή τινα ἀξιώματι θαῤῥοῦντα ἢ ὀφφικίῳ κατεπαίρεσθαι τῶν ἄλλων, καὶ θρασύνεσθαι κατὰ τῶν ὑποβαθμιωτέρων (64) αὐτοῦ, ὑποδιάκονον τυχὸν κατὰ διακόνου, ἢ ἀναγνώστην κατὰ ὑποδιακόνου. Κρείττω γὰρ, φησὶν, εἰσὶ τὰ πνευματικὰ ἀξιώματα τῶν κοσμικῶν. Σημείωσαι δὲ ὅτι καὶ ἀπὸ τοῦ D παρόντος κανόνος παρίσταται τὰ ἐκκλησιαστικὰ ἀρχοντίκια ἤτοι ἀξιώματα βαθμοὺς εἶναι ἐκκλησιαστικοὺς, ὡς τὰ διακονικὰ καὶ τὰ λοιπά. Θαυμάζω δὲ πῶς, τοῦ κανόνος διοριζομένου τὸν ἀποσταλέντα ἐπέχειν τὸν τόπον τοῦ ἀποστείλαντο; ὅσον κατὰ τὴν τιμὴν, ὁ ἐπίσκοπος τῶν Γορτυναίων Βασίλειος παρουσιάζων ἐν τῇ συνόδῳ ταύτῃ δικαίῳ πάσης τῆς Ἐκκλησίας Ῥώμης εὑρίσκεται ὑπογράψας μετὰ

[70] Luc. xiv, 8 et seqq.

Guill. Beveregii notæ.

(63) *Ὅτι καὶ περὶ τῶν τοιούτων.* Hæc usque ad διαπραττομένων inclusive in Parisiensi editione desiderata, ex ms. Amerbachiano habentur, ubi etiam pro ἀναιδεσαμένων paulo ante, rectius legitur, ἀναιδευσαμένων.

(64) *Κατὰ τῶν ὑποβαθμιωτέρων.* Ms. Ætoniensis legit προβαθμιωτέρων, quam lectionem ipse etiam locus postulat.

τοὺς τέσσαρας πατριάρχας καί τινας μητροπολίτας. A Ἀλλ' ὡς ἔοικε καὶ αὐτὸς λεγάτος ἦν τοῦ πάππα· καὶ διὰ τοῦτο μετὰ τοὺς πατριάρχας ὑπέγραψεν, ὥσπερ καὶ οἱ λοιποὶ λεγάτοι, ἤτοι ὁ Θεσσαλονίκης, ὁ Ἡρακλείας καὶ ἕτεροι. Ὁ δὲ χαρτοφύλαξ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ὅπως προκάθηται τῶν ἀρχιερέων, διάκονος ὤν, εἴρηται ἐν τῷ ιη' κανόνι, τῆς πρώτης συνόδου. Σημείωσαι δὲ τὸν κανόνα λέγοντα κρείττονα εἶναι τὰ πνευματικὰ ἀξιώματα τῶν κατὰ κόσμον ἀξιωμάτων· πλὴν μὴ ἑλκύσῃς τοῦτο, ὥς τινες εἶπον, χάριν τοῦ προτιμᾶσθαι τὰ ἐκκλησιαστικὰ ἀξιώματα τῶν βασιλικῶν. Ἑρμήνευσον τοῦτο εἰς τοὺς καταυθαδιαζομένους τυχὸν ὑποδιακόνους κατὰ διακόνων, ἢ διακόνους κατὰ πρεσβυτέρων· καὶ εἰπὲ ὅτι, εἰ ἐν τοῖς κοσμικοῖς ἀξιώμασιν οὐκ ἔξεστι τῷ ἥττονι ἀξίᾳ ὄντι προκαθῆσθαι ἢ προτιμᾶσθαι τοῦ μείζονι τετιμημένου B ἀξιώματι, πολλῷ πλέον οὐκ ἔξεστι τοῦτο ποιεῖν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς ἀξίαις τετιμημένοις, ἃς καὶ πνευματικὰς ἐκάλεσε, καὶ χρεωστοῦσι πᾶσαν εὐταξίαν ἐκ τοῦ ἐπαγγέλματος αὐτῶν. Σημείωσαι οὖν τὸν κανόνα ὀνομάζοντα περὶ τὸ τέλος τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς βαθμοὺς ἀξιώματα. Πολλάκις γὰρ εἰς τὸ δικαστήριον εἶπόν τινες μήτε τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς ἄρχοντας μήτε τοὺς μητροπολίτας ἐν ἀξιωματικοῦ μοίρᾳ συντάττεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲ δυνατὸν εἶναι τὸν στίχον τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ κουβουκλεισίου ἤτοι τοῦ ἐπισκόπου, ἀλλὰ ταπεινόν. Ἐμοὶ δὲ τοῦτο οὐ δοκεῖ. Καὶ ἀνάγνωθι τὸ α' κεφάλαιον τοῦ η' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τὸ ἐκεῖσε καταστρωθὲν ἔγγραφον θέσπισμα τοῦ ἰσαποστόλου ἁγίου μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ τὸ σχόλιον τοῦ λς' κεφαλαίου τοῦ α' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος.

patriarchas; sicut et cæteri legati, scilicet Thessalonicensis episcopus et Heracleanus et alii. Constantinopolitanus autem chartophylax, quomodo cum sit diaconus, ante antistites sedet, in primæ synodi 18 can. dictum est. Nota autem et canonem qui dicit, spirituales dignitates esse præstantiores sæcularibus dignitatibus. Sed ne hoc eo traxeris, ut nonnulli dicebant, ad ecclesiasticas dignitates imperatoriis præferendas. Interpretare autem hoc adversus hypodiaconos, qui fortasse superbe et insolenter se gerunt adversus diaconos, vel diaconos qui adversus presbyteros: et dic, quod si in sæcularibus dignitatibus non licet ei, qui est minoris dignitatis, præsidere vel præferri ei, qui est majore dignitate honoratus, multo magis non licet hoc facere iis qui sunt ecclesiasticis dignitatibus **165** honorati, quas etiam spirituales appellavit; qui quidem ex sua professione debent omnem bonum ordinem observare. Nota ergo canonem, qui circa finem nominat ecclesiasticos gradus dignitates. Nonnulli enim sæpe in judicio dixere, nec ecclesiasticos præfectos, nec metropolitanos inter dignitates collocari, et propterea nec potentem quidem esse ecclesiastici cubicularii vel episcopi ordinem, sed vilem. Hoc autem mihi ita esse non videtur. Et lege primum cap. 8 tit. præsentis operis, et illic positum scriptisque mandatum sancti Constantini Magni qui est apostolis æqualis, decretum, et commentarium 36 cap. primi tit. præsentis operis.

C ΖΩΝΑΡ. Ὁ ὀκτωκαιδέκατος κανὼν τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης συνόδου μὴ ἐν μέσῳ πρεσβυτέρων καθῆσθαι τοὺς διακόνους κελεύει, τοὺς δὲ μὴ πειθαρχοῦντας παύεσθαι τῆς διακονίας. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν τοῖς αὐθαδῶς πρὸ τῶν πρεσβυτέρων καθῆσθαι ἀναιδευομένοις οὐκ ἔκπτωσιν τῆς διακονίας εἰς κόλασιν τῆς αὐθαδείας ἐπάγει, ἀλλὰ ὑποβιβασμὸν ἐκ τοῦ οἰκείου βαθμοῦ. Εἰ γὰρ τυχὸν τῶν ἄλλων διακόνων προβαθμιώτερος ἦν ὁ ἀναιδευσάμενος, καὶ πρὸ τῶν πρεσβυτέρων καθίσας, κατενεχθήσεται εἰς τὸν ἔσχατον τόπον, καὶ ἔσται πάντων ὑποβάθμιος. Εἰ δὲ ὑπὸ τοῦ οἰκείου πατριάρχου ἢ μητροπολίτου ἔν τινι πόλει σταλῇ, ὡς τὸν τόπον ἐκείνου ἀναπληρώσων, τότε ὡς αὐτὸς ὁ στείλας αὐτὸν λογισθήσεται καὶ τιμηθήσεται. Πῶς οὖν ὁ μὲν τῶν κανόνων τὸν ἐν μέσῳ D πρεσβυτέρων καθίσαντα βαρύτερον κολάζει, παύων αὐτὸν τῆς διακονίας, οὗτος δὲ κουφοτέραν ἐπάγει τὴν τιμωρίαν τῷ προκαθίσαντι πρεσβυτέρου, καταβιβάζων αὐτὸν εἰς τὸν ἔσχατον τόπον τοῦ οἰκείου βαθμοῦ; Φασὶν οὖν ὅτι ὁ μὲν τῆς πρώτης συνόδου κανὼν περὶ τῶν ἐν βήματι ἐν ἱερουργίας καιρῷ καθεζομένων ἐν μέσῳ πρεσβυτέρων φησίν, ὅτε διακονεῖν μᾶλλον καὶ ὑπηρετεῖν τοῖς ἱερεῦσιν ὀφείλουσι καὶ παρεστάναι αὐτοῖς· ὁ δὲ τῆς συνόδου ταύτης περὶ τῶν ἐκτὸς βήματος ἐν τυχούσῃ καθέδρᾳ προκαθισάντων πρεσβυτέρων. Πανταχοῦ μὲν γὰρ τοῖς ἱερεῦσιν οἱ διάκονοι χρεωστοῦσι τιμήν, μάλιστα δὲ ἐν ἱερουργίᾳ. Ὀφφίκια δὲ ἐκκλησιαστικὰ τὰ ἀρχον-

ZONAR. Ne medium in presbyterorum consessu locum diaconi occupent, 18 primæ in Nicæa synodi canone interdictum est, contumacesque a ministerio arceri eadem constitutione decretum. Hic vero canon, qui honestiorem sedendi locum impudenti temeritate sacerdotibus præripuerit, eum in arrogantiæ suæ pœnam non a ministerio quidem repelli, sed de suo gradu deturbari jubet. Proinde si primum forte locum inter diaconos obtinuerat, qui adeo impudenter se gerit et ante presbyteros sedet, in postremum detrudetur, honoreque cæteris omnibus inferior habebitur. Si quem tamen diaconum, muneris sui vicarium, in urbem aliquam patriarcha vel metropolitanus destinarit, debitos ipsis præsulibus honores legato deferri, eodemque quo ille loco haberi placet. Sed cum altero canone, qui medius inter presbyteros consederit, illi cessationis a ministerio pœna gravior inflicta sit, qua ratione factum arbitremur, ut qui honestiorem locum sacerdote assidente occuparit, cum eo hic canon remissius agat, levioreque animadversionis genere nihil aliud quam postremum inter sui ordinis homines gradum obtinere jubeat? Id igitur ita nonnulli explicant, ut de diaconis, qui dum sacra mysteria peraguntur, in sacrario medii inter presbyteros considere, quo quidem tempore eos maxime sacerdotibus inservire atque astare oportuerat, primæ synodi canonem accipi velint: hunc vero de iis, qui extra sacrarium,

alio quocunque consessu, digniorem sibi inter sacerdotes locum arrogarint, intelligendum esse arbitrentur. Cum enim ubique sacerdotes vereri diaconi debeant, tum id eos, dum opera rei divinæ ministerio impenditur, præstare maxime decet. Officia vero ecclesiastica ἀρχοντίκια vocat. Idem porro ut in aliis quoque servetur sacris ordinibus, neve, quia profanam scilicet dignitatem magistratumve quis obtineat, insolenter efferri, ac in superiori ordine constitutis, diacono verbi causa hypodiaconus, aut huic lector insultare temere audeat, hæc constitutione decretum. Est ecclesiastica siquidem civili quacunque dignitate præstantior. Cujus quidem argumenti ea vis est, ut quoniam inter eos qui profanos magistratus gerunt, et, qui inferioris est dignitatis, antesedere aut præferri ei, qui majori dignitate honoratur, non licet; multo magis iis idem non liceat, qui ecclesiasticis ornantur dignitatibus, quas etiam spirituales canon hoc loco nominat, quippe quæ non hominum, sed Dei gratia, Spiritus sancti invocatione, conferri debeat.

A τίκια λέγει. Τὸ αὐτὸ δὲ κρατεῖν βούλεται ὁ κανὼν καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἱερῶν ταγμάτων, ὥστε μή τινα ἀξιώματι κοσμικῷ θαῤῥοῦντα ἢ ὀφφικίῳ καταναιδεύεσθαι τῶν ἄλλων, καὶ θρασύνεσθαι κατὰ τῶν προβαθμιωτέρων αὐτοῦ, ὑποδιάκονον τυχὸν κατὰ διακόνου ἢ ἀναγνώστην κατὰ ὑποδιακόνου. Κρείττω γάρ, φησὶ, τὰ πνευματικὰ ἀξιώματα τῶν κοσμικῶν, μονονουχὶ τοῦτο λέγων· Εἰ ἐν τοῖς κοσμικοῖς ἀξιώμασιν οὐκ ἔξεστι τῷ ἥττονος ἀξίας ὄντι προκαθῆσθαι ἢ προτετιμῆσθαι τοῦ μείζονι τετιμημένου ἀξιώματι, πολλῷ πλέον οὐκ ἔξεστι τοῦτο ποιεῖν τοῖς ἐκκλησιαστικαῖς ἀξίαις τετιμημένοις, ἃς καὶ πνευματικὰς ἐκάλεσεν, ὡς οὐ κατὰ ἀνθρωπίνην χάριν παρέχεσθαι ὀφειλούσας, ἀλλὰ κατὰ θείαν χάριν ἐπικλήσει τοῦ θείου Πνεύματος.

ARIST. « Diaconus etiam officium assecutus, nisi « patriarchæ vel episcopi locum teneat, si ante « presbyteros sederit, omnium erit infimus. »

B ΑΡΙΣΤ. « Καὶ ὀφφίκιον ἔχων διάκονος, εἰ μὴ τοποτηρητὴς εἴη πατριάρχου ἢ ἐπισκόπου, πρὸ τῶν « πρεσβυτέρων καθεζόμενος, ἁπάντων ἐσχατώτερος ἔσοιτο. »

Fastus sæculares et primos accubitus Patres divini ab Ecclesia amputantes, statuunt neminem diaconorum, qualecunque ecclesiasticum habeat officium, ante presbyteros sedere; nisi forte, ut vicarius, patriarchæ sui aut metropolitani vicem gerat, in aliam civitatem missus canonicarum quarumdam et ecclesiasticarum causa quæstionum: tunc enim, ut illius locum implens honorabitur. Si quis autem diaconus tyrannica adductus audacia, **166** aliter ausus fuerit supra presbyterum sedere, suo gradu dejectus erit, et omnium ultimus diaconorum evadet.

Τοὺς κοσμικοὺς τύφους καὶ τὰς πρωτοκλισίας οἱ θεῖοι Πατέρες ἐκ τῆς Ἐκκλησίας περιαιροῦντες, προστάττουσι μηδένα τῶν διακόνων, κἂν οἱονδήποτε ἐκκλησιαστικὸν ὀφφίκιον ἔχῃ, τῶν πρεσβυτέρων καθέζεσθαι ἄνωθεν, εἰ μή που, ὡς τοποτηρητὴς, τὸ πρόσωπον ἐπέχει τοῦ οἰκείου πατριάρχου ἢ μητροπολίτου, ἐν ἑτέρᾳ πόλει σταλεὶς χάριν κανονικῶν καὶ ἐκκλησιαστικῶν ζητημάτων· τότε γὰρ, ὡς τὸν ἐκείνου τόπον ἀναπληρῶν, τιμηθήσεται. Εἰ δὲ ἄλλως τολμήσει τις τῶν διακόνων, τυραννικῷ θράσει χρώ- C μενος, τῶν πρεσβυτέρων ἄνωθεν καθεσθῆναι, τοῦ ἰδίου βαθμοῦ καταβιβασθήσεται, καὶ πάντων ἔσχατος τῶν διακόνων γενήσεται.

CANON VIII.

« In omnibus ea, quæ a nostris sanctis Patribus « decreta sunt, nos quoque rata ac firma esse « volentes, canonem quoque renovamus, qui ju« bet singulis annis uniuscujusque provinciæ « episcoporum synodos fieri, ubi metropolitanus « episcopus satius esse duxerit. Quoniam autem « propter aliquas Barbarorum incursiones et « quasdam alias incidentes causas, non possunt « qui ecclesiis præsident synodos bis in anno fa« cere, visum est, ut omnino semel in anno pro« pter ecclesiasticas quæstiones, ut verisimile D « est, emergentes, prædictorum episcoporum in « unaquaque provincia fiat synodus, a sancto « Paschæ festo, et usque ad Octobris mensis « complementum, singulis annis, in loco quem, « ut prædictum est, metropolitanus episcopus « aptiorem judicaverit: ii autem, qui non con« veniunt, episcopi, cum in suis civitatibus agant

ΚΑΝΩΝ Η'.

« Ἐν πᾶσι τὰ ὑπὸ τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν θε« σπισθέντα καὶ ἡμεῖς κρατεῖν βουλόμενοι, ἀνα« νεοῦμεν καὶ τὸν κανόνα τὸν διαγορεύοντα καθ' « ἕκαστον ἔτος συνόδους τῶν ἑκάστης ἐπαρχίας « γίνεσθαι ἐπισκόπων, ἔνθα ἂν ὁ τῆς μητροπό« λεως δοκιμάσῃ ἐπίσκοπος. Ἐπειδὴ δὲ διά τινάς « τε τῶν βαρβάρων ἐπιδρομὰς, διά τε προσπι« πτούσας ἑτέρας αἰτίας, ἀδυνάτως οἱ τῶν ἐκ« κλησιῶν πρόεδροι ἔχουσι δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ τὰς « συνόδους ποιεῖσθαι, ἔδοξεν, ὥστε τρόπῳ παντὶ « ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ (65) τὴν τῶν προγεγραμ« μένων ἐπισκόπων διὰ τὰ ὡς εἰκὸς ἀναφυόμενα « ἐκκλησιαστικὰ κεφάλαια ἐν ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ γί« νεσθαι σύνοδον ἀπὸ τῆς ἁγίας τοῦ Πάσχα ἑορτῆς « καὶ μέχρι συμπληρώσεως τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς « ἑκάστου ἔτους κατὰ τὸν τόπον, ὃν ὁ τῆς μητρο« πόλεως, καθὰ προείρηται, δοκιμάσει ἐπίσκοπος. « Τοὺς δὲ μὴ συνιόντας ἐπισκόπους, ἐνδημοῦντας

Guill. Beveregii notæ.

(65) Ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ. Hæc usque ad γίνεσθαι σύνοδον inclusive in ms. Amerbachiano non sine summo canonis detrimento desunt.

« ταῖς ἑαυτῶν πόλεσι, καὶ ταῦτα ἐν ὑγείᾳ διά- A
« γοντας, καὶ πάσης ἀπαραιτήτου καὶ ἀναγκαίας
« ἀσχολίας ὄντας ἐλευθέρους, ἀδελφικῶς ἐπι-
« πλήττεσθαι.

ΒΑΛΣ. Περὶ τοῦ πῶς καὶ πότε ὀφείλουσιν οἱ ἐπίσκοποι παρὰ τοῖς πρώτοις αὐτῶν συνέρχεσθαι, ὥστε γίνεσθαι συνόδους, καὶ λύεσθαι τὰ ἐκκλησιαστικὰ ζητήματα, εἴρηται ἐν διαφόροις προλαβοῦσι κανόσιν. Ἀνάγνωθι καὶ κεφ. η' τίτλου η' τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν οὐδέν τι πλέον τῶν ἄλλων φησὶν ἀλλ' ἢ τὸ γίνεσθαι ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ τὰς συνόδους. Ἀνάγνωθι καὶ τῆς δ' συνόδου κανόνα ιθ', καὶ τῆς α' συνόδου κανόνα ε', καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνα λζ'. Εἴποι δέ τις (66) ὡς, τῶν ἐπισκόπων ἀναγ- B καζομένων παρὰ τοῖς μητροπολίταις ἐτησίως συνέρχεσθαι, οἱ μητροπολῖται οὐκ ἀναγκασθήσονται παρὰ τῷ πατριάρχῃ συνελθεῖν. Ἢ γὰρ οὗτοι παρὰ πατριάρχῃ συνέρχονται, καὶ συμβαίνει τὰς τῶν ἐπαρχιωτῶν ἐπισκόπων συνόδους ἀπράκτους, ἢ οὐ συνέρχονται, καὶ αἱ πατριαρχικαὶ σύνοδοι οὐ γενήσονται. Καὶ ταῦτα μὲν ἴσως ἐρεῖ τις· σὺ δὲ ἀνάγνωθι ἐπιστατικώτερον τὸ κ' κεφάλ. τοῦ α' τίτλου τοῦ γ' βιβλίου λέγον ἐν μέρει οὕτως· Κελεύομεν πᾶσι τρόποις μίαν σύνοδον γίνεσθαι καθ' ἕκαστον ἔτος ἐν ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ ἢ τῷ Ἰουνίῳ ἢ τῷ Σεπτεμβρίῳ μηνὶ, καὶ συνιέναι παρὰ μὲν τοῖς μακαριωτάτοις πατριάρχαις ἐκείνους τοὺς παρ' αὐτῶν χειροτονουμένους, μὴ ἔχοντας δὲ δίκαιον ἄλλους ἐπισκόπους χειροτονεῖν (67)· παρὰ δὲ τοῖς ὁσιωτάτοις μητρο- C

« et sani sint, et ab omni inevitabili et necessario
« negotio liberi, fraterne corripiantur. »

BALS. Quomodo et quando debeant episcopi ad suos primos convenire, ut synodi habeantur, et ecclesiasticæ quæstiones solvantur, in diversis præcedentibus canonibus dictum est. Lege et caput octavum tituli octavi præsentis operis, et quæ ibi scripta sunt. Præsens autem canon nihil plus quam alii dicit, præterquam ut semel fiant in anno synodi. Lege et quartæ synodi canon. decimum nonum, et primæ synodi canonem quintum, et sanctorum apostolorum canonem tricesimum septimum. Dicat autem non nemo, quod cum episcopi quotannis apud metropolitanos convenire cogantur, metropolitani apud patriarcham convenire non cogentur. Vel enim illi apud patriarcham conveniunt, et provincialium episcoporum synodos cessare usu venit, vel non conveniunt, et patriarchæ synodi non fient. Et hæc quidem dicat aliquis, verisimile est. Tu autem diligentius lege caput vicesimum tituli primi lib. tertii, hæc ex parte dicens. Omnimodo unam synodum quotannis celebrari mandamus in unaquaque provincia, vel Junio vel Septembri mense, et eos qui ab illis ordinantur, alios autem episcopos ordinandi jus non habent apud beatissimos patriarchas convenire. Apud religiosissimos autem metropolitanos cujusque provinciæ qui ab iis ordinati sunt. Nota igitur ex hac Novella quam ob rem pro-

Guill. Beveregii notæ.

(66) *Εἴποι δέ τις*. Hæc usque ad finem hujus interpretationis nunc primum ex ms. Bodleiano in lucem Græce emittimus. Græce inquam, nam Latine antehac in Gulielmi Morelii editione edita sunt. Quinetiam in ms. Amerbachiano leguntur, eodem modo, quo in nostro; nisi quod pro ἀπράκτους ibi legatur ἀπρακτεῖν.

(67) *Μὴ ἔχοντας δὲ δίκαιον ἄλλους ἐπισκόπους χειροτονεῖν*. Etiamsi hæc constans sit loci hujusce lectio, non modo in omnibus Balsamonis codicibus mss. verum etiam in ipsa Justiniani novella 137 cap. 4, unde in Basilica a Balsamone citata relatus est (sed hodie ibi non exstat), suspicor tamen mendum in eam irrepsisse. Juxta hanc enim lectionem jussum est ab imperatore, ut apud patriarchas cujusque diœceseos episcopi ab iis ordinati, et qui non habent jus alios episcopos ordi- D nandi, quotannis conveniant; episcopi autem apud suos metropolitanos. Enimvero quinam illi episcopi esse possunt, qui a patriarchis ordinati sunt, et tamen alios episcopos ordinandi jus non habent? Et præterea quinam ex lege, tam canonica quam civili, apud patriarchas convenire debent, præter metropolitanos? At omnes metropolitani, eo ipso nomine, quod sunt metropolitani, alios episcopos ordinandi potestatem habent. Non me latet, nonnullos fuisse archiepiscopos et metropolitanos, qui nullos sibi subjectos episcopos habuerunt; verum Justiniani, a quo est hæc novella, temporibus hujusmodi archiepiscoporum et metropolitanorum, quibus nulli suberant episcopi dignitas, nondum instituta erat, sed a posterioribus imperatoribus introducta est. Episcopi autem Derci, Messenæ, Parii, Apri, a Balsamone ad suam astruendam opinionem commemorati, nec archiepiscopi proprie erant, nec metropolitani, sed episcopi αὐτοκέφαλοι, ut ex ipsa episcopatuum notitia constat: qui proinde nec a patriarcha aliquo ordinati sunt. Vereor itaque, ne μὴ hoc loco pro καὶ mendose ponatur; ut sensus sit, eos apud patriarchas in synodo quotannis congregari debere *Episcopos, qui ab ipsis ordinati sunt, et alios ordinandi episcopos jus habent*, hoc est, metropolitanos, qui et a patriarchis ordinati sunt, et ipsi alios episcopos ordinarunt. Sic quidem Photius legisse videtur, eo quod hanc etiam novellam producat ad probandum metropolitanorum synodos apud patriarcham, episcoporum apud metropolitanos peragendas esse; γίνεσθαι συνόδους μητροπολιτῶν παρὰ τοῖς πατριάρχαις, καὶ τῶν ἐπισκόπων παρὰ τοῖς μητροπολίταις. Phot. Nomocan. tit. 8, cap. 8. Sed ne quid dissimulemus, hoc saltem pro altera et vulgari lectione dici potest, quod juxta eam episcopi suffraganei, sive provinciales patriarchæ alicujus, quibus non sub patriarchæ sed metropolitani nomine præest, apud eum convenire debent: hi enim ab eo quidem tanquam a metropolitano ordinati sunt, sed alios tamen episcopos, metropolitanorum more, ordinandi potestatem non habent. Et ipse quidem Justinianus huic interpretationi favere videtur, ubi in altera novella jubet *unumquemque beatum archiepiscopum et patriarcham, et metropolitam sanctissimos episcopos sub se constitutos in eadem provincia semel aut secundo per singulos annos ad se convocare*. Justin. Novel. 123, cap. 10. Hic enim, ut videre est, non solum archiepiscopi et metropolitæ, sed et patriarchæ episcopos habent sub se in eadem provincia constitutos, quos ad synodum convocare debent. Et sic quidem Romanus, Antiochenus, et Alexandrinus habuerunt; sed non item Constantinopolitanus et Hierosolymitanus. Illi enim metropolitani priusquam patriarchæ fuerunt; hi autem

vinciales patriarchæ Constantinopolitani vocantur, archiepiscopus Derci, Messanæ, Parii, Apri, et alii nonnulli archiepiscopi et metropolitani, quibus nulli subsunt episcopi. Illi enim et soli ad patriarcham semel quotannis convenire compelluntur. Reliquas autem causas ab aliis allatas ne admittas. Lege et finem dicti vigesimi capitis statuentis summis suppliciis subjiciendos esse præsules, qui episcopos hujusmodi celebrare synodos non compellunt.

πολίταις ἑκάστης ἐπαρχίας τοὺς ὑπ' αὐτῶν χειροτονουμένους. Σημείωσαι οὖν ἀπὸ ταύτης τῆς νεαρᾶς τὴν αἰτίαν, δι' ἣν λέγονται ἐπαρχιῶται τοῦ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ὁ Δέρκου, ὁ Μεσήνης, ὁ Παρίου, ὁ Ἄπρου, καὶ ἄλλοι τινὲς ἀρχιεπίσκοποι καὶ μητροπολῖται μὴ ἔχοντες ἐπισκόπους· οὗτοι γὰρ ἀναγκάζονται καὶ μόνοι παρὰ τῷ πατριάρχῃ ἅπαξ ἐνιαυτοῦ συνέρχεσθαι· τὰς δὲ λοιπὰς αἰτίας παρά τινων λεγομένας μὴ παραδέχου. Ἀνάγνωσον καὶ τὸ τέλος τοῦ ῥηθέντος κ' κεφαλ. διοριζομένου ἐσχάτας τιμωρίας ὑφίστασθαι τοὺς ἄρχοντας τοὺς μὴ καταναγκάζοντας τοὺς ἐπισκόπους τὰς τοιαύτας συνόδους ποιεῖν.

ZONAR. Quod apostolicis antea synodicisque canonibus cautum fuerat, hæc quoque synodus renovata constitutione decrevit, ac, ut singulis annis in unaquaque provincia synodus haberetur, edixit; adeo ut omni modo, hoc est nullo causæ cujusquam obtentu tergiversationeque admissa synodus in unaquaque provincia semel quotannis habeatur propter emergentes **167** in Ecclesia difficultates; idque a festo Paschatis ad finem usque mensis Octobris. Sed de his fusius in superiorum canonum explicatione disseruimus.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ οἱ θεῖοι ἀπόστολοι καὶ αἱ προλαβοῦσαι σύνοδοι περὶ τῶν ἐτησίων τούτων κανόνας ἐξέθεντο, καὶ ἡ σύνοδος αὕτη ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ γίνεσθαι συνόδους ἐν ταῖς ἐπαρχίαις διετάξατο, ἀνανεοῦσα τοὺς κειμένους περὶ αὐτοῦ κανόνας, ὥστε ἐκ παντὸς τρόπου, ἀντὶ τοῦ ἀπαραιτήτως καὶ ἀπροφασίστως, ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐν ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ γίνεσθαι σύνοδον διὰ τὰς ἀναφυομένας ἐκκλησιαστικὰς αἰτίας. Γίνεσθαι δὲ ταύτην ἀπὸ τοῦ Πάσχατος μέχρις ὅλου τοῦ Ὀκτωβρίου μηνός. Ἐγράφη δὲ περὶ τούτου πλατύτερον ἐν τοῖς προλαβοῦσι κανόσιν.

ARIST. « Quandoquidem bis nequit, semel quotannis saltem celebretur synodus, inter Pascha et mensem Octobrem. »

Propter difficultates episcopis accidentes, et Barbarorum incursiones, decretum de synodo bis quotannis celebrando a præsenti canone contrahitur; et decernitur, semel in singulis annis haberi synodum inter Pascha et mensem Octobrem.

ΑΡΙΣΤ. « Ἐπεὶ μὴ δὶς δυνατὸν, ἅπαξ ἑκάστου ἔτους γινέσθω σύνοδος μέσον τοῦ Πάσχα καὶ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνός. »

Διὰ τὰς προσπιπτούσας δυσχερείας τοῖς ἐπισκόποις καὶ τὰς τῶν βαρβάρων ἐπιδρομὰς τὸ δὶς τοῦ ἔτους γίνεσθαι σύνοδον ὑπὸ τοῦ παρόντος συνεστάλη κανόνος. Καὶ ὡρίσθη ἅπαξ ἐφ' ἑκάστῳ ἐνιαυτῷ γίνεσθαι σύνοδον μεταξὺ τοῦ Πάσχα καὶ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνός.

CANON IX.

« Nulli licere clerico cauponiam habere tabernam.

ΚΑΝΩΝ Θ'.

« Μηδενὶ ἐξεῖναι κληρικῷ (68) καπηλικὸν ἐργαστή-

Guill. Beveregii notæ.

priusquam throni eorum ad patriarchatus promoti sunt, aliis perpetuo metropolitanis subjecti fuerunt, Constantinopolitanus quidem Heracleensi, et Cæsariensi Hierosolymitanus; quo factum est, ut etiamsi postea patriarchæ fuerint, nullam tamen provinciam habuerint, in qua metropoliticam potestatem exercere poterant. Balsamon, fateor, hoc loco asserit, episcopos supradictos, Derci, Messenæ, Parii, Apri, aliosque ἐπαρχιώτας τοῦ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως dictos fuisse: sed haud dubie summe καταχρηστικῶς ita appellati sunt; cum patriarcha Constantinopolitanus nullam ἐπαρχίαν habuerit, nedum illos proprie ἐπαρχιώτας habere potuit, qui, ut ante dictum est, αὐτοκέφαλοι fuerunt. Quinetiam ipse Balsamon indigitat alias ab aliis datas fuisse rationes, quare dicti episcopi ἐπαρχιῶται *provinciales* patriarchæ Constantinopolitani vocati sunt: unde constat veram non constitisse rationem. Quod si isti in provincia, ei peculiariter tanquam metropolitano subjecta, constituti fuissent, nihil dubii esse potuit, cur ita cognominarentur. Sed et nihil certius est, quam eos in diversis provinciis sitos esse; ac propterea provinciales episcopi omnes eorum nemini esse poterant. Adeo ut quæcunque demum fuerit ratio, cur ita dicerentur, hæc saltem a Balsamone excogitata, nulla est; nisi forsitan provincialium adinstar episcoporum, illi ad Constantinopolitanum patriarcham quotannis convenire compellerentur; quod Balsamon quidem asserit, sed refragante veteri episcopatuum notitia, in qua isti throni αὐτοκέφαλοι nominantur. Cum autem Patriarchæ Romanus, Alexandrinus, et Antiochenus suffraganeos sive provinciales episcopos proprie sic dictos habuerint, a se quidem ordinatos, sed nullam alios episcopos ordinandi potestatem habentes: illi juxta hanc novellam eos ad synodum convocare poterant. Sed cum Justinianus imperator Constantinopoli sedem imperialem habuerit, ad eam haud dubie æque ac ad alias sedes patriarchales in novella ista condenda respexit: quæ propterea de metropolitanis potius ad patriarchas suos conveniendis intelligenda est. Sed ita intelligi nequit, nisi vulgaris hæc lectio immutetur, quandoquidem omnes metropolitani tunc temporis alios episcopos ordinandi jus habebant.

(68) *Μηδενὶ ἐξεῖναι κληρικῷ.* Constantini Harmenopuli epitome hujus canonis sic se habet, Κληρικὸς καπηλικὸν ἐργαστήριον ἔχων, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω, *Clericus, qui officinam cauponariam habet, aut desistat, aut deponatur.* In quam scholiastes hæc notat, Ὁ πατριάρχης Λουκᾶς καὶ μυρεψικὰ ἐργαστήρια ἢ λουτρὰ πρὸς τῶν κληρικῶν ἐνεργεῖσθαι ἀπείρηκε διὰ σημειώματος, ὡς αἰσχροῦ κέρδους καὶ ψεύδους παραίτια. Κωλύει δὲ τοὺς διακόνους ἰατρικῆς ἀντιποιεῖσθαι, καὶ ἀφορισμῷ καθυποβάλλει τοὺς κοσμικὰ καὶ δημόσια διενεργοῦντας κληρικούς. Καὶ ὁ πατριάρχης Μιχαὴλ ὁ τοῦ Ἀγχιάλου, κοσμικὰ

« ριον ἔχειν. Εἰ γὰρ τῷ τοιούτῳ εἰσιέναι ἐν καπηλείῳ οὐκ ἐπιτέτραπται, πόσῳ μᾶλλον ἄλλοις ἐν τούτῳ διακονεῖσθαι, καὶ ἃ μὴ θέμις αὐτῷ ἐγχειρεῖν; Εἰ δέ τι τοιοῦτον διαπράξοιτο, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω. »

ΒΑΛΣ. Ὁ μὲν νδ' κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἀφορίζεσθαι λέγει τοὺς ἐσθίοντας ἐν καπηλείῳ κληρικούς· ὁ δὲ παρὼν διορίζεται μὴ ἔχειν κληρικὸν καπηλικὸν ἐργαστήριον, ἤγουν μὴ ἐνεργεῖν ἐμπορίαν καπηλικήν. Εἰ γὰρ κατὰ δεσποτείαν ἔχει καπηλικὸν ἐργαστήριον, καὶ πρὸς ἑτέρους τοῦτο ἐκδίδωσι, καινὸν οὐκ ἔστι. Τοῦτο γὰρ καὶ παρὰ μοναστηρίων καὶ ἐκκλησιῶν διαφόρων γίνεται· ὥστε τὸ ἔχειν ἐνταῦθα ἀντὶ τοῦ ἐνεργεῖν ἐκλάμβανε. Ἐπεὶ δὲ ἕτερόν ἐστι τὸ εἰσέρχεσθαι ἐν καπηλείῳ ἀλλοτρίῳ καὶ ἐσθίειν, καὶ ἕτερον τὸ ἐμπορεύεσθαι καπηλικὴν τέχνην, ἐν μὲν τῷ ἀποστολικῷ κανόνι ἀφορίζεσθαί φησι τὸν ἐσθίοντα ἐν καπηλείῳ κληρικὸν, καὶ μετὰ παραγγελίαν μὴ διορθούμενον, πάντως διὰ τὸ μετριώτερον τοῦ ἁμαρτήματος· τὸν δὲ ἐνεργοῦντα κληρικὸν καπηλικὸν ἐργαστήριον, μὴ διορθούμενον μετὰ παραγγελίαν, καθαιρεῖσθαί φησιν ὁ παρὼν κανὼν, πάντως, διὰ τὸ βαρύτερον τοῦ ἁμαρτήματος. Ἀνάγνωθι τὰ παραγραφέντα ἐν τῷ ῥηθέντι νδ' ἀποστολικῷ κανόνι, καὶ συνόδου Λαοδικείας κανόνα κδ', συνόδου Καρθαγένης κανόνα μ', καὶ βιβλίου δ' τῶν Βασιλικῶν τίτλου α' κεφ. τελευταῖον, ὅπερ κατεστρώθη ἔξωθεν τοῦ λε' κεφ. τοῦ θ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ ἔχειν καπηλικὸν ἐργαστήριον κληρικὸν νοητέον τὸ δι' ἑαυτοῦ ἐνεργεῖν αὐτὸν ἐν αὐτῷ καὶ ὑπηρετεῖν. Οὐ γὰρ εὔσχημον, ἀλλὰ καὶ λίαν ἐστὶν ἀπρεπὲς τὸ καπηλείου προΐστασθαι κληρικὸν, καὶ τοὺς εἰς αὐτὸ εἰσιόντας ὑποδέχεσθαι, καὶ βρώματα παρατιθέναι αὐτοῖς, καὶ οἶνον ἐγχέειν. Ὧ γὰρ ἀπηγόρευται τὸ ὅλως εἰς καπηλεῖον εἰσέρχεσθαι κατὰ τὸν νδ' κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων, πῶς οὗτος ἐν αὐτῷ διηνεκῶς ἔσται ἀναστρεφόμενος; Τόν τε τοῦτο ποιοῦντα ἢ παύεσθαι βούλεται ὁ κανὼν ἢ καθαιρεῖσθαι. Εἰ δέ τις κληρικὸς τοιοῦτο ἐργαστήριον ἔχων ἑτέρῳ αὐτὸ ἐκμισθώσει, περὶ τὴν οἰκείαν κατάστασιν οὐ βλαβήσεται.

ΑΡΙΣΤ. « Εἰ εἰσιέναι ἐν καπηλείῳ κεκώλυται κληρικὸς, καὶ ἔχειν κωλυθήσεται μᾶλλον· ἢ τοίνυν παυθήσονται, ἢ καθαιρεθήσονται. »

Οὐκ ἔξεστι κληρικὸν καπηλικὸν ἐργαστήριον ἔχειν, καὶ ἐνεργεῖν ἐν αὐτῷ· εἰ γὰρ κεκώλυται ἐν ἀλλοτρίῳ καπηλείῳ εἰσέρχεσθαι, εἰ μὴ δι' ἀνάγκην τοῦτο ποιήσει, πολλῷ πλέον ἔχειν αὐτὸν καπηλεῖον οὐ χρὴ, καὶ ἄλλοις ἐν τούτῳ διακονεῖν. Ὁ δὲ τολμῶν τοῦτο

« Si ei enim in cauponam ingredi non est permissum, quanto magis et aliis in ea ministrare, ea, quæ non licet ipsi tractare? Si quid autem tale fecerit, vel cesset, vel deponatur. »

BALS. Quinquagesimus quartus apostolorum canon clericos segregari jubet, qui in caupona comedunt. Decernit autem præsens canon, ne clericus habeat cauponiam officinam, sive ne cauponiam mercaturam exerceat. Si enim cauponiam officinam in dominio habet, et eam aliis elocat, novum non est. Hoc enim etiam apud monasteria et diversas fit ecclesias. Quamobrem, habere hic, pro eo quod est exercere, accipe. Quoniam autem aliud est in alienam cauponam ingredi et comedere, et aliud cauponariam exercere: in canone quidem apostolico clericum, qui in caupona comedit, et post denuntiationem non corrigitur, eo omnino quod peccatum sit levius, segregandum dicit. Clericum autem qui cauponiam tabernam exercet, nec post denuntiationem corrigitur, præsens canon, quoniam gravius omnino peccatum est, dicit esse deponendum. Lege quæ ascripta sunt in dicto quinquagesimo quarto canone apostolico, et synodi Laodic. can. 24 synod. Carth. canone 40 et 4 libri Basilic. tit. primi cap. ultimum quod extra 35 cap. 9 tit. præsentis operis, positum est.

ZONAR. Quod cauponiam domum habere clerici hoc canone prohibentur, id ita accipiendum est, ut eis videlicet operas in caupona locare, ejusque ministeriis inservire ne liceat. Turpe siquidem, atque ab ordinis dignitate vehementer alienum, exercendæ cauponæ clericum præsidere, excipiendis hominibus, apponendis ferculis præsto esse, pincernæque quodammodo operam ac ministeria hospitibus exhibere. Cui enim ut apostolico canone quinquagesimo quarto videre est, ad cauponam divertere omnino non permissum, quo pacto talis in eo perpetuo versabitur? Qui igitur id fecerit, aut ab eo instituto cessare, aut depositione multari canon jubet. Domum tamen ejusmodi habere, ac locare alteri, clericis quoque sine ulla dignitatis jactura concessum est.

ARIST. « Si cauponam ingredi prohibetur clericus, et habere magis prohibebitur: vel itaque desistant, vel deponantur.

Non licet clerico cauponariam habere officinam, et in ea operari. Si enim alterius cauponam ingredi prohibetur, nisi forsitan ob necessitatem illud fecerit: multo magis eum **168** habere cauponam et aliis in ea ministrare non oportet. Qui

Guill. Beveregii notæ.

ὀφφίκια, ἢ πρακτορικὰς ἐνεργείας, ἢ κουρατωρείας τοὺς κληρικοὺς ἐπισκήπτει διὰ σημειώματος μὴ ἀναδέχεσθαι. *Patriarcha Lucas etiam seplasiarias officinas, aut balnearias a clericis curari per adnotationem vetuit: veluti quæ turpi lucro et mendacio occasionem præbent. Interdicit etiam diaconis, ne medicinam faciant; et segregationi subjicit clericos qui mundana publicaque negotia tractant. Itidem patriarcha Michael Anchialinus per adnotationem mandat, ut clerici officia sæcularia, vel exactorum munia, vel curatorum non suscipiant.* Harmenop. Epit. can. sect. 3 tit. 2.

hoc autem facere ausus fuerit, et cessare non persuadetur, deponetur.

CANON X.

« Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, qui usuras, vel quæ dicuntur centesimæ, accipit, vel cesset, vel deponatur. »

BALS. In decimo septimo canone primæ syn. satis scripsimus de omnibus sacerdotibus, seu sacris initiatis qui usuras accipiunt, vel aliquod aliud turpe lucrum sibi excogitant. Et lege quæ in illo scripta sunt; et invenies solutionem repugnantiæ quæ esse videtur illius canonis et præsentis. Præsens enim canon, et apostolicus 44 vel cessare, vel deponi jubent eum qui tale quid facit. Decimus septimus autem canon primæ synodi eum deponi jubet. Lege et 27 cap. 9 tit. præsentis operis.

ZONAR. Usuras exigere, non episcopi solum, presbyteri, et diaconi, sed et omnes in canone recensiti, primæ synodi decimo septimo canone prohibentur. Ibi nos, et quid centesima sit explicavimus, et fusius, quæ ad ipsius canonis explicationem pertinent, exsecuti sumus. Ad ea igitur lectorem remittimus. Sed et eadem, quæ hoc loco, Laodicenæ quoque synodi quarto canone præcipiuntur.

ARIST. « Episcopus, presbyter et diaconus qui usuras accipit, nisi cesset, deponatur. » *Perspicuus.*

CANON XI.

« Nemo eorum qui in sacerdotali ordine enumerantur, vel laicus, Judæorum azyma comedat, vel ullam cum eis familiaritatem ineat, vel in morbis accersat, vel ab eis medicinas accipiat, vel una cum eis in balneis omnino lavetur. Si quis autem hoc facere aggressus fuerit, si sit quidem clericus, deponatur: si autem laicus, segregetur. »

BALS. Sancti Patres nos cum Judæis nullam communionem habere volentes, statuunt nos non debere cum eis festa celebrare, nec accipere, nec comedere, quæ nunc ab illis fiunt azyma, nec ab iis medicinam accipere, nec cum eis lavari. Eos autem qui præter hæc faciunt, si quidem clerici, deponi jubent: si vero laici, segregari. Quære Laod. syn. can. 31, 32, 37, 38 et sanctorum apostolorum canonem 70, et ejus interpretationem. Nec dicat quispiam, quod illa azyma vetiti sunt comedere quæ dantur ab hæreticis, non autem sacrificium facere per azyma, vel absolute comedere azyma; quoniam nos quoque diverso modo azyma comedimus, quæ dicuntur λειπανάβατα. Audiet enim quod non azyma comedere sit prohibitum, sed per azyma more Judaico festa celebrare. Quod est autem majus festum incruento sacrificio, quod

A πράττειν, καὶ μὴ ὑπακούων παυθῆναι, καθαιρεθήσεται.

ΚΑΝΩΝ Ι'.

« Ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, τόκους ἢ τὰς λεγομένας ἑκατοστὰς λαμβάνων, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω. »

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ ιζ' κανόνι τῆς α' συνόδου ἱκανῶς ἐγράψαμεν περὶ πάντων τῶν ἱερωμένων, τῶν λαμβανόντων τόκους, ἢ καὶ ἕτερόν τι αἰσχρὸν κέρδος ἑαυτοῖς ἐπινοουμένων. Καὶ ἀνάγνωθι τὰ ἐν ἐκείνῳ γραφέντα· καὶ εὑρήσεις τὴν λύσιν τῆς δοκούσης ἐναντιοφανείας ἐκείνου τε τοῦ κανόνος καὶ τοῦ παρόντος. Ὁ μὲν γὰρ παρὼν κανὼν καὶ ὁ ἀποστολικὸς μδ' ἢ παύσασθαι ἢ καθαιρεῖσθαί φησι τὸν τοιοῦτόν τι ποιοῦντα· ὁ δὲ ιζ' κανὼν τῆς α' συνόδου καθαιρεῖσθαι B τοῦτόν φησιν. Ἀνάγνωθι καὶ τὸ κζ' κεφάλαιον τοῦ θ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ δὲ τῆς πρώτης συνόδου ἑπτακαιδέκατος κανὼν οὐ τοὺς ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους μόνον κωλύει λαμβάνειν τόκους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζομένους. Ἔνθα καὶ τί ἐστιν ἑκατοστὴ ἡρμήνευται, καὶ πλατύτερον τὰ περὶ τοῦ κανόνος ἐξήγηται. Καὶ ζητητέον ἐκεῖνα. Τὰ αὐτὰ δὲ καὶ ὁ τέταρτος κανὼν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου κελεύει.

ΑΡΙΣΤ. « Ἐπίσκοπος, πρεσβύτερος, καὶ διάκονος τόκους λαμβάνων, εἰ μὴ παύοιτο, καθαιρείσθω. » *Σαφής.*

ΚΑΝΩΝ ΙΑ'.

C « Μηδεὶς τῶν ἐν ἱερατικῷ καταλεγομένων τάγματι ἢ λαϊκὸς τὰ παρὰ τῶν Ἰουδαίων ἄζυμα ἐσθιέτω, ἢ τούτοις προσοικειούσθω, ἢ ἐν νόσοις προσκαλείσθω, καὶ ἰατρείας παρ' αὐτῶν λαμβανέτω, ἢ ἐν βαλανείοις τούτοις παντελῶς συλλουέσθω (69). Εἰ δέ τις τοῦτο πρᾶξαι ἐπιχειροίη, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. »

ΒΑΛΣ. Μηδεμίαν κοινωνίαν ἔχειν ἡμᾶς μετὰ τῶν Ἰουδαίων οἱ θεῖοι Πατέρες θέλοντες, διορίζονται μὴ συνεορτάζειν τούτοις ἡμᾶς, μηδὲ λαμβάνειν καὶ ἐσθίειν τὰ παρ' αὐτῶν τηνικαῦτα γινόμενα ἄζυμα, μηδὲ ἰατρεύεσθαι παρὰ τούτων, ἢ συλλούεσθαι. Τοὺς δὲ ποιοῦντας παρὰ ταῦτα, κληρικοὺς μὲν ὄντας, παρακελεύεται καθαιρεῖσθαι, λαϊκοὺς δὲ, ἀφορίζεσθαι. D Ζήτει τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου κανόνα λα', λβ', λζ' καὶ λη', καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνα ο', καὶ τὴν ἑρμηνείαν αὐτοῦ. Καὶ μή τις λεγέτω ὡς ἐκεῖνα τὰ ἄζυμα ἐκωλύθησαν ἐσθίεσθαι τὰ παρὰ τῶν αἱρετικῶν διδόμενα, οὐ μὴν τὸ γίνεσθαι θυσίαν διὰ ἀζύμων, ἢ ἁπλῶς τὸ ἐσθίειν ἄζυμα· ὅτι καὶ ἡμεῖς διαφόρως ἐσθίομεν ἄζυμα τὰ λεγόμενα λειπανάβατα (70). Ἀκούσει γὰρ ὡς οὐ τὸ ἐσθίειν ἄζυμα κεκώλυται, ἀλλὰ τὸ διὰ ἀζύμων κατὰ τοὺς Ἰουδαίους ἑορτάζειν. Ποία δὲ μείζων ἑορτὴ τῆς ἀναιμάκτου θυσίας ἐστὶν,

Guill. Beveregii notæ.

(69) *Ἐν βαλανείοις τούτοις παντελῶς συλλουέσθω.* Ms. Amerbachianus legit ἐν βαλανείοις παντελῶς τούτους λαμβανέτω. Sed omnes reliqui codices una cum interpretibus in nostra lectione consentiunt.

(70) *Λειπανάβατα.* Hoc, ni fallor, vocabulum alibi non occurrit. Ex hoc autem Balsamonis loco constat aliquod cibi sine fermento confecti genus ita dictum fuisse, Græcis vulgo usitatum.

σημείωμα παρὰ τοῦ ἀοιδίμου βασιλέως κυροῦ Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, διαλαμβάνον ὡς, τῆς μητροπόλεως τοῦ Βασιλαίου καὶ τῆς μητροπόλεως Μαδύτων χηρευουσῶν καὶ μελλουσῶν ψηφισθῆναι, διανέστησαν οἱ μητροπολῖται ὁ Ἡρακλείας καὶ ὁ Ἀγκύρας, καὶ εἶπον μὴ ὀφείλειν τὰς τοιαύτας ἐκκλησίας, κἂν ἐπετιμήθησαν τῷ τῆς μητροπόλεως ἀξιώματι, παρὰ τοῦ μέρους τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας ψηφισθῆναι, ἀλλὰ παρ' αὐτῶν· διὰ τὸ τὴν μὲν ἐκκλησίαν τῶν Μαδύτων ἐπισκοπὴν εἶναι τοῦ Ἡρακλείας, τὴν δὲ ἐκκλησίαν τοῦ Βασιλαίου ἐπισκοπὴν εἶναι τοῦ Ἀγκύρας. Χρησαμένων δὲ τῶν τοιούτων μητροπολιτῶν καὶ τῷ ιβ' κανόνι τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, διοριζομένῳ σώζεσθαι τῇ κατ' ἀλήθειαν μητροπόλει τὰ προσόντα αὐτῇ δίκαια ἐπὶ τῇ τιμηθείσῃ ἐκκλησίᾳ, διάγνωσις γέγονε βασιλικὴ κατὰ παρουσίαν καὶ τῆς τότε συνδιαγνωμονούσης συνόδου, ἐφειμένον εἶναι τῷ βασιλεῖ προεδρίας θρόνον ταῖς ἐκκλησίαις χαρίζεσθαι, καὶ τὰς ἐπισκοπὰς καὶ τὰς ἀρχιεπισκοπὰς εἰς μητροπόλεις ἀνάγειν· καὶ τὰ περὶ τῶν ψήφων αὐτῶν καὶ τῆς ἄλλης διευθετήσεως ὑποτυποῦν κατὰ τὸ αὐτῷ θελητὸν, μὴ ἐμποδιζομένῳ πρὸς τοῦτο ἐκ τοῦ κανόνος τοῦ διοριζομένου φυλάττεσθαι τῇ μητροπόλει τὰ κατὰ τῆς τιμηθείσης ἐπισκοπῆς προσόντα αὐτῇ ἀρχῆθεν δίκαια. Καὶ ἀνάγνωθι τὸ τοιοῦτον σημείωμα ἑρμηνεῦον πῶς ὀφείλει νοεῖσθαι τὸ σώζεσθαι τὰ δίκαια τῆς παλαιᾶς μητροπόλεως, καὶ τὸ μὴ κατατέμνεσθαι τὴν μίαν ἐπαρχίαν εἰς δύο. Ἡμεῖς γὰρ, διὰ τὸ πολύστιχον εἶναι, οὐ κατεστρώσαμεν αὐτὸ ἐνταῦθα ἐξολοκλήρου. Τὸ αὐτὸ δὲ σημείωμα, μετὰ τὴν διήγησιν τὴν περιέχουσαν ὀφείλειν ψηφίζεσθαι τὰς τιμηθείσας ἐκκλησίας κατὰ πρόσταξιν βασιλικὴν παρὰ τοῦ θρόνου τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ μηδὲν μετέχειν ἐπὶ αὐταῖς τοὺς πρώην μητροπολίτας, διαλαμβάνει καὶ ταῦτα ῥητῶς. Ἐπεὶ δὲ οἱ ἀρχιερεῖς καὶ αὖθις τὸν τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου κανόνα προσφέροντες τοὺς ἐκ προσελεύσεως τοῦ ὑψηλοτέρου ἀξιουμένους θρόνου παρὰ κανόνας ἔλεγον τῆς τελεωτέρας τυγχάνειν τιμῆς, καὶ ἤθελον ταῖς ἀλογίστοις ὁρμαῖς ἐπιτεθῆναι κώλυμα, καὶ ἦσαν κανονικὴν προσφέροντες ἀξίωσιν, ἡ βασιλεία μου, καὶ τῇ βασιλικῇ ἐξουσίᾳ τὸ παρὰ τῶν θείων κανόνων δεδομένον ταύτῃ προνόμιον παροράσθαι μὴ θέλουσα, καὶ τὰς ἐπὶ προκλήσει τιμῆς προσελεύσεις τῶν ἀρχιερέων ὡς μὴ κανονικὰς, μηδ' ἔννομον τὸ τῆς ἐφέσεως ἀποτέλεσμα μὴ λαμβάνειν ἐθέλουσα, εὐδοκεῖ μὴ ἄλλως ἐπισκοπὴν εἰς προβαθμιώτερον θρόνον ἀνάγεσθαι, ἀρχιεπισκοπῆς δηλονότι ἢ μητροπόλεως, εἰ μὴ ὁ κατὰ καιροὺς βασιλεὺς οἴκοθεν ὁρμηθεὶς, χάριτος ἀνθρωπίνης μὴ μεσολαβούσης οὐκ εὐπρεποῦς, βουληθείη ταύτῃ τὸ ἐπαναβεβηκὸς ἀξίωμα παρασχεῖν, ἢ τιμῇ τῆς πόλεως, ἢ πίστει τῇ πρὸς τὴν ἐναγῆ Ἐκκλησίαν, ἢ τοῦ προεστῶτος αὐτῆς τὴν ἀρετὴν σεβασθεὶς, κἀντεῦθεν αὐθόρμητος γεγονὼς πρὸς τὸ χαρίσασθαι τὴν τιμήν. Καὶ τῷ γε δι' ἀνθρωπίνην προσπάθειαν καὶ τρόπον οὐκ ἐπαινούμενον τὸ ὑπερβεβηκὸς χαριζομένῳ τῆς τάξεως τὸ ἀπὸ τῶν θείων κανόνων δέος ἐπανατείνεται. Οἷς ἵνα μὴ περιπέσῃ

A tenorem, quod cum metropolis Basilæi et metropolis Madytana viduæ essent, et antistitum electionem fieri oporteret, exsurrexerunt Heracleanus et Ancyranus metropolitanus, et dixerunt, non debere eas ecclesias, etiamsi metropolium dignitate honoratæ sint, a Magnæ ecclesiæ partibus earum antistitum electionem suscipere, sed ab ipsis : eo quod Madytana quidem ecclesia sit Heracleæ episcopatus, Basilæi autem ecclesia sit Ancyrani metropolitani episcopatus. Et cum usi essent ii metropolitani 12 canone Chalcedonensis synodi, quæ decernit servanda veræ metropoli jura, quæ illi adsunt in honorata ecclesia ; decretum fuit imperiale in præsentia synodi, quæ tunc erat, consentientis unaque decernentis, licere imperatoribus pontificalem thronum B ecclesiis largiri, et episcopatus vel archiepiscopatus in metropoles erigere : eaque, quæ ad electionem pertinent et reliquam dispositionem, prout ipse voluerit, describere, nec a canone impediri, qui statuit metropoli jura servari, quæ illi adfuerunt ab initio in honorato episcopatu. Et lege hoc edictum, quod interpretatur quomodo intelligi debeat illud, servari jura antiquæ metropolis, et hoc, non dividendam esse unam provinciam in duas. Nos enim, eo quod sit prolixius, hic integrum non posuimus. Hoc ipsum autem edictum, post decretum quod continet, debere ecclesias quæ sunt honoratæ jussu imperiali a throno Constantinopolitano 202 præsulum electionem accipere, nec eos, qui paulo ante erant metropolitani ullam in eis partem habere ; C hæc quoque expresse continet : Quoniam autem rursus quoque antistites, Chalced. synodi canonem adducentes, eos qui ex supplicatione altiore throno digni habiti sunt, dicebant, præter canones honorem perfectiorem consequi, et rationis expertes eorum appetitiones coerceri volebant et canonicam auctoritatem afferebant ; imperium meum et imperiali sua potestate, quod a divinis canonibus ei datum est privilegium, neglectui haberi non sinens, et antistitum ob honoris provocationem supplicationes, ut non canonicas neque legitimas, appellationis eventum accipere nolens statuit, episcopatum non aliter in sublimiorem thronum erigendum, archiepiscopatus scilicet vel metropolis, quam si D qui tunc est imperator proprio motu impulsus, nulla humana indecore gratia intercedente, voluerit illam, quæ superior est ac eminentior, dignitatem ei præbere, vel propter civitatis honorem, vel propter ejus fidem in sanctam Ecclesiam, vel ejus, qui illi præest, virtutem honorans, et ex eo sua sponte incitatus ad largiendum honorem. Ac ei quidem, qui propter humanam affectionem, et mores non laudatos, ordinem sublimem largitur divinorum canonum metus intentatur. In quos ne sæpe imperator impingat, permittit et sanctissimo, qui pro tempore est, patriarchæ, non aliter a quovis allatam de cujuscunque ecclesiæ primatu chartam confirmare, nec ejus præsulum inter archiepiscopos vel metropolitanos recipere, quam postquam de ea re

ad imperialem potestatem patriarcha retulerit, et quid sacris cautum sit canonibus docuerit, et intellexerit, quod imperator, proprio motu, justa de causa ecclesiæ hunc honorem largitus est. Tunc enim et eam admittet, et in eorum qui sub se sunt antistitum numerum illum cooptabit, qui præstantiorem honorem ab imp. sortitus est. Nota ergo quæ a præsenti imp. edicto dicuntur, de ecclesiis honoratis erectisque ex episcopatibus et archiepiscopatibus in metropoles.

A πολλάκις ὁ βασιλεὺς, ἐφίησι καὶ τοῦτο τῷ κατὰ καιροὺς ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ, μὴ ἄλλως καταστρωννύειν τὸ παρ' οἱουδήτινος προκομιζόμενον πιττάκιον χάριν προεδρίας τῆς οἱασοῦν ἐκκλησίας, μηδὲ τὸν προεστῶτα αὐτῆς τοῖς ἀρχιεπισκόποις ἢ τοῖς μητροπολίταις συγκαταλέγεσθαι, εἰ μὴ ὁ πατριάρχης, περὶ τούτου ἀνενεγκὼν τῇ βασιλικῇ ἐξουσίᾳ, καὶ τὰ περὶ τῶν θείων κανόνων ἀναδιδάξας, μάθοι ὡς κατὰ τὸ ἐφειμένον οἴκοθεν ὁ βασιλεὺς ἐξ εὐλόγου προφάσεως τῇ Ἐκκλησίᾳ τὴν τιμὴν ἐχαρίσατο. Τότε γὰρ καὶ προσδέξεται τοῦτο, καὶ τῇ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἀρχιερέων ὁμηγύρει συγκαταλέξει τὸν εἰληχότα ἐκ βασιλέως τὴν κρείττω τιμήν. Σημείωσαι οὖν τὰ τοῦ παρόντος βασιλικοῦ σημειώματος ῥητὰ χάριν τῶν τιμωμένων ἐκκλησιῶν ἀπὸ ἐπισκοπῶν καὶ ἀρχιεπισκοπῶν εἰς μητροπόλεις.

ZONAR. Renovari urbes, hoc est excitari, quæ nullæ fuerant, ab imperatoribus consuevere, quibus cætera urbium privilegia, aut episcopatus quoque honorem, aut etiam metropolitani forte tituli dignationem, edictis promulgatis, quos etiam publicos typos, pragmaticos alibi, et imperatorias litteras vocavere, dilargiri soliti sunt. Pragmaticis igitur hujusmodi vel publicis typis ecclesiastici quoque ordinis dispositionem accommodandam suadet canon, ut sive episcopatus appellationem nova urbs habuerit, seu ad metropolitani fastigii honorem evecta sit, eodem prorsus ecclesiasticorum jurium ordine recenseatur.

ΖΩΝΑΡ. Καινίζουσι πόλεις οἱ βασιλεῖς, ἀντὶ τοῦ, B νέας ἀνεγείρουσι, καὶ διδόασι ταύταις προνόμιον πολιτικὸν, ἢ καὶ τιμῶσιν αὐτὰς εἰς ἐπισκοπὰς, ἢ καὶ μητροπόλεις τυχὸν διὰ προσταγμάτων ἐγγράφων, ἃ καὶ δημοσίους τύπους ὠνόμασαν, ἀλλαχοῦ δὲ πραγματικοὺς αὐτοὺς καλεῖ, καὶ βασίλεια γράμματα. Τούτοις οὖν τοῖς πραγματικοῖς ἢ δημοσίοις τύποις παρακελεύεται ὁ κανὼν καὶ τὴν τῶν ἐκκλησιαστικῶν τάξιν ἀκολουθεῖν. Ὡς εἴτε ἐπισκοπῆς ἔσχε κλῆσιν ἡ καινὴ πόλις, εἴτε εἰς μητροπόλεως ἀνήχθη τιμὴν, οὕτω καὶ παρὰ τῇ τάξει τῶν ἐκκλησιαστικῶν δικαίων καταλογίζεσθαι.

ARIST. « Si quæ de novo ab imperatore exstructa « est civitas, vel exstruetur, politicos publicosque « typos rerum etiam ecclesiasticarum ordo con« sequatur. »

ΑΡΙΣΤ. « Εἴ τις ἐκαινίσθη πόλις ἐκ βασιλέως, ἢ « καινισθείη, τοῖς πολιτικοῖς καὶ δημοσίοις τύ« ποις, καὶ ἡ τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων C « τάξις ἀκολουθείτω. »

Quæ ab imperatore de novo exstruitur aut exstruetur urbs, sub ejus episcopi diœcesi erit, sub qua descripta est, et cui subjacere jussa. Licet enim alterius episcopi parœciæ proximior sit, eam tamen sibi non vindicabit qui vicinior est, sed civiles et publicos typos etiam talis civitas sequetur, quemadmodum et in decimo septimo synodi Chalcedonensis canone decretum est.

Ἡ παρὰ βασιλέως καινισθεῖσα, ἢ καὶ καινισθησομένη πόλις, ὑπὸ τὴν ἐνορίαν ἐκείνου ἔσται τοῦ ἐπισκόπου, ὑφ' ἣν ἐναπεγράφη καὶ ὑπετέθη τελεῖν. Κἂν τῇ παροικίᾳ ἑτέρου ἐπισκόπου μᾶλλον ἐγγίζει, οὐκ ἐκδικήσει αὐτὴν οὕτως ὁ γειτνιάζων, ἀλλὰ τοῖς πολιτικοῖς καὶ δημοσίοις τύποις ἐπακολουθήσει καὶ ἡ τοιαύτη πόλις, καθὼς ἐν τῷ ἑπτακαιδεκάτῳ κανόνι τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου ὥρισται.

CANON XXXIX.

« Cum frater et comminister noster Joannes, insulæ
« Cypri præsul, una cum suo populo in Helles-
« pontica provincia, et propter barbaricas in-
« cursiones, et ut a gentilium servitute libera-
« rentur, et Christianissimæ potentiæ sceptris
« pure subjicerentur, a prædicta insula emigra-
« verint; clementis Dei providentia, et pii Chri-
« stique amantis imperatoris nostri labore, con-
« stituimus, ut citra ullam innovationem serventur
« quæ a divinis Patribus, qui Ephesi **203** olim
« convenerunt, prædicti viri throno privilegia
« concessa sunt; ut nova Justinianopolis Con-
« stantinopolis jus habeat, et, qui in ea consti-
« tuitur, in primis pius ac religiosissimus epi-
« scopus, præsit omnibus Hellespontiorum pro-

ΚΑΝΩΝ ΛΘ'.

« Τοῦ ἀδελφοῦ καὶ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Ἰωάννου
« τοῦ τῆς Κύπρου νήσου προέδρου ἅμα τῷ οἰκείῳ
« λαῷ ἐπὶ τὴν Ἑλλησπόντιον ἐπαρχίαν διά τε τὰς
« βαρβαρικὰς ἐφόδους διά τε τὸ τῆς ἐθνικῆς
D « ἐλευθερωθῆναι δουλείας, καὶ καθαρῶς τοῖς σκή-
« πτροις τοῦ Χριστιανικωτάτου κράτους ὑποτα-
« γῆναι, τῆς εἰρημένης μεταναστάντος νήσου
« προνοίᾳ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ καὶ μόχθῳ τοῦ
« φιλοχρίστου καὶ εὐσεβοῦς ἡμῶν βασιλέως,
« συνορῶμεν, ὥστε ἀκαινοτόμητα διατηρηθῆναι
« τὰ παρὰ τῶν ἐν Ἐφέσῳ τὸ πρότερον συνελθόν-
« των θεοφόρων Πατέρων τῷ θρόνῳ τοῦ προγε-
« γραμμένου ἀνδρὸς παρασχεθέντα προνόμια,
« τὴν νέαν ὥστε Ἰουστινιανούπολιν τὸ δίκαιον
« ἔχειν τῆς Κωνσταντινουπόλεως (21) · καὶ τὸν

Guill. Beveregii notæ.

(21) *Τὸ δίκαιον ἔχειν τῆς Κωνσταντινουπόλεως.* Ita quidem non modo in ms. nostro Bodleiano, verum etiam in plerisque aliis codicibus tam mss. quam impressis legitur. Zonaram etiam ita legisse ex ipsius horum verborum interpretatione constat. Sed codex Amerbachianus legit τὸ δίκαιον ἔχειν τῆς τῶν Κωνσταντινέων πόλεως. Constantinopolis autem τοῦ Κωνσταντίνου quidem, sed

« ἐπ' αὐτῇ καθιστάμενον θεοφιλέστατον ἐπίσκο- A « πον πάντων προεδρεύειν τῶν τῆς Ἑλλησποντίων ἐπαρχίας, καὶ ὑπὸ τῶν οἰκείων ἐπισκόπων « χειροτονεῖσθαι κατὰ τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν· « τὰ γὰρ ἐν ἑκάστῃ Ἐκκλησίᾳ ἔθη καὶ οἱ θεοφό« ροι ἡμῶν Πατέρες παραφυλάττεσθαι διεγνώ« κασι, τοῦ τῆς Κυζικηνῶν πόλεως ἐπισκόπου « ὑποκειμένου τῷ προέδρῳ τῆς εἰρημένης Ἰου« στινιανουπόλεως μιμήσει τῶν λοιπῶν ἁπάντων « ἐπισκόπων, τῶν ὑπὸ τὸν λεχθέντα θεοφιλέστα« τον πρόεδρον Ἰωάννην, ὑφ' οὗ, χρείας καλού« σης, καὶ ὁ τῆς αὐτῆς Κυζικηνῶν πόλεως ἐπί« σκοπος χειροτονηθήσεται.

« vinciæ episcopis, et a suis episcopis eligatur, « ex antiqua consuetudine. Mores enim, qui sunt « in unaquaque Ecclesia, divini etiam nostri « Patres servandos censuerunt, Cyzicenorum « civitatis episcopo prædictæ Justinianopoleos « præsuli subjecto exsistente, ad imitationem re« liquorum omnium episcoporum, qui subsunt « prædicto Dei amantissimo præsuli Joanni, a « quo, cum usus postulaverit, etiam ipsius Cyzi« cenorum civitatis episcopus ordinabitur.

ΒΑΛΣ. Ἀπὸ μὲν τοῦ η' κανόνος τῆς γ' συνόδου παρίσταται ὅτι ἐκ προσελεύσεως ἐπισκόπου τινὸς Κυπρίων, Ῥιγίνου ἐπιλεγομένου, ὡρίσθη αὐτοκέφαλον εἶναι τὴν Ἐκκλησίαν τῆς Κύπρου· καὶ ἐκωλύθη ὁ Ἀντιοχείας χειροτονίας ἐν αὐτῇ ποιεῖν. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν, ἐξενεχθεὶς ἀπὸ αἰτήσεως ἑτέρου ἀρχιεπισκόπου Κύπρου Ἰωάννου, ἐπικυροῖ μὲν καὶ τὰ ἐν Ἐφέσῳ πεπραγμένα, ὀνομάζων καὶ τὴν Ἐκκλησίαν τῶν Κυπρίων νέαν Ἰουστινιανούπολιν· διορίζεται δὲ ἔχειν αὐτὴν καὶ τὰ δίκαια τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ὡσαύτως καὶ τὰς Ἐκκλησίας τῶν ἐπαρχιῶν τοῦ Ἑλλησπόντου, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν τῆς Κυζίκου· καὶ γίνεσθαι τὰς τῶν ἐπισκόπων αὐτῶν χειροτονίας παρὰ τοῦ ἐπισκόπου Κύπρου. Σήμερον δὲ οὐδεμία ἀπὸ τῶν ἐκκλησιῶν τούτων τῇ ἀρχιεπισκοπῇ Κύπρου ὑπόκειται, ἀλλ' οὐδὲ τὰ δίκαια τῆς Κωνσταντινού-

BALS. Ab octavo canone tertiæ synodi apparet, quod ex supplicatione cujusdam Cypriorum epi- B scopi, Rhegini dicti, statutum est ipsam Cypri Ecclesiam esse principalem ac primam: et prohibitus est Antiochenus episcopus facere in ea ordinationes. Præsens autem canon editus ad postulationem alterius archiepiscopi Cypri, Joannis, confirmat quidem quæ Ephesi acta sunt, nominans etiam Cypriorum Ecclesiam novam Justinianopolin. Statuit autem, illam quoque habere jura Constantinopolis, similiter et Ecclesias provinciarum Hellesponti, et Ecclesiam Cyzici; et ipsorum episcoporum ordinationes a Cypri episcopo fieri. Hodie autem nulla ex his Ecclesiis Cypri archiepiscopatui subjicitur, sed neque habet jura Constantinopolis. Quærendum ergo quomodo hoc fiat. Hellespontus

Guill. Beveregii notæ.

non τῶν Κωνσταντινέων πόλις uspiam, ut opinor, C appellatur. Et haud veri sane cuipiam simile videatur, ut novæ Justinianopoli, ipsius Constantinopolis privilegia concederentur. Etiamsi enim ex hujus canonis præscripto novæ Justinianopolis episcopus αὐτοκέφαλος esse asseratur: patriarcha tamen non sit, neque iisdem propterea, quibus Constantinopolitanus, privilegiis gaudet. Ex altera autem lectione clarior sensus facile eliciatur. Enimvero synodus Ephesina antehac decreverat, ut nec Antiochenus, nec alius quivis episcopus in insula Cypro episcopalem aliquam vel metropoliticam potestatem exercere debeat: sed ut omnia ecclesiastica negotia ibi emergentia metropolitano Constantiæ et synodo provinciæ definirentur. Ista autem Cypri metropolis, quæ antea Constantia dicebatur, a Justiniano imperatore suo de nomine *nova Justinianopolis* dicta est. Ex Amerbachiana itaque hujus loci lectione Patres hoc canone sanxerunt, ut novæ hujus Justinianopolis præsul D iisdem privilegiis frueretur, quæ eidem a synodo Ephesina confirmata fuerant, cum τῶν Κωνσταντινέων πόλις, *Constantiensium civitas* sive *Constantia* dicebatur. Vel si altera cuivis lectio magis arrideat, verba hoc modo explicentur. Cum Saraceni insulam Cyprum invaderent, Joannes urbis metropolitanæ novæ Justinianopolis, sive Constantiæ, præsul, cum plerisque insulæ illius incolis in Hellesponticam provinciam migrare cogebatur. Cum itaque Joannes episcopos suos et sacerdotes æque ac laicos secum ibi haberet, tempore quo hæc synodus agebatur, Patres in ejus gratiam constituunt, consentiente etiam imperatore, ut is privilegia throno suo antiquitus indulta etiam in Hellespontiorum provincia retineret, ut nemo præter ipsum in episcopos populosque suos potestatem haberet: atque insuper, ut ipsa etiam Hellespontiorum provincia, et Cyzicenus quoque episcopus, provinciæ illius metropolitanus, dicto Joanni subjiceretur. Hellespontica autem provincia throno Constantinopolitano tunc dierum suberat. Decernunt igitur hoc loco Patres, Joannem novæ Justinianopoleos præsulem istam Hellesponticam provinciam ita in posterum sibi subjectam habere, ut τὸ δίκαιον τῆς Κωνσταντινουπόλεως in eam totum transferatur; ut quodcumque ibi privilegium episcopus Constantinopolitanus antea vindicaverat, Constantiensis sive Justinianopolitanus postea exerceret. Hoc autem Patres dicto Joanni idcirco indulsisse videntur, quod ille provinciam suam, utpote a Saracenis sive Barbaris occupatam, jam amiserat. Neque enim rationi visum est consentaneum, ut qui metropolitanus, et quidem αὐτοκέφαλος fuerat, alieno postea metropolitano subesset, et omni ecclesiastica potestate propter Barbarorum incursiones privaretur. Cautum est igitur hoc canone, ut Joannes eadem in Hellesponto retineret jura, quæ in Cypro antea habuerat. Et hanc sane veriorem esse canonis hujus expositionem exinde quispiam suspicetur, quod egregium hoc privilegium Joanni Constantiensi indultum cum ipsius persona, vel saltem cum restitutione ejus ad Cypriam provinciam, exstinctum fuit: utpote ex quo illud in ipsius solius gratiam indultum esse manifestum est. Porro hic sensus utrique lectioni aperte convenit. Nam Joannes in Hellesponto degens quatenus ad episcopos Cyprios τὸ δίκαιον τῆς τῶν Κωνσταντινέων πόλεως, quatenus ad Hellesponticos τὸ τῆς Κωνσταντινουπόλεως δίκαιον habere potuit.

quidem est, qui ab Abydo ad Thraciam usque extenduntur fines orientales.

A πόλεως ἔχει. Καὶ ζητητέον ὅπως τοῦτο γίνεται. Ἑλλησπόντος μέντοι ἐστὶ τὰ ἀπὸ τῆς Ἀβύδου καὶ μέχρι τῆς Θρᾴκης παρεκτεινόμενα ἀνατολικὰ ὅρια.

ZONAR. Cypri episcopis, ejus insulæ episcopum quemque renuntiandi auctoritas, divinorum tertiæ synodi Patrum decreto adjudicata est, Antiochenus enim Cyprum sub se habere, et episcopos ibidem ordinare conatus est. Prærogativam igitur suam Cypri Ecclesiis inviolatam servare hic canon jubet: novamque urbem, quæ Justinianopolis dicta, æquali cum urbe Constantinopolitana jure esse decernit. Et quemadmodum Constantinopolitanæ sedi Asiana provincia, Pontica, Thracicaque subjectæ, sic Hellespontica Justinianopolitanæ adjudicata, et in episcopum Cyzicenum auctoritas (nam ipsa quoque Cyzicus in Hellesponto est) ejusdemque renuntiandi facultas permissa. Hoc autem de Cyzico decretum utrum unquam in usu fuit, haud facile dixerim; nunc quidem hoc decretum, quod ad Cyziceni electionem attinet, negligi constat. Sed neque in Hellesponti regiones urbesque ulla hoc tempore Cypri episcopo est potestas.

ΖΩΝΑΡ. Ἐν τῇ τρίτῃ συνόδῳ ἐψήφισται παρὰ τῶν τῆς συνόδου ἐκείνης θείων Πατέρων τοὺς Κυπρίους ἐπισκόπους δι' ἑαυτῶν τὰς χειροτονίας τῶν ἐπισκόπων ποιεῖν. Ἐπειρᾶτο γὰρ ὁ Ἀντιοχείας τότε ὑφ' ἑαυτὸν καὶ τὴν Κύπρον ἔχειν, καὶ παρ' ἐκείνου χειροτονεῖσθαι τοὺς ἐν αὐτῷ ἐπισκόπους· τοῦτο οὖν προνόμιον καὶ ὁ κανὼν οὗτος ἀκαινοτόμητον προσεῖναι ψηφίζεται ταῖς ἐκκλησίαις ταῖς ἐν τῇ Κύπρῳ, καὶ προστίθησι τῇ νέᾳ πόλει, ἥτις Ἰουστινιανούπολις ἐπεκλήθη, τὸ τῆς Κωνσταντινουπόλεως δίκαιον. Καὶ ὥσπερ τῷ θρόνῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ὑποτέθειται ἥ τε Ἀσιανὴ, καὶ ἡ Ποντικὴ, καὶ ἡ Θρᾳκικὴ B ἐπαρχία, οὕτω καὶ τούτῳ δέδοται προεδρεύειν τῆς Ἑλλησποντίων ἐπαρχίας, ὑποκεῖσθαι δὲ αὐτῷ καὶ τὸν Κυζίκου ἐπίσκοπον, καὶ παρ' αὐτοῦ χειροτονεῖσθαι· καὶ αὕτη γὰρ ἡ πόλις, τὴν Κύζικον φημὶ, Ἑλλησπόντιός ἐστιν. Εἰ μὲν οὖν καὶ εἰς ἔργον ἦλθεν ἡ περὶ τῆς Κυζίκου ψῆφός ποτε, οὐκ οἶδα· τέως δὲ οὐ κρατεῖ τὰ τῆς ψήφου ὅσον πρὸς τὴν Κύζικον. Ἀλλὰ οὐδ' ἐπὶ ταῖς ἄλλαις Ἑλλησποντίων χώραις καὶ πόλεσι πρόσεστί τι τῷ Κύπρου δίκαιον.

ARIST. « Nova Justinianopolis Constantinopoleos « jus obtineat, ejusque præsul omnibus Hellespontiorum episcopis, ad quos emigravit, præsit, et a suis episcopis ordinetur: uti Patres Ephesini decreverunt. »

ἈΡΙΣΤ. » Ἡ νέα Ἰουστινιανούπολις τὸ δίκαιον » ἐχέτω Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ὁ ταύτης πρόεδρος πάντων Ἑλλησποντίων, πρὸς οὓς μετῴκησε, προεδρευέτω, καὶ ὑπὸ τῶν οἰκείων ἐπισκόπων χειροτονείσθω· ὡς οἱ ἐν Ἐφέσῳ ἐθέσπισαν. »

Hic qui Cypriorum præsidebat insulæ Joannes (hæc namque est et nova Justinianopolis) propter Barbarorum incursiones, et ut infidelium servitute eximeretur, planeque christianissimæ potentiæ sceptris subjiceretur, insula decedens, et ad Hellespontiorum se recipiens provinciam, Patrum indulgentia in Hellespontiacis episcopalibus jus Constantinopolitanum habere, omnibusque in ea provincia episcopis præsidere, et maxime propriam habere auctoritatem, et a suis episcopis ordinari permissus est: quemadmodum et synodus Ephesina decrevit. Postquam autem Cyprus gentilium manibus liberata fuit, quæ in Hellesponto erant metropoles ad thronum Constantinopolitanum redierunt.

C Οὗτος ὁ τῆς τῶν Κυπρίων νήσου πρόεδρος Ἰωάννης (αὕτη γάρ ἐστι καὶ νέα Ἰουστινιανούπολις) διὰ τὰς τῶν Βαρβάρων ἐφόδους καὶ τὸ τῆς ἐθνικῆς ἐλευθερωθῆναι δουλείας, καὶ καθαρῶς τοῖς σκήπτροις τοῦ Χριστιανικωτάτου κράτους ὑποταγῆναι, μετανάστης τῆς Κύπρου γενόμενος, καὶ εἰς τὴν τῶν Ἑλλησποντίων μετοικήσας ἐπαρχίαν, ἐπετράπη τὸ δίκαιον ἔχειν Κωνσταντινουπόλεως ἐπὶ ταῖς Ἑλλησποντίαις ἐπισκοπαῖς, καὶ πάντων τῶν ἐν τῇ τοιαύτῃ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπων προεδρεύειν αὐτὸν, καὶ ἰδιαιτάτην ἀρχὴν ἔχειν, καὶ ὑπὸ τῶν ἰδίων ἐπισκόπων χειροτονεῖσθαι· καθὼς καὶ ἡ ἐν Ἐφέσῳ σύνοδος ὥρισεν. Ἐπεὶ δὲ ἡ Κύπρος τῆς ἐθνικῆς ἠλευθερώθη χειρὸς, ἐπανῆλθον πάλιν αἱ καθ' Ἑλλήσποντον μητροπόλεις πρὸς D τὸν τῆς Κωνσταντινουπόλεως θρόνον.

204 CANON XL.

« Quoniam Deo hærere per secessum ex vitæ strepitu, valde est salutare, oportet nos non sine examinatione eos, qui vitam monasticam eligunt, non intempestive admittere: sed nobis a Patribus traditum decretum in eis quoque

ΚΑΝΩΝ Μ'.

« Ἐπειδὴ τῷ Θεῷ κολλᾶσθαι διὰ τῆς ἐκ τῶν τοῦ « βίου θορύβων ἀναχωρήσεως λίαν ἐστὶ σωτήριον, « χρὴ μὴ ἀνεξετάστως ἡμᾶς παρὰ τὸν καιρὸν τοὺς « τὸν μονήρη βίον αἱρουμένους προσίεσθαι· ἀλλὰ « τὸν παραδοθέντα ἡμῖν παρὰ τῶν Πατέρων καὶ

Guill. Beveregii notæ.

(22) *Τοὺς ἐν αὐτῷ ἐπισκόπους*. Regulæ grammaticæ Amerbachianam hoc in loco lectionem exigunt, quæ est τοὺς ἐν αὐτῇ ἐπισκόπους, τέως δὲ οὐ κρατεῖ τὰ τῆς ψήφου. De hac re Balsamon quoque quæstionem movendam ducit, καὶ ζητητέον, inquit, ὅπως τοῦτο γίνεται. Verum huic quæstioni facile respondetur ex ipsis Aristeni in epnomen hujus canonis scholiis; nimirum quod cum Cyprus a Gentilium sive Barbarorum manibus liberata fuerit, provincia Hellespontica ad thronum Constantinopolitanum rediit. Nam canon hic personalis, vel etiam temporalis, ut ita loquar, solummodo fuit; quippe qui in Joannis solius gratiam constitutus, tantum obtinere debuit, quamdiu provincia Cypria a Barbaris detenta fuerit.

« ἐν αὐτοῖς φυλάττειν ὅρον, ὥστε τὴν ὁμολογίαν « τοῦ κατὰ Θεὸν βίου τότε προσίεσθαι, ὡς ἤδη βε« βαίαν καὶ ἀπὸ γνώσεως καὶ κρίσεως γινομένην « μετὰ τὴν τοῦ λόγου συμπλήρωσιν (23). Ἔστω « τοίνυν (24) ὁ μέλλων τὸν μοναχικὸν ὑπέρχεσθαι « ζυγὸν, οὐχ ἧττων ἢ δεκαετὴς (25), ἐν τῷ προέ« δρῳ κειμένης καὶ τῆς ἐπὶ τούτῳ δοκιμασίας, εἰ « τὸν χρόνον αὐτῷ αὐξηθῆναι λυσιτελέστερον « ἡγεῖται πρὸς τὴν ἐν τῷ μονήρει βίῳ εἰς ἀγωγὴν « καὶ κατάστασιν. Εἰ γὰρ καὶ ὁ μέγας Βασίλειος « ἐν τοῖς ἱεροῖς αὐτοῦ κανόσι τὴν ἑκουσίως ἑαυ« τὴν προσάγουσαν τῷ Θεῷ, καὶ τὴν παρθενίαν « ἀσπαζομένην, τὸν ἑπτακαιδέκατον διανύουσαν « χρόνον, τῷ τῶν παρθένων τάγματι ἀριθμεῖσθαι « νομοθετεῖ· ἀλλὰ οὖν τῷ περὶ τῶν χηρῶν τε καὶ « διακονισσῶν παραδείγματι κατακολουθήσαντες, « εἰς τὸν εἰρημένον χρόνον ἀναλόγως τοὺς τὸν μο« νήρη βίον ἑλομένους περιεστήσαμεν· ἐν γὰρ τῷ « θείῳ Ἀποστόλῳ γέγραπται ἑξήκοντα ἐτῶν τὴν « ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ καταλέγεσθαι χήραν· οἱ δὲ « ἱεροὶ κανόνες τεσσαράκοντα ἐτῶν τὴν διακόνισ« σαν χειροτονεῖσθαι παραδεδώκασιν, τὴν Ἐκκλη« σίαν χάριτι θείᾳ κραταιοτέραν γενομένην, καὶ « ἐπὶ τὰ πρόσω βαίνουσαν ἑωρακότες, καὶ τὸ τῶν « πιστῶν πρὸς τὴν τῶν θείων ἐντολῶν τήρησιν « πάγιόν τε καὶ ἀσφαλές· ὅπερ καὶ ἡμεῖς ἄριστα « κατανοήσαντες, ἀρτίως διωρισάμεθα τὴν εὐλο« γίαν τῆς χάριτος τῷ μέλλοντι τῶν κατὰ Θεὸν « ἀγώνων ἐνάρχεσθαι, ὥσπερ τινὰ σφραγῖδα τα« χέως ἐνσημαινόμενοι, ἐντεῦθεν αὐτὸν πρὸς τὸ « μὴ ἐπὶ πολὺ ὀκνεῖν καὶ ἀναδύεσθαι προβιβάζον« τες· μᾶλλον μὲν οὖν καὶ πρὸς τὴν τοῦ ἀγαθοῦ « παρορμῶντες ἐκλογὴν καὶ κατάστασιν. »

« servare, ut vitæ secundum Deum professionem, « ut jam firmam et a scientia ac judicio factam, « tunc admittamus, post rationis complemen« tum. Qui ergo monachicum jugum est subitu« rus, ne sit minor quam decem annos natus, « ejus quoque rei examinatione in præsulis « arbitrio sita, an augeri tempus conducibilius « existimet ad introductionem et constitutionem « in vita monastica. Etsi enim magnus etiam « Basilius, in sacris suis canonibus, eam, quæ « se sua sponte Deo offert, et virginitatem am« plectitur, si decimum septimum annum com« pleverit, in virginum ordinem referendam esse « statuit : sed tamen de viduis et diaconissis « exemplum secuti, in dictum tempus, analogia « et proportione habita, eos, qui vitam monasti« cam elegerunt, deduximus. In divino enim « Apostolo scriptum est, sexaginta annorum « viduam in Ecclesia eligendam : sacri autem « canones quadraginta annorum diaconissam « ordinandam esse statuerunt, cum Ecclesiam « Dei gratia potentiorem evasisse et ulterius « procedere vidissent, fideliumque, ad divinorum « mandatorum observationem, firmitatem ac « stabilitatem. Quod quidem cum nos quoque « optime intellexissemus, perfecte statuimus be« nedictionem gratiæ, ei qui certamina secundum « Deum aggressurus est, veluti quoddam signa« culum celeriter imprimentes, hinc eum ad non « diu cunctandum et tergiversandum inducen« tes, vel potius etiam ad boni electionem et con« stitutionem incitantes. »

ΒΑΛΣ. Ὁ μὲν μέγας Βασίλειος ἐν τῷ ιη' κανόνι αὐτοῦ τὰς μετὰ τὰ δεκαὲξ ἔτη ὁμολογούσας παρθενίαν προσδέχεται· ὡς δυναμένας τὸ καλὸν ἀπὸ τοῦ φαύλου διακρίνειν καὶ ἐπιλέγεσθαι. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν τὸν δεκαετῆ μονάσαι αἱρετισάμενον οὐκ ἀπο-

BALS. Magnus quidem Basilius in decimo octavo suo canone eas, quæ post sedecim annos se virginitatem suscipere profitentur, admittit : ut quæ bonum a malo possint secernere ac eligere. Præsens autem canon eum qui decem annos natus est,

Guill. Beveregii notæ.

(23) *Μετὰ τὴν τοῦ λόγου συμπλήρωσιν*. In ms. nostro Bodleiano, post ista verba, hæc interseruntur, ὁ δὲ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ ιη' αὐτοῦ κανόνι, φησὶ μετὰ τὸν ιζ' ἐνιαυτὸν δέχεσθαι τὴν μέλλουσαν μονάσαι; *Magnus autem Basilius in 18 ipsius canone dicit, eam, quæ monasticam vitam susceptura est, post annum 17 admittendam esse*. Hæc autem e margine in textum a descriptore traducta sunt, non advertente eadem in ipso canone paulo post haberi.

(24) *Ἔστω τοίνυν*. In mss. Bodleiano, Amerbachiano et Ætoniensi hic locus sic legitur, Ἔστω τοίνυν ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος καὶ τῶν ἐν αὐτῷ, ὅτι χωρὶς εἰδήσεως τοῦ κατὰ χώραν ἐπισκόπου οὐκ ὀφείλουσι γίνεσθαι ἀποκάρσεις τῶν μοναχῶν, πολλῷ δὲ πλέον τῶν ἀτελῶν καὶ ἀμφιλόγων, ὁ μέλλων, etc. Verum prima verba hic descripta ἔστω τοίνυν cum ultimis ὁ μέλλων necessario conjungenda sunt; aliter canonis sensus non cohæret; uti cuivis eam legenti primo intuitu patebit. Reliqua igitur supposititia sunt, neque ad canonem pertinent, neque aliud primo fuisse videntur, quam nota quædam marginalis, cui prima vox desideratur, vid. σημείωσαι, quæ si istis verbis præligatur, sic transferantur, *Nota ex præsenti canone, et iis quæ in ipso sunt, quod sine episcopi, qui loco præest, cognitione, monachorum tonsuræ fieri non debent, multo autem magis eorum, qui imperfecti sunt et inconstantes*, quam sane notam fuisse marginalem nemo non videat.

(25) *Οὐχ ἧττων ἢ δεκαετής*. Harmenopolus vim hujus canonis ex his verbis breviter sic exprimit, Δεκαετής τις μοναζέτω· εἰ καὶ τῷ τῆς χώρας ἐπισκόπῳ ἄξιος τούτου τότε δοκεῖ. *Qui decennis est monachus fiat, si regionis episcopo tunc dignus videtur*. In quam præsentis canonis epitomen scholiastes hæc notat, ὁ μὲν ιη' κανὼν τοῦ μεγάλου Βασιλείου ὑπὲρ τὰ ιστ' ἢ καὶ τὰ ιζ' ἔτη λέγει ὀφείλειν εἶναι τὴν προσάγουσαν ἑαυτὴν τῷ Κυρίῳ καὶ ἀποτασσομένην τῷ γάμῳ· ὁ δὲ παρὼν κανὼν ἐλαττοῖ τὸν χρόνον διὰ τὴν Ἐκκλησίαν χάριτι θείᾳ κραταιοτέραν ὁρᾶν, καὶ ἐπὶ τὰ πρόσω βαίνουσαν καὶ προκόπτουσαν. *Canon quidem 18, magni Basilii ultra 16 vel etiam 17 annos esse debere dicit eam, quæ Domino sese offert, et mundo renuntiat. Hic vero canon tempus illud diminuit, propterea quod Ecclesiam Dei gratia magis confirmatam cerneret, atque ulterius progredientem et proficientem*. Harmenop. Epit. can. sect. 4, tit. 1.

si monachus esse elegerit, non rejicit : sed eum ad A vitam monasticam non aliter recipiendum decernit, quam si ab episcopo probatus fuerit. Adjicit autem se hæc statuere, quoniam Ecclesia Dei gratia ad anteriora procedat, et ad divinorum mandatorum observationem firmior ac validior evadat. Usus est autem ad eorum confirmationem etiam iis quæ de diaconissis in quarta synodo dicta sunt, dicens : Quod cum sanctus Paulus decreverit, quæ sexaginta sunt annorum, viduas in diaconissarum ordinem posse referri, Patres virginem quadraginta annos natam diaconissam ordinari censuerunt : ut ex eo colligatur, Patres nihil absurdum decrevisse, qui imperfectos tondendi tempus ab decimo octavo anno ad decimum redegerint. Est autem magna iis agenda gratia, quod non quemcunque decem annos B natum, nulla diligentiori perscrutatione facta, tonderi permiserint : sed hoc episcopi prudentiæ ac judicio reliquerint. Fortasse enim ejus examinatio, hunc quidem, qui decimum annum excesserit, ad tonsuram admittet : illum vero repellet. Atque hæc quidem sunt, quæ in canone continentur. Tu autem lege 6 Novellam imperatoris domni Leonis Philosephi, quæ continet illum quidem, qui decimum sextum annum complevit vel decimum septimum absque ullo impedimento posse tonderi, ut vult magnus Basilius, atque etiam testari : cum autem, qui anno ætatis suæ decimo monachus esse voluerit, posse quidem libere hoc facere, ex sententia hujus canonis, de bonis autem, quæ habet, testamentum facere non posse, sed exspectare donec C decimum quintum annum attigerit. Interea autem si mortuus fuerit, ejus quidem servi manumittentur, reliquæ autem facultates bifariam dividentur; et duas quidem partes accipiet monasterium, tertia vero pars cognatis dabitur. Quod si defuncto non fuerint cognati, tertia quoque pars monasterio accrescet.

A πέμπεται· πλὴν οὐκ ἄλλως τοῦτον εἰς τὸν μοναδικὸν βίον παραδέχεσθαι διορίζεται εἰ μὴ κατὰ δοκιμασίαν τοῦ ἐπισκόπου. Προστίθησι δὲ ταῦτα νομοθετεῖν, διὰ τὸ τὴν Ἐκκλησίαν χάριτι Θεοῦ ἐπὶ τὰ πρόσω προβαίνειν, καὶ παγιωτέραν γενέσθαι τὴν τῶν θείων ἐντολῶν συντήρησιν. Ἐχρήσατο δὲ εἰς ἐπιστηριγμὸν τούτων καὶ τοῖς περὶ διακονισσῶν εἰρημένοις ἐν τῇ τετάρτῃ συνόδῳ, εἰπὼν ὅτι Τοῦ θείου Παύλου διαταξαμένου τὰς ἑξήκοντα ἐτῶν οὔσας χήρας τῷ τῶν διακονισσῶν καταλέγεσθαι τάγματι, οἱ Πατέρες τὴν παρθένον τὴν τεσσαρακονταετῆ χειροτονεῖσθαι διακόνισσαν ὥρισαν· ὡς ἐντεῦθεν συνάγεσθαι μηδέν τι τοὺς Πατέρας διορίσασθαι ἄτοπον, ὑποβιβάσαντας τὸν χρόνον τῆς ἀποκάρσεως τῶν ἀτελῶν καὶ ἀπὸ ιη' εἰς ι' αὐτὸν περιστήσαντας. Εὐχαριστίας δὲ ἄξιοι B μεγάλης εἰσὶν, ὅτι οὐχ ἐξεχώρησαν παντὶ δεκαετεῖ ἀπολυπραγμονήτως ἀποκείρεσθαι, ἀλλὰ ἐπὶ τῇ διακρίσει τοῦ ἐπισκόπου τὰ περὶ τούτου ἀνέθεντο. Ἴσως γὰρ δοκιμασία αὐτοῦ, τόνδε μὲν ὑπεραναβάντα τὸν δεκαετῆ χρόνον εἰς ἀπόκαρσιν παραδέξεται· τόνδε δὲ ἀποπέμψεται. Καὶ τὰ μὲν τοῦ κανόνος ἐν τούτοις. Σὺ δὲ ἀνάγνωθι τὴν ἕκτην Νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Φιλοσόφου, διαλαμβάνουσαν τὸν μὲν ἀνύσαντα χρόνον ις' ἢ ιζ' ἀπαρεμποδίστως ἀποκείρεσθαι, κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον καὶ διατίθεσθαι· τὸν δὲ βουλόμενον μονάσαι κατὰ τὸν ι' ἐνιαυτὸν (26) τῆς ἡλικίας αὐτοῦ, ἔχειν μὲν ἐπ' ἀδείας τοῦτο ποιεῖν, κατὰ τὸν παρόντα κανόνα· διαθήκην δὲ χάριν τῶν προσόντων αὐτῷ μὴ ποιεῖν, ἀλλὰ περιμένειν μέχρις ἂν τοῦ πεντεκαιδεκάτου χρόνου ἅψηται. C Ἐν τῷ μέσῳ δὲ εἰ τελευτήσει, οἱ μὲν οἰκέται αὐτοῦ ἐλευθερωθήσονται, ἡ δὲ λοιπὴ τούτου περιουσία διαιρεθήσεται διχῇ, καὶ τὸ μὲν δίμοιρον τὸ μοναστήριον λήψεται, τὸ δὲ τρίτον τοῖς συγγενέσι τούτου δοθήσεται. Μὴ ὄντων δὲ συγγενῶν τῷ τελευτήσαντι, καὶ τὸ τρίτον εἰς τὸ μοναστήριον προχωρήσει.

205 ZONAR. Puellas ad virginitatis professionem nonnisi sexdecim aut septemdecim annis majores, Basilius magnus decimo octavo canone admitti jubet : si quæ vero ante id tempus promissiones intercesserint, non magis illis quam puerorum vocibus auscultandum arbitratur. Hic autem canon, qui decem modo annos natus sit, ad monasticæ discipli- D næ exercitationes ac munia admittendum esse decernit. Et canonis quidem a Basilio editi meminit, sed quoniam hoc tempore et Ecclesiæ aliquid roboris, et fidei plus omnino firmitatis accesserit, sintque fidelium animi ad capessenda divinæ legis imperia paratiores, hoc dispensasse dicit. Simileque exemplum ex quarta synodo de diaconissis profert, dicens : Cum viduam sexaginta annis natam eligi divus Paulus statuisset, eamdem prorsus rationem secuti Patres, quod aucta fidei constantia, altiores divini

ΖΩΝΑΡ. Ὁ μὲν μέγας Βασίλειος ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ αὐτοῦ κανόνι μετὰ τὰ ἑξκαίδεκα ἢ καὶ ἑπτακαίδεκα ἔτη τὰς τῶν παρθένων ὁμολογίας ἐγκρίνεσθαι διατάττεται· τὰς δὲ πρὸ τῆς ἡλικίας ταύτης συγκαταθέσεις παιδικὰς ἡγεῖται φωνάς. Ὁ δὲ τῆς συνόδου ταύτης κανὼν δεκαετῆ φησιν εἶναι D δεῖν τὸν μοναχικὸν ζυγὸν ὑπερχόμενον. Καὶ μέμνηται μὲν τοῦ κανόνος τοῦ μεγάλου Βασιλείου, λέγει δὲ οἰκονομεῖν τοῦτο, ὡς τῆς Ἐκκλησίας κραταιοτέρας γινομένης, καὶ τῆς πίστεως ἐπὶ πλέον στηριζομένης, καὶ τῶν πιστῶν πρὸς τήρησιν τῶν θείων ἐντολῶν μᾶλλον ἑδραιουμένων. Κέχρηται δὲ εἰς παράδειγμα καὶ τῷ περὶ τῶν διακονισσῶν κανόνι τῆς τετάρτης συνόδου, λέγων ὅτι τοῦ θείου Παύλου ἑξήκοντα ἐτῶν τὰς χήρας καταλέγεσθαι διαταξαμένου, οἱ Πατέρες τὴν παρθένον τεσσαράκοντα ἐτῶν ὕσαν χειροτονεῖσθαι διάκονον ὥρισαν διὰ τὴν

Guill. Beveregii notæ.

(26) *Μετὰ τὸν ι' ἐνιαυτόν*. Ms. Amerbachianus legit μετὰ τὸν πέντε καὶ δεκατὸν ἐνιαυτόν. Cum autem hic de præsenti canone agatur, juxta quem quispiam post decimum ætatis annum monachus fieri potest, nostra et communis lectio retinenda est.

αὐτὴν πάντως αἰτίαν, ὡς τῆς πίστεως βεβαιοτέρας A γενομένης, καὶ τῶν ἀνθρώπων προθυμοτέρων πρὸς τὴν τῶν ἐντολῶν φυλακήν· πλὴν καὶ τὸ περὶ τοῦ χρόνου τῷ τῆς χώρας ἐπισκόπῳ ἀνατίθησιν· ἵνα ἐκεῖνος σκοπῇ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν τὸν μονήρη βίον αἱρουμένων, εἰ δέον αὐξηθῆναι αὐτῷ τὸν χρόνον, ἢ καὶ δεκαετῆ δεχθῆναι.

quoque obsequii amor in humanis pectoribus radices egisset, quadragenariam virginem in album diaconissarum referri licere decreverunt. In quo tamen rem totam, quod ad ætatem attinet, episcopi arbitrio permittit; ut quicunque se monasticæ vitæ studio teneri ostenderit, num exacto decennio illico admittendum, an ætatis progressum aliquem exspectandum putet, ipse dispiciat.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ μονάζων μονάσει δεκαετής. Εἰ γὰρ « καὶ ὁ θεῖος Βασίλειος τὴν ἀποχειρομένην τὸν « ἑπτακαιδέκατον ἀνύειν χρόνον ἀπέφηνεν· ἀλλ' « ἐπεὶ, τοῦ ἀποστόλου ἑξηκονταέτη οὖσαν τὴν ἐν « Ἐκκλησίᾳ χήραν ἐγγυῶντος, οἱ Πατέρες τὴν « διακόνισσαν ἔφησαν τεσσαρακονταέτην γίνε- « σθαι, κραταιοτέρας τῆς Ἐκκλησίας γενομένης· B « καὶ ἡμεῖς ὀξυτέραν τὴν σφραγῖδα τῷ μονάζοντι « σημαινόμεθα. »

ARIST. « Monachus decem annos natus vitam mo- « nasticam aget. Etiamsi enim divus Basilius « detonsam septemdecim annos transigere cen- « suerit : at quoniam Apostolus viduam sexa- « genariam Ecclesiæ desponsam tradit, Patres « diaconissam quadragenariam ordinari dixe- « runt, Ecclesia firmiori reddita; et nos quoque « citius monacho sigillum imponimus. »

Ὁ μὲν ὀκτωκαιδέκατος κανὼν τοῦ μεγάλου Βασιλείου ὑπὲρ τὰ δεκαὲξ ἢ καὶ δεκαεπτὰ ἔτη λέγει ὀφείλειν εἶναι τὴν προσάγουσαν ἑαυτὴν τῷ Κυρίῳ, καὶ ἀποτασσομένην τῷ γάμῳ· ἵνα αἱ ὑποσχέσεις αὐτῆς βέβαιαι ὦσι, καὶ ἀθετοῦσα ταύτας ἀπαραιτήτως κολάζηται. Τὰς γὰρ παιδικὰς φωνὰς οὐ προσήκει, φησὶ, κυρίας ἐπὶ τῶν τοιούτων ἡγεῖσθαι. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν τὸν μὴ ἥττονα τῶν δέκα ἐτῶν μονάσαι θέλοντα παραδέχεται, ἀνατιθεὶς τὴν ἐπὶ τῷ χρόνῳ δοκιμασίαν εἰς τὴν κρίσιν τοῦ ἡγουμένου, εἴπερ ἡγεῖται λυσιτελέστερον αὐξηθῆναι αὐτὸν πρὸς τὴν ἐν τῷ μονήρει βίῳ διαγωγὴν καὶ κατάστασιν. Ἐλαττοῖ δὲ τὸν χρόνον τὸν ὁρισθέντα παρὰ τοῦ C μεγάλου Βασιλείου, διὰ τὸ τὴν Ἐκκλησίαν χάριτι θείᾳ κραταιοτέραν ὁρᾷν, καὶ ἐπὶ τὰ πρόσω προβαίνουσαν καὶ προκόπτουσαν, καὶ τοὺς πιστοὺς πρὸς τὴν τῶν θείων ἐντολῶν τήρησιν ἀσφαλεστέρους καὶ παγιωτέρους δείκνυσθαι. Καὶ γὰρ διὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ὅτι πρὸς τὸ κρεῖττον ἡ Ἐκκλησία προέκοψεν, ἠλάττωσαν οἱ ἱεροὶ κανόνες καὶ τὸν χρόνον τῆς διακονίσσης, καὶ τεσσαράκοντα ἐτῶν χειροτονεῖσθαι ταύτην παραδεδώκασιν· εἰ καὶ ὁ Ἀπόστολος ἑξήκοντα ἐτῶν τὴν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ μέλλουσαν καταλεγῆναι χήραν προστάττει.

Decimus quidem octavus Basilii magni canon eam, quæ se Domino offert et matrimonio renuntiat, supra sexdecim vel etiam septemdecim esse annos debere dicit : ut promissa ejus firma fiant, eaque violans inexorabiles luat pœnas. Pueriles enim voces, inquit, in hisce ratas existimare non convenit. At præsens canon eum, qui non minor est quam decem annos natus, et monachum agere cupit, admittit, de tempore examinationem præsulis judicio committens, an augeri tempus conducibilius existimet ad introductionem et constitutionem in vita monastica. Tempus autem a Basilio magno definitum minuit canon, quia Ecclesiam gratia divina potentiorem esse, et ulterius procedere et provehi, et fideles ad divinorum mandatorum observationem firmiores et stabiliores videri deprehendissent Patres. Ob eamdem enim rationem, quoniam, viz. ad melius procedit Ecclesia, sacri canones et diaconissæ tempus imminuunt, eamque cum quadraginta sit annorum ordinari statuunt; etiamsi Apostolus ipse viduam quæ in Ecclesia est eligenda sexaginta esse annorum jubet.

ΚΑΝΩΝ ΜΑ'.

« Τοὺς ἐν πόλεσιν ἢ χωρίοις ἐν ἐγκλείστραις βου- « λομένους ἀναχωρεῖν, καὶ ἑαυτοῖς καταμόνας D « προσέχειν, πρότερον ἐν μοναστηρίῳ εἰσιέναι « δεῖ, καὶ τὴν ἀναχωρητικὴν παιδοτριβεῖσθαι « διαγωγὴν, καὶ ἐπὶ τριετῆ χρόνον τῷ τῆς μονῆς « ἐξάρχοντι ἐν φόβῳ Θεοῦ ὑποτάττεσθαι, καὶ τὴν « κατὰ πάντα, ὡς προσήκει, ὑπακοὴν ἐκπληροῦν « καὶ οὕτως ὁμολογοῦντας περὶ τῆς ἐν τῷ τοιού- « τῳ βίῳ προαιρέσεως, καὶ ὡς ἐξ ὅλης καρδίας « ἑκουσίως τοῦτον ἀσπάζονται, ὑπὸ τοῦ κατὰ τὸν « τόπον δοκιμάζεσθαι προέδρου· εἶθ' οὕτως ἐφ' « ἕτερον ἐνιαυτὸν ἔξωθεν προσκαρτερεῖν τῆς « ἐγκλείστρας, ὡς ἂν ὁ σκοπὸς αὐτῶν πλειόνως « φανερωθῇ. Τηνικαῦτα γὰρ πληροφορίαν παρ- « έξουσιν, ὡς οὐ κενὴν θηρώμενοι δόξαν, ἀλλὰ δι' « αὐτὸ τὸ ὄντως καλὸν τὴν ἡσυχίαν ταύτην διώ- « κουσι. Μετὰ δὲ τὴν τοσούτου χρόνου συμπλή-

206 CANON XLI.

« Eos, qui in urbibus vel vicis in clausuris volunt « secedere, et sibi ipsis separatim seu in solitu- « dine mentem adhibere, prius quidem in mo- « nasterium ingredi oportet, et anachoreticam « vivendi rationem exercere, et spatio triennii « ei, qui mansioni præest, in Dei timore parere, « et obedientiam in omnibus, ut æquum est, « implere; et ita de ejus vitæ eligendæ instituto « profitentes, et quod eam ex toto corde sua « sponte amplectuntur, ab ejus loci præsule « examinari : deinde sic alio anno extra clausu- « ram fortiter se gerere, ut scopus eorum evadat « manifestior. Tunc enim plene atque perfecte « significabunt, quod non inanem gloriam ca- « ptantes, sed propter ipsum revera pulchrum « ac honestum, hanc solitudinem persequuntur. « Post tanti autem temporis complementum, si

« In eodem eligendæ vitæ instituto permaneant, includi ipsos, et eis non amplius licere, quando etiam voluerint, ex tali mansione egredi, nisi propter communem utilitatem, vel aliam necessitatem ad mortem urgentem, ad id trahantur, et ita cum benedictione loci illius episcopi. Qui autem sine his jam dictis causis ex suis habitaculis exire aggrediuntur, primo quidem vel invitos dicta clausura coerceri, deinde jejuniis et aliis afflictionibus ipsos curare, scientes, quemadmodum scriptum est, quod Nemo, qui manum aratro immisit, et retro conversus est, est aptus regno cœlorum [33]. »

BALS. Magna quædam res est, et inceptum valde audax, separatim et in solitudine quiescere ac silentium agere, seipsumque in exigua domuncula, tanquam toto vitæ suæ tempore mortuum, includere. Et propterea a Patribus constitutum est, ne quispiam ubilibet et quomodocunque absque diligenti investigatione includatur: sed ut is quidem, qui hoc facere voluerit, prius triennio, ei qui monasterio præest subjectum et morigerum se præbeat, et ex prioribus plene declaret, quænam futura sit in posterum ejus vitæ ratio, cum probatione ac examinatione regionis illius episcopi. Deinde extra clausuram uno adhuc anno se fortiter gerat. Quod si ne sic quidem visus fuerit, is qui includi petit, propter mores improbos hoc facere, sed propter ipsum honestum et animæ salutis desiderium, is ab episcopo includatur, ut ex clausura amplius non exeat; præterquam propter communem utilitatem, vel propter mortis periculum: adhæc, ut nec is aliter sit exiturus, quam cum episcopali permissione. Si autem aliter, et non propter dictas causas exierit, primum quidem vel invitus includatur, ubi prius erat: deinde et commissum ab eo delictum supplicio curetur. Neque enim is est, inquiunt, a Deo recipiendus, qui se bonum aliquod et salutare facturum professus, suorum postea promissorum pœnitentiam agit. Nota ergo ejus, qui est includendus, quatuor annorum probationem. In externis enim regionibus e vestigio includitur qui vult includi, absque episcopali permissione et consuetis canticis. Nota similiter, quod sine episcopali permissione non licet ei, qui inclusus est, ex clausura sua egredi, etiamsi sit causa justissima, quæ ei exeundum esse suadeat. Eos autem, qui non sic egrediuntur, etiam invitos ab episcopo rursus includi. Et hæc quidem decernit canon. Primum autem caput 133 Novellæ, quæ sita est in libro iv. Basilic. capite 14, hæc dicit: Statuimus neminem omnino propriam habere habitationem, neque eam quæ dicitur cellula, nisi si quis velit solus, et uno vel duobus fortasse utens administris, vitam in contempla-

[33] Luc. ix, 62.

A « ρωσιν, εἰ τῇ αὐτῇ προαιρέσει ἐμμένοιεν, ἐγκλεισθῆναι αὐτοὺς, καὶ μηκέτι τούτοις ἐξεῖναι, ὅτε βούλονται, τῆς τοιαύτης καταμονῆς ἀφίστασθαι ἐκτὸς, εἰ μὴ διὰ κοινὴν λυσιτέλειαν ἢ ἑτέραν ἀνάγκην πρὸς θάνατον αὐτοὺς βιαζομένην πρὸς τοῦτο ἕλκοιντο, καὶ οὕτω μετ' εὐλογίας τοῦ κατὰ τὸν τόπον ἐπισκόπου. Τῶν δὲ εἰρημένων προφάσεων δίχα ἐγχειροῦντας ἐκ τῶν καταγωγίων αὐτῶν ἐξιέναι, πρωτοτύπως μὲν ἄκοντας αὐτοὺς καθειργνύειν ἐν τῇ εἰρημένῃ ἐγκλείστρᾳ, ἔπειτα δὲ νηστείαις καὶ ἑτέραις σκληραγωγίαις αὐτοὺς θεραπεύειν, εἰδότας, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὡς « Οὐδεὶς βαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν B οὐρανῶν. »

ΒΑΛΣ. Μέγα τι καὶ τολμηρὸν καταμόνας ἡσυχάσαι τινὰ, καὶ ἐν βραχυτάτῳ οἰκίσκῳ ἐγκλεῖσαι ἑαυτὸν ὡς τεθνεῶτα παρ' ὅλον τὸν τῆς οἰκείας ζωῆς χρόνον. Καὶ διὰ τοῦτο νενομοθέτηται παρὰ τῶν Πατέρων μὴ ἀπολυπραγμονήτως ἐγκλείεσθαί τινα ὁπουδήποτε· ἀλλὰ τὸν βουλόμενον τοῦτο ποιῆσαι πρότερον ἐπὶ τριετίᾳ παρὰ καθηγουμένῳ ὑποτάττεσθαι· καὶ διδόναι πληροφορίαν ἐκ τῶν προτέρων τῆς εἰς τὸ μέλλον διαγωγῆς αὐτοῦ μετὰ δοκιμασίας τοῦ κατὰ χώραν ἐπισκόπου. Εἶτα προσκαρτερεῖν ἔξωθεν τῆς ἐγκλείστρας καὶ ἐφ' ἕτερον ἐνιαυτόν. Καὶ εἰ μηδὲ οὕτως ἀναφανῇ ὁ τὸ ἐγκλεῖσθαι ζητῶν διὰ φαῦλον τρόπον τοῦτο ποιῶν, ἀλλὰ δι' αὐτὸ τὸ C καλὸν καὶ δι' ἔφεσιν ψυχικῆς σωτηρίας, ἐγκλείεσθαι τοῦτον διὰ τοῦ ἐπισκόπου, ἐφ' ᾧ μηκέτι ἐξελθεῖν τῆς ἐγκλείστρας ἐκτὸς, εἰ μὴ διὰ κοινὴν λυσιτέλειαν ἢ διὰ κίνδυνον θανάτου· καὶ ταύτην δὲ τὴν ἐξέλευσιν μὴ ἄλλως γίνεσθαι εἰ μὴ μετὰ προτροπῆς ἐπισκοπικῆς. Εἰ δὲ ἄλλως, καὶ μὴ διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας ἐξέλθῃ, πρῶτον μὲν καὶ ἄκοντα ἐγκλείεσθαι ἔνθα καὶ πρότερον ἦν· εἶτα καὶ δι' ἐπιτιμίων τὸ γεγονὸς παρὰ τούτου ὀλίσθημα θεραπεύειν. Ἀνένδεκτος γὰρ, φασὶν, ἐστὶ τῷ Θεῷ ὁ ἐπαγγειλάμενός τι ἀγαθὸν καὶ σωτηριῶδες ποιῆσαι, καὶ τῶν οἰκείων ὑποσχέσεων ὄπισθεν ἐκ μεταμελείας γεγονώς. Σημείωσαι οὖν τὴν τετραετίαν δοκιμασίαν τοῦ μέλλοντος ἐγκλεισθῆναι· εἰς τὰς ἔξω γὰρ χώρας ἅμ' ἔπος ἅμ' ἔργον ἐγκλείεται ὁ βουλόμενος δίχα ἐπι- D σκοπικῆς ἐπιτροπῆς καὶ τῶν συνήθων ψαλτῳδημάτων. Ὡσαύτως σημείωσαι ὅτι χωρὶς ἐπισκοπικῆς ἐπιτροπῆς οὐκ ἔξεστιν ἐγκλείστῳ ἐξιέναι ἀπὸ τοῦ ἐγκλειστηρίου, κἂν εὐλογωτάτη ἐστὶν αἰτία, παρακαλοῦσα τὴν τούτου ἐξέλευσιν. Τοὺς δὲ μὴ οὕτως ἐξερχομένους, καὶ ἄκοντας ἐγκλείεσθαι πάλιν παρὰ τοῦ ἐπισκόπου. Καὶ ὁ μὲν κανὼν ταῦτα διορίζεται. Τὸ δὲ α' κεφ. τῆς ρλγ' Νεαρᾶς τῆς κειμένης ἐν βιβλίῳ τῶν Βασιλικῶν δ', κεφ. ιδ', φησὶ ταῦτα· Θεσπίζομεν μηδένα παντελῶς ἰδίαν ἔχειν οἴκησιν, μηδὲ τὸ καλούμενον κελλίον, εἰ μή τις βούλοιτο μόνος ὢν καὶ ἑνὶ τυχὸν ἢ δύο χρώμενος ὑπουργοῖς κατὰ τὸν ἐν θεωρίᾳ τε καὶ ἡσυχίᾳ διαζῆν βίον· ἀλλ'

ὅλως ὄντων πλειόνων ἀνδρῶν, μίαν εἶναι καὶ τὴν A αὐτὴν συνέλευσιν, καὶ εὐχομένων, καὶ τὰ τῆς φύσεως ἔργα πραττόντων, ὁπόσα ἄμεμπτά τε καὶ ἀδιάβλητα καθέστηκε· καὶ κοινῇ μὲν, ὡς εἴρηται, σιτεῖσθαι, κοινῇ δὲ καθεύδειν, καὶ εἰ μὲν τοσοῦτον εἴη τὸ πλῆθος, ὅσον εἰς ἕνα οἶκον χωρεῖσθαι, ἐπεί τοί γε τυχὸν δύο ἢ τρεῖς οἴκους εἶναι τοὺς δεχομένους αὐτοὺς μηδένα μέντοι παντελῶς ἴδιον ἔχειν μηδὲν, ἀλλ' ἐν κοινῷ ζῆν νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν, ἵνα αἱ νύκτες αὐτοῖς τὴν αὐτὴν ταῖς ἡμέραις ἔχοιεν παρατήρησιν· οὐ γὰρ καθεύδουσιν ἅπαντες ἀεὶ, ἀλλὰ πρόδηλον ὡς οἱ μὲν ἐν τῷ καθεύδειν εἰσὶν, οἱ δὲ ἐγρηγόρασι· καὶ πάντως ἔσονταί τινες τοὺς καθεύδοντας ἐποπτεύοντες. Εἰ δέ τινα οἰκήματά ἐστιν ἐν οἱῳδήποτε μοναστηρίῳ τῶν ὑπὸ τὸν οἰκουμενικὸν πατριάρχην ταύτης τῆς μεγαλοπόλεως, ἢ τῶν ὑπὸ B τὴν σὴν ὄντων ἁγιωσύνην, εἴτε ἐπὶ τῆς αὐτῆς περιοικίδος, εἴτε παρ' ἡμῶν αὐτῶν ᾠκοδομημένων, ἢ παρ' ἑτέρων· ταῦτα πάντα καθαιρήσεις τρόποις ἅπασιν, ἀνοίξεις τε αὐτοῖς τὴν ἀλλήλων θέαν, καὶ ὄψονται πάντα τὰ παρ' ἀλλήλων πραττόμενα. Τί γὰρ δὴ καὶ εὐλαβηθήσονται τοῦτο πράττειν, ἅπαξ ἑαυτοὺς ἀναθέντες τῷ Θεῷ, καὶ ἀπειπόντες πρὸς πᾶσαν δημώδη δίαιταν; Καὶ τοῦτο μὲν ταύτῃ κρατεῖν νῦν τε καὶ εἰς τὸν ἑξῆς ἅπαντα χρόνον βουλόμεθα, οὐδενὸς, ὡς εἴρηται, ἔχοντος οἴκησιν ἰδίαν, ἀλλὰ συναθροιζομένων ἁπάντων καὶ θεωμένων τὰ παρ' ἀλλήλων πραττόμενα. Πρόδηλον γὰρ ὅτι τὰ τοιαῦτα σπεύδουσιν αὐτὰ καθεστάναι, οἷα παντελῶς ἀνεπίληπτα μένει. Εἰ δέ τις ὀφθείη τοσοῦ- C τον ἀναιδὴς, ὥστε τολμᾷν ἐπιχειρεῖν παραβαίνειν τι τῶν νενομοθετημένων, ὁ τῆς μονῆς ἡγούμενος ταῦτα ἐξεταζέτω. Βουλόμεθα γὰρ τὴν νῦν σφοδροτέραν γενέσθαι παρατήρησιν. Λέγουσιν οὖν τινες ἐναντιοῦσθαι τῷ κανόνι τὴν Νεαράν. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, τὸν μὲν κανόνα διὰ τὴν ἐγκλείστραν ἐκφωνηθῆναι, τὴν δὲ Νεαρὰν διὰ τοὺς ἔχοντας κελλία εἰς κοινόβια μοναστηρίων. Καὶ ἔστι μεγάλη διαφορὰ ἀμφοτέρων τῶν νομοθεσιῶν. Καὶ κατὰ τοῦτο οὐδὲ ἐναντιοῦνται τὰ ὁροθετηθέντα. Σήμερον δὲ εἰς μὲν τὰ γυναικεῖα μοναστήρια ἐνεργοῦσι τὰ τῆς Νεαρᾶς· εἰς δὲ τὰ ἀνδρῷα οὐδαμοῦ.

ΖΩΝΑΡ. Σφαλερὸν ἡγήσαντο οἱ θεῖοι Πατέρες τὸ ἐκ κοσμικῆς διαγωγῆς τινας εἰς ἀναχωρητικὸν καθίστασθαι βίον, καὶ ἑαυτοὺς ἐγκλείειν βραχέσιν D οἰκίσκοις, καὶ αὐτοὺς ἑαυτοῖς εἶναι καθηγητάς. Διὸ τοὺς βουλομένους τοιοῦτόν τι πρότερον εἰς ἀσκητήριον εἰσιέναι κελεύουσι, καὶ ἐπὶ τριετίαν ἐν ὑποταγῇ γίνεσθαι, οὕτω τε παιδοτριβεῖσθαι τὴν ἀναχωρητικὴν διαγωγὴν, καὶ δουλεύσαντας ἐν ὑπακοῇ ὁμολογεῖν ὅτι ὁλοψύχως αἱροῦνται τὴν ἀναχώρησιν· καὶ παρὰ τοῦ κατὰ χώραν ἀρχιερέως αὐτοὺς δοκιμάζεσθαι, καὶ πάλιν ἐπὶ ἐνιαυτὸν ἕτερον προσμένειν τῆς ἐγκλείστρας ἐκτὸς, ἵνα μᾶλλον τὸ ἀμετάθετον φανείη τῆς γνώμης αὐτῶν, οὕτω τε πληροφορήσαντες ὡς οὐ δόξης ἔρωτι ἀνθρωπίνης, ἀλλὰ δι' ἀρετῆς ἐργασίαν τὴν ἡσυχίαν ζητοῦσιν, ἐγκλεισθήσονται, οὐκέτι ἐξελευσόμενοι τοῦ οἰκίσκου, εἰ μή που βιασθεῖεν ὑπ' ἀνάγκης τινὸς ὁρώσης ἢ πρὸς κοινὴν

tione et silentio transigere: sed si plures omnino sint visi, unam esse eamdemque congressionem, et orantium, et naturæ opera facientium, **207** quæcunque a vituperatione ac reprehensione aliena sunt, et communiter quidem; ut dictum est, comesse, communiter autem dormire, et si sit tanta multitudo, quantam una domus comprehendat, etsi duæ sunt fortasse vel tres domus quæ eos suscipiunt, nullus tamen quidquam omnino proprium habeat, sed in communi noctu et diu vivat, ut noctes eamdem illis habeant observationem, quam dies. Non enim omnes semper dormiunt, sed clarum est, quod alii quidem dormiunt, alii vero vigilant: et erunt semper aliqui, qui dormientes observent. Si sint autem aliqua domicilia in quovis monasterio eorum, quæ sunt sub universali patriarchâ hujus magnæ civitatis, vel quæ sunt sub tua sanctitate, seu in eodem circumcirca incolatu, sive quæ sunt a nobis ædificata sive ab aliis: ea omnia omnino dirues, et eis aperies sui invicem spectaculum, et videbunt omnia quæ a se invicem fiunt. Cur enim hoc facere cavebunt, cum se Deo semel dicarint, et omnem popularem vivendi rationem valere jusserint? Et hoc quidem servari volo, et nunc et in omne deinceps tempus, nullo, ut dictum est, habente propriam habitationem, sed congregatis omnibus et ea quæ a se invicem fiunt spectantibus. Clarum est enim, quod ea studebunt esse ejusmodi, ut ab omni penitus reprehensione aliena maneant. Si quis autem usque adeo impudens visus fuerit, ut eorum, quæ lege cauta sunt, transgredi aliquid conari audeat, qui illi præest mansioni hoc examinet. Volumus enim nunc acriorem fieri observationem. Dicunt itaque nonnulli Novellam canoni adversari. Mihi autem videtur quidem canon loqui de anachoretarum inclusionibus, Novella autem esse edita propter eos, qui in monasteriorum cœnobiis habent cellas. Et est magna utrarumque legum differentia: et ideo, hac ratione non repugnant quæ iis constituta sunt. Hodie autem in mulierum quidem monasteriis locum habent quæ Novella cauta sunt; in virorum autem minime.

ZONAR. Qui se ex communi vitæ consuetudine ad anachoreticum institutum subito transferunt, cellulæque angustiis inclusi facti sibi duces vivendi, degunt, periculoso se negotio haud dubie committere divini Patres existimavere. Quos igitur aliquid ejusmodi animo agitare contingat, asceterium prius ingredi, ibique se tribus annis majorum imperiis obsequentes præbere jubent, ut eo pacto anachoreticæ disciplinæ præceptis imbuti, ac in exercitatione parendi multum diuque versati, remotum illud ab hominum societate vitæ genus ex animo se amplecti velle demonstrent. Tum mentem eorum ipse quoque loci antistes exploret, uniusque anni præterea spatium, probandæ magis constantiæ, extra cellæ septa exigat. Hinc ubi se non laudis humanæ studio, sed virtutis exercendæ desiderio solitudinem adamasse fidem fecerint, ita demum includi volunt,

ut omnem sibi penitus ex stationcula sua amplius egrediendi potestatem ereptam esse intelligant: Nisi si forte necessaria causa, vel aliquid in publica totius regionis, ubi degunt, commoda futurum procurandi, vel periculum, ex quo mors fortasse impendeat, declinandi, exire compellat. Et sic porro, episcopo annuente, ipsisque benedicente, egredientur. Qui vero nulla ejusmodi causa intercedente egressi fuerint, primo vel invitos ad suas clausuras rejici, deinde pœnis quoque in eos animadverti Patres jubent: ut jejuniis severioreque disciplinæ ratione exerciti, ea veluti medicina, animum levitatis inconstantiæque morbis liberare nitantur.

ΖΩΝΑΡ. Παντὸς σκανδάλου ἀπηλλάχθαι ὁ κανὼν οὐχὶ τοὺς ἀσκητὰς ἀπαιτεῖ, ἀλλὰ τοὺς πιστοὺς ἅπαντας, καὶ μήτε ἑαυτοῖς δι' ἑτέρων περιποιεῖν D σκάνδαλα, μήθ' ἑτέροις δι' ἑαυτῶν, τοὺς δὲ μοναχοὺς πολλῷ πλέον. Τὸ δὲ ἐν γυναικείῳ μοναστηρίῳ καθεύδειν ἄνδρας, ἢ τοὐναντίον, καὶ αὐτοῖς ἐκείνοις σκανδάλων αἴτιον ἔσται καὶ ἄλλοις. Ἔμφυτον γὰρ τῇ σαρκὶ τὸ πῦρ τὸ ἐκ τῶν παθῶν, καὶ μόλις ἡμῖν ὕλης ἀναπτούσης αὐτὸ πόῤῥω ἑαυτοὺς καθιστῶσι μαλθακώτερον γένοιτ' ἄν. Εἰ δὲ ἡμεῖς αὐτῷ παρατιθέαμεν ὑπεκκαύματα, λαῦρον ἔσται, καὶ κατεμπρήσει ὡς χόρτον ῥᾳδίως ἡμᾶς. Τί δ' ἂν ἔσται ἀνδράσι πρὸς τὸ τῆς ἐπιθυμίας πῦρ δραστικώτερον ὑπέκκαυμα γυναικός, ἢ γυναιξὶν αὖθις ἀνδρὸς πρὸς ἔξαψιν τῆς τοιαύτης φλογός. Καὶ οὕτω μὲν ἀλλήλοις οἱ μονασταὶ λαβὰς σκανδάλου παρέξουσιν, ἑτέρους δὲ σκανδαλίσουσιν, ὁρῶντες γυναῖκας ἐν

ZONAR. Offensiones omnes et scandala evitare, neque vel ex aliis sibi peccandi occasiones quærere, vel aliis ipsi præbere, non ascetæ, sed omnes quidem fidei mysteriis initiati, proindeque multo magis monachi hoc canone jubentur. Quod si in monasteriis mulierum viri pernoctent, aut contra, in eo, tum ipsorum qui id faciunt tum aliorum quoque, offensionem aliquam intercedere necesse est. Carni enim innatus est animi perturbationum ignis, et vix nobis, procul a materia, quæ eum accendit, nosmet constituentibus debilior fiat. Quod si etiam fomitem ipsimet ingeramus, invalescet vehementius, nosque nullo negotio fœni stipulæve instar absumet. Quid porro ad cupiditatis in homine flammam excitandam muliere vehementius? quid vicissim, ut inflammetur hoc igne mulier, homine periculosius? Erunt igi-

tur tum sibi invicem, qui in monasteriis degunt, A offensionis **215** causa, tum aliis quoque, quicunque aut muliebrem in diversorio virili, aut virorum in muliebri asceterio pernoctationem animadverterint. Suspiciosi etenim sunt plerique homines, quique offensionis et calumniæ occasiones undique aucupantur. Eam rem igitur, a recti specie quippe alienam, Patres hac constitutione damnant; quique constitutioni non paruerint, eos segregatione multari jubent.

ἀνδρῶν καταγωγίοις διανυκτερευούσας, ἢ ἄνδρας ἐν ἀσκητηρίῳ γυναικῶν ὁμοίως ποιοῦντας. Ταχύποπτοι γὰρ οἱ πλείους, καὶ ἀφορμὰς ζητοῦντες σκανδάλων ἢ καὶ διαβολῶν. Διὸ καὶ τοῖς Πατράσιν ἀπηγόρευται τοῦτο ὡς οὐκ εὔσχημον· τοὺς δὲ παρὰ ταῦτα ποιοῦντας ἀφορισμῷ κολάζουσιν.

ARIST. « Neque mulierem in virorum, nec virum « in mulierum monasterio dormire oportet. » *Perspicuus.*

CANON XLVIII.

« Uxor ejus, qui ad episcopalem dignitatem pro- « motus est, communi sui viri consensu prius « separata, postquam in episcopum ordinatus « est, monasterium ingrediatur procul ab epi- B « scopi habitatione exstructum, et episcopi pro- « videntia fruatur. Sin autem digna visa fuerit, « etiam ad diaconatus dignitatem provehetur. »

BALS. Sancti quidem apostoli in 5 canone definientes, episcopus, vel presbyter, vel diaconus suam uxorem ne ejiciat pietatis prætextu, concesserunt episcopos post ordinationem habere proprias uxores. Præsentis autem synodi sancti Patres in 12 quidem canone definierunt, quæ tandem definierunt. Nunc autem jubent eum, qui electus est episcopus, ab ea quam habet uxore communi consensu separari, et post consecrationem mulierem monasterium ingredi, quod sit longe ab episcopatu. Se enim invicem frequenter intueri, C priorem eorum vitæ rationem ac consuetudinem est omnino in memoriam eis revocaturum, et amorem accensurum. Cum hoc autem sic fiat, mulierem quidem ab episcopo dignam existimari providentia corporali, si sit pauper: sin autem sit locuples, nihil ei ab episcopo dignam existimari providentia corporali, si sit pauper: sin autem sit locuples, nihil ei ab episcopo dabitur; quoniam nec si ipse quidem sit locuples, ex episcopatu reditibus quidquam potest in seipsum expendere. Si autem ejus uxoris vita sit gravis et gradu diaconatus digna, ad eam quoque provehetur. Hæc cum a canone decernantur, interrogabit quispiam: Cum Justiniani 127 novella, quæ in præsenti libro D sæpe posita est, prohibeat conjugum consensu dissolvi matrimonium, quomodo decernit præsens canon, uxorem ab electo marito consensu separari? *Solutio.* Consensu quidem non solvitur matrimonium: sed justa de causa solvitur: et quemadmodum, si unus ex conjugibus tondeatur, dicimus bona gratia separationem fieri: ita et viro electo post ordinationem solvetur conjugium. Nec

ΑΡΙΣΤ. « Οὔτε γυναῖκα χρεὼν ἐν ἀνδρῶν καθευδῆσαι « μοναστηρίῳ, οὔτε γυναικῶν ἄνδρα. » *Σαφής.*

ΚΑΝΩΝ ΜΗ'.

« Ἡ τοῦ πρὸς ἐπισκοπῆς προεδρίαν ἀναγομένου « γυνὴ κατὰ κοινὴν συμφωνίαν τοῦ οἰκείου ἀν- « δρὸς προδιαζευχθεῖσα μετὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ τῆς « ἐπισκοπῆς χειροτονίαν ἐν μοναστηρίῳ εἰσίτω « πόῤῥω τῆς τοῦ ἐπισκόπου καταγωγῆς ᾠκοδομη- « μένῳ, καὶ τῆς ἐκ τοῦ ἐπισκόπου προνοίας ἀπο- « λαυέτω· εἰ δὲ καὶ ἀξία φανείη, καὶ πρὸς τὸ τῆς « διακονίας ἀναβιβασθήσεται ἀξίωμα. »

ΒΑΛΣ. Οἱ μὲν ἅγιοι ἀπόστολοι ἐν πέμπτῳ κανόνι διοριζόμενοι, ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα μὴ ἐκβαλέτω προφάσει εὐλαβείας, ἐνέδωκαν τοῖς ἐπισκόποις καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν ἔχειν τὰς οἰκείας γυναῖκας· οἱ δὲ τῆς παρούσης συνόδου ἅγιοι Πατέρες ἐν μὲν τῷ ιβ' κανόνι διωρίσαντο ὅσα δῆτα καὶ ὥρισαν· ἀρτίως δὲ παρακελεύονται τὸν ψηφισθέντα εἰς ἐπισκοπὴν ἀποδιίστασθαι τῆς προσούσης αὐτῷ γυναικὸς κατὰ κοινὴν ἀρέσκειαν, καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν ἐν μοναστηρίῳ εἰσέρχεσθαι τὴν γυναῖκα, πόῤῥω ὄντι τῆς ἐπισκοπῆς. Τὸ γὰρ ἀλλήλους ὁρᾷν συνεχῶς ἀναμιμνήσκειν μέλλει πάντως αὐτοὺς τῆς προτέρας διαγωγῆς τε καὶ συμβιώσεως, καὶ ὑπεκκαίειν τὸν ἔρωτα. Οὕτω δὲ τούτου γινομένου, ἀξιοῦσθαι τὴν γυναῖκα παρὰ τοῦ ἐπισκόπου προνοίας σωματικῆς, ἐνδεῆ οὖσαν· εἰ γὰρ εὐπορεῖ, οὐδέν τι δοθήσεται αὐτῇ παρὰ τοῦ ἐπισκόπου. Οὐ γὰρ αὐτὸς εὐπορῶν δύναταί τι εἰς ἑαυτὸν δαπανᾷν ἐκ τῶν εἰσόδων τῆς ἐπισκοπῆς. Εἰ δὲ καὶ ὁ βίος τῆς γυναικὸς σεμνός ἐστι καὶ τοῦ βαθμοῦ τῆς διακονίας ἄξιος, καὶ πρὸς ταύτην προαναβιβασθήσεται. Ταῦτα τοῦ κανόνος διοριζομένου, ἐρωτήσει τις, ὡς τῆς ρκζ' Ἰουστινιανείου Νεαρᾶς (40) τῆς πολλάκις ἐν τῷ παρόντι βιβλίῳ καταστρωθείσης ἀπαγορευούσης τὸ κατὰ συναίνεσιν τῶν ὁμοζύγων λύεσθαι τὰ συνοικέσια, πῶς ὁ παρὼν κανὼν διορίζεται ἀποδιίστασθαι κατὰ συναίνεσιν τοῦ ὑποψηφίου ἀνδρὸς τὴν γυναῖκα; *Λύσις.* Κατὰ συναίνεσιν μὲν οὐ λύεται συνοικέσιον· ἐξ εὐλόγου δὲ αἰτίας λύεται. Καὶ ὥσπερ τοῦ ἑνὸς τῶν ὁμοζύγων ἀποκειρομένου λέγομεν ἀγαθῇ χάριτι τὴν διάζευξιν γίνεσθαι· οὕτω καὶ τοῦ ἀνδρὸς ψηφισθέντος, λυθήσεται μετὰ τὴν χειροτονίαν καὶ τὸ συνοικέσιον. Καὶ οὐ δοκεῖ κατὰ συναίνεσιν λύεσθαι

Guill. Beveregii notæ.

(40) *Β'. κεφ. τῆς ρκγ'. Ἰουστινιανείου νεαρᾶς.* Ita sane omnes habent mss., sed pro ρκγ', legendum est ρκγ', non enim in 123, sed 133 Novellæ Justiniani capite secundo habentur, quæ hic citantur: uti et mox postea, ubi eadem ex cap. 15, tit. 1, l. ιν Basilic. citantur, pro ιε' scribendum ιη'. Non enim in decimo quinto, sed duodevicesimo capite istius tituli, ea inveniuntur.

τοῖς νόμοις ἀπαράδεκτον· πρὸ δὲ τῆς χειροτονίας οὐ λύεται, ὅτι εἰκός ἐστιν αὐτὴν μὴ προβῆναι διά τινα ἀναφυησόμενα εὔλογα αἴτια. Τί δὲ, τῆς γυναικὸς μὴ ἀρεσκομένης ἰδιοστατῆσαι ἐκ τοῦ ψηφισθέντος ὁμοζύγου αὐτῆς, ἐμποδισθήσεται ἡ χειροτονία; *Λύσις.* Δοκεῖ μοι τὴν ψῆφον ἀκυροῦσθαι, ἐὰν ἡ γυνὴ τοῦ ἀνδρὸς ἀνακαλῆται τὴν συζυγίαν. Διὰ τοῦτο γὰρ εἴρηκεν ὁ κανὼν κατὰ συναίνεσιν καὶ αὐτῆς τὴν διάστασιν γίνεσθαι, ὡς μὴ δυναμένην γενέσθαι, εἰ αὕτη ἀπαναίνεται τὴν διάζευξιν. Εἰ δέ τις ἐρεῖ, Καὶ μὴν ἡ ἀπόκαρσις καὶ μὴ θέλοντος θατέρου τῶν ὁμοζύγων γίνεται ἀσφαλῶς· εἰπὲ πρὸς αὐτὸν ὅτι ἐπὶ μὲν τῆς ἀποκάρσεως ὁ περιλειφθεὶς δύναται πρὸς συζυγίαν ἑτέραν ἐλθεῖν, καὶ οὐκ ἀδικεῖται τοσοῦτον· ἐπὶ δὲ τῆς χειροτονίας οὐ δύναται πρὸς ἕτερον γάμον ἐλθεῖν ἡ τοῦ χειροτονηθέντος γυνὴ ἀποκειρομένη, καὶ ὡς μεγάλως ἐντεῦθεν ἀδικουμένη, εἰσακουσθήσεται μὴ θέλουσα τὴν διάζευξιν. Τὸ περὶ τοῦ μὴ ἀναγκάζεσθαι (41) τὴν γυναῖκα τοῦ χειροτονηθέντος ἀποκείρεσθαι καὶ μονάζειν ἐλαλήθη ἐνώπιον τοῦ βασιλέως τοῦ ἁγίου κυροῦ Ἰσαακίου τοῦ Ἀγγέλου κατὰ τὸν Σεπτέμβριον μῆνα τῆς ε' ἰνδικτιῶνος, παρόντων πατριαρχῶν τριῶν, τοῦ Κωνσταντινουπόλεως, τοῦ Ἀντιοχείας, καὶ τοῦ Ἱεροσολύμων, καὶ μητροπολιτῶν ὡσεὶ μ', καὶ διεγνώσθη ὀφείλειν ἀποκείρεσθαι κατὰ τὸ ἀπαραίτητον τὴν γυναῖκα τοῦ χειροτονηθέντος. Ζήτει γοῦν τὸ τοιοῦτον σημείωμα καταστρωθὲν ἐν τῷ χαρτοφυλακίῳ. Ἔτι ἐρωτήσει τις διὰ τί, τοῦ κανόνος λέγοντος μηδένα τὸν μονήρη βίον ἄκοντα ὑποδύεσθαι, ἡ τοῦ χειροτονηθέντος γυνὴ μηδὲν ἀδικήσασα ἐγκλείεται εἰς τὸ μοναστήριον; *Λύσις.* Τινὲς λέγουσιν ὡς, ἐπεὶ ὁ κανὼν οὐ διορίζεται αὐτὴν ῥητῶς ἀποκείρεσθαι, ἀποκλεισθήσεται μὲν εἰς τὸ μοναστήριον (42), ἀποκαρῆναι δὲ οὐκ ἀναγκασθήσεται κατὰ τὰς μοιχευθείσας γυναῖκας, ἢ καὶ ἄλλως ἐσχάτως παραπεσούσας· καὶ μάλιστα ὅτι καὶ πρὸς τὸ τῆς διακονίας ἀξίωμα θέλει ταύτην προάγεσθαι, τὸ ταῖς λαϊκαῖς γυναιξί ποτε χαριζόμενον. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ἐξ ἀνάγκης ὀφείλειν αὐτὴν ἀποκείρεσθαι. Ἐξῆν γὰρ ταύτῃ πρὸ τῆς χειροτονίας, ὡς εἴρηται, μὴ διαζυγῆναι τοῦ οἰκείου ἀνδρὸς, κἀντεῦθεν καὶ τὴν χειροτονίαν ἀπρακτῆσαι καὶ τὴν ἀπόκαρσιν. Ἐπεὶ δὲ

A videtur consensu solvi matrimonium, quod legibus non admittitur. Ante ordinationem autem non solvitur, quoniam consentaneum est eum forte non provehendum propter aliquas probabiles causas exorituras. Quod si mulieri non placeat seorsum a suo conjuge, qui electus est, vitam agere, impedieturne ordinatio? Solutio. Videtur mihi esse infirmanda electio, si uxor mariti conjugium revocet. Propterea enim dixit canon ejus quoque consensu separationem fieri: ut quæ non possit fieri, si ipsa divortium recuset. Si quis autem dicat, Atqui monachalis tonsura, etiam nolente altero ex conjugibus, fit secure; dic ei, quod in tonsura quidem, is qui relictus est, potest ad alterum venire conjugium, nec tanta injuria afficitur: in conse-B cratione autem non potest ad alterum venire matrimonium consecrati episcopi uxor quæ tondetur, et ut quæ magna ea ex re injuria afficiatur, audietur si nolit separari. Quod autem ordinati **216** uxor tonderi, et monasticam vitam agere non cogetur, coram imperatore sancto domino Isaacio Angelo disceptatum est, mense Septembri indictionis 5, præsentibus tribus patriarchis, Constantinopolitano, Antiocheno et Hierosolymitano, et metropolitanis circiter 40 et judicatum est, quod ordinati uxor necessario detonderi debet. Quære igitur dictam constitutionem, in chartophylacio repositam. Præterea interrogabit aliquis, cur, cum canon dicat, nullum monasticam vitam invitum C subire oportere, ejus, qui electus est, uxor, quæ nihil mali fecit, in monasterium includitur? Solutio. Dicunt quidam, quod quoniam canon non statuit expresse eam esse tondendam, includetur quidem in monasterio, tonderi tamen non cogetur, quemadmodum et adulteratæ mulieres, vel quæ alias extreme deliquerunt: et maxime quoniam etiam ad diaconatus dignitatem vult eam posse provehi, quæ aliquando mulieribus laicis concedebatur. Mihi autem videtur oportere eam necessario tonderi. Licebat enim ei ante consecrationem, ut dictum est, a proprio marito non separari, et ita efficere, ut nec consecratio nec tonsura locum

Guill. Beveregii notæ.

(41) *Τὸ περὶ ἀναγκάζεσθαι.* Hæc usque ad ἐν τῷ χαρτοφυλακίῳ, in impressis antehac codicibus desiderata, ex ms. nostro Bodleiano nunc primum edimus. Utrum ad Balsamonis textum jure pertineant, alii viderint. Sane cum præcedentibus non cohærent; ac propterea e margine in textum nobis transcripta videntur. Quod veri ex eo fit similius, quod in Amerbachiano ms. eadem quidem legantur, sed aliis plerumque verbis concepta; quæ nihilosecius in curiosorum gratiam apponere visum est. Τὸ περὶ τοῦ ἀναγκάζεσθαι τὴν γυναῖκα τοῦ χειροτονηθέντος τὸν μοναχικὸν βίον ἑλέσθαι, συνεζητήθη παρὰ τῷ βασιλεῖ κυρῷ Ἰσαακίῳ τῷ Ἀγγέλῳ κατὰ τὸν Σεπτέμβριον μῆνα τῆς ε' ἰνδικτιῶνος παρόντων καὶ τριῶν ἁγιωτάτων πατριαρχῶν, τοῦ οἰκουμενικοῦ, τοῦ Ἀντιοχείας, καὶ τοῦ Ἱεροσολύμων, καὶ μητροπολιτῶν ὡσεὶ τεσσαράκοντα, καὶ διεγνώσθη ὀφείλειν ἀποκείρεσθαι τὴν γυναῖκα τοῦ χειροτονηθέντος κατὰ τὸ ἀπαραίτητον· καὶ ζήτει τὸ D τηνικαῦτα προβὰν σημείωμα, καὶ καταστρωθὲν κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν εἰς τὴν θέσιν τοῦ χαρτοφυλακίου. Hic non opus est interprete, cum eadem fere versio hisce verbis inserviat, quam ad impressa hoc loco apposuimus. Sed non omittendum est, eadem etiam apud Matthæum Blastarem haberi, Syntag. lit. Γ, cap. 17. Et, quod me pene fugerat, hæc in ms. Amerbachiano non eodem, quo in nostro, loco, sed ad ipsum hujus interpretationis finem, sive post ἀφωνίαν εἰσπράττεσθαι, collocari; quod tantum non indubitatum reddit ea ab initio in textu non exstitisse, cum in diversis mss. diversa loca obtineant, nimirum prout descriptoribus visum est; qui cum ea in margine scripta observassent, hic uni, ille alteri textus loco inseruit.

(42) *Ἀποκλεισθήσεται μὲν εἰς τὸ μοναστήριον.* Ms. Amerbachianus rectius legit ἐγκλεισθήσεται.

haberet. Quoniam autem per consecrationem divortium elegit, per tonsuram cogetur separationem perficere, et non ludere ubi non est ludendum. Cum laico enim habitu eam esse in monasterio, supplicii non beneficii opus est: quod ad non parvum consecrationis dedecus spectat. Quare nec vi suscipi tonsura, sed sponte ac consilio reputatur. Quod autem laicæ solum mulieres dignæ diaconissæ dignitate habeantur, verum non est. Nam et monachæ ea dignæ habebantur. Alioqui si concessum fuerit, ut cum laico habitu ingrediatur monasterium, ejus qui consecratus est uxor, juste ac probabili de causa extra quoque versari quæret, forte autem etiam cum alio viro conjungi, vel etiam cum eo, qui episcopus factus est, consuetudinem habere: quod quidem est absurdum, et contra divinorum canonum voluntatem. Nota ergo hæc omnia, et maxime propter eos qui existimant sacerdotum uxores posse etiam secundo nubere. Existimo enim, quod ab hoc canone, eis secundo nubere non permittetur. Quoniam autem in multis nomocanonis invenitur Justiniani Novella (sita in III lib. Basilic. tit. primo cap. 7, quod quidem positum est a nobis in cap. 23, primi tituli præsentis operis) quæ statuit ad episcopalem dignitatem non esse provehendum qui habet uxorem vel liberos, vel eum alioqui, qui præter hæc facit, deponendum, et frequens de ea re mentio facta est: dicimus eam novellam exolevisse, eo quod in Basilicis non ponitur; hunc autem canonem esse in usu, et secundam novellam imperatoris domini Leonis philosophi, quam lege, quæ hæc aperte decernit circa finem. Nostra igitur imperatoria, quæ ex Deo est, majestas, si mandatis divinis insistatur, id longe convenientius fore animadvertens, consonam illis profert legem; et quemadmodum ipsis videtur ad primarium sacerdotium promoveri, qui illo honore alioqui dignus sit, etiamsi liberos habeat legitimos: et ita quidem censens, ut a lege quæ contradicere ausa fuit, in audaciæ pœnam perpetuum in futurum exigatur silentium.

διὰ τὴν χειροτονίαν τὴν διάζευξιν ᾑρετίσατο, ἀναγκασθήσεται διὰ τῆς ἀποκάρσεως τελειῶσαι τὸ διαζύγιον, καὶ μὴ παίζειν ἐν οὐ παικτοῖς. Τὸ γὰρ μετὰ λαϊκοῦ σχήματος εἶναι αὐτὴν εἰς τὸ μοναστήριον κολάσεως ἔργον ἐστὶν, οὐκ εὐεργεσίας. Ὅπερ εἰς ἀτιμίαν τῆς χειροτονίας ἀφορᾷ οὐ μικράν. Διὸ οὐδὲ λογίζεται ἀναγκαστικὴ ἡ ἀπόκαρσις, ἀλλὰ αἱρετή. Τὸ δὲ λαϊκὰς μόνας γυναῖκας ἀξιοῦσθαι διακονικοῦ ἀξιώματος οὐκ ἔστιν ἀληθές· καὶ μονάζουσαι γὰρ ἠξιοῦντο αὐτοῦ. Ἄλλως τε εἰ δοθῇ μετὰ λαϊκοῦ σχήματος εἶναι εἰς τὸ μοναστήριον τὴν τοῦ χειροτονηθέντος γυναῖκα, ζητήσει εὐλόγως καὶ ἐκτὸς διατρίβειν αὐτοῦ, ἴσως δὲ καὶ συζευχθῆναι ἑτέρῳ ἀνδρὶ, ἢ καὶ μετὰ τοῦ ἐπισκοπεύσαντος συνδιάγειν· ὅπερ ἄτοπον καὶ τοῖς θείοις κανόσιν ἀβούλητον. Σημειῶσαι οὖν ταῦτα πάντα διὰ τοὺς ἀξιοῦντας δευτερογαμεῖν τὰς τῶν ἱερέων γυναῖκας. Νομίζω γὰρ ὡς ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος οὐ παραχωρηθήσονται δευτερογαμῆσαι. Ἐπεὶ δὲ ἐν πολλοῖς τῶν νομοκανόνων εὑρίσκεται Νεαρὰ Ἰουστινιάνειος (κεῖται δὲ ἡ τοιαύτη Νεαρὰ (43) καὶ εἰς βιβλίον γ' τῶν Βασιλικῶν, τίτλ. α' κεφ. ζ', ὅπερ κατετέθη παρ' ἡμῶν εἰς κεφ. κγ' τοῦ α' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος), διοριζομένη μὴ ἀνάγεσθαι εἰς ἀξίωμα ἐπισκοπικὸν τὸν ἔχοντα γυναῖκα ἢ τέκνα, ἢ μὴν τὸν παρὰ ταῦτα χειροτονηθησόμενον καθαιρεῖσθαι, καὶ ἐλαλήθησαν τὰ περὶ τούτου πολλάκις· λέγομεν ὡς τὰ τῆς τοιαύτης Νεαρᾶς ἠπράκτησαν διὰ τὸ μὴ τεθῆναι εἰς τὰ Βασιλικὰ, καὶ ἐνεργοῦσι τὰ τοῦ παρόντος κανόνος, καὶ ἡ δευτέρα Νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Φιλοσόφου, ἣν καὶ ἀνάγνωθι, διοριζομένην περὶ τὸ τέλος ταῦτα ῥητῶς. Ἡ οὖν ἐκ Θεοῦ βασιλεία ἡμῶν, τοῦτο ἁρμοδιώτερον κατανοοῦσα τοῖς θείοις ἕπεσθαι ἐντάλμασι, σύμφωνον ἐκείνοις ἐκφέρει νόμον· καὶ ὥσπερ αὐτοῖς δοκεῖ τὸ πρὸς ἀρχιερωσύνην ἀνάγεσθαι τὸν ἄξιον τιμῆς, κἂν ὦσι γοναὶ νόμῳ τετιμημέναι· οὕτως ὁρίζουσα τὸν ἀντιφθέγγεσθαι θρασυνθέντα νόμον δίκην τῆς θρασύτητος τὴν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον καὶ διηνεκῆ ἀφωνίαν εἰσπράττεσθαι.

ZONAR. Si quis maritus ad episcopale munus vocetur, eum non ab uxore invita divelli, sed ea consentiente et volente divortium fieri; eo vero facto, ne vel sub eodem tecto, vel in vicinis ædibus uxor habitet, sed in monasterio procul ab episcopi statione degat, hoc canone constitutum. Mutuus namque et quotidianus illorum inter se conspectus, prioris vitæ consuetudinisque memoriam renovabit, et amoris in utroque flammam accendet. Uxori vero longe, **217** inquit, agenti, episcopi cura providentiaque subveniet. Quod qui-

ΖΩΝΑΡ. Οὐκ ἀκούσης τῆς γυναικὸς διαζεύγνυσθαι αὐτῆς τὸν ἄνδρα βούλεται ὁ κανὼν καλούμενον εἰς ἐπισκοπὴν, ἀλλ' ἐκ συμφώνου, καὶ διαζευχθεῖσαν μὴ συνοικεῖν αὐτῷ, μήτ' ἐγγὺς τῆς ἐκείνου κατοικίας οἰκεῖν, ἀλλ' ἐν μοναστηρίῳ πόῤῥω κειμένῳ τῆς τοῦ ἐπισκόπου καταγωγῆς. Τὸ γὰρ ἀλλήλους ὁρᾷν συνεχῶς ἀναμιμνήσκειν μέλλει πάντως αὐτοὺς τῆς προτέρας διαγωγῆς τε καὶ συμβιώσεως, καὶ ὑπεκκαίειν σφίσι τὸν ἔρωτα. Πόῤῥω δὲ οὖσαν προνοίας ἀπολαύειν κελεύει παρὰ τοῦ ἐπισκόπου. Τοῦτο δὲ νοητέον, ὅτε μὴ οἴκοθεν ἐκείνη δύναται εἰς τὰ ἀναγκαῖα

Guill. Beveregii notæ.

(43) *Κεῖται δὲ ἡ τοιαύτη Νεαρά.* Hic diligenter observetur vox τοιαύτη *talis*, neque enim ipsa novella ante commemorata eadem est, quæ hic in Basilicis sita dicitur, et etiamnum exstat. Istam enim diserte ait in Basilica non referri, ac proinde exolevisse. λέγομεν ὡς τὰ τῆς τοιαύτης νεαρᾶς ἠπράκτησαν διὰ τὸ μὴ τεθῆναι εἰς τὰ Βασιλικά. Quapropter sextam potius Justiniani novellam ibi intelligendam censeo, utpote secundo ipsius capite eadem jubentem, quæ Balsamon in citata contineri asserit, et in Basilicis etiam non positam, quemadmodum is de ea tradidit.

ἐπαρκεῖν ἑαυτῇ. Εἰ γὰρ αὐτὸς ὁ ἐπίσκοπος οὐ συγχωρῆται περαιτέρω τῶν ἀναγκαίων εἰς ἑαυτὸν δαπανᾷν ἐκ τῶν τῆς ἐπισκοπῆς προσόδων· καὶ τοῦτο, ὅτε μὴ οἴκοθεν εὐπορεῖ τῶν ἀναγκαίων, πῶς οὐ μᾶλλον τῇ πρώην συνοικησάσῃ αὐτῷ κωλυθήσεται χορηγεῖν τι ἐκ τῶν τῆς Ἐκκλησίας, δυναμένῃ πορίζεσθαι τὰ πρὸς διαίτησιν ἄλλοθεν; Ὡς γοῦν ἐνδεεῖ κἀκείνῃ, ὅτε μὴ ἔχει, παρέξει ἐκ τῶν τῆς ἐπισκοπῆς. Εἰ δὲ καὶ ὁ βίος αὐτῆς σεμνὸς εἴη, καὶ τοῦ βαθμοῦ τῆς διακονίας ἄξιος, καὶ πρὸς ταύτην προβιβασθήσεται.

A dem ita est accipiendum, nisi mulieri scilicet, ex domestica istius copia, opportuna vitæ subsidia suppeditari queant. Si namque episcopo ipsi, ne sui quidem commodi causa, quidquam ex episcopatus sui proventibus, præterquam in necessarios usus, idque nisi domesticis facultatibus destituto, insumere concessum est: quanto minus illi ad uxoris relictæ subsidium derivare aliquid ex Ecclesiæ bonis, si mulieri vitæ opportunitates aliunde suppeditentur, licebit? Igitur uxori quoque, ut indigenti, cum eam cuncta defecerint, ex episcopali proventu subministrabit. Quod si etiam morum gravitate dignam se honore diaconatus exhibuerit, ad eum quoque gradum evehi fas esse decernit.

« ΑΡΙΣΤ. Ἡ διαζευχθεῖσα τοῦ ἐπισκόπου μέλλοντος « δέξασθαι μετὰ τὴν χειροτονίαν εἰσίτω πρὸς μο« ναστήριον, τῆς ἐπισκοπῆς πόῤῥωτάτω, καὶ ἀπο- B « λαυέτω τῆς προνοίας τοῦ ἐπισκόπου. »

Διὰ τὸ μὴ σκάνδαλον καὶ πρόσκομμα τοῖς λαοῖς εἶναι, δεῖ τὴν κατὰ κοινὴν συμφωνίαν τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς διαζευχθεῖσαν, τοῦ πρὸς ἐπισκοπῆς προεδρίαν ἀναγομένου, εἰς μοναστήριον εἰσέρχεσθαι μετὰ τὴν χειροτονίαν αὐτοῦ, πόῤῥω κείμενον τῆς τοῦ ἐπισκόπου καταμονῆς· τὴν δὲ πρόνοιαν αὐτῆς πᾶσαν γίνεσθαι παρὰ τοῦ ἐπισκόπου.

« ARIST. Quæ a futuro episcopo separatur, post « ordinationem monasterium ingrediatur, pro« cul episcopatu situm, et episcopi cura frua« tur. »

Ne scandalum et offensio populo detur, oportet eam communi consensu a viro suo ad episcopatus dignitatem promoto separatam, monasterium, post ipsius ordinationem, procul ab episcopi habitatione exstructum ingredi: episcopum autem ei omnino providere.

ΚΑΝΩΝ ΜΘ'.

« Ἀνανεούμενοι καὶ τοῦτον τὸν ἱερὸν κανόνα, ὁρί« ζομεν, ὥστε τὰ ἅπαξ καθιερωθέντα μοναστήρια « κατὰ γνώμην ἐπισκόπου (44) μένειν εἰς τὸ διη« νεκὲς μοναστήρια, καὶ τὰ ἀνήκοντα αὐτοῖς πράγ« ματα φυλάττεσθαι τῷ μοναστηρίῳ, καὶ μηκέτι « δύνασθαι γίνεσθαι αὐτὰ κοσμικὰ καταγώγια, C « μηδὲ ὑπό τινος (45) τῶν ἁπάντων κοσμικοῖς ἀν« δράσι ταῦτα ἐκδίδοσθαι· ἀλλ' εἰ καὶ μέχρι νῦν γέ« γονε τοῦτο, μηδαμῶς κρατεῖσθαι ὁρίζομεν (46)· « τοὺς δὲ ἀπὸ τοῦ παρόντος τοῦτο πράττειν ἐπι« χειροῦντας ὑποκεῖσθαι τοῖς ἐκ τῶν κανόνων ἐπι« τιμίοις.

CANON XLIX.

« Hunc sacrum etiam canonem renovantes, decer« nimus, ut quæ episcopali voluntate semel con« secrata fuerint monasteria semper monasteria « maneant, et res quæ ad ipsa pertinent monasterio « serventur, et ea non possint esse amplius sæ« cularia habitacula, nec ab ullo sæcularibus tradi « hominibus; sed etiam si hoc hucusque factum « est, nequaquam servandum decernimus: eos « autem, qui in præsentia et deinceps hoc fa« cere aggrediuntur, canonum quoque pœnis « subjici. »

ΒΑΛΣ. Ὁ κδ' κανὼν τῆς δ' συνόδου παρορώμενος, ὡς ἔοικεν, ἀνανεοῦται ἀρτίως. Καὶ ἀνάγνωθι τὴν ἐκείνου ἑρμηνείαν καὶ τὴν ἑρμηνείαν τοῦ κγ' κανόνος τῆς ζ' συνόδου ἀναγκαίαν οὖσαν.

BALS. Vigesimus quartus canon quartæ synodi contemptus, ut est verisimile, hic renovatur. Et lege eam quæ illic est interpretationem, et interpretationem can. 23, syn. 7 quæ necessaria est.

ΖΩΝΑΡ. Οὗτος ὁ κανὼν προηρμήνευται κδ' ὢν τῆς δ' συνόδου.

ZONAR. Hic canon antea interpretatus est, ut qui sit 24, syn. 4.

« ΑΡΙΣΤ. Ὅσα κατὰ γνώμην ἐπισκόπου πέπηγε « μοναστήρια, οὐκέτι κοσμικοῖς καταγώγια γίνε- D « ται, οὐδὲ κοσμικοῖς ἀνδράσιν ἐκδίδοται. »

« ARIST. Quæcunque episcopi sententia exstructa « sunt monasteria, ne sæcularibus postea fiant « habitacula, nec hominibus sæcularibus elo« centur. »

Τὰ αὐτὰ τῷ εἰκοστῷ τετάρτῳ κανόνι τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου καὶ ὁ κανὼν οὗτος λέγει. Ὁ δὲ τέταρτος κανὼν τῆς αὐτῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου κωλύει

Eadem quæ vicesimus quartus synodi Chalcedonensis, etiam hic can. dicit. Cæterum quartus ejusdem synodi Chalcedonensis can. prohibet exstrui

Guill. Beveregii notæ.

(44) *Κατὰ γνώμην ἐπισκόπου*. Codex Amerbachianus hæc et sequentia sic legit, κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου μένειν αὐτὰ διηνεκῶς μοναστήρια.

(45) *Μήτε δὲ ὑπό τινος*. Voces μήτε δὲ in ms. Amerbachiano desiderantur. Sed sensui necessaria sunt.

(46) *Μηδαμῶς κρατεῖσθαι ὁρίζομεν*. In ms. Amerbachiano rectius legitur κρατῆσαι, neque enim verbum istud in voce passiva hoc sensu usurpatur. De iis autem, quæ obtinere hic præcipitur, videsis synodalem decisionem Sergii patriarchæ Constantinopolitani περὶ δωρεῶν καὶ ἀποδόσεων τῶν μοναστηρίων ἢ φροντιστηρίων, in *Juris Græco-Romani* lib. III, p. 203, ubi etiam hic ipse canon citatur.

monasterium, sine ejus qui loco præest episcopi voluntate.

CANON L.

« Nullus sive laicus sive clericus, ab hoc deinceps « tempore alea ludat. Si quis autem hoc facere « deprehensus fuerit, si sit quidem clericus, « deponatur : sin laicus, segregetur. »

BALS. Eos qui ludunt alea cessare, vel deponi ac segregari, in 42 canone et in 43 sanctorum apostolorum scriptum est. Præsens autem canon decernit, ab hoc tempore sacerdotes, qui alea ludunt, deponi, et laicos segregari. Lege et 27 cap. et 39, 9 tit. præsentis operis, et quæ in iis scripta sunt. Quæritur autem, cum præsens canon non decernat consequenter apostolicis canonibus, eos qui alea ludunt post **218** denuntiationem puniri, quemnam sequi debeamus ? Et mihi quidem videntur esse sequendi apostolici canones, utpote humaniores, et quod præsens synodus in ejus 9 canone de clerico, qui cauponatoriæ officinæ præest, statuens, non eum ex eo ipso punit, sed dicit, Vel cesset, vel deponatur.

ZONAR. Hoc ludi genus 42 et 43 apostolici canonis decreto interdictum reperias.

ARIST. « Nec laicum alea ludere oportet. » *Perspicuus.*

CANON LI.

« Omnino prohibet hæc sancta et universalis sy« nodus, eos qui dicuntur mimi, et eorum spe« ctacula, deinde venationum quoque specta« tiones, easque quæ fiunt in scena saltationes « perfici. Si quis autem præsentem canonem « contempserit, et se alicui eorum quæ sunt « vetita dederit, si sit quidem clericus, depona« tur : si vero laicus segregetur. »

BALS. In 24 canone præsentis synodi plurima scripsimus de equorum curriculis, venationibus et reliquis spectaculis : quinetiam de mimis et saltationibus in scena, et lege ea. Interrogaverit autem quispiam, cur ille quidem canon statuit, sacris initiatos et monachos, qui in equorum curriculis vel ludis thymelicis seu scenicis versantur, cessare vel deponi : præsens autem canon dicit indistincte, eos qui hujusmodi rebus se dedunt, si sint quidem clerici, deponi, si laici vero, segre-

A τὸ κτίζεσθαι μοναστήριον ἄνευ βουλῆς τοῦ κατὰ τόπον ἐπισκόπου.

ΚΑΝΩΝ Ν'.

« Μηδένα τῶν ἁπάντων εἴτε λαϊκῶν εἴτε κληρικῶν « κυβεύειν ἀπὸ τοῦ νῦν. Εἰ δέ τις τοιοῦτο φωρα« θείη πράττων, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, καθαιρεί« σθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. »

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ μβ' καὶ ἐν τῷ μγ' κανόνι τῶν ἁγίων ἀποστόλων γέγραπται τοὺς κυβεύοντας παύεσθαι, ἢ μὴν καθαιρεῖσθαι ἢ ἀφορίζεσθαι. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν διορίζεται ἀπεντεῦθεν καθαιρεῖσθαι τοὺς ἱερωμένους κυβεύοντας, καὶ τοὺς λαϊκοὺς ἀφορίζεσθαι. Ἀνάγνωθι καὶ κεφ. κζ' καὶ λθ' τοῦ θ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τὰ ἐν τούτοις γραφέντα. Ζητεῖται δὲ, ὡς τοῦ παρόντος κανόνος μὴ διοριζομένου ἀκο-
B λούθως τοῖς ἀποστολικοῖς κανόσι μετὰ παραγγελίας κολάζεσθαι τοὺς κυβεύοντας, τίνι προσέχειν ὀφείλομεν. Καὶ τέως ἐμοὶ δοκεῖ καὶ τοῖς ἀποστολικοῖς κανόσιν, ὡς καὶ φιλανθρωποτέροις, καὶ ὅτι ἡ παροῦσα σύνοδος, ἐν κανόνι αὐτῆς ἐννάτῳ περὶ κληρικοῦ προϊσταμένου καπηλικοῦ ἐργαστηρίου διατατομένη, οὐκ ἀπεντεῦθεν τοῦτον κολάζει, ἀλλά φησιν, Ἢ παυσάσθω, ἢ καθαιρείσθω.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ ὁ μβ' καὶ ὁ μγ' τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανὼν τοῦτο κωλύουσιν.

ΑΡΙΣΤ. « Οὐδὲ τὸν λαϊκὸν κυβεύειν δέον. » Σαφής.

ΚΑΝΩΝ ΝΑ'.

« Καθόλου ἀπαγορεύει ἡ ἁγία αὕτη καὶ οἰκουμενικὴ
C « σύνοδος τοὺς λεγομένους μίμους καὶ τὰ τούτων « θέατρα, εἶτά γε μὴν καὶ τὰ τῶν κυνηγίων θεώ« ρια (47), καὶ τὰς ἐπὶ σκηνῆς ὀρχήσεις (48) ἐπι« τελεῖσθαι. Εἰ δέ τις τοῦ παρόντος κανόνος κατα« φρονήσοι, καὶ πρός τι ἑαυτὸν τῶν ἀπηγορευμένων « τούτων ἐκδῷ· εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, καθαιρεί« σθω, εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. »

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ κδ' κανόνι τῆς παρούσης συνόδου ἐγράψαμέν τινα διάφορα χάριν τῶν ἱπποδρομιῶν, τῶν κυνηγίων, καὶ τῶν λοιπῶν θεωριῶν, ἀλλὰ μὴν καὶ περὶ τῶν μίμων καὶ τῶν ἐπὶ σκηνῆς ὀρχήσεων, καὶ ἀνάγνωθι ταῦτα. Ἐρωτήσει δέ τις, διὰ τί ἐκεῖνος μὲν ὁ κανὼν διορίζεται τοὺς ἱερωμένους καὶ τοὺς μοναχοὺς, τοὺς ἀσχολουμένους ἐν ἱπποδρομίαις ἢ θυμελικοῖς παιγνίοις, παύεσθαι ἢ καθαιρεῖσθαι· ὁ δὲ
D παρὼν φησιν ἀδιαστίκτως τοὺς εἰς τὰ τοιαῦτα ἐκδόντας ἑαυτοὺς, κληρικοὺς μὲν ὄντας, καθαιρεῖσθαι,

Guill. Beveregii notæ.

(47) *Καὶ τὰ τῶν κυνηγίων θεώρια.* Harmenopulus hunc canonem his verbis contrahit : Ὡσαύτως καὶ ὁ ἑαυτὸν ἐκδιδοὺς μίμοις καὶ θεάτροις καὶ τοῖς τῶν κυνηγίων θεωρίοις καὶ ταῖς ἐπὶ σκηναῖς ὀρχήσεσιν. *Similiter et qui seipsum dat mimis, ac theatris, et venationum spectaculis, et scenicis saltationibus*, ubi scholiastes ad ista verba κυνηγίων θεωρείοις, hæc observat : Ἐν ταῖς μεγίσταις τῶν πόλεων θηρία ἐτρέφετο, λέοντες καὶ ἄρκτοι, καὶ κατά τινας καιροὺς ἐξήγοντο εἰς τὸ θέατρον· καὶ ποτὲ μὲν ταύροις ἐμάχοντο, ποτὲ δὲ ἀνθρώποις, αἰχμαλώτοις τυχὸν ἢ κατακρίτοις, καὶ ἦσαν ταῦτα τοῖς θεωμένοις καθ' ἡδονήν· τοῦτο οὖν ὁ κανὼν ἀπαγορεύει, οὐ τὸ διὰ κυνῶν ἢ ἄλλως θηρεύειν. *In maximis urbibus alebantur bestiæ, puta leones et ursi, certisque temporibus in theatrum educebantur : ac nonnunquam sane cum tauris pugnabant, nonnunquam cum hominibus, captivis forte aut damnatis, atque hæc spectatoribus voluptati erant. Istud igitur hic canon prohibet, non venationem, quæ sit cum canibus, aut aliter.* Harmenop. Epit. can. sect. 5, tit. 5. Hæc autem ex Zonaræ scholiis excerpta videntur.

(48) *Τὰς ἐπὶ σκηνῆς ὀρχήσεις.* Codex Amerbachianus legit τὰς ἐπὶ σκηνῶν, sed non modo reliqui omnes codices, verum etiam scholiastes omnes legunt σκηνῆς.

λαϊκοὺς δὲ, ἀφορίζεσθαι; Λύσις. Ἕτερόν ἐστι φορητότερον τὸ ἀνιέναι τινὰς εἰς ἱπποδρομίας ἔστιν ὅτε, ἢ ἐπὶ θυμελικοῖς παιγνίοις ἁλῶναι· καὶ ἕτερον ἀσύγγνωστον τὸ ἐκδοῦναι ἑαυτοὺς εἰς τὰ τοιαῦτα, καὶ τοῦτο ἔργον ἔχειν διηνεκές. Ὅθεν καὶ οἱ μὲν ἐφάπαξ μετὰ προσοχῆς ἁμαρτάνοντες ἐπιφωνοῦνται παύσασθαι, εἰ μὴ θέλουσι καθαιρεθῆναι· οἱ δὲ καταχρώμενοι τῷ κακῷ, κληρικοὶ μὲν ὄντες, ἀπεντεῦθεν καθαιροῦνται, λαϊκοὶ δὲ, ἀφορίζονται. Ἔσο δὲ εἰδὼς ὡς, εἰ καὶ ἐν ἐκείνῳ τῷ κανόνι ἐγράψαμεν τὰ παρά τινων λεγόμενα, χάριν τοῦ μὴ κωλύεσθαι τὰς σήμερον τελουμένας ἱπποδρομίας, ἀλλά γε τὰς ἐπὶ σκηνῆς ὀρχήσεις καὶ τὰ ἐπὶ θυμέλης τῶν μίμων θεώρια ἀδιαστίκτως κολάζεσθαι πάντες λέγουσι, καὶ ἐξ ἀμφοτέρων τῶν κανόνων. Κυνηγίων δὲ θεώρια λέγει ὁ κανὼν τὰς θηριομαχίας· αὗται δὲ κωλύονται· οὐ μὴν τὰ λαγωκυνήγια. Ἔοικε δὲ διὰ τὰ τῶν τοιούτων κανόνων ἐπιτίμια ἐπινοηθῆναι τὰ βασιλικὰ παίγνια· τὸν κοντοπαίκτην δηλαδὴ, τὸν Μάρωνα, τὸν Ἀχιλλέα (49), τὴν Ὀκτώηχον, καὶ τὰ λοιπὰ, ὡς μὴ διάχυσιν καὶ γέλωτα ἄσεμνον ἐμποιοῦντα τοῖς βλέπουσιν.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς πιστοὺς ἡ ἀκρίβεια τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας μὴ ἀνειμένως καὶ διακεχυμένως βιοῦν βούλεται, ἀλλ' ὡς πρέπει ἁγίοις. Διὰ τοῦτο οὖν ὁ κανὼν οὗτος ὅσα διάχυσιν τῇ ψυχῇ ἐμποιοῦσι παρὰ τὸ ἀναγκαῖον, ἐκλύουσί τε καὶ χαυνοῦσι (50) τὸν τόνον αὐτῆς, καὶ πρὸς γέλωτας βρασματώδεις παρακινοῦσι καὶ καγχασμοὺς, ἀπηγόρευσεν, οἷά εἰσι τὰ τῶν μίμων, οἳ ποτὲ μὲν Ἀραβίτας μιμούμενοι, ποτὲ δὲ Ἀρμενίους, ποτὲ δὲ δούλους, ἐνίοτε δ' ἕτερ' ἄττα τοῖς ἐπὶ κόῤῥης ῥαπίσμασι καὶ ψοφήμασι, γέλωτας ἀπρεπεῖς κινοῦσι, καὶ οἷον ἐκβακχεύουσι τοὺς ἀφελεστέρους ἢ ἀπροσεκτοτέρους. Τὰ δὲ τῶν κυνηγίων θεώρια οὐ τὸ θηρεύειν διὰ τῶν κυνῶν ἢ ἄλλως ἐστί. Τοῦτο γὰρ οὐ θεώριον, ἀλλ' ἔργον ἐστίν. Ἐν ταῖς πόλεσι δὲ ταῖς μεγίσταις θηρία ἐτρέφοντο λέοντες καὶ ἄρκτοι, καὶ κατά τινας καιροὺς ἐξήγοντο εἰς τὰ θέατρα, καὶ ποτὲ μὲν ταύροις ἐμάχοντο, ποτὲ δὲ καὶ ἀνθρώποις, αἰχμαλώτοις τυχὸν ἢ κατακρίτοις, καὶ ἦσαν ταῦτα τοῖς θεωμένοις πρὸς ἡδονήν. Ταῦτα δὲ ἀπαγορεύει γίνεσθαι ὁ κανὼν, ὡς ὠμότητα κατηγοροῦντα τῶν θεωμένων, καὶ τὰς ἑτέρων συμφορὰς χαρμονὰς οἰκείας λογιζομένων. Καὶ τὰς ἐπὶ σκηνῆς δὲ ὀρχήσεις κωλύει. Σκηνὴ δέ ἐστιν ἡ προσποίησις καὶ ὑπόκρισις, ὅθεν καὶ σκηνικοὶ λέγονται οἱ ὑποκρινόμενοι, καὶ ἀπεικάζοντες ἑαυτοὺς ποτὲ μὲν δούλοις, ποτὲ δὲ δεσπόταις, ποτὲ δὲ στρατηγοῖς καὶ ἄρχουσιν. Ὥσπερ οὖν ταῦτα ἐκώλυσεν ὁ κανὼν διὰ τῶν μίμων, οὕτω καὶ

A gari? Solutio. Alterum est tolerabilius, ascendere quandoque aliquem ad equorum curricula, aut in ludis scenicis deprehendi: alteri autem venia dari non potest, si quis ejusmodi rebus se dediderit, et hoc opus perpetuo exerceat. Unde, qui semel quidem, prudentesque ac scientes peccant, ut cessent admonentur: si nolint, deponuntur. Qui autem malo utuntur, si sint quidem clerici, ex eo deponuntur: si autem laici, segregantur. Scias autem, quod etiamsi in illo canone scripsimus quæ a nonnullis dicuntur, quod non prohibentur qui hodie fiunt equorum cursus: sed tamen scenicas saltationes, et mimorum in thymele spectacula, indistincte prohiberi omnes asserunt ex utrisque canonibus. Venationum autem spectatio- B nes vocat canon, bestiarum pugnas, eæ enim prohibentur, non tamen et leporum venationes. Propter horum autem can. pœnas videntur esse excogitati ludi imp. contopæctes scilicet, Maro, Achilles, Octoechus et cæteri, ut qui spectantibus dissolutionem et immodicum risum non movent.

ZONAR. Non remisse aut dissolute vitam instituere, sed eam quæ sanctos viros decet morum integritatem ac severitatem tueri, ex præscripto evangelicæ disciplinæ fideles jubentur. Igitur ea omnia, per quæ animus minime necessaria remissione laxari, ejusdemque contentio dissolvi potest, undeque risus immodici et cachinnationes exsistunt, C vetita hujus canonis decreto atque interdicta fuere. Sunt ejus generis mimorum ludicræ artes, qui nunc Arabas, nunc Armenios, nunc servi personam, nunc alia quædam imitatione effingentes, colaphis sibi vicissim impactis strepituque incomposito risus inconditos movent, rudiorumque proinde simplices animos quodam quasi furore percellunt. Venationum vero spectacula, quæ hic prohibentur non ea intelligenda sunt, cum feræ canum ministerio, aut alia simili ratione captantur; nec enim spectaculi vicem, sed actionis potius cujusdam ea res obtinet. Verum in magnis urbibus feræ bestiæ, leones nimirum ursique, alebantur, quæ quidem, cum statis temporibus producerentur in theatrum, ibique vel cum tauris, D vel etiam cum hominibus, aut captivis aut rei capitalis damnatis, committerentur, plures eo aspectu oblectari soliti sunt. **219** Ea igitur spectacula, quippe sævitiæ astantium argumenta, qui aliena clade ad suas ipsi voluptates abuterentur, edi vetat canon. Saltationes quoque in scenis exhi-

Guill. Beveregii notæ.

(49) *Τὸν Ἀχιλλέα.* Ita quidem omnes nostri mss. una cum impressis codicibus legunt; sed Joannes Meursius in *Glossario Græco Barbaro* in voce Μάρων, ubi hunc Balsamonis locum citat, pro Ἀχιλλέα, legit ἀγχίαλλον. Et ne quis erratum typographicum esse suspicetur, ipsam vocem ἀγχίαλλος *lusus genus* interpretatur; sed alium non affert locum ubi occurrit, præter hunc Balsamonis, quem sub manibus habemus. Unde autem hanc lectionem hauserit me latet: sed ex ms. aliquo eam desumptam esse ex eo colligimus, quod hic locus inter ea recenseatur, quæ ipse ex auctoribus Græcis hactenus non editis se collegisse refert.

(50) *Ἐκλύουσί τε καὶ χαυνοῦσι.* Ms. Amerbachianus legit ἑλκύουσι καὶ χαυνοῦσι. Editio Parisiensis ἐκλύουσί τε χαυνοῦσι particula καὶ male omissa.

beri solitas damnat. Scena porro assimulatio atque imitatio quædam est, unde scenici histriones dicuntur, qui servos aut dominos, nonnunquam exercituum ductores ac principes viros agendo imitantur. Ut ergo ista mimorum appellatione, ita scenicas saltationes, sive a viris incomposito ac turpi motu inter saltandum lascivientibus, sive a feminis ad libidinem spectatores provocantibus, exerceantur, eodem hoc canone sublata esse voluere. Cujus quidem auctoritate neglecta, si quis ad ea, quæ hic vetita sunt animum adjunxerit., depositione clericos, laicos vero segregatione multandos esse decernit.

τὰς ἐπὶ σκηνῆς ὀρχήσεις, εἴτε δι' ἀνδρῶν γίνοιντο ἀπρεπῶς λυγιζομένων καὶ ἀσχημονούντων ἐν τῷ ὀρχεῖσθαι, εἴτε διὰ γυναικῶν εἰς ἀκολασίαν τοὺς ὁρῶντας ἐκκαλουμένων. Τοῖς δὲ μὴ φυλάσσουσι τὸν κανόνα, ἀλλ' ἐκδιδοῦσιν ἑαυτοὺς δι' αὐτοῦ ἀπαγορευθεῖσι, κληρικοῖς μὲν οὖσι, καθαίρεσιν ἐπάγει, λαϊκοῖς δὲ, ἀφορισμόν.

ARIST. « Nec histrionem agere, nec spectaculis « et venationibus indulgere : segregatur enim. « Clericus autem deponitur. »

ΑΡΙΣΤ. « Οὐδὲ μῖμον εἶναι, οὐδὲ θεάτρων καὶ κυ« νηγίων ἀνέχεσθαι· ἀφορίζεται γάρ. Ὁ δὲ κλη« ρικὸς καθαιρεῖται. »

Etiam laici Christiani religiose vitam agere admonentur. Propterea canon eos, qui ex illis alea ludunt, vel saltationes in scena peragunt, vel histriones facti sunt, et ad spectaculum homines congregant, aut in venationibus sunt occupati, excommunicat. Clericos autem, si qui ex iis quæ prohibentur fecerint, deponit.

Καὶ οἱ λαϊκοὶ Χριστιανοὶ ὄντες σεμνῶς ἀπαιτοῦνται διαβιώσκειν. Καὶ διὰ τοῦτο ὁ κανὼν τοὺς κυβεύοντας ἐξ αὐτῶν, ἢ ὀρχήσεις ἐπὶ σκηνῆς ἐπιτελοῦντας, ἢ μίμους γινομένους, καὶ πρὸς θέαν ἀνθρώπους ἐπισυνάγοντας, ἢ πρὸς κυνηγέσια ἐνασχολουμένους, ἀφορίζει. Κληρικοὺς δὲ, εἴ τι τῶν ἀπηγορευμένων ποιήσουσι, καθαιρεῖ.

CANON LII.

« In omnibus sanctæ Quadragesimæ jujunii diebus, « præterquam Sabbato et Dominica et sancto « Annuntiationis die, fiat sacrum præsanctifi« catorum ministerium. »

ΚΑΝΩΝ ΝΒ'.

« Ἐν πάσαις ταῖς τῆς ἁγίας Τεσσαρακοστῆς τῶν « νηστειῶν ἡμέραις παρεκτὸς Σαββάτου καὶ Κυ« ριακῆς καὶ τῆς ἁγίας τοῦ Εὐαγγελισμοῦ ἡμέ« ρας γινέσθω ἡ τῶν προηγιασμένων ἱερὰ λει« τουργία. »

BALS. Statutum est ut jejuniorum dies, luctus et compunctionis dies sint, ad sua uniuscujusque expianda peccata. Deo autem sacrificium offerre, est festum celebrare. Festus autem dies nihil est aliud quam gaudium. Quomodo ergo potest quis simul et mœrere et lætitia diffundi ? Et ideo statuerunt Patres non fieri sacrificium tota Quadragesima, præterquam Sabbato et die Dominico et die Annuntiationis. In his enim festum agere, non deflere, vel jejunare vel genu flectere, jussi sumus. Præsanctificatorum autem ministerium incruentum sacrificium non dicimus, sed oblationem prius oblati et perfecti sacrificii sacrique mysterii. Existimo autem, quod quæ accuratam rationem sequuntur monasteria, propter præsentem canonem, ante Quinquagesimam canunt et legunt ca-

ΒΑΛΣ. Αἱ τῶν νηστειῶν ἡμέραι πένθους εἶναι ἐτάχθησαν, καὶ κατανύξεως εἰς ἐξίλασμα τῶν ἑκάστου σφαλμάτων. Τὸ δὲ προσάγειν τῷ Θεῷ θυσίαν πανηγυρίζειν ἐστί. Τὸ δὲ πανηγυρίζειν οὐδέν τι ἄλλο ἐστὶν ἢ χαρμονή. Πῶς οὖν ἐν ταὐτῷ δύναταί τις πενθεῖν καὶ διακεχύσθαι; Διὰ τοῦτο ὥρισαν οἱ Πατέρες μὴ γίνεσθαι θυσίαν δι' ὅλης τῆς Τεσσαρακοστῆς ἄνευ Σαββάτου καὶ τῆς ἡμέρας τοῦ Εὐαγγελισμοῦ. Ἐν ταύταις γὰρ πανηγυρίζειν, ἀλλ' οὐ πενθεῖν ἢ νηστεύειν, ἢ γόνυ κάμπτειν, προστετάγμεθα. Τὴν δὲ λειτουργίαν τῶν προηγιασμένων ἀναίμακτον θυσίαν οὐ λέγομεν, ἀλλὰ πρόσαγωγὴν τῆς ἤδη προσαχθείσης καὶ τελεσθείσης θυσίας καὶ τελείας ἱεροτελεστίας. Νομίζω δὲ ὅτι καὶ τὰ ἀκριβῆ τῶν μοναστηρίων διὰ τὸν παρόντα κανόνα πρὸ τῆς Τυροφάγου (51) ψάλλουσι καὶ ἀναγινώσκουσι τοὺς

Guill. Beveregii notæ.

(51) *Πρὸ τῆς Τυροφάγου*. Gentianus Hervetus vertit, *ante Septuagesimam*, sed male. Græci enim Dominicam Septuagesimam Κυριακὴν τοῦ ἀσώτου non τῆς τυροφάγου vocant. Sed Κυριακὴ τῆς τυροφάγου illis eadem est, quæ Latinis *Quinquagesima* dicitur, et Quadragesimam proxime præcedit, a qua etiam præcedens hebdomas τῆς τυροφάγου denominatur. Græci enim aliter ac Latini has hebdomadas computant: apud hos feriæ cujusvis ex his hebdomadis a præcedente, apud illos a subsequente Dominica nomina sortitæ sunt : ut hebdomas Quinquagesimæ Latinis ea est, quæ Quinquagesimam sequitur ; sed hebdomas τῆς τυροφάγου Græcis ea est, quæ eamdem Dominicam præcedit, ac propterea eadem, quæ Sexagesimæ Latinis dicitur, proxima die post Dominicam Sexagesimæ incipiens, et in nostram Quinquagesimam desinens, quæ proin Κυριακὴ τῆς τυροφάγου dicitur. Et quidem ex hoc ipso Balsamonis loco Quinquagesimam hic intelligendam esse, quemadmodum nos transtulimus, clare satis evincatur. Asserit enim Balsamon monasteria, quæ accuratam sequuntur rationem, hujus ipsius canonis auctoritate ducta canere, et canones atque martyria festorum, et sacrarum memoriarum, quæ tota Quadragesima proveniunt, legere πρὸ τῆς τυροφάγου. Hoc est, quoniam Quadragesima currente hæc facere non licet, ideoque ea proxime ante Quadragesimam celebrant; quod πρὸ τῆς τυροφάγου aperte indicat, cum Κυριακὴν τῆς τυροφάγου Græcis Quadragesima statim subsequatur. Quare autem ea, quæ in ipsa Quadragesima proveniunt, ante Septuagesimam fierent, nulla ratio assignari potest. Ex eo igitur, quod ea πρὸ τῆς Τυροφάγου celebrari affirmat, eam Quinquagesimæ nostræ respondere constat. Adeo ut, quæ Balsamon hic πρὸ τῆς τυροφάγου facta dicit, ea in hebdomade ante Quinquagesimam nostram facta videantur : siquidem ipsa Κυριακὴ τῆς τυροφάγου hic intelligitur.

κανόνας καὶ τὰ μαρτύρια τῶν κατὰ τὴν ὅλην Τεσσαρακοστὴν προβαινουσῶν ἑορτῶν καὶ μνημῶν ἁγίων. Σημείωσαι οὖν καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ὅτι κυρίως μία ἐστὶ Τεσσαρακονθήμερος (52). Εἰ γὰρ ἐπεγινώσκετο καὶ ἑτέρα, ὡρίσθη ἂν καὶ ἐν ἐκείνῃ μὴ γίνεσθαι τὴν ἱεροτελεστίαν διὰ τελείας θυσίας, ἀλλὰ διὰ προηγιασμένων, καθὼς ὡρίσθη τοῦτο γίνεσθαι καὶ ἐν τῇ Τεσσαρακοστῇ τοῦ μεγάλου Πάσχα.

nones, et martyria festorum et sacrarum memoriarum, quæ tota Quadragesima proveniunt. Nota autem ex hoc canone, quod proprie una est Quadragesima. Si enim alia esset, cautum fuisset, ne in illa fieret sacrum mysterium per perfectum sacrificium, sed per præsanctificata, sicut etiam cautum est, ne fiat in magni Paschæ Quadragesima.

ΖΩΝΑΡ. Αἱ τῶν νηστειῶν ἡμέραι πένθους εἶναι ἐτάχθησαν, καὶ κατανύξεως εἰς ἐξίλασμα τῶν ἑκάστου σφαλμάτων. Τὸ δὲ τῷ Θεῷ προσάγειν θυσίας πανηγυρίζειν ἐστί· τὸ δὲ πανηγυρίζειν χαρμονῆς ἐστι. Καὶ πῶς ἐν ταὐτῷ τις πενθεῖν δύναται καὶ διακεχύσθαι; Διὰ τοῦτο ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις τῆς Τεσσαρακοστῆς ἡμέραις ἡ τῶν προηγιασμένων γίνεται λειτουργία, οὐ τότε γινομένης τῆς ἀναιμάκτου θυσίας, ἀλλὰ τῆς ἤδη προσαχθείσης καὶ τελεσθείσης αὖθις προσαγομένης· κατὰ δὲ τὰ Σάββατα καὶ τὰς Κυριακὰς, ἐπεὶ ἐν ταύταις νηστεύειν ἀπηγόρευται, ἐνδέδοται καὶ θυσίαν προσφέρειν καὶ τελείαν λειτουργεῖν λειτουργίαν. Ὁμοίως καὶ κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ Εὐαγγελισμοῦ. Τιμῶμεν γὰρ αὐτὴν ὡς ἀρχὴν καὶ κεφάλαιον τῆς σωτηρίας ἡμῶν, καὶ πανηγυρίζομεν ἐν αὐτῇ. Διὸ οὐδὲ μνήμας ἁγίων ἐπιτελεῖν συγκεχώρηται ἐν ταῖς τῶν νηστειῶν ἡμέραις, εἰ μὴ ἐν Σαββάτῳ καὶ Κυριακῇ, κατὰ τὸν να' κανόνα τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου. Καὶ αἱ μνῆμαι γὰρ τῶν ἁγίων χαρμόσυνοι. Ἐν δὲ ταῖς τῶν νηστειῶν ἡμέραις πενθεῖν, ἀλλ' οὐ χαίρειν χρεών.

ZONAR. Jejuniorum tempora mœrori potissimum dicata, expiandisque intimo animi dolore cujusque criminibus constituta sunt. Deo porro sacrificare festivæ celebritatis est, ea vero celebritas hilaritatis atque lætitiæ. At quo pacto quispiam et mœrere potest et gaudio simul effundi? Proinde aliis quidem Quadragesimæ diebus celebrari ex præsanctificatis sacra mysteria consuevere, neque ullus tunc quidem sacrificii incruenti usus admittitur, sed eorum, quæ jam consecrata semel atque altari admota sunt, oblatio iteratur, Sabbatis vero ac Dominicis diebus, per quos exerceri jejunia leges haud sivere, et sacrificium offerre, et undique suis partibus absolutum liturgiæ munus exhibere concessum est. Similiter et Annuntiationis die. Eam enim, ut principium caputque salutis nostræ, veneramur, festumque in ea celebramus. Atque id etiam causæ fuit, cur sanctorum quoque memoriam publice colere, quotiescunque jejunii tempora inciderint, Sabbatis Dominicisque diebus exceptis, 51 Laodic. syn. can. vetitum sit. 220 Habet siquidem sanctorum commemoratio jucunditatem et lætitiam. Jejunii vero dies non gaudio, sed luctu transigi par est.

ΑΡΙΣΤ. « Δι' ὅλης τῆς Τεσσαρακοστῆς δίχα « Κυριακῆς καὶ Σαββάτου καὶ τῆς ἡμέρας « τοῦ Εὐαγγελισμοῦ τὰ προαγιασθέντα προσ« άγεται. »

Ἡ αἰτία δι' ἣν ἐν ὅλῃ τῇ Τεσσαρακοστῇ ἄνευ Σαββάτου καὶ Κυριακῆς καὶ τῆς ἡμέρας τοῦ Εὐαγγελισμοῦ ἄρτος οὐ προσφέρεται, ἀλλὰ προηγιασμένα τελοῦνται, ἐγράφη κατὰ τὸ ἡμῖν ἐγχωροῦν ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ ἐννάτῳ κανόνι τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου.

ARIST. « Per totam Quadragesimam, præterquam « Dominica, Sabbato et Annuntiationis die, « præsanctificata offeruntur. »

Ratio quare tota Quadragesima, præterquam Sabbato, Dominica et die Annuntiationis, panis non offertur, sed præsanctificata celebrantur, descripta est, quantum nobis licuit, in quadragesimo nono synodi Laodicensis canone.

ΚΑΝΩΝ ΝΓ'.

« Ἐπειδὴ μείζων ἐστὶν (53) ἡ κατὰ τὸ πνεῦμα

CANON LIII.

« Quoniam spiritualis affinitas corporum conjun-

Guill. Beveregii notæ.

(52) *Κυρίως μία ἐστὶ τεσσαρακονθήμερος.* Ms. Amerbachianus legit, κυρίως μία ἐστι νηστεία τεσσαρακονθήμερος, *proprie unum est jejunium quadragesimale*; nimirum quod ante paschalem celebritatem peragitur. Hoc ex præsenti canone colligit, quippe in quo unius solius τεσσαρακοστῆς facta est mentio; et si altera fuisset, præsanctificata etiam in ea celebrari hic cautum esset. Iis autem nequaquam assentiri possum, qui ex his Balsamonis verbis concludunt, nullum aliud quadragesimale jejunium præter Paschale a Græcis tunc temporibus observatum esse; nam contrarium potius ex his verbis conficitur. Ex eo enim, quod dicit unum solum κυρίως *proprie* quadragesimale esse, aperte indicat, aliud tunc dierum fuisse, sed quod improprie isto nomine appellaretur. Et præterea, si nullum aliud fuisset, superflua esset hæc Balsamonis observatio. Quorsum enim observaret unum proprie ita dicendum esse, si nullum aliud ita dictum fuerit? aliud itaque satis clare innuit. Utrum illud jejunium adventus sive Natalis Domini quadragesima fuerit, alii viderint.

(53) *Ἐπειδὴ μείζων ἐστί.* Demetrius Chomatenus archiepiscopus Bulgariæ ex hoc canone probat, eosdem gradus, quantum ad matrimonium, in spirituali hac cognatione atque in naturali consanguinitate observandos esse. Canone enim citato hæc dicit, ὅτι τοίνυν ὁ παρὼν κανὼν μείζονα καλεῖ τὴν πνευματικὴν συγγένειαν παρὰ τὴν σαρκικὴν, ἀνάγκην ἔχουσιν οἱ διὰ ταύτης συνδεθέντες εἰς τοσούτους βαθμοὺς συντηρεῖν τὸ ταύτης σεβά-

« ctione major est, in nonnullis autem locis « cognovimus quosdam, qui ex sancto et salu« tari baptismate infantes suscipiunt, postea « quoque eum matribus illorum viduis matri« monium contrahere : statuimus, ut in poste« rum nihil fiat ejusmodi. Si qui autem post « præsentem canonem hoc facere deprehensi « fuerint, ii quidem primo ab illicito istiusmodi « matrimonio desistant : deinde et fornicatorum « pœnis subjiciantur. »

BALS. Præsens canon fornicatorum pœnis subjicit eos, qui suas commatres viduas in matrimonii societatem accipiunt: decernens has quoque esse divellendas contra leges contractas nuptias. Existimo ergo, quod ille quidem fornicatorum pœnis subjicietur, qui ab eo malo protinus recedit, et id confitetur. Qui enim in peccato perseverat, etiam fortasse plus quam ii, qui cum consanguineis rem habent, punietur. Lege postremum decretum decimi capitis quinti tituli vicesimi octavi libri Basilic. positum in secundo commentario quinti decimi tertii tituli præsentis operis. Cum hæc ita se habeant, quæsiverunt nonnulli, ad quem usque gradum in ejusmodi spirituali cognatione matrimonium prohibeatur. Et nonnulli quidem dixerunt, quod quoniam ex canone et ex lege major est spiritualis cognatio cognatione carnali, debemus ea sequi quæ constituta sunt de carnalibus nuptiis prohibitis. Compluribus autem non ita visum est, sed ad eas solas personas, quæ lege continentur, ejusmodi cognationem extenderunt, et prohibitionem intentarunt. Vicesima quarta vero imperatoris domini Leonis philosophi novella, quæ vetat adoptatas matrimonio conjungi cum liberis ejus qui adoptavit, hæc circa finem inducit : Sed qui olim quidem non convenienti ratione est adoptatus, etiam si turpe quid et indecorum habet matrimonium, non tamen quod contra leges fecerit, tenetur. Nunc autem cum justo et convenienti ritu fiat adoptio, et per sacrum mysterium hi quidem ad parentum, illi vero ad filiorum ordinem locumque deducantur : non jam restat ratio ulla ob quam filii adoptivi cum filiis naturalibus ejus qui adoptavit matrimonio jungantur. Sancimus ergo, nequaquam licere eos, qui fratrum nomen sic subierunt, fraternitatis nomen conjugii nomine commutare. Nota ergo ex

« οἰκειότης τῆς τῶν σωμάτων συναφείας · ἔγνωμεν δὲ ἔν τισι τόποις τινὰς ἐκ τοῦ ἁγίου καὶ « σωτηριώδους βαπτίσματος παῖδας ἀναδεχομένους, καὶ μετὰ τοῦτο ταῖς ἐκείνων μητράσι « χηρευούσαις γαμικὸν συναλλάσσοντας συνοικέσιον · ὁρίζομεν ἀπὸ τοῦ παρόντος μηδὲν τοιοῦτον πραχθῆναι. Εἰ δέ τινες μετὰ τὸν παρόντα « κανόνα φωραθεῖεν τοῦτο ποιοῦντες, πρωτοτύπως μὲν οἱ τοιοῦτοι ἀφιστάσθωσαν συνοι« κεσίου τοιούτου τοῦ παρανόμου · ἔπειτα δὲ « καὶ τοῖς τῶν πορνευόντων ἐπιτιμίοις ὑποβλη« θήτωσαν. »

ΒΑΛΣ. Ὁ παρὼν κανὼν ἐπιτιμίοις πορνευόντων ὑποβάλλει τοὺς τὰς συντέκνους αὐτῶν χηρευούσας εἰς γάμου κοινωνίαν λαμβάνοντας διοριζόμενος διασπᾶσθαι καὶ τὸν παράνομον γάμον. Οἴομαι οὖν ὅτι ἐκεῖνος ἐπιτιμίοις πορνευόντων ὑποβληθήσεται, ὁ ἑτοίμως ἀφιστάμενος τοῦ κακοῦ, καὶ ἐξομολογούμενος. Ὁ γὰρ ἐπιμένων τῇ ἁμαρτίᾳ καὶ ὑπὲρ τοὺς αἱμομίκτους σχεδὸν κολασθήσεται. Καὶ ἀνάγνωθι τὸ τελευταῖον θέμα τοῦ ι' κεφ. τοῦ ε' τίτλου τοῦ κη' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, καταστρωθὲν εἰς σχόλιον β' τοῦ ε' κεφ. τοῦ ιγ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. Τούτων οὕτως ἐχόντων, ἠρώτησάν τινες μέχρι πόσου βαθμοῦ ἐπὶ τῆς κατὰ πνεῦμα τοιαύτης συγγενείας ὁ γάμος κωλύεται. Καὶ τινὲς μὲν εἶπον ὡς, ἐπεὶ καὶ ἀπὸ τοῦ κανόνος καὶ ἀπὸ τοῦ νόμου μείζων ἡ πνευματικὴ συγγένειά ἐστι τῆς κατὰ σάρκα συγγενείας, ὀφείλομεν ἀκολουθεῖν τοῖς νομοθετηθεῖσι χάριν τῶν σαρκικῶν κεκωλυμένων γάμων. Τοῖς πλείοσι δὲ τοῦτο οὐκ ἔδοξεν, ἀλλ' εἰς μόνα τὰ πρόσωπα τὰ τῷ νόμῳ περιεχόμενα τὴν τοιαύτην συγγένειαν καὶ ἐξέτειναν, καὶ τὴν κώλυσιν ἐπέτειναν. Ἡ μέντοι κδ' Νεαρὰ τοῦ βασιλέως Κυροῦ Λέοντος τοῦ Φιλοσόφου, κωλύουσα τοὺς υἱοθετουμένους πρὸς γαμικὴν ὁμιλίαν συνάπτεσθαι τοῖς τοῦ υἱοθετησαμένου παισὶν, ἐπάγει περὶ τὸ τέλος ταῦτα. Ἀλλὰ πάλαι μὲν μὴ κατὰ λόγον υἱοθετουμένων προσήκοντα, εἰ καὶ ὁ γάμος ἔχει πως τὸ ἄδοξον, ὅμως οὐχὶ καὶ παρανομίας ἀνέχεται. Νῦν δὲ κατὰ θεσμὸν γινομένης καὶ πρέποντα καὶ δίκαιον τῆς υἱοθετήσεως, καὶ διὰ τελετῆς ἱερᾶς τῶν μὲν εἰς γονέων τάξιν καθισταμένων, τῶν δὲ εἰς τὴν τῶν παίδων, οὐκέτι περιλείπεται λόγος εἰς γάμον συνάπτεσθαι τοῖς κατὰ φύσιν τοῦ υἱοποιησαμένου παισὶ τοὺς υἱοποιητοὺς παῖδας. Τοιγαροῦν καὶ θεσπίζομεν μηδαμῶς ἐξεῖναι τοὺς οὕτως ὑποβεβηκότας τὸ τῶν ἀδελφῶν ὄνομα πρὸς τὸ τῆς συζυγίας ἀντὶ τοῦ τῆς ἀδελφότητος μεθαρμόζεσθαι. Σημείωσαι οὖν ἀπὸ

Guill. Beveregii notæ.

σμιον καὶ εὐπρεπὲς, εἰς ὅσους καὶ τὸ ἐξ αἵματος συγγενείας. Demet. Chomat. Περὶ βαθμῶν συγγενείας. Quinetiam leges ipsæ civiles statuunt spiritualem hanc magis quam carnalem cognationem matrimonium impedire. *Ea videlicet persona omnimodo ad nuptias venire prohibenda, quam aliquis, sive alumna sit, sive non, a sacrosancto suscepit baptismate. Cum nihil aliud sic inducere potest, paternam affectionem et justam nuptiarum prohibitionem, quam hujusmodi nexus, per quem Deo mediante animæ eorum copulatæ sunt.* l. xxvi, c. de nuptiis. Hinc Joannes episcopus Citri recte observat, tam politicas quam ecclesiasticas leges statuisse spiritualem cognationem carnali potiorem esse. Ἐπειδὴ τὴν κατὰ πνεῦμα συγγένειαν κρείττονα εἶναι τῆς σαρκικῆς, καὶ οἱ φιλευσεβεῖς νόμοι καὶ οἱ ἱεροὶ κανόνες σαφῶς γνωματεύουσιν. Joan. ep. Cit. respon. ad Constant. Cabasil. interrog. 5 in *Jur. Gr. Rom.* l. v, p. 325. Quod etiam a Balsamone in hunc canonem observatur.

ZONAR. Ordinem ab unoquoque, in quem vocatus est, retinendum, divino oraculo admonemur. Idem hic quoque canon præcipit, laicumque hominem, neque publice disputationem de fide instituere, neque docendi sibi munus usurpare, verum quibus ea docendi cura demandata est silentio attentas aures præbere jubet. Unicum est enim Ecclesiæ corpus, quod ex multis membris perficitur, ut divinus Apostolus docet. Deinde Theologi verba, hoc Apostoli dictum interpretantis, subnectit. Tum illa quoque Sapientiæ subjicit, Ne sis velox in loquendo [25], et quæ sequuntur. Qui D vero canoni non obtemperaverint, quadraginta dierum segregatione multari placet. Privatim tamen quis interroganti respondere, ac propositæ ab eo quæstioni docendo satisfacere, non prohibebitur.

ΑΡΙΣΤ. « Λαϊκὸς μὴ διδάσκοι· μὴ γὰρ πάντες « προφῆται, μὴ πάντες ἀπόστολοι. »

Ἕκαστος ὀφείλει τὴν ἑαυτοῦ τάξιν εἰδέναι, καὶ μὴ ποιμένα ἑαυτὸν ποιεῖν, πρόβατον ὤν, ἢ κεφαλὴν καθιστᾶν πούς τυγχάνων· ἀλλ' ὑπείκειν τῇ παραδοθείσῃ παρὰ τοῦ Κυρίου τάξει, καὶ τὸ οὖς διανοίγειν τοῖς τὴν χάριν τοῦ διδασκαλικοῦ λόγου λαβοῦσιν. Οὐ γὰρ πάντες προφῆται, οὐδὲ πάντες ἀπόστο-

ARIST. « Laicus ne doceat: non enim omnes « prophetæ; non omnes apostoli. »

Unusquisque debet suum cognoscere ordinem, et non se pastorem facere, cum sit ovis, vel caput se efficere, cum sit pes: sed ordine a Domino tradito contentum esse, et aurem iis aperire qui docendi gratiam acceperunt. Omnes enim non sunt prophetæ, nec omnes apostoli. Quapropter laici

[24] Joan. xiv, 28. [25] Eccle. vii, 10.

neque doceant, nec verba dogmatica moveant, docendi autoritatem sibi exinde vindicantes.

A

CANON LXV.

« Qui in noviluniis a quibusdam ante suas officinas « et domos accenduntur, rogos, supra quos « etiam antiqua quadam consuetudine salire « nonnulli inepte ac delire solent, jubemus de« inceps cessare. Quisquis ergo tale quid fecerit, « si sit quidem clericus, deponatur : sin autem « laicus, segregetur. In quarto enim libro Regum « scriptum est : Et ædificavit Manasses altare « universæ militiæ cœli, in duobus atriis domus « Domini, et filios suos traduxit per ignem, « sortibusque et auguriis auspiciisque usus est, « et fecit ventriloquos, et divinatores multipli- B « cavit, et perrexit facere malum coram Domino, « ut eum ad iram provocaret [96]. »

BALS. Novilunia dicebantur dies primi mensium. Mos ergo erat apud Judæos et Græcos festum tunc agere et genu flectere, ut totum mensem feliciter transigerent. De quibus Deus quoque dixit per prophetam : Novilunia vestra et Sabbata odit anima mea [97]. Sed et ante suas officinas et ædes rogos incendebant, et supra eos saliebant, per id existimantes ea quæ illis prius obtigissent mala comburi, foreque ut in alia bona inciderent. His ergo consequenter faciebant etiam quidam orthodoxi eo tempore quo hæc habita est synodus. Unde etiam Patres ea cessare jusserunt; et eum quidem C qui tale quid fecisset, si esset clericus, deponi; si vero laicus, segregari sanxerunt. Cum autem vellent ostendere hæc esse mala maxima, et a Deo alienationem : ex quarto quoque libro Regum verbis usi sunt, de rege Manasse, qui Deum ad iram provocavit, quia in domus Domini atriis sacrificavit militiæ cœli, astris scilicet, et quod filios suos per ignem traduxit, sortibusque et auguriis auspiciisque

235 usus est, et ventriloquos divinatores multiplicavit. Ac de rogis quidem seu pyris prius diximus quomodo fierent. Sors autem est divinatio, quæ fit per signa. Augurium est ex volatu vel garritu avium, hoc est, silvestrium pennatorum animalium, eorum quæ quis scire desiderat, co- D

[96] IV Reg. xxiii, 12 sqq. [97] Isa. i, 14.

λοι. Διὰ τοῦτο οἱ λαϊκοὶ μήτε διδασκέτωσαν, μήτε λόγους δογματικοὺς κινείτωσαν, ἀξίωμα διδασκαλικὸν ἐντεῦθεν ἑαυτοῖς περιποιούμενοι.

ΚΑΝΩΝ ΞΕ'.

« Τὰς ἐν ταῖς νουμηνίαις ὑπό τινων πρὸ τῶν οἰκείων « ἐργαστηρίων ἢ οἴκων ἀναπτομένας πυρκαϊάς, ἃς « καὶ ὑπεράλλεσθαί τινες κατά τι ἔθος ἀρχαῖον « ἐπιληροῦσι, ἀπὸ τοῦ παρόντος καταργηθῆναι « προστάσσομεν. Ὅστις οὖν τοιοῦτόν τι πράξοι, « εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκός, « ἀφοριζέσθω. Γέγραπται γὰρ ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν « Βασιλειῶν· Καὶ ᾠκοδόμησε Μανασσῆς θυσια« στήριον πάσῃ τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ ἐν ταῖς « δύο αὐλαῖς οἴκου Κυρίου, καὶ διήγαγε τὰ τέκνα « αὐτοῦ ἐν πυρὶ, καὶ ἐκληδονίζετο καὶ οἰωνίζετο, « καὶ ἐποίησεν ἐγγαστριμύθους, καὶ γνώστας « ἐπλήθυνε, καὶ ἐπλήθυνε τοῦ ποιῆσαι τὸ πο« νηρὸν ἐνώπιον Κυρίου, τοῦ παροργίσαι αὐτόν. »

ΒΑΛΣ. Νουμηνίαι ἐλέγοντο (73) αἱ πρῶται ἡμέραι τῶν μηνῶν. Εἰθιστο οὖν παρὰ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησιν ἑορτάζειν τηνικαῦτα καὶ γονυκλιτεῖν, ὡς ἂν τὸ μηνιαῖον διάστημα εὐτυχῶς διέλθωσι· περὶ ὧν καὶ ὁ Θεὸς εἶπε διὰ τοῦ προφήτου· Τὰς νουμηνίας ὑμῶν καὶ τὰ σάββατα μισεῖ ἡ ψυχή μου. Ἀλλὰ καὶ ἔμπροσθεν τῶν ἐργαστηρίων αὐτῶν καὶ τῶν οἰκείων ἀνῆπτον πυρκαϊὰς, καὶ ἐπήδων ἐπάνω τούτων, νομίζοντες διὰ τοῦτο τὰ προσυμβάντα ἴσως αὐτοῖς δυσχερῆ κατακαίεσθαι, καὶ ἑτέροις ἀγαθοῖς ἐντυγχάνειν. Ἀκολούθως οὖν τούτοις ἐποίουν καί τινες ὀρθόδοξοι ἐν ταῖς ἡμέραις ἐν αἷς ἡ παροῦσα γέγονε σύνοδος. Ἔνθεν τοι καὶ διωρίσαντο οἱ Πατέρες καταργηθῆναι ταῦτα· καὶ τὸν τοιοῦτόν τι ποιήσαντα, κληρικὸν μὲν ὄντα, καθαιρεῖσθαι, λαϊκὸν δὲ, ἀφορίζεσθαι. Θέλοντες δὲ παραστῆσαι ὅτι μέγιστόν τι κακὸν ταῦτά εἰσι, καὶ ἀπαλλοτρίωσις τοῦ Θεοῦ, ἐχρήσαντο καὶ ῥήμασιν ἀπὸ τῆς δ' τῶν Βασιλειῶν περὶ τοῦ βασιλέως τοῦ Μανασσῆ τοῦ τὸν Θεὸν παροργίσαντος, ὅτι ἔθυσεν ἐν ταῖς αὐλαῖς τοῦ οἴκου Κυρίου τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, ἤτοι τοῖς ἄστρασι, καὶ ὅτι διήγαγε τὰ τέκνα αὐτοῦ ἐν πυρὶ, καὶ ἐκληδονίζετο καὶ οἰωνίζετο, καὶ ἐγγαστριμύθους καὶ γνώστας ἐπλήθυνε. Καὶ περὶ μὲν τῶν πυρκαϊῶν ὅπως ἐτελοῦντο, εἴπομεν ἄνωθεν. Κληδὼν δέ ἐστιν ἡ διά τινων σημείων μαντεία. Οἰωνισμὸς ἡ ἀπὸ κραυγῆς

Guill. Beveregii notæ.

(73) *Νουμηνίαι ἐλέγοντο.* In ms. nostro Bodleiano, ante ista prima hujus interpretationis verba, hæc habentur, Κληδών ἐστιν ἡ διὰ λόγου τῶν μελλόντων παρατήρησις· οἰωνισμὸς, ἡ διὰ πτήσεως ἢ κραυγῆς τῶν ὀρνέων, ἐξ οὗ οἱ οἰωνοσκόποι γνῶσται λέγονται, οἱ διὰ ἀνατομῆς ὀρνέων μαντευόμενοι, διὸ καὶ ἡπατοσκοπή. Ἐγγαστρίμυθοι δὲ διὰ μυθώδεις καὶ σατανικὰς φλυαρίας χυῖσκειν. Sed in editione Parisiensi hæc plenius rectiusque leguntur, ad finem interpretationis, hoc modo. Κυρίως κληδών ἐστιν ἡ διὰ λόγων τῶν μελλόντων παρατήρησις, ἐκ τοῦ κλῶ τὸ καλῶ. Οἰώνισμα, ἡ διὰ κραυγῆς πτηνῶν ἢ πτήσεως μάθησις, ἐξ οὗ καὶ οἰωνοσκοπία. Γνῶσται δὲ λέγονται, οἱ διὰ ἀνατομῆς τῶν ζώων μαντευόμενοι, ἐξ οὗ καὶ ἡπατοσκοπία. Καλῶς μέντοι πάντες οὗτοι καὶ οἱ λοιποὶ ψευδοπροφῆται ἐγγαστρίμυθοι καλοῦνται, διὰ τὸ μυθώδεις φλυαρίας σατανικὰς κυΐσκειν. *Sors sive* κληδὼν *proprie est, quæ fit per verba futurorum observatio, ex verbo* κλῶ, *quod idem est, ac* καλέω, *voco.* Οἰώνισμα *vero, per volucrum garritum aut volatum cognitio; unde* οἰωνοσκοπία, *id est, auspicium.* Γνῶσται *autem sive auspices, qui per animalium sectionem vaticinantur, unde etiam dicitur* ἡπατοσκοπία, *id est jecorum inspectio. Communiter autem ii omnes, et reliqui pseudoprophetæ* ἐγγαστρίμυθοι *dicuntur, eo quod fabulosas Satanæ nugas concipiant.* Cum autem hæc in medio hujus interpretationis exstent, nec in principio nec fine repeti debuerunt; et idcirco nos ea omittimus ut superflua. Et sic quidem in ms. Amerbachiano utrobique recte omittuntur.

A ἢ πτήσεως οἰωνῶν, τουτέστιν ἀγρίων πτερωτῶν ζώων, περὶ ὧν αἱρεῖταί τις μάθησις· ἐξ οὗ καὶ οἰωνοσκόποι λέγονται. Ἐγγαστρίμυθοι δὲ καὶ γνῶσται λέγονται πάντες οἱ σατανικῶς ἐνθουσιῶντες, καὶ προλέγοντες δῆθεν τὰ ἄγνωστα· ὡς οἱ κριτρίαι, οἱ ἀθίγγανοι, οἱ ψευδοπροφῆται, ἐρημῖται, καὶ ἕτεροι. Ταῦτα τοῦ κανόνος διοριζομένου, ἡ μὲν τῆς νουμηνίας ἑορτὴ πρὸ ἀμνημονεύτων χρόνων ἐσχόλασε, καὶ ἀντὶ ταύτης Θεοῦ χάριτι ἱλαστήριοι εὐχαὶ πρὸς Θεὸν καὶ ἁγιασμοὶ ἐπ' ἐκκλησίας παρὰ τοῦ πιστοῦ λαοῦ γίνονται καθ' ἑκάστην ἀρχιμηνίαν, καὶ ὕδασιν εὐλογίας, οὐκ ἀντιλογίας, χριόμεθα. Ἡ δὲ τῶν πυρκαϊῶν δαιμονιώδης τελετὴ καὶ αἱ κληδόνες ἐγίνοντο μέχρι τῆς ἐφημερίας τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ γεγονότος ὑπάτου τῶν φιλοσόφων εἰς B ταύτην τέως τὴν τῶν πόλεων βασιλεύουσαν οὕτως. Κατὰ τὴν ἑσπέραν τῆς κγ' τοῦ Ἰουνίου μηνὸς ἠθροίζοντο ἐν ταῖς ῥηγμῖσι καὶ ἔν τισιν οἴκοις ἄνδρες καὶ γυναῖκες, καὶ πρωτότοκον κοράσιον νυμφικῶς ἐστόλιζον. Μετὰ γοῦν τὸ συμποσιάσαι καὶ βακχικώτερον ὀρχήσασθαι, καὶ χορεῦσαι καὶ ἀλαλάξαι, ἔβαλον ἐν ἀγγείῳ συστόμῳ χαλκῷ θαλάττιον ὕδωρ, καὶ εἴδη τινὰ ἑκάστῳ τούτων ἀνήκοντα· καὶ ὥσπερ τῆς παιδὸς ἐκείνης λαβούσης ἰσχὺν ἐκ τοῦ Σατανᾶ προμηνύειν τὰ ἐρωτώμενα, αὐτοὶ μὲν περὶ τοῦδέ τινος ἀγαθοῦ ἢ καὶ ἀποτροπαίου ἀνεβόων ἐρωτηματικῶς. Τὸ δὲ κοράσιον, ἀπὸ τῶν ἐν τῷ ἀγγείῳ ἐμβληθέντων εἰδῶν τὸ παρατυχὸν ἐξαγαγὼν, ὑπεδείκνυεν· ὃ καὶ λαμβάνων ὁ ἀνόητος τούτου δεσπότης, ἐπληροφορεῖτο C τάχα τὰ ἐπ' αὐτῷ συνεχθῆναι μέλλοντα, εὐτυχῆ τε καὶ δυστυχῆ. Τῇ ἐπαύριον δὲ μετὰ τυμπάνων καὶ χορῶν σὺν τῷ κορασίῳ εἰς τοὺς αἰγιαλοὺς ἀπερχόμενοι, καὶ ὕδωρ θαλάττιον ἀφθόνως ἀναλαμβανόμενοι, τὰς κατοικίας αὐτῶν ἔῤῥαινον· καὶ οὐ μόνον ταῦτα ἐτελοῦντο παρὰ τῶν εὐσυνετωτέρων, ἀλλὰ καὶ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς ἀπὸ χόρτου πυρκαϊὰς ἀνάπτοντες, ἐπήδων ὑπεράνω αὐτῶν, καὶ ἐκληδονίζοντο ἤτοι ἐμαντεύοντο περὶ εὐτυχίας καὶ δυστυχίας καὶ ἄλλων τινῶν δαιμονιωδῶς. Τὰς δὲ ἔνθεν κἀκεῖθεν εἰσόδους αὐτῶν καὶ τὸ δωμάτιον ἐν ᾧ ἐτελεῖτο ἡ κληδὼν σὺν τοῖς παρακειμένοις ὑπαίθροις, χρυσίζουσι πέπλοις καὶ σηρικοῖς κατεκόσμουν ὑφάσμασιν. Ἀλλὰ μὴν καὶ φυλλάσι δένδρων κατεστεφάνουν, εἰς τιμὴν καὶ ὑποδοχὴν, ὡς ἔοικε, τοῦ οἰκειω- D σαμένου αὐτοῖς Σατανᾶ· ἃ δὴ πάντα ὁ ῥηθεὶς ἁγιώτατος πατριάρχης μετὰ πάσης ἐπιμελείας καταργηθῆναι ἐπέτρεψεν· ὃ καὶ γέγονε. Καὶ νῦν εὐδοκοῦντος Θεοῦ τὰ τοιαῦτα θεοστυγῆ ἔργα παντελῶς ἠπράκτησαν· ὡς τῶν ἐν ταῖς γειτονίαις ὄντων προκριτωτέρων καὶ τῶν ἱερέων ἐπιτιμηθέντων παντοίως φροντίζειν καὶ μὴ παραχωρεῖν τοιοῦτόν τι γίνεσθαι. Γένοιτο δὲ καὶ τὰς ἀπὸ τῶν κορωνῶν καὶ τῶν κοράκων καὶ τῶν λοιπῶν ἀγρίων ζώων οἰωνοσκοπίας καταργηθῆναι, ὡσαύτως καὶ τὰς φλυαρίας τῶν κριτριῶν καὶ τῶν ἑτέρων λαοπλάνων. Τὸ μέντοι, Διήγαγε τὰ τέκνα αὐτοῦ ἐν πυρὶ, ὁ μέγας Κύριλλος, ἐξηγούμενος τὸν προφήτην Ἡσαΐαν, ἀντὶ τοῦ Ὁλοκαύτωσε, ἡρμήνευσεν, ἤγουν θυσίαν προσήγαγε τοῖς δαίμοσιν.

A gnitio, unde et auspices seu avium inspectores auguresque dicuntur. Ventriloqui autem aruspicesque dicuntur omnes, qui Satanica incitatione afflati, dicunt ea quæ cognosci non possunt, ut critriæ, athingani, pseudoprophetæ, eremitæ et alii. Hæc statuente canone, Novilunii quidem festum ante annos omnem memoriam superantes cessavit, et ejus loco Dei gratia propitiatoriæ preces ad Deum ac sanctificationes in Ecclesia a fideli populo fiunt, in uniuscujusque mensis principio, et aqua benedictionis, non contradictionis, inungimur. Rogorum autem dæmoniacum mysterium sortesque fiebant, usque ad tempus sanctissimi patriarchæ domini Michaelis, qui fuit philosophorum princeps in hac urbium regina. Hoc modo 23 B mensis Junii vespere cogebantur in littoribus et quibusdam ædibus viri et mulieres, et primogenitam puellam instar sponsæ ornabant. Postquam ergo convivati essent, et bacchantum ritu saltassent et choreas duxissent, in festisque consuetas exclamationes usurpassent, in vas oris contractioris marinam aquam injiciebant, et res quasdam ad unumquemque eorum pertinentes: et tanquam puella illa a Satana facultatem accepisset futura prædicendi, ipsi quidem de bono aliquo, vel etiam aversando ac fugiendo quopiam, interrogando exclamabant. Puella autem ex rebus in vas injectis eam, quæ incidisset, eductam ostendebat; quam etiam accipiens stultus ejus C dominus, certior forsan fiebat de prosperis vel adversis ex eo eventuris. Postridie autem cum tympanis et choris una cum puella ad littora venientes, et aquam marinam copiose accipientes, ædes suas aspergebant: et a paulo sapientioribus hæc non solum fiebant, sed et per totam noctem rogos ex fœno accendentes, supra eos saliebant, et sortiebantur seu divinabant de felicitate et infelicitate, et de quibusdam aliis plane dæmoniace. Eorum autem hinc et illinc aditus, et domunculam, in qua sors illa fiebat, una cum iis sub dio locis quæ prope erant, aureis vestibus et sericeis textibus exornabant. Quinetiam arborum foliis coronabant, ad honorandum, ut verisimile est, et excipiendum Satanam, qui illos sibi familiares D effecerat. Quæ quidem omnia prædictus sanctissimus patriarcha cum omni diligentia prohiberi et penitus aboleri curavit; quod et factum. Et nunc, ut Deo placuit, hæc opera Deo invisa omnino exoleverunt; ideo quod qui prope habitabant, et judices et sacerdotes sæpe sunt reprehensi, et admoniti, ut omnino curarent ac viderent, ne quid tale fieret. Ac utinam corvorum et cornicum et reliquarum ferarum avium inspectiones abolitæ essent: similiter autem et critriarum nugæ et aliorum populi seductorum. Illud autem, Traduxit filios suos per ignem, magnus Cyrillus, prophetam Isaiam explicans, interpretatus est, in holocausto obtulit seu sacrificabat dæmonibus.

ZONAR. Græcorum ethnicorumque consuetudines a majoribus acceptas nonnulli servabant, hodieque servant, etsi quid iis, quæ per ipsos geruntur, indicetur haud satis intelligant. Tale illud est, cum pro foribus officinæ aut domus rogos incendunt saltuque transiliunt. Atque id quidem et fieri vetat canon, et qui fecerit clerico depositionis, laico vero segregationis pœnam injungit. Deinde ut hæc antiqua quoque lege vetita fuisse ostendat, rei demonstrandæ illa ex quarto Regum protulit: Et ædificavit Manasses altare [88], et quæ sequuntur. Ergo **236** si qui minus perfecta vivendi lege tenebantur, prava hæc nihilominus esse, Deique iracundiam elicere arbitrantur: quanto magis ea nobis, qui magis perfectam, magisque spiritualem legem accepimus, et iniqua et inconcessa videri debent? Verba porro illa, Et traduxit filios suos per ignem [89], hujus quidem synodi Patres videntur accipere, pro his, transilire fecit ignem accensum. Magnus vero Cyrillus illud, traduxit filios suos per ignem, hoc est, holocaustum obtulit dæmonibus sacrificans, interpretatus est. Ita ille in suis in Isaiam commentariis. Et sortibus usus est. Sors autem est, cum per signa quædam fortuna cujuspiam infortuniave indagatur; quod quidem hoc quoque tempore nonnullis fortunæ suæ cognoscendæ cupidis est usitatum. Et utebatur auspiciis. Auspicium vero est, cum volatus avium (nam aves vocantur οἰωνοί), clangor et alia hujusmodi observantur: quæ observatio οἰωνοσκοπία a Græcis dicta, maximoque olim in honore tota hæc auspiciorum ratio apud Romanos habita est. Militiam porro cœli stellas intellige.

ARIST. « Rogi, qui noviluniis in officinis exstruuntur, et qui eos transiliunt, abrogentur. »

Quidam coram officinis domibusve suis rogos accendentes, eis juxta antiquam quamdam consuetudinem insiliebant. Et illud abolentes Patres, jubent, quod si quidem clericus inveniatur aliquid ejusmodi faciens, deponetur: si laicus autem, segregabitur. Nam et Manasses per ignem filios suos traducens, et auguriis usus, Deum ad iram provocavit.

CANON LXVI.

« A sancta Christi Dei nostri resurrectionis die usque ad novum Dominicum, tota septimana in sanctis ecclesiis vacare fideles jugiter oportet psalmis et hymnis et Spiritualibus canticis, in Christo gaudentes festumque celebrantes, et divinarum Scripturarum lectioni mentem adhibentes, et sanctis mysteriis jucunde et laute fruentes. Sic enim cum Christo una resurgemus, et exaltabimur. Nequaquam ergo prædictis diebus equorum cursus vel aliquod publicum fiat spectaculum. »

[88] IV Reg. XXIII, 12. [89] IV Reg. XXI, 6.

A **ΖΩΝΑΡ.** Ἔθη Ἑλληνικά τε καὶ ἐθνικὰ κατὰ παράδοσιν ἐποίουν τινὲς, καὶ ποιοῦσι, μηδὲ εἰδότες τί δηλοῦσι τὰ γινόμενα παρ' αὐτῶν· οἷόν ἐστι καὶ τὸ πυρκαϊὰς ἀνάπτεσθαι ἔμπροσθεν ἐργαστηρίων καὶ οἰκιῶν, καὶ αὐτῶν ὑπεράλλεσθαι. Καὶ τοῦτο δὲ ὁ κανὼν ἀπείργνυσι γίνεσθαι, καὶ τοὺς τοιοῦτόν τι πράσσοντας, κληρικοὺς μὲν ὄντας, καθαιρεῖ, λαϊκοὺς δὲ, ἀφορίζει. Εἶτα δεικνὺς ὅτι ἀπηγορευμένα εἰσὶ ταῦτα καὶ τῷ παλαιοτέρῳ νόμῳ, ἐκ τῆς τετάρτης τῶν Βασιλειῶν ἐποιήσατο τὴν ἀπόδειξιν λεγούσης· « Καὶ ᾠκοδόμησε Μανασσῆς θυσιαστήριον, » καὶ τὰ ἐφεξῆς. Εἰ οὖν παρὰ τοῖς τὸν ἀτελέστερον δεξαμένοις νόμον ταῦτα πονηρὰ ἐδόκει, καὶ εἰς ὀργὴν Κυρίου, πόσῳ μᾶλλον ἐφ' ἡμῖν, τοῖς τὸν τελεώτερον καὶ πνευματικώτερον B παραλαβοῦσι νόμον, ἄθεσμα ταῦτα καὶ ἀπηγορευμένα λογίζεσθαι χρή; Τὸ δὲ, « Καὶ διήγαγε τὰ τέκνα αὐτοῦ ἐν πυρὶ, » οἱ μὲν τῆς συνόδου ταύτης Πατέρες ἐοίκασι νοῆσαι ἀντὶ τοῦ, Ὑπερπηδᾷν ἐποίει τὸ ἀναπτόμενον πῦρ. Ὁ δὲ μέγας Κύριλλος τὸ, « Διήγαγε τὰ τέκνα αὐτοῦ ἐν πυρὶ, » ἀντὶ τοῦ, Ὡλοκαύτωσεν, ἡρμήνευσε, θυσίας προσάγων τοῖς δαίμοσι. Τοῦτο δὲ τὸν Ἡσαΐαν φησὶν ἐξηγούμενος. Καὶ ἐκληδονίζετο. Κληδὼν λέγεται τὸ διά τινων ζητεῖν γνῶναι εἰ μέλλοι τις εὐπραγῆσαι ἢ δυσπραγῆσαι, οἷα καὶ νῦν ποιοῦσί τινες θέλοντες τὴν τύχην τὴν ἰδίαν καταμαθεῖν. Καὶ οἰωνίζετο. Οἰωνισμὸς δ' ἐστὶ τὸ ἐπιτηρεῖν τὰς τῶν ὀρνέων πτήσεις· οἰωνοὶ γὰρ τὰ ὄρνεα λέγονται· καὶ τὰς αὐτῶν κλαγγὰς, καὶ τοιαῦτά τινα, ἃ καὶ οἰωνοσκοπίαι παρὰ τοῖς Ἕλ- C λησιν ὠνομάζοντο, καὶ ἐν τάξει τιμῆς μεγίστης ἡ οἰωνοσκοπικὴ παρὰ Ῥωμαίοις λελόγιστο. Στρατιὰν δὲ τοῦ οὐρανοῦ τοὺς ἀστέρας νοητέον.

ΑΡΙΣΤ. « Αἱ ἐν τοῖς ἐργαστηρίοις ἐν νουμηνίαις πυρκαϊαὶ καὶ οἱ ταύτας ὑπεραλλόμενοι καταργείσθωσαν. »

Τινὲς, ἔμπροσθεν τῶν ἐργαστηρίων ἢ τῶν οἴκων πυρκαϊὰς ὑπανάπτοντες, ἐν αὐταῖς κατά τι ἀρχαῖον ἔθος ἐπήδων. Καὶ καταργοῦντες αὐτὸ οἱ Πατέρες προστάττουσιν ὡς, εἰ μὲν κληρικὸς εὑρεθήσεται τοιοῦτόν τι πράττων, καθαιρεθήσεται· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφορισθήσεται. Καὶ γὰρ ὁ Μανασσῆς ἐν πυρὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ διαγαγὼν, καὶ οἰωνιζόμενος, παρώργισε τὸν Θεόν.

D

ΚΑΝΩΝ ΞϚʹ.

« Ἀπὸ τῆς ἁγίας ἀναστασίμου Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἡμέρας μέχρι τῆς καινῆς Κυριακῆς τὴν ὅλην ἑβδομάδα ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις σχολάζειν δεῖ ἀπαραλείπτως τοὺς πιστοὺς, ἐν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς εὐφραινομένους Χριστῷ καὶ ἑορτάζοντας, καὶ τῇ τῶν θείων Γραφῶν ἀναγνώσει προσέχοντας, καὶ τῶν ἁγίων μυστηρίων κατατρυφῶντας. Ἐσόμεθα γὰρ οὕτω Χριστῷ συνανιστάμενοί τε καὶ συνανυψούμενοι. Μηδαμῶς οὖν ἐν ταῖς προκειμέναις ἡμέραις ἱπποδρομία ἢ ἑτέρα δημώδης θέα ἐπιτελείσθω. »

A ΒΑΛΣ. Ὡς μία Κυριώνυμος ἡμέρα λογίζεται κατὰ πάντα ἡ μετὰ τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τρέχουσα ἑβδομὰς, κατὰ δὲ τὸ μὴ γόνυ κάμπτειν, καὶ ἡ ὅλη Πεντηκοστή. Ἐπεὶ δὲ ἑορτῆς καὶ πανηγύρεως ἀφορμὴ ἐνομίζοντό τισιν αἱ ἱπποδρομίαι, πρὸς δὲ καὶ αἱ ἄλλαι δημοτικαὶ παιγνιώδεις θέαι, διωρίσαντο οἱ Πατέρες μὴ οὕτως ἑορτάζειν ἡμᾶς κατὰ ταύτην τὴν πασχάλιον ἑβδομάδα, ἀλλὰ θεοφιλῶς καὶ κατὰ τὸ δυνατὸν ἁγιοπρεπῶς δηλονότι σχολάζειν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ διὰ τῶν θείων ψαλτῳδημάτων χορέννυσθαι· καὶ ὡς ἤδη ἀξίους γενομένους ἑορτάσαι τὴν τοῦ Κυρίου ἀνάστασιν, κατατρυφᾷν τῶν θείων μυστηρίων, καὶ συνανίστασθαι τῷ ἀναστάντι, καὶ ἡμᾶς εἰς οὐρανοὺς ἀνυψώσαντι, Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν. B Σημείωσαι οὖν ὅτι πάντες οἱ πιστοὶ ὀφείλουσιν ἐν ἑτοιμότητι εἶναι τοῦ μεταλαμβάνειν τῶν ἁγίων μυστηρίων καθ' ἑκάστην, εἰ δυνατὸν, καθὼς καὶ ἐν ἑτέροις κανόσι τοῦτο προείρηται. Τοῦ δὲ κανόνος ταῦτα διοριζομένου, ἐρωτήσει τις, οἱ χειρωνάκται μετὰ τὴν τρίτην τῆς ἑβδομάδος ταύτης τὰ οἰκεῖα ἐργάζονται ἐργόχειρα; Νομίζω οὖν ὅτι κακῶς τοῦτο ποιοῦσι. Κἂν γὰρ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος οὐ κολάζονται οἱ οὕτω τὴν ἑορτὴν καταλύοντες, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἑτέρου κανόνος τοῦ ἀφορίζοντος τοὺς λαϊκοὺς, μὴ ὄντας γεωργοὺς, καὶ κατὰ τὰς Κυριωνύμους ἐργαζομένους, καὶ οὗτοι κολασθήσονται. Ζήτει καὶ τὴν νδ' Νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Σοφοῦ, διαλαμβάνουσαν μηδὲ αὐτοὺς τοὺς γεωργοὺς κατὰ τὴν Κυριώνυμον C ἐργάζεσθαι. Ὥστε ἀπηγόρευται καὶ αὐτοῖς κατὰ τὴν ὅλην πασχάλιον ἑβδομάδα ἐργάζεσθαι, ὡς μιᾶς Κυριωνύμου λογιζομένης αὐτῆς.

BALS. Tanquam unus dies Dominicus per omnia reputatur ea quæ post sanctam Domini et Dei et Servatoris nostri Jesu Christi resurrectionem currit septimana: in eo vero quod genu non flectatur, et tota etiam Pentecoste. Quoniam autem festi celebrandi prætextu apud quosdam inoleverant equorum cursus, et alia etiam publica ludicra spectacula, statuerunt Patres, nos sic festum non oportere celebrare in hac Paschali hebdomade, sed religiose et quoad fieri potest, sancte videlicet ecclesia vacare, divinisque canticis satiari: et tanquam jam digni simus resurrectionem Domini celebrare, divinis mysteriis jucunde lauteque perfrui, et una consurgere cum eo qui resurrexit, et nos in cœlum una sustulit, Christo Deo nostro. Nota ergo quod omnes fideles debent esse parati sancta mysteria participare unoquoque die, si fieri potest, quemadmodum et in aliis canonibus ante scriptum est. Cum autem canon hæc statuat, interrogaverit quispiam, quomodo artifices post diem tertium hujus septimanæ suas mechanicas artes et opera exerceant? Existimo ergo eos male hoc facere. Etsi enim a præsenti canone non puniuntur, qui festum sic solvunt: ab alio tamen canone, qui laicos, qui non sunt agricolæ et in diebus **237** Dominicis operantur, segregat, ii quoque punientur. Quære etiam 54 domini imp. Leonis Sapientis novellam, statuentem ne ipsos quidem agricolas in die Dominico operari debere. Quare eis quoque prohibitum est tota Paschali septimana operari, neque cum ipsa unus dies Dominicus reputetur.

ΖΩΝΑΡ. Ἑορτάζειν οἱ ἀπὸ Χριστοῦ κεκλημένοι ὀφείλομεν, οὐ τρυφὰς ἑαυτοῖς καὶ λαμπρότητας καὶ ἀνέσεις ἐπιτηδεύοντες, ἀλλὰ πνευματικῶς εὐφραινόμενοι. Πνευματικὴ δ' ἐστὶν εὐφροσύνη τὸ ᾄδειν τῷ Κυρίῳ, καὶ δοξάζειν αὐτὸν ἐφ' οἷς ἐποίησε θαυμασίοις, ῥυσάμενος ἡμᾶς ἐκ τῆς δουλείας τοῦ διαβόλου. Οὕτω τοίνυν καὶ τὴν τοῦ Πάσχα ἑορτὴν βούλεται ἑορτάζειν ἡμᾶς ὁ κανὼν, ὅλην τὴν ἑβδομάδα ἐν ἐκκλησίαις σχολάζοντας, ἐν ψαλμοῖς τε καὶ ὕμνοις ᾄδοντας τῷ Κυρίῳ, καὶ οὕτως ἐν Χριστῷ ἑορτάζοντας καὶ τῇ μελέτῃ προσέχοντας τῶν θείων Γραφῶν, καὶ κατατρυφῶντας τῶν θείων μυστηρίων. Καὶ οὕτω, φησὶν, ἐσόμεθα Χριστῷ συνανιστάμενοι, D καὶ συνανυψούμενοι· ἀνιστάμενοι μὲν τοῦ πτώματος τῆς ἁμαρτίας καὶ τῆς χαμαιζήλου καὶ γηΐνης ζωῆς· ἀνυψούμενοι δὲ πρὸς ὑψηλοτέραν καὶ πνευματικὴν τῷ ὄντι διαγωγήν. Ὅθεν οὔτε ἱπποδρομίας ἐν τῇ τοῦ Πάσχα ἑβδομάδι γίνεσθαι συγχωρεῖ, οὔτε θέας ἑτέρας δημώδεις, ἐν αἷς δηλονότι ὁ δῆμος ἀθροίζεται θεώμενος τὰ γινόμενα.

ZONAR. Non delicias aut luxum otiave sectantes, sed spirituali gaudio exsultabundi, festos dies agere Christiani debemus. Spiritualis porro lætitiæ est canticis Numen venerari, illiusque laudes, pro iis quæ admirabilia præstitit, quodque diabolo mancipatos in libertatem nos asseruit, celebrare. Hanc ergo rationem Paschæ quoque festos atque solemnes dies agitandi præscribit canon, ut ea nimirum septimana, perpetuam in ecclesiis stationem agentes, psalmis hymnisque Domino concinendis occupati, in Christo proinde lætemur, sacrarumque Litterarum accurata meditatione tempora traducentes, divinorum mysteriorum epulis insaturabiliter expleamur. Atque hoc pacto, inquit, cum Christo simul exsurgere, atque ad altiora simul eniti continget. A peccati scilicet lapsu menteque humi depressa et ad terrena abjecta exsurgemus: ad sublimiorem autem et vere spiritualem vivendi rationem excitabimur. Proinde nec equestres ludos tota Paschatis hebdomada, nec alia publica spectacula, ad quæ nimirum tuenda multitudo convenit, exhibenda facultatem esse decernit.

ΑΡΙΣΤ. « Τὴν μετὰ τὴν ἀνάστασιν πᾶσαν ἑβδομάδα πᾶς ἐκκλησιαζέτω πιστός. »

Ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις δεῖ σχολάζειν τοὺς πιστοὺς, καὶ ἐν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις εὐφραίνεσθαι

ARIST. « Quisque fidelis per totam post resurrectionem hebdomadam in ecclesia versetur. »

In sanctis ecclesiis fideles oportet vacare, et in psalmis et hymnis gaudio exsultare totam septi-

manam post sanctam Christi veri Dei nostri resurrectionem.

CANON LXVII.

« Divina nobis Scriptura mandavit, a sanguine, et « suffocato, et fornicatione abstinere. Eos ergo, « qui propter lautum et delicatum ventrem cujuscunque animalis sanguinem arte aliqua « esculentum condiunt ac instruunt, et sic illo « vescuntur, ut par est punimus. Si quis ergo « deinceps animalis sanguinem quovis modo « comedere aggrediatur, si sit clericus, deponatur : sin laicus, segregetur. »

BALS. Scriptum est in Actibus apostolorum, Ne nos quemvis sanguinem comedamus, vel suffocatum animal, et etiam a fornicatione abstineamus [1]. Atque etiam lex jubet Mosaica, Sanguinem ne comedatis [2]. Quoniam ergo nonnulli sanguinem, non quidem comedebant, nonnulla autem esculenta et ex aliis et ex sanguine faciebant, et se sacram Scripturam observare dicebant, quod non sanguinem nulla re intercedente comederent, statuerunt sancti Patres, ejusmodi sacræ legis circumscriptionem cessare oportere; eumque, qui quavis arte vel ratione animalis sanguinem comederit, si sit quidem clericus, deponendum : sin vero laicus, segregandum. Et hæc quidem canon. Latini vero indiscriminatim suffocata comedunt. Adrianopolitani etiam, ut audio, animalium sanguine cum quibusdam esculentis utuntur. Quære et imp. domini Leonis Sapientis novellam 58, quæ statuit eos, qui quancunque sanguinolentam speciem comedunt, publicandos et corpore puniendos, et impressa cuti tonsura notandos, et perpetuo exsilio condemnandos : eos autem, qui hæc non vindicant, magistratus decem librarum auri multa corrigendos.

ZONAR. A sanguine, suffocato et fornicatione abstinendum esse in Actis apostoli decrevere. Cum enim circumcisionem fidelibus necessariam esse nonnulli assevererent, convenere simul apostoli cum fratre Domini Jacobo, et consilio ea de re habito, fideles ab idolothytis, sanguine, suffocato et fornicatione, nihil eis præterea oneris imponentes, abstinere jusserunt. Verum in Genesi quoque præceptum hujusmodi exstat : Carnem, in sanguine animæ non comedetis [3]. Divinæ igitur Scripturæ auctoritatem, cum mactatorum animantium sanguinem a nonnullis quadam **238** arte condiri, atque ab iis esitari cognovissent, id hoc canone fieri vetuere; quique non paruerint, clericos quidem depositione, laicos vero segregatione multari jubent.

ARIST. « Clericus sanguinem edens deponitur : « laicus autem segregatur. » *Perspicuus.*

CANON LXVIII.

« Nemini licere Veteris et Novi Testamenti li- « brum, sanctorumve nostrorum et approbato-

[1] Act. xv, 29. [2] Levit. xvii, 12. [3] Genes, ix, 4.

πᾶσαν τὴν ἑβδομάδα τὴν μετὰ τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν.

ΚΑΝΩΝ ΞΖ'.

« Ἡ θεία ἡμῖν Γραφὴ ἐνετείλατο ἀπέχεσθαι αἵματος, « καὶ πνικτοῦ, καὶ πορνείας. Τοῖς οὖν διὰ τὴν « λίχνον γαστέρα αἷμα οἱουδήποτε ζώου τέχνῃ « τινὶ κατασκευάζουσιν ἐδώδιμον, καὶ οὕτω τοῦτο « ἐσθίουσι, προσφόρως ἐπιτιμῶμεν. Εἴ τις οὖν « ἀπὸ τοῦ νῦν αἷμα ζώου ἐσθίειν ἐπιχειρήσει « οἱῳδή τινι τρόπῳ, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, καθαι- « ρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. »

ΒΑΛΣ. Γέγραπται ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων μὴ ἐσθίειν ἡμᾶς οἱονδηποτοῦν αἷμα, ἢ ζῶον πνικτὸν, ἀπέχεσθαι δὲ καὶ πορνείας. Καὶ ὁ Μωσαϊκὸς δὲ νόμος παρακελεύεται· Αἷμα οὐ φάγεσθε. Ἐπεὶ οὖν τινες αἷμα μὲν οὐκ ἤσθιον, ἐποίουν δέ τινα ἐδώδιμα ἔκ τε ἄλλων καὶ ἐξ αἱμάτων, καὶ ἔλεγον φυλάττειν τὰ τῆς θείας Γραφῆς, ὅτι οὐκ ἤσθιον ἀμέσως αἷμα, ὥρισαν οἱ ἅγιοι Πατέρες τὴν τοιαύτην περιγραφὴν τῆς θείας νομοθεσίας σχολάσαι· καὶ τὸν καθ' οἱονδήτινα λόγον ἢ τέχνην φαγόντα αἷμα ζώου τινὸς κληρικὸν μὲν ὄντα, καθαιρεῖσθαι, λαϊκὸν δὲ, ἀφορίζεσθαι. Καὶ ὁ μὲν κανὼν ταῦτα· οἱ δὲ Λατῖνοι ἀδιαφόρως ἐσθίουσι τὰ πνικτά. Ἀλλὰ καὶ οἱ Ἀδριανουπολῖται, ὡς ἀκούω, τοῖς αἵμασι τῶν ζώων χρῶνται μετὰ ἐδωδίμων τινῶν. Ζήτει καὶ τὴν νη' νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ φιλοσόφου, διοριζομένην τοὺς μὲν πωλοῦντας ἢ ἐσθίοντας εἶδος οἱονδηποτοῦν αἱματηρὸν δημεύεσθαι καὶ αἰκίζεσθαι, καὶ διὰ τῆς ἐν χρῷ κουρᾶς τιμωρεῖσθαι, καὶ ἀειφυγίᾳ κατακρίνεσθαι· τοὺς δὲ μὴ τὰ τοιαῦτα διεκδικοῦντας ἄρχοντας δέκα λιτρῶν χρυσίου προστίμῳ εὐθύνεσθαι.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ αἵματος ἀπέχεσθαι, καὶ πνικτοῦ καὶ πορνείας ἐν ταῖς Πράξεσι γέγραπται. Τινῶν γὰρ λεγόντων δεῖν τοὺς πιστεύοντας περιτέμνεσθαι, συνελθόντες οἱ ἀπόστολοι καὶ ὁ ἀδελφόθεος Ἰάκωβος ἐβουλεύσαντο περὶ τούτου, καὶ ἐπεστάλκασι τοῖς πιστοῖς ἀπέχεσθαι τῶν εἰδωλοθύτων, καὶ αἵματος, καὶ πνικτοῦ, καὶ πορνείας, καὶ μηδὲν πλέον αὐτοῖς ἐπιτίθεσθαι βάρος. Κα ἐν τῇ Γενέσει δὲ διατέτακται· Τὸ κρέας ἐν αἵματι ψυχῆς οὐ φάγεσθε. Τῇ θείᾳ τοίνυν Γραφῇ καὶ οἱ θεῖοι Πατέρες ἑπόμενοι, ἐπεὶ ἔμαθόν τινας μεθόδοις τισὶ τὸ αἷμα τῶν σφαττομένων ζώων ποιοῦντας ἐδώδιμον, καὶ ἐσθίοντας αὐτὸ, διὰ τοῦ κανόνος τούτου κεκωλύκασι τὸ τοιοῦτόν τι ποιεῖν, ἐπιτιμήσαντες τοῖς τοιοῦτόν τι ποιοῦσιν, εἰ μὲν κληρικοὶ εἶεν, καθαίρεσιν, εἰ δὲ λαϊκοὶ, ἀφορισμόν.

ΑΡΙΣΤ. « Κληρικὸς αἷμα ἐσθίων καθαιρεῖται, λαϊκὸς δὲ ἀφορίζεται. » *Σαφής.*

ΚΑΝΩΝ ΞΗ'.

« Περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναί τινι τῶν πάντων βιβλίων τῆς « παλαιᾶς καὶ καινῆς Διαθήκης, τῶν τε ἁγίων

« καὶ ἐγκρίτων ἡμῶν κηρύκων καὶ διδασκάλων, διαφθείρειν ἢ κατατέμνειν, ἢ τοῖς βιβλιοκαπήλοις, ἢ λεγομένοις μυρεψοῖς, ἢ ἄλλῳ τινὶ τῶν ἁπάντων πρὸς ἀφανισμὸν ἐκδιδόναι· εἰ μή τι ἄρα τέλεον, εἴτε ὑπὸ σητῶν, ἢ ὕδατος, ἢ ἑτέρῳ τρόπῳ ἀχρειωθῇ. Ὁ δέ τι τοιοῦτο ποιεῖν ἀπὸ τοῦ νῦν ἁλισκόμενος, ἐπὶ ἐνιαυτὸν ἀφοριζέσθω· ὁμοίως καὶ ὁ τὰς τοιαύτας βίβλους ὠνούμενος, εἰ μήτε αὐτὸς ταύτας κατέχοι πρὸς οἰκείαν ὠφέλειαν, μήτε ἑτέρῳ πρὸς εὐεργεσίαν καὶ τὸ διαμεῖναι ἀποδοίη, ἀλλὰ ταῦτα διαφθείρειν ἐπιχειρήσοι, ἀφοριζέσθω. »

« rum præconum ac doctorum, corrumpere vel conscindere, vel librorum cauponatoribus, vel iis qui dicuntur unguentarii, vel alii cuicunque, ad eum perdendum tradere : nisi utique omnino, vel a tineis, vel ab aqua, vel aliquo alio modo redditus fuerit inutilis. Qui autem tale quid facere deinceps deprehensus fuerit, anno uno segregetur. Similiter et qui tales libros emit, si eos quidem ipse non ad suam utilitatem retineat, nec alteri, ad ejus beneficium, et ut ii permaneant, vendat, sed eos corrumpere aggressus fuerit, segregetur. »

ΒΑΛΣ. Τινὲς δι' αἰσχροκέρδειαν βιβλίων τῶν θείων Γραφῶν ἐμπορευόμενοι ἀπήλειφον, ἢ καὶ κατέτεμνον, μὴ συλλογιζόμενοι τὴν ἐντεῦθεν τοῦ Θεοῦ κατάκρισιν. Διορθούμενοι οὖν τὰ περὶ τούτου οἱ θεῖοι καὶ ἅγιοι Πατέρες, διωρίσαντο μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας τινὰ τῶν ἁπάντων διαφθείρειν ἢ κατατέμνειν ἢ πωλεῖν πρὸς μυρεψοὺς ἢ βιβλιοκαπήλους χάριν ἀπαλοιφῆς ἢ κατατομῆς οἱονδηποτοῦν βιβλίον ἐκ τῆς θείας Γραφῆς, ἔκ τε τῆς Παλαιᾶς δηλονότι Διαθήκης καὶ τῆς Νέας, εἰ μήπω τὸ τοιοῦτον βιβλίον ἢ ἀπὸ ὕδατος, ἢ ἀπὸ σκωλήκων, ἢ ἀπὸ ἑτέρου τρόπου, πυρὸς δηλονότι, πάμπαν ἀχρειωθῇ· τὸν δὲ παρὰ τοῦτο ποιοῦντα ἐπὶ ἐνιαυτὸν ἀφορίζεσθαι, καὶ τὸν ἐξωνούμενον οὕτω ταῦτα, καὶ μὴ ἐπικτώμενον αὐτὰ ἢ διὰ οἰκείαν ἢ διὰ ἀλλοτρίαν ὠφέλειαν. Ἀκούων δὲ τοῦ κανόνος λέγοντος, μὴ ἀπαλείφεσθαι ἢ ὁπωσδήποτε διαφθείρεσθαι βιβλίον τῆς Παλαιᾶς ἢ τῆς Καινῆς Διαθήκης, ἢ ἕτερον ἐκ τῆς θείας Γραφῆς, περὶ ἐκείνων τῶν βιβλίων λέγε τὸν κανόνα διαλέγεσθαι τῶν ἐκχωρηθέντων ἀναγινώσκεσθαι. Τὰ γὰρ ἀπρακτήσαντα καὶ κατατέμνων τις καὶ ἀπαλείφων οὐ κολασθήσεται. Σημείωσαι ταῦτα διὰ τοὺς βιβλιοκαπήλους, τοὺς ἀπαλείφοντας τὰς μεμβράνας τῶν θείων Γραφῶν, καὶ μὴ παραδέξῃ τούτους λέγοντας ὡς ἐφεῖται τόδε τι ἐκ τῆς θείας Γραφῆς ἀπαλείφειν, καὶ ἕτερον ἐν τοῖς ἀπαλειφεῖσι μεταγράφειν. Ἑνὸς γὰρ ἀτόπου δοθέντος, καὶ ἕτερα πολλὰ ἄτοπα συνακολουθήσουσιν· οἱ μέντοι βιβλιοπῶλαι ἐπαινετέοι εἰσί (75).

BALS. Nonnulli turpis quæstus gratia divinarum Scripturarum libros ementes delebant, vel etiam conscindebant, Dei quæ ex ea re proficiscebatur condemnationem non reputantes. Hæc ergo divini sanctique Patres corrigentes, nulli licere statuerunt corrumpere, vel conscindere, vel vendere unguentariis vel librorum cauponatoribus, ad delendum vel conscindendum, quemcunque librum divinæ Scripturæ, et ex Vetere Testamento et Novo: nisi talis liber vel ab aqua, vel a vermibus, vel ab alio modo, ab igne videlicet, fuerit omnino redditus inutilis : eum autem, qui aliter facit, anno uno segregandum, eumque etiam, qui ejusmodi libros emit, et eos non possidet vel ad suam vel ad alienam utilitatem. Cum autem audis canonem dicentem, non esse delendos vel quomodocunque corrumpendos libros Veteris vel Novi Testamenti, vel aliquem alium ex divina Scriptura, dic canonem de iis libris loqui, quos permissum est legi. Eos enim, qui non sunt usui, si quis deleat et conscindat, non punietur. Nota autem hæc propter librorum cauponatores, qui divinarum Scripturarum membranas delent : et ne admiseris eos dicentes, quod licet hunc divinæ Scripturæ librum delere, et alium loco deletorum transcribere. Dato enim uno absurdo, multa quoque alia absurda consequentur : sed sunt quidem laudandi bibliopolæ.

ΖΩΝΑΡ. Τὰ βιβλία τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς, τῆς τε Παλαιᾶς Διαθήκης καὶ τῆς Καινῆς, καὶ τὰ τῶν ἁγίων Πατέρων καὶ διδασκάλων, τῶν ἐγκριθέντων δηλαδὴ, τῶν μετὰ δοκιμασίας δεχθέντων (πολλοὶ γὰρ συνεγράψαντο περὶ πίστεως λόγους καὶ ἑρμηνείας Γραφῶν, ἀλλ' ἀπεβλήθησαν καὶ ἀπεδοκιμάσθησαν)· τὰ γοῦν τῆς Παλαιᾶς καὶ Νέας Διαθήκης βιβλία, καὶ τὰ τῶν ἐγκριθέντων Πατέρων φυλάττεσθαι ὁ κανὼν κελεύει, ἀλλὰ μὴ διαφθείρεσθαι, μηδὲ κατατέμνεσθαι, μηδὲ τοῖς βιβλιοκαπήλοις, ἢ τοῖς

ZONAR. Veteris ac Novi Testamenti, divino Spiritu dictante, conscriptos libros, ut et sanctorum Patrum ac doctorum, qui non sine probatione videlicet admissi rectique sunt (multi namque res fidei, multi sacrarum Litterarum interpretationes scripserunt, verum improbatis postea damnatisque operibus prosecuti fuerant), sacros igitur Veteris ac Novi Testamenti, et probatorum Patrum libros hic canon studiose conservare jubet. Neque vero eos inquit corrumpere aut conscindere, vel libro-

Guil. Beveregii notæ.

(74) *Εἰ μή τι ἄρα τέλεον.* Legendum juxta ms. Amerbachianum εἰ μή τοι ἄρα βιβλίον τῶν θείων Γραφῶν. Ms. Amerbachianus rectius legit, βιβλία τῶν θείων Γραφῶν.

(75) *Ἐπαινετέοι εἰσί.* In ms. nostro Bodleiano hæc sequuntur, Σημείωσαι τὸν παρόντα κανόνα, καὶ φύλαττε τοῦτον· κἂν ἐγὼ οὐκ ἠδυνήθην κωλῦσαι τοὺς εἰσερχομένους κοσμικοὺς εἰς τὸ ἅγιον βῆμα τῆς ὑπεραγίας μου Θεοτόκου τῆς ὁδηγητρίας, λέγοντας ἀρχῆθεν κρατῆσαι τὴν τοιαύτην συνήθειαν, ἔν τε τῷ ἁγίῳ οἴκῳ τῆς Θεομήτορος, καὶ ἐν τῷ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἐν τῇ Χαλκῇ. Verum hæc verba non ad præsentem sed sequentem canonem jure pertinent, tanquam nota videlicet marginalis. In manuscripto Amerbachiano nullibi leguntur.

rum cauponatoribus, unguentariisque perituros tradere cuiquam liceat. Cauponatores autem librorum, non qui libros vendunt, sed quæ in libris scripta sunt obliterantes, ipsisve alia ratione, ita ut Scriptura intereat, abutentes canon intelligit. Si quæ vero forte exemplaria sic a tineis corrosa sunt, ut corrupta penitus censeantur, vel superfusa aqua, aut alio malo ita consumpta, ut nullo amplius usui legentibus esse possint, ea si quis obliteravit, non idcirco pœnam canonis violati propositam, ut uno anno segregetur, incurret. Reus autem violati canonis est, tum qui vendit libros, tum qui emit, eo nomine ut corrumpat.

ARIST. « Divinas Scripturas non corrumpes « nec corrumpendas trades, nisi sint prorsus inu- « tiles. »

Non licet cuipiam Veteris et Novi Testamenti vel etiam eximiorum et sanctorum nostrorum magistrorum **239** librum quemvis corrumpere, vel librorum cauponatoribus aut unguentariis tradere, ad eum destruendum perdendumve, nisi reddatur prorsus inutilis a tineis aut aqua aut alio modo. Qui hoc autem decretum transgreditur, anno segregatur.

CANON LXIX.

« Non liceat cuipiam ex laicorum numero intra « sacri altaris septum ingredi : ab eo tamen « nequaquam prohibita potestate et auctoritate « imperatoria quando quidem voluerit Creatori « dona offerre, ex antiquissima traditione. »

BALS. Prohibet præsens canon, ne laici ad divinum altare ingrediantur, ut quod solis sacratis hominibus sit destinatum. Id autem, inquit, imperatori soli, licet sit laicus, concessum est, quando munera Deo offerre voluerit, ex antiqua quadam consuetudine. Quomodo ergo in divinum adytum inclyti templi Domini nostri Jesu Christi, quod est in Chalce, quicunque vult citra ullum impedimentum ingreditur, nescio. De Latinis autem audio, quod non solum viri laici, sed et mulieres in sanctum tribunal ingrediuntur, et sedent, stantibus sæpe iis qui sacrificant. De imperatoribus autem dixerunt quidam, verbis canonis insistentes, quod tunc non prohibebuntur intra septum altaris ingredi, quando sunt Deo munera oblaturi, non au-

A μυρεψοῖς ἐκδίδοσθαι εἰς ἀφανισμόν. Βιβλιοκαπήλους δὲ οὐ τοὺς τὰ βιβλία πωλοῦντας φησὶν ὁ κανὼν, ἀλλὰ τοὺς ἀπαλείφοντας ἢ καὶ ἄλλως χρωμένους ταῖς βίβλοις εἰς ἀφανισμὸν τῶν ἐν αὐτοῖς γεγραμμένων. Τὰ δὲ ὑπὸ σκωλήκων ἴσως βρωθέντα ὡς τέλεον διαφθαρῆναι, ἢ ὑπὸ ὕδατος, ἢ ἄλλως ἀχρειωθέντα, ὡς μὴ χρησιμεύειν εἰς ἀνάγνωσιν, εἰ ἀπαλείψει τις, οὐχ ὑποπεσεῖται τῷ ἐπιτιμίῳ, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἐπὶ ἐνιαυτὸν ἀφορίζεσθαι τὸν παραβαίνοντα τὸν κανόνα. Παραβάτης δ' ἐστὶ καὶ ὁ πωλῶν ταύτας ἐπὶ διαφθορᾷ καὶ οὕτως ὠνούμενος.

ΑΡΙΣΤ. « Οὐ διαφθαρεῖς θεῖον βιβλίον, οὐδὲ δώσεις « διαφθαρῆναι εἰ μὴ τέλεον κατηχρείωται. »

B Οὐκ ἐξέσται τινὶ τῶν ἁπάντων βιβλίων τῆς Παλαιᾶς ἢ τῆς Καινῆς Διαθήκης, καὶ τῶν ἐγκρίτων καὶ ἁγίων ἡμῶν διδασκάλων διαφθείρειν, ἢ τοῖς βιβλιοκαπήλοις, ἢ τοῖς μυρεψοῖς διδόναι, πρὸς τὸ καταλῦσαι καὶ ἀφανίσαι αὐτὸ, εἰ μὴ τέλεον ἠχρειώθη ὑπὸ σητῶν, ἢ ὕδατος ἢ ἑτέρου τρόπου. Ὁ δὲ παραβαίνων τὸ ὁρισθὲν ἐπὶ ἐνιαυτὸν ἀφορίζεται.

ΚΑΝΩΝ ΞΘ'.

« Μὴ ἐξέστω τινὶ τῶν ἁπάντων ἐν λαϊκοῖς τελοῦντι « ἔνδον ἱεροῦ εἰσιέναι θυσιαστηρίου, μηδαμῶς « ἐπὶ τοῦτο τῆς βασιλικῆς εἰργομένης ἐξουσίας « καὶ αὐθεντίας ἡνίκα δ' ἂν βουληθείη προσάξαι « δῶρα (76) τῷ πλάσαντι, κατά τινα ἀρχαιοτάτην

C « παράδοσιν. »

ΒΑΛΣ. Ἀπαγορεύει ὁ κανὼν εἰσιέναι τοὺς λαϊκοὺς ἔνδον τοῦ θείου θυσιαστηρίου, ὡς ὄντος τούτου ἀφωρισμένου μόνοις τοῖς ἱερωμένοις. Τῷ βασιλεῖ δὲ, καὶ λαϊκῷ ὄντι, ἐνεδόθη, φησὶ, τοῦτο, ἡνίκα προσάξαι δῶρα τῷ Θεῷ αἱρετίσεται, κατά τινα παλαιὰν παράδοσιν. Ὅπως οὖν εἰς τὸ θεῖον ἄδυτον τοῦ περιωνύμου ναοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἐν τῇ Χάλκῃ ἀκωλύτως εἰσέρχεται ὁ βουλόμενος, ἀγνοῶ. Περὶ δέ γε τῶν Λατίνων μανθάνω ὅτι οὐ μόνον λαϊκοὶ ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες εἰς τὸ ἅγιον βῆμα εἰσέρχονται καὶ κάθηνται, ἱσταμένων πολλάκις καὶ τῶν ἱερουργούντων. Περὶ μέντοι τῶν βασιλέων εἶπόν τινες, τοῖς ῥήμασιν ἐπικαθήμενοι τοῦ κανόνος,

D ὅτι τότε οὐ κωλυθήσονται ἔνδον τοῦ θυσιαστηρίου εἰσιέναι, ὅτε προσαγαγεῖν δῶρον τῷ Θεῷ μέλλουσιν,

Guill. Beveregii notæ.

(76) *Ἡνίκα ἂν βουληθείη προσάξαι δῶρα.* Imperatoribus hic conceditur etiam intra sacrum altaris septum ingredi, cum dona Deo oblaturi sunt, idque ex antiqua traditione recte quidem. Nam diu ante celebratum hoc concilium istiusmodi consuetudo obtinuit : ut patet ex istis Theodosii Junioris verbis in Actis concilii Ephesini, *Nos, qui legitimis imperii armis semper circumdamur, quosque sine armatis et stipatoribus esse non convenit, Dei templum ingressuri foris arma relinquimus, et ipsum etiam diadema, regiæ majestatis insigne, deponimus. Et sacra altaria munerum tantum offerendorum causa accedimus, quibus quoque oblatis ad extimum communeque atrium mox nos recipimus.* Sic etiam Theodoretus tradidit, ut Theodosius D. Ambrosii admonitione pœnitentia ductus altare ingressus est, ut dona sua ibi offerret; sed diutius ibi manere a præstantissimo eodem Patre non permissus est; ἐπειδὴ δὲ ὁ καιρὸς ἐκάλει τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ τὰ δῶρα προσενεγκεῖν, ἀναστὰς μετὰ τῶν ἴσων δακρύων τῶν ἀνακτόρων ἐπέβη· προσενεγκὼν δὲ, ὥσπερ εἰώθει, ἔνδον παρὰ τὰς κιγκλίδας μεμένηκεν. Ἀλλὰ πάλιν ὁ μέγας Ἀμβρόσιος οὐκ ἐσίγησεν, ἀλλ' ἐξεπαίδευσε τὴν τῶν τόπων διαφοράν. Theodoret. *Hist. Eccl.* l. v, c. 17. Et paulo post de eodem Constantinopoli offerente, ait, τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ τὰ δῶρα προσενεγκὼν ἐξελήλυθεν. Ibid. v, Niceph. Callist. lib. XII, cap. 41.

οὐ μὴν ὅτε χάριν προσκυνήσεως μόνον βουληθῶσιν A εἰσελθεῖν ἐν αὐτῷ· ἐμοὶ δὲ τοῦτο οὐ δοκεῖ. Οἱ γὰρ πατριάρχας προβαλλόμενοι ὀρθόδοξοι βασιλεῖς δι' ἐπικλήσεως τῆς ἁγίας Τριάδος, καὶ χριστοὶ ὄντες Κυρίου, ἀκωλύτως, ὅτε καὶ βούλονται, εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον εἰσέρχονται (77) καὶ, θυμιῶσι, καὶ σφραγίζουσι μετὰ τρικηρίου καθὼς οἱ ἀρχιερεῖς.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ θυσιαστήριον τοῖς ἱερωμένοις ἀφώρισται. Διὸ καὶ ὁ κανὼν τοῖς λαϊκοῖς ἀπαγορεύει τὴν πρὸς αὐτὸ εἴσοδον· τῷ δὲ βασιλεῖ μόνῳ παραχωρεῖ τῆς εἰς τὸ θυσιαστήριον εἰσόδου, ὅτε προσάγει δῶρα τῷ Θεῷ. Ὥσπερ δ' ὑπεραπολογούμενοι ἑαυτῶν οἱ τοῦτο δόντες τῷ βασιλεῖ τὸ προνόμιον τῆς ἐξουσίας καὶ τῆς αὐθεντίας ἐμνήσθησαν, μονονουχὶ τοῦτο λέγοντες ὅτι οὐδὲ τοῦτον, καθὸ λαϊκός ἐστιν, ἐχρῆν B ἐντὸς εἰσιέναι τοῦ θυσιαστηρίου· ἀλλὰ διὰ τὴν ἐξουσίαν καὶ τὴν αὐθεντίαν ἐνεδόθη αὐτῷ ἀρχῆθεν τοῦτο παραδόντων τῶν παλαιοτέρων Πατέρων.

ΑΡΙΣΤ. « Εἰ μὴ βασιλεὺς, οὔτις τῶν λαϊκῶν εἰς « ἱλαστήριον εἴσεισιν. »

Τοῖς κοσμικοῖς τὸ ἱλαστήριον ἄβατον. Βασιλεὺς δὲ οὐ κεκώλυται εἰσέρχεσθαι ἐν αὐτῷ, ἡνίκα ἂν βουληθῇ καὶ προσάγειν δῶρα τῷ Θεῷ.

ΚΑΝΩΝ Ο'.

« Μὴ ἐξέστω ταῖς γυναιξὶν ἐν τῷ καιρῷ τῆς θείας « λειτουργίας λαλεῖν. Ἀλλὰ κατὰ τὴν φωνὴν « Παύλου τοῦ ἀποστόλου σιγάτωσαν· οὐ γὰρ ἐπι« τέτραπται αὐταῖς λαλεῖν, ἀλλ' ὑποτάττεσθαι, κα- C « θὼς καὶ ὁ νόμος φησίν· εἰ δέ τι μαθεῖν θέλουσιν, « ἐν οἴκῳ τοὺς ἰδίους ἄνδρας ἐπερωτάτωσαν. »

ΒΑΛΣ. Πρὸς Κορινθίους ἐπιστέλλων ὁ μέγας Παῦλος, παρεγγυᾶται ταῖς γυναιξὶ σιγᾷν, καὶ τοῖς οἰκείοις ἀνδράσιν ὑπείκειν, κατὰ τὸν Μωσαϊκὸν νόμον, τὸν λέγοντα· « Πρὸς τὸν ἄνδρα σου, γύναι, ἡ ἀποστροφή σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει. » Ἀκολούθως οὖν τούτοις διορίζεται ὁ κανὼν μὴ λαλεῖν τὰς γυναῖκας ἐν καιρῷ τῆς θείας λειτουργίας, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἰδίων ἀνδρῶν οἴκοι μανθάνειν περὶ ὧν θέλουσι. Τούτου δὲ ὁρισθέντος οὕτω, μὴ εἴπῃς κατὰ μὲν τὸν καιρὸν τῆς λειτουργίας κωλύεσθαι αὐτὰς τοῦ λαλεῖν· κατὰ δὲ τὰς ἑτέρας ἐκκλησιαστικὰς συνάξεις ἀπαρ- D

tem si solius adorationis gratia ipsum ingredi voluerint : sed mihi non ita videtur. Orthodoxi enim imperatores, qui per sanctæ Trinitatis invocationem patriarchas provehunt, et sunt uncti Domini, sine ullo impedimento, quando etiam voluerint, ad sacrum altare accedunt, et suffiunt, et eum triplici cereo signant, sicut et pontifices.

ZONAR. Altare sacratis hominibus destinatur. Proinde laicos ab illius ingressu arceri canon jubet; sed ita, ut imperatori tamen, cum sacra munera Deo oblaturus accesserit, sacra adyta intrandi soli sit facultas. Quasi vero se abundanter excusarent, qui hanc imperatori prærogativam concesserant, imperatoriæ potestatis supremæque auctoritatis mentionem idcirco injecere, ferme hoc dicentes, quod imperatori quoque, qua laicus est, ad sacrum altare ingredi non licet : sed propter eam, qua præditus est, supremæ potestatis ac auctoritatis amplitudinem, id ei pervetusto antiquorum Patrum exemplo ipsi quoque concedere non recusarunt.

ARIST. « Nullus laicus excepto imperatore ad « altare accedit. »

Laicis altare esse inaccessum. Imperator autem non prohibetur intra septum ejus ingredi, quandocunque voluerit dona etiam Deo offerre.

CANON LXX.

« Ne liceat mulieribus divini ministerii tempore « loqui; sed secundum apostoli Pauli præceptum « sileant. Non enim eis loqui permissum est, sed « subjici, sicut dixit lex : si quid autem volunt « discere, domi proprios maritos interrogent. »

BALS. Corinthiis scribens magnus Paulus, præcipit mulieribus silere, et maritis suis subjectas esse [a], convenienter legi Mosaicæ, quæ dicit : « Ad virum tuum, mulier, conversio tua, et ipse dominabitur tibi [b]. » His ergo consequenter decernit canon, ne mulieres divini ministerii tempore loquantur, sed domi a viris suis ea discant, quæ scire volunt. Hoc autem sic constituto, ne dixeris eas quidem prohiberi loqui tempore ministerii : in aliis autem ecclesiasticis conventibus **240** nihil vetare eas loqui. Debent enim tunc quoque tacere. Ut est autem

[a] I Cor. xiv, 35. [b] Genes. iii, 16.

Guill. Beveregii notæ.

(77) *Εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον εἰσέρχονται.* In codice Amerbachiano scribitur εἰσελεύσονται, qua etiam voce hæc Balsamonis interpretatio in isto codice desinit ; in nostro autem Bodleiano non secus ac in editione Parisiensi cætera leguntur, nimirum καὶ θυμιῶσι καὶ σφραγίζουσι μετὰ τρικηρίου, καθὼς οἱ ἀρχιερεῖς. Post quæ verba hæc insuper in ms. nostro leguntur, Ἀλλὰ καὶ κατηχητικῶς διδάσκουσι τὸν λαὸν, ὅπερ μόνοι οἱ ἐγχώριοι ἐπίσκοποι ἔχουσιν. Εὗρον δὲ ἐν τῷ ιθ' λόγῳ τῆς Ἰουδαΐας ἀρχαιολογίας Φλαβίου Ἰωσήπου, ὑπογραφὴν βασιλικὴν ἔχουσαν οὕτως· Καὶ Τιβέριος Κλαύδιος Καῖσαρ σεβαστὸς Γερμανὸς, ἀρχιερεὺς μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας ὕπατος χειροτονηθεὶς τὸ δεύτερον. *Sed et catechetice docent populum, quod penes solos provinciales est episcopos. Inveni autem in 19 libro Judaicæ antiquitatis Flavii Josephi, imperialem subscriptionem sic se habentem : Et Tiberius Claudius Cæsar Augustus Germanus pontifex maximus Tribunitiæ potestatis consul secundo ordinatus.* Exstant hæc verba in Joseph *Jud. Antiq.* lib. x, cap. 4. Verum hæc in nullo alio codice exstant. Nec sane Balsamonis esse videntur : sed ad marginem primo ascripta, a Græculo quodam, non animadvertente imperatores Romanos, Ethnicos præsertim, qualis fuit hic Tiberius Claudius, toto cœlo a Christianis episcopis distare, etiamsi ἀρχιερεῖς appellentur, et χειροτονηθῆναι dicantur. Nam istarum duarum vocum causa hæc verba citata videntur.

A verisimile, mulieres quædam eo tempore divinas Scripturas legere præ se ferentes, concionari sæpe aggrediebantur, et ad interrogationes ac responsiones se comparare. Quod quidem Patribus nequaquam mulieribus convenire visum est; ideoque est prohibitum. Privatim autem prudentiores interrogare de aliquibus animæ conducibilibus, novum non est. Lege et VIII lib. Basil. tit. 1, cap. 1, decret. 5, quod prohibet mulieres publice causas agere, sic expresse dicens: Pro se solis causas agunt mulier et cæcus: mulier enim virili officio non fungitur; et XXI lib. tit. 1, cap. 11, dicens: Mulier in testamento non fert testimonium: in aliis autem dicit testimonium, in quibus viri non accersuntur. Et 48 Novellam imp. domini Leonis Sapientis, quæ B prohibet mulieres in conventionibus et contractibus ferre testimonium: in partu autem, et in iis, in quibus solus femininus aspectus admittitur, non etiam oculi hominum, eas testimonium præbere permittit. Quære et Justiniani 118 Novellam, seu caput 14, 4 tit. XXXVII libri Basilic. quæ prohibet mulieres fieri tutrices, et hæc præcise dicit: Feminis enim nos quoque prohibemus, ne tutelæ munera subeant, nisi sit mater vel avia. Iis enim solis secundum hæreditatis ordinem tutelam quoque subire permittimus, si scriptis et aliis nuptiis, et senatusconsulti Velleiani auxilio renuntiaverint. Si hæc enim servaverint, omnibus qui in transversa sunt linea cognatis in tutela præferentur, testamentariis demum tutoribus eas antecuntibus. C Defuncti enim voluntatem et electionem præferri volumus. Lege et tit. 5 ejusdem libri cap. 20, thema 3, dicens: Mulier non est curatrix.

A ἐμποδίστως λαλεῖν. Καὶ τηνικαῦτα γὰρ σιγᾷν ὀφείλουσιν. Ὡς ἔοικε δὲ γυναῖκές τινες, κατὰ τὸν τότε καιρὸν ἀνάγνωσιν θείων Γραφῶν ὑποκρινόμεναι, ἐκκλησιάζειν ἐπεχείρουν τὰ πολλὰ, καὶ πρὸς ἐρωτήσεις καὶ ἀποκρίσεις ἑτοιμάζεσθαι ὅπερ ἀνοίκειον εἶναι γυναιξὶν ἔδοξε τοῖς Πατράσι· κἀντεῦθεν καὶ ἐκωλύθη. Κατ' ἰδίαν δὲ ἐρωτᾷν τὰς συνετωτέρας περὶ ψυχωφελῶν τινων οὐκ ἔστι καινόν. Ἀνάγνωθι καὶ βιβλίον η' τῶν Βασιλικῶν τίτλου α', θέμα ε' κωλύον τὰς γυναῖκας συνηγορεῖν δημοσίᾳ, λέγον οὕτω ῥητῶς· Ὑπὲρ μόνων ἑαυτῶν συνηγοροῦσι γυνὴ καὶ τυφλός· ἡ γυνὴ γὰρ οὐ μετέρχεται ἀνδρῶν ὀφφίκια· καὶ βιβλίον κα', τίτλ. α', κεφ. ια', λέγον· Γυνὴ ἐν διαθήκῃ οὐ μαρτυρεῖ· ἐν ἄλλοις δὲ μαρτυρίαν νέμει, ἐν οἷς ἄνδρες οὐ προσκαλοῦνται· B καὶ τὴν μη' Νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Σοφοῦ κωλύουσαν γυναῖκας ἐπὶ συμφώνοις μαρτυρεῖν καὶ συναλλάγμασιν· ἐπὶ δὲ τοκετῶν καὶ ἐφ' ὧν μόνη θηλυκὴ ὄψις ὁρᾷ, οὐ μὴν καὶ ὀφθαλμοὶ ἀῤῥένων, ἐπιτρέπουσαν αὐτὴν μαρτυρεῖν. Ζήτει καὶ τὴν ριη' Ἰουστινιάνειον Νεαρὰν, ἤτοι κεφ. τοῦ ιδ' τίτλου τοῦ λζ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, κωλύουσαν τὰς γυναῖκας ἐπιτρόπους γίνεσθαι, καὶ λέγουσαν οὕτω ῥητῶς ἐν μέρει· Ταῖς γὰρ γυναιξὶ καὶ ἡμεῖς ἀπαγορεύομεν τὰ τῆς ἐπιτροπῆς ὑπελθεῖν λειτουργήματα, εἰ μὴ μήτηρ ἢ μάμμη εἴη. Ταύταις γὰρ μόναις κατὰ τὴν τῆς κληρονομίας τάξιν καὶ τὴν ἐπιτροπὴν ὑπελθεῖν ἐφίεμεν, ἐὰν ἐν ὑπομνήμασι καὶ γάμοις ἑτέροις καὶ τῇ βοηθείᾳ τοῦ Βελλιανείου δόγματος ἀπαγορεύσωσι. C Ταῦτα γὰρ φυλάττουσαι πάντων τῶν ἐκ πλαγίου συγγενῶν εἰς τὴν ἐπιτροπὴν προτιμηθήσονται, τῶν ἐκ διαθήκης μόνων ἐπιτρόπων προλαμβανόντων ταύτας. Τὴν γὰρ τοῦ τελευτήσαντος βούλησίν τε καὶ ἐπιλογὴν προτιμᾶσθαι βουλόμεθα. Ἀνάγνωθι καὶ τίτλον ε' τοῦ αὐτοῦ βιβλίου κεφ. κ' καὶ θέμα γ', λέγον· Γυνὴ οὐ κουρατωρεύει.

ZONAR. Silentium feminis, non solum quamdiu sacra mysteria peraguntur, sed ubicunque fideles convenerint, magnus Paulus indicit. Hoc autem iis etiam, qui sunt extra ecclesiam, conveniens visum est. Mulieres enim, inquit poeta, nescio quis, ornat silentium. Hic vero canon sacri ministerii tempore feminas silere duntaxat jubet. Si quid autem scire cupiunt, viros, inquit canon, idque ex Apostolo, domi interrogent. Legis porro nomine apostolica D oracula hoc canone significantur.

ΖΩΝΑΡ. Σιγᾷν ὁ μέγας Παῦλος ταῖς γυναιξὶν ἐπιτάττει οὐ κατὰ τὸν καιρὸν μόνον τῆς λειτουργίας, ἀλλ' ἐπὶ πάσης συνελεύσεως τῶν πιστῶν. Τοῦτο δὲ καὶ τοῖς θύραθεν ἁρμόδιον ἔδοξε· φησὶ γάρ τις τῶν ποιητῶν· Γυναιξὶ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει. Τέως δὲ ὁ παρὼν κανὼν σιγὴν αὐταῖς ἐπιτάττει ἐν τῷ τῆς λειτουργίας καιρῷ. Εἰ δέ τι, φησὶ, μαθεῖν θέλουσι, τοὺς οἰκείους ἄνδρας οἴκοι ἐρωτάτωσαν. Καὶ τοῦτο δὲ ἀποστολικόν ἐστι. Νόμον δὲ ταῦτα D ὠνόμασεν ὁ κανὼν τὰ ἀποστολικὰ διατάγματα.

ARIST. « Mulieribus in ecclesiis loqui non permittitur. »

Si enim discere aliquid velint, maritos suos domi interrogent.

ΑΡΙΣΤ. « Γυναιξὶ λαλεῖν ἐπ' ἐκκλησίαις οὐκ ἐπιτέτραπται. »

Εἰ γὰρ θελήσουσί τι μαθεῖν, ἐν οἴκῳ τοὺς ἰδίους ἄνδρας ἐπερωτάτωσαν.

CANON LXXI.

« Eos, qui docentur leges civiles, Græcis moribus uti non oportere, et neque in theatrum induci, neque quæ dicuntur cylistræ peragere, vel præter usum communem sibi vestes induere, nec quo tempore disciplinam aggrediuntur, vel

ΚΑΝΩΝ. ΟΑ'.

« Τοὺς διδασκομένους τοὺς πολιτικοὺς νόμους μὴ δεῖν τοῖς Ἑλληνικοῖς ἔθεσι κεχρῆσθαι, μήτε μὴν ἐπὶ θεάτρων ἀνάγεσθαι (78), ἢ τὰς λεγομένας κυλίστρας ἐπιτελεῖν, ἢ παρὰ τὴν κοινὴν χρῆσιν στολὰς ἑαυτοῖς περιτιθέναι· μήτε καθ'

Guill. Beveregii notæ.

(78) *Ἐπὶ θεάτρων ἀνάγεσθαι.* Legendum potius, cum codice Amerbachiano, ἐπὶ θεάτρων ἐνάγεσθαι.

« ὃν καιρὸν τῶν μαθημάτων ἀπάρχονται, ἢ πρὸς A « τὸ τέλος αὐτῶν καταντῶσιν, ἢ καθόλου φάναι, « διὰ μέσης τῆς τοιαύτης παιδεύσεως. Εἰ δέ τις « ἀπὸ τοῦ νῦν τοῦτο πρᾶξαι τολμήσοι, ἀφορι« ζέσθω (79). »

255 ZONAR. Unum baptisma confiteri divino fidei symbolo edocti sumus. Quoniam vero Domini illa verba sunt, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu non intrabit in regnum cœlorum*, propterea sancti Patres, antiquiorum Patrum secuti decreta, statuere, ut si de aliquibus, sint baptizati nec ne, incertum sit, cum nec ipsi ob infantiam ætatemque teneram (est idem namque χεῖρα, quod ætas) se baptismo initiatos norint, nec aliorum, quid id sciant, testimonio baptizatos esse probari possit, B sine offensione, hoc est, sine ulla mora cunctationeque, cum nihil de illorum baptismo certi cognitum sit, baptizentur. Hoc vero, inquiunt, ita decernimus, ne ob incertam ambiguamque de baptismo suscepto ab his hominibus controversiam, tali sanctitatis puritate priventur, atque a Dei regni aditu ex Dominica assertione prohibeantur.

ARIST. « Qui nec cognoscunt, nec per testes pro« bare possunt, se baptizatos esse, baptizen« tur. »

Quotquot ignorant, an in infantili sua ætate baptizati fuerint; et non inveniuntur aliqui testes fide digni, qui extra controversiam confirmatum dent, eos fuisse baptizatos; sine ullo scandalo C baptizentur.

CANON LXXXV.

« In duobus vel tribus testibus confirmari omne « verbum ex Scriptura accepimus. Servos ergo, « qui a suis dominis sub tribus testibus manu« mittuntur, eo frui honore decernimus; qui « præsentes libertati vires et firmitatem afferent, « et, ut iis quæ ab ipsis facta sunt fides ha« beatur, efficient. »

BALS. Dominus dixit in Evangeliis: *In duobus vel tribus testibus stabit omne verbum* [24]. Et ideo præsens quoque canon statuit, ut qui se dicunt fuisse manumissos a suis dominis, non necesse habeant ad hoc ostendendum multos testes adducere: sed per tres testes probare libertatem quæ D illis adesse dicitur. Erant enim nonnulli, qui, ut est verisimile, dicebant, oportere eum esse liberum ostendi per plures testes, quinque fortasse vel sex: quod quidem sanctæ synodo non placuit. Et hæc quidem in hoc canone continentur. Sæpe autem tractatum est, an, cum lex dicat in libro XXI, tit. 1, et lib. XXIII, tit. 1, in negotiis, quæ unam hyperpyrorum libram excedunt, debere tres testes adduci, in causis autem unius hyperpyrorum libræ et inferioribus sufficere duos testes; cogatur, qui ad libertatem proclamat, ex præsenti canone tres testes adducere. Et mihi quidem visum est, ad ostendendam libertatem duos solos testes suffi-

[24] Matth. XVIII, 26.

cere, eo quod leges et canones libertati maxime faveant; et quandoquidem cujuslibet servi pretium unam hyperpyrorum libram non excedit, in una autem hyperpyrorum libra constitutum est duos testes sufficere, omnino et ad ostendendam libertatem duo testes sufficient, præsenti canoni consequenter, qui est pro libertate editus, et dicit ab initio : In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum ; et quod ex infirmitate probationum inæstimabilis libertas non datur adversario, sed servitus quæ æstimatur, ut superius dictum est, qua etiam data, pecuniis liberabitur qui ad libertatem proclamat.

Lege etiam Novellam imperatoris domini Alexii Comneni, quæ edita est de non admittendis testibus qui contra opponuntur, quando testes adducuntur ab eo qui ad libertatem proclamat, et de eo quod liberi servi non fiant, qui sacram benedictionem acceperint : quæ hæc his verbis persequitur. Duo hæc ad aures imperialis meæ potestatis pervenerunt, sanctissime domine , quod quidam eorum , qui ad sanctum et magnum **256** divini Verbi sapientiæ templum accedunt, ad libertatem proclamantes, et genus suum ad libertatis ostensionem allegantes (dicunt enim se ex liberis parentibus esse natos, Bulgaris forte vel aliquibus aliis,quos in servitutem nostra non accepit respublica), ea quidem quæ dicunt demonstrare permittuntur. Et postquam testes omni exceptione majores, et in quos nulla cadit criminatio, adduxerint, ad alios eis testes opponendos eorum domini procedunt ; et sic cum ii, qui provocant, non possint amplius in judiciis persistere, servilis conditionis onere rursus opprimuntur : et quando matrimoniales fiunt servorum consuetudines et convinctiones in nostra republica, eas tamen sacra non consequitur benedictio, caventibus dominis ne servi inter se invicem cum sacra benedictione conjungantur, ne ex eo ad libertatem conveniant. Eorum autem utrumque convenienti correctione opus habere censuit ; et propterea hanc constitutionem magna cum cautione et observatione edidit, per quam statuitur de his qui ad libertatem proclamant servis, ne ii, qui contra adducuntur, testes vim ullam locumve habeant, in quocunque seu civili seu ecclesiastico judicio : sed ii soli, qui in jus vocant, legitimas probationes afferant ; et si ii quidem testibus abundent, qui jure sunt recipiendi neque calumnia inducti, testium jurejurando judicium solvatur ; sed non contrariæ etiam per testes probationes eorum dominis permittantur, ne magna adversariorum inæqualitas sit inferioribus damni causa.

A ἀπόδειξιν ἐλευθερίας, διὰ τὸ ἐπιθάλπεσθαι παρά τε τῶν νόμων καὶ τῶν κανόνων πλέον πάντων τὴν ἐλευθερίαν· ἄλλως τε ἐπεὶ οὐχ ὑπερϐαίνειν τίμημα δούλου οἱουδήτινος μίαν ὑπερπύρων λίτραν, νενομοθέτηται δὲ ἐπὶ μιᾶς ὑπερπύρων λίτρας ἀρκεῖν μάρτυρας δύο, πάντως καὶ εἰς ἀπόδειξιν ἐλευθερίας δύο ἀρκέσουσι μάρτυρες ἀκολούθως τῷ παρόντι κανόνι τῷ ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἐκφωνηθέντι, καὶ λέγοντι ἐξ ἀρχῆς· Ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα. Καὶ ὅτι ἐξ ἀτονίας τῶν ἀποδείξεων οὐχὶ ἡ ἀδιατίμητος ἐλευθερία δίδοται τῷ ἀντιδίκῳ, ἀλλὰ ἡ δουλεία, ἥτις ἀποτιμᾶται ὡς ἄνωθεν εἴρηται, ἧς καὶ δοθείσης διὰ νομισμάτων ἐλευθερωθήσεται ὁ ἐλευθεροϐοῶν.

B Ἀνάγνωθι καὶ τὴν Νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, τὴν ἐξενεχθεῖσαν χάριν τοῦ μὴ δέχεσθαι ἀντιπαραστάσεις μαρτύρων, ὅταν παράγωνται μάρτυρες παρὰ τοῦ ἐλευθεροϐοῶντος, καὶ χάριν τοῦ μὴ γίνεσθαι ἐλευθέρους τοὺς ἱερολεγομένους (98) δούλους, τὴν καὶ τάδε ῥητῶς διεξιοῦσαν. Δύο ταῦτα ἐπὶ τὰς ἀκοὰς τῇ βασιλείᾳ μου ἦλθεν, ἁγιώτατε δέσποτα, ὥς τινες τῶν προσερχομένων τῷ ἁγίῳ μεγάλῳ τε καὶ θείῳ ναῷ τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου σοφίας, εἰς ἐλευθερίαν ἀναφωνοῦντες, καὶ πρόφασιν τῆς ἐλευθερίας τὸ γένος ποιούμενοι (φασὶ γὰρ ἐλευθέρων γεγεννῆσθαι γονέων, Βουλγάρων τυχὸν ἤ τινων τοιούτων οὓς εἰς δουλείαν ἡ καθ' ἡμᾶς οὐ παρέλαϐε πολιτεία), εἰς ἀπόδειξιν τῶν λεγομένων ἀφίενται. Κἀπειδὴ παραστήσονται μάρτυρας ἀδιαϐλήτους, εἰς C ἀντιπαραστατικὴν μαρτυρίαν οἱ κύριοι τούτων χωροῦσι, καὶ οὕτως τῶν ἐγκαλούντων διὰ τέλους παραμένειν τοῖς δικαστηρίοις ἀδυνατούντων, ἡ δουλικὴ τύχη πάλιν τούτοις ἐπιφορτίζεται· καὶ ὅτε γαμικαὶ δούλων ὁμιλίαι τε καὶ συναρμογαὶ παρὰ τῷ καθ' ἡμᾶς γίνονται πολιτεύματι, οὐ μέντοιγε καὶ ἱερολογία ταύταις ἀκολουθεῖ, τῶν κυρίων αὐτῶν εὐλαϐουμένων μεθ' ἱερολογίας ἀλλήλους συνάπτειν τοὺς δούλους, ἵνα μὴ πρὸς ἐλευθερίαν ἐντεῦθεν συνέλθωσι. Καὶ τῆς προσηκούσης ἄμφω διορθώσεως ἔγνωκε δεῖν· καὶ διὰ τοῦτο τὸ παρὸν διάταγμα συντετηρημένως ἐξέθετο, δι' οὗ διορίζεται κατὰ τῶν εἰς ἐλευθερίαν ἀναφωνούντων δούλων, ἀντιπαραστατικὴν μαρτυρίαν μὴ κρατεῖν, μηδὲ χώραν ὅλως ἔχειν αὐτὴν παρ' οἱῳδήτινι πολιτικῷ ἢ ἐκκλησιαστικῷ δικα- D στηρίῳ· ἀλλὰ τοῖς ἐγκαλοῦσι μόνοις τὰς ἀποδείξεις κατὰ νόμους ἐπάγεσθαι, κἂν εἴ που μαρτυριῶν εὐπορήσοιεν οὗτοι νόμοις δεκτῶν καὶ μὴ περιτρεπομένων διαϐολαῖς, τῷ τῶν μαρτύρων ὅρκῳ τὴν δίκην λύεσθαι· ἀλλὰ μὴ καὶ ἀντιπαραστάσεις τοῖς κυρίοις αὐτῶν ἐγχωρεῖσθαι· ἵνα μὴ τὸ πολὺ τῶν ἀντιθέτων ἄνισον βλάϐης αἴτιον τοῖς ἐλαχιστοτέροις γενήσηται.

Guill. Beveregii notæ.

(98) *Τοὺς ἱερολεγομένους*. In codice Amerbachiano legitur τοὺς ἱερολογουμένους. Quomodo etiam in margine ad eumdem codicem legitur his verbis, νεαρὰ μὴ ἐλευθεροῦσθαι διοριζομένη τοὺς ἱερολογουμένους δούλους.

Ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ τῶν ὁμοτελῶν ἡ τοῦ μακαριστοῦ κυροῦ Βασιλείου νομοθεσία τοῖς δυνατοῖς κατὰ τῶν πενήτων ἀντιπαραστάσεις οὐκ ἐξεχώρησεν· οὕτω κἀνταῦθα τοῖς κυρίοις κατὰ τῶν δούλων ἀπεσβεσμένον ἔσται τὸ τῆς ἀντιπαραστάσεως ἰσχυρὸν, καὶ μόνη κρατήσει παρὰ τούτοις ἡ κατὰ τῶν μαρτύρων διαβολή· τῆς ἀντιπαραστάσεως πάντως μὴ ἀποκλειομένης τοῖς ἐγκαλουμένοις δούλοις, ὅταν τοὺς μάρτυρας κατὰ τῶν ἐν νομῇ ἐλευθερίας ὄντων οἱ πρὸς δουλείαν ἕλκοντες τούτους παραγάγωσι. Τοῖς γὰρ ἐλαχιστοτέροις καὶ ἀσθενέσιν ἡ παροῦσα διάταξις χαρίζεται τὴν ῥοπὴν, ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ τῶν δυνατῶν καὶ μᾶλλον ἰσχυροτέρων ἐκτέθειται. Προστίθησι δὲ καὶ τὰς ἱερολογίας μὴ μόνον παρὰ τοῖς ἐλευθέροις, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς δούλοις κρατεῖν. Καὶ γάμον μὴ ἄλλως ἔννομόν τε καὶ τῆς Χριστιανικῆς καταστάσεως ἄξιον εἶναί τε καὶ νομίζεσθαι, εἰ μὴ καὶ ἱερολογία τοὺς συναπτομένους συνδεῖ. Ἄτοπον γὰρ ἂν εἴη, μιᾶς ἐν πᾶσι τῆς Χριστιανικῆς κρατούσης πίστεως καὶ βαπτίσματος ὁμολογουμένου ἑνὸς, δι' οὗ προσήγμεθα τῷ Κυρίῳ, καὶ τῆς αὐτῆς σωτηρίας ἐλπιζομένης πᾶσιν ἡμῖν τοῖς πιστεύουσιν, ὑποτρέχειν ἐνίους ὑπόνοιαν, ὡς τοῖς δούλοις ἧττον μέτεστι τοῦ καλοῦ· καὶ τοὺς μὲν ἐλευθέρους κατὰ γάμον ἀλλήλοις συνάπτεσθαι θείᾳ συνδουμένους εὐχῇ πρότερον· τοὺς δούλους δὲ τοιούτου διαπίπτειν καλοῦ καὶ μὴ παραλαμβάνειν Θεὸν ἐπ' εὐλογίᾳ τῆς συνελεύσεως, ἢ δεδιέναι, ὡς, εἰ παρελαμβάνετο, ἀδικηθείη ἂν περὶ τὴν δεσποτείαν ὁ τούτων κύριος, τῆς ἐπ' αὐτοῖς στερισκόμενος δεσποτείας. Οὕτω γὰρ εἰ τοῦτο κρατοίη δεδιέναι χρὴ καὶ τὸ ἅγιον βάπτισμα, μὴ δοῦλον ξενωθεῖεν τῶν δεσποτειῶν· ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν τῶν ἀχράντων μυστηρίων μετάληψιν, μὴ καὶ διὰ ταύτης ἐκείνων ἀλλοτριωθεῖεν. Κἀντεῦθεν ἐκ τῶν δούλων οἰχήσεται τὸ μέγα καὶ σεβάσμιον τῆς θείας πίστεως ὄνομα· καὶ οὐ δοῦλοι μόνον ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἀνθρωποκτόνου γενήσονται ἄνθρωποι. Συγκινδυνεύσουσι δὲ καὶ οἱ κύριοι τούτων φόβῳ τοῦ μὴ διαπεσεῖν ὑπηρεσίας ἀνθρώπων, τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης ἀποξενοῦν ἑαυτοὺς ἀνεχόμενοι (99). Ἀλλ' οὔτε τοῦτο λόγον ἔχει δίκαιον, καὶ τὴν ἱερολογίαν ἐξ ἀνάγκης καὶ ἐπὶ τῶν δούλων κρατεῖν εὔλογον καὶ Χριστιανικῆς ἐπάξιον καταστάσεως.

Ἀλλὰ γὰρ ἐν ἀνθρώποις οἶδεν ἡ τύχη δεσποτείαν καὶ δουλείαν διάφορα, καὶ ἅπερ ἡ καθ' ἡμᾶς πολιτεία παρέλαβε ταῦτα καὶ ἐπὶ τούτων χρεὼν κρατεῖν. Εἷς δὲ Κύριος πάντων, μία πίστις, ἓν βάπτισμα, καὶ δουλεία καὶ δεσποτεία ὅσα γε κατὰ πίστιν διάφορα οὐ γινώσκομεν, ὅτι καὶ πάντες ἐπίσης δοῦλοί ἐσμεν τῷ ἐκ δουλείας λυτρώσαντι ἡμᾶς τῷ ἐξ αὐτοῦ θείῳ καὶ ζωοποιῷ αἵματι. Καὶ ἐπεὶ ταῦτα καλῶς τούτοις καὶ λυσιτελῶς διατέτακται, δεῖ τὴν μεγάλην ἁγιωσύνην σου δῆλα ταῦτα θέσθαι ἁπανταχοῦ τῶν

A Sed quemadmodum in iis, qui idem tributum solvunt, lex beatissimi domini Basilii potentibus adversus pauperes contrarias probationes per testes non permisit : sic et hic dominis adversus servos vis contrariæ per testes probationis exstincta erit, et sola apud eos valebit adversus ipsos testes illata criminatio ; contraria non omnino per testes probatione exclusa, quando ii, qui trahunt in servitutem, adversus illos, qui jure sunt liberi, servis in jus vocatis, testes, produxerint. Inferioribus enim et imbecillis præsens constitutio gratificatur, et quod eos juvet subministrat : non autem pro majoribus et potentioribus editur. Adjicit autem et sacras benedictiones, non solum apud liberos, sed etiam apud servos valere. Et nuptias non alias

B legitimas et Christiana institutione dignas esse et existimari, nisi etiam benedictio eos, qui conjunguntur, colliget. Absurdum enim esset, cum una in omnibus Christiana fides valeat, et unus sit in confesso baptismus, per quem ad Dominum deducti sumus, et eadem salus a nobis omnibus qui credimus speretur, nonnullis hanc obortam esse suspicionem, quod servi sint boni minus participes ; et liberi quidem matrimonio invicem conjungantur, prius oratione colligati : servi autem a tali bono excidant, et Deum non assumant in congressus benedictione, vel metuant, quod si assumpserint, eorum dominus in dominio injuria afficeretur, illorum dominio privatus. Si hoc autem locum ha-

C buerit, sanctum quoque baptismum timere oportet, ne servi dominium sibi vendicent : sed etiam immaculatorum mysteriorum assumptionem, ne per eam ab illis quoque alienentur. Quo fiet ut in servis intereat magnum et venerabile divinæ fidei nomen : et non solum servi hominum, sed etiam diaboli homicidæ, fient homines. Eorum autem domini in periculum quoque venient, ne, dum hominum ministerio privari formidant, a Dei gloria seipsos abalienare sustineant, sed neque hoc est rationi consentaneum, et sacram benedictionem in servis quoque valere æquum, et Christiana institutione dignum est.

D Verumenimvero fortuna novit in hominibus diversa esse dominium et servitutem, et quæ nostra accepit respublica, ea in iis quoque valere oportet. Unus autem Dominus omnium, una fides, unum baptisma [28] : **257** et quod ad fidem quidem attinet, dominii et servitutis differentiam non cognoscimus ; quoniam omnes sumus ex æquo servi ejus, qui nos ex servitute divino suo et vivifico sanguine redemit. Et quoniam hæc recte his et utiliter constituta sunt, oportet magnam tuam sanctitatem

[28] Ephes. IV, 5.

Guill. Beveregii notæ.

(99) Ἑαυτοὺς ἀνεχόμενοι. In editione Parisiensi lacuna hoc loco relinquitur, quam nos ex ms. Bodleiano sic supplevimus ; cui etiam Amerbachianus astipulatur.

hæc omnia in omnibus ecclesiis manifesta reddere : ut qui eis præsunt, ea quæ ad libertatem pertinent sic examinantes contrarias testium probationes adversus servos dominis non permittant, et omnibus in suis provinciis manifestum efficiant, quod qui non cum sacra benedictione servos invicem conjungunt, non Deo gratum inter eos matrimonium constituunt : sed fornicatorium coitum confirmant. Quos enim non conjungit Deus per sanctam benedictionem assumptus, hi omnes ad peccata conveniunt. Et sicubi hoc ab aliquo, quicunque is sit, abhinc factum renuntiatum fuerit, sciant domini, quod non solum iræ divinæ erunt obnoxii, sed a servis quoque abalienabuntur, eis abductis in libertatem. Cum eis enim liceat servos suos jure in Deo invicem conjungere, et integrum in eis habere dominium, nisi hoc fecerint, jure omnino ab eorum dominio excident. Præsens autem constitutio non solum debet in ecclesiis quæ ubique sunt promulgari, sed in omnibus etiam civilibus judiciis deponi : tradi autem etiam iis, qui in provinciis magistratus gerunt, ut quæ ab imperatoria nostra auctoritate bene decernuntur, omnibus innotescant. Quoniam autem in personis servilem fortunam habentibus nuptiæ prius factæ sunt, et nuptiæ convenienter iniquæ, quæ hucusque invaluit, consuetudini processerunt, oportet in iis quoque sacram benedictionem fieri, ut per eam, etiam si tarde fiat, id quod est colendum ac venerandum habeant, superioribus quoque observationibus etiam in hisce nuptiis valere debentibus.

ZONAR. Rem inæstimabilem esse libertatem, hoc est, impossibile esse, ut æstimetur, vel pretium ejus constituatur, leges civiles docent. Igitur, quoties de libertate, quippe de non levis momenti re testimonium ferri oporteret, quorum intererat probationes afferre, quinque scilicet aut plures etiam (quod totidem in aliis quoque disceptationibus dari consuevissent) testes exhibere cogebantur. Qua quidem consuetudine hic damnata canon (qui nimirum libertati faveat) trium quoque testimonium satis esse decernit ; et stabiliendæ constitutioni ex sacris Litteris illa profert, In ore scilicet duorum aut trium testium stabit omne verbum, hoc est, firmum ac ratum esse judicabitur.

ARIST. « Servus a domino sub duobus testibus « manumissus, libertate donetur. » Perspicuus.

CANON LXXXVI.

« Eos, qui ad animarum lapsum meretrices cogunt « et alunt, si sint quidem clerici, deponi defini« mus : sin vero laici, segregari. »

BALS. Quemadmodum lex civilis lenones, qui meretrices alunt, punit, ita et canon decernit eos, qui meretrices cogunt, et multos ea ratione ad

A ἁγίων ἐκκλησιῶν, ὡς ἂν οἱ ἐν αὐταῖς προεστῶτες οὕτω τε τὰ περὶ τῶν ἐλευθεριῶν δοκιμάζωσιν, ἀντιπαραστατικὴν μαρτυρίαν κατὰ τῶν δούλων τοῖς δεσπόταις μὴ συγχωροῦντες, καὶ πᾶσι θῶνται καταφανὲς ἐν ταῖς ὑπ' αὐτῶν ἐνορίαις, ὡς οἱ μὴ μεθ' ἱερουργίας ἀλλήλοις συνάπτοντες τοὺς δούλους οὐχὶ θεοφιλῆ γάμον συνιστῶσιν ἐν αὐτοῖς· ἀλλ' ἐκπορνεύουσαν μίξιν κρατύνουσιν. Οὓς γὰρ μὴ συνάπτει Θεὸς δι' ἱερολογίας παραλαμβανόμενος, οὗτοι πάντες εἰς ἁμαρτίας συνέρχονται. Καὶ εἴ που προσαγγελθείη τοῦτο παρ' οἱουδήτινος οὕτως ἀπὸ τοῦδε γινόμενον, ἴστωσαν ὡς οὐ μόνον θείῳ μηνύματι καταστήσονται ἔνοχοι, ἀλλὰ καὶ τῶν δούλων ἀλλοτριωθήσονται, εἰς ἐλευθερίαν ἁρπαζομένων. Ἐξὸν γὰρ αὐτοῖς κατὰ νόμους Θεῷ συνάπτειν ἀλλήλοις τοὺς δούλους, B καὶ τὴν ἐπὶ αὐτοῖς δεσποτείαν ἔχειν ἀλώβητον, εἰ μὴ τοῦτο ποιοῖεν, ἑαυτοῖς δικαίως πάντως τὴν τῆς δεσποτείας ἐπάγουσιν ἔκπτωσιν. Τὸ δὲ παρὸν διάταγμα οὐ μόνον ὀφείλει ἐν ταῖς ἁπανταχοῦ τῶν ἐκκλησιῶν διαγγελθῆναι, ἀλλὰ κἂν τοῖς πολιτικοῖς δικαστηρίοις καταστρωθῆναι (1)· γενέσθαι δὲ διαδόσιμον, καὶ εἰς τοὺς τῶν ἐπαρχιωτῶν προεστῶτας ἀρχῶν, ὡς ἂν εἴδησιν ἔχωσι ἅπαντες τῶν καλῶς παρὰ τῆς βασιλείας ἡμῶν ὁρισθέντων. Ἐπειδὴ δὲ καὶ γάμοι ἔφθασαν ἤδη γενέσθαι ἐπὶ προσώποις δουλικὴν ἔχουσι τύχην, καὶ οἱ γάμοι κατὰ τὴν ἕως τοῦ νῦν κρατοῦσαν παράλογον συνήθειαν προβεβήκασι, δεῖ καὶ ἐπὶ τούτων τὴν ἱερολογίαν γενέσθαι, ἵνα διὰ ταύτης, κἂν ὀψὲ γένηται, τὸ σεβάσμιον C ἔχωσι, τῶν ἀνωτέρων εἰρημένων παρατηρήσεων καὶ ἐπὶ τῷ τοιούτῳ γάμῳ κρατεῖν ὀφειλουσῶν.

ΖΩΝΑΡ. Ἀδιατίμητον πρᾶγμα τὴν ἐλευθερίαν, ἠγοὺν διατιμηθῆναι καὶ τιμὴν ὁρισθῆναι ἐπ' αὐτῇ μὴ δυνάμενον, οἱ τῆς πολιτείας εἶναι νόμοι φασίν. Ὡς οὖν περὶ μεγάλου πράγματος ἐσομένης τῆς μαρτυρίας ὅτε δεήσει μαρτυρίας περὶ ἐλευθερίας, ἐπῃτοῦντο οἱ τὰς ἀποδείξεις ποιούμενοι πέντε τυχὸν ἢ καὶ πλείονας παράγεσθαι μάρτυρας, ὡς τοσούτων καὶ ἐφ' ἑτέραις ὑποθέσεσι παραγομένων. Τοῦτο οὖν ἀναιρῶν ὁ κανὼν ἐπὶ θάλψει τῆς ἐλευθερίας, καὶ τρεῖς ὁρίζει ἀρκεῖν, καὶ τὴν Γραφὴν παράγει εἰς σύστασιν τῆς θεσμοθεσίας, λέγουσαν· Ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα, ἀντὶ τοῦ βεβαιωθήσεται, κυρωθήσεται.

D

ΑΡΙΣΤ. « Ἠλευθερωμένος ὑπὸ δεσπότου δοῦλος ἐπὶ δυσὶ μάρτυσιν εἴη ἀδούλωτος. » Σαφής.

ΚΑΝΩΝ ΠϚʹ.

« Τοὺς ἐπὶ ψυχῶν ὀλίσθῳ πόρνας ἐπισυναγοντας καὶ « ἐκτρέφοντας, εἰ μὲν κληρικοὶ εἶεν, καθαιρεῖσθαι « ὁρίζομεν· εἰ δὲ λαϊκοὶ, ἀφορίζεσθαι. »

ΒΑΛΣ. Ὥσπερ ὁ πολιτικὸς νόμος κολάζει τοὺς πορνοβοσκοὺς, οὕτω καὶ ὁ κανὼν διορίζεται τοὺς ἐπισυνάγοντας πόρνας, καὶ οἷον διὰ τούτου συν-

Guill. Beveregii notæ.

(1) Ἀλλὰ κἂν τοῖς πολιτικοῖς δικαστηρίοις καταστρωθῆναι. Hæc verba in editione Parisiensi omittuntur : at non modo in codice nostro Bodleiano, sed etiam in Amerbachiano et Tiliano leguntur; et ex præcedentibus verbis, οὐ μόνον ὀφείλει, necessario ea legenda esse constat.

ὠθοῦντας εἰς ψυχικὴν ἀπώλειαν τοὺς πολλούς, καὶ οὐ μόνον ἐπισυνάγοντας, ἀλλὰ καὶ ἐκτρέφοντας, ἤγουν τὰ ἀναγκαῖα αὐταῖς ἐπιχορηγοῦντας (τῷ γὰρ ὀνόματι τῆς τροφῆς καὶ ἐνδυμενίαι, καὶ τὰ λοιπά, τὰ πρὸς ἀκολασίαν τοὺς ἁπαλωτέρους ἕλκοντα, περιέχονται). κληρικοὺς μὲν ὄντας, καθαιρεῖσθαι, λαϊκοὺς δέ, ἀφορίζεσθαι. Οὐ παρὰ τοῦτο δὲ οἱ μόνον ἐπισυνάγοντες καὶ μὴ ἐκτρέφοντες αὐτὰς οὐ τιμωρηθήσονται· ἀλλὰ κἀκεῖνοι ὁμοίως κολασθήσονται. Εἶπε δὲ ὁ κανὼν τὸ *ἐκτρέφοντες*, ὅτι ἐξ ἀνάγκης τῇ συναγωγῇ ἐπακολουθεῖ καὶ ἡ λοιπὴ φροντὶς τῶν ἐπισυναγομένων. Οὐ γὰρ τὸ συναγαγεῖν μόνον ἄξιόν ἐστι κολάσεως· διότι συνάγει τις πολλάκις πόρνας χάριν τοῦ ὑποθέσθαι αὐταῖς τὰ σωτηριώδη, ἢ χειραγωγίας ἀξιῶσαι σωματικῆς, ἢ παραδοῦναι τῷ ἄρχοντι χάριν σωφρονισμοῦ. Ζήτει βιβλίον ξ' τῶν Βασιλικῶν, τίτλῳ λη', κεφ. α'. Ἐὰν πατὴρ θυγατέρα ἢ δεσπότης δούλην πορνοβοσκῇ, ἀπολλύτωσαν τὴν ἐπ' αὐταῖς ἐξουσίαν. Προστίθησι δὲ τὸ κεφάλαιον διὰ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τοῦ ἄρχοντος αὐτὰς βοηθεῖσθαι· καὶ ὅτι, ἐὰν ἀνθίσταται πρὸς τοῦτο ὁ πατὴρ ἢ ὁ δεσπότης, δημεύονται καὶ ἐξορίζονται. Καὶ τὸ δεύτερον κεφάλαιον τοὺς μὲν εὐτελεῖς πορνοβοσκοὺς ὁμοίως τιμωρεῖ, τοὺς δὲ στρατείαν ἔχοντας δημεύεσθαί φησι. Τὸ μέντοι γ' κεφ. τοῦ αὐτοῦ βιβλίου καὶ τίτλου, ὅπερ ἐστὶ Νεαρὰ Ἰουστινιάνειος, μεγάλως κολάζει τοὺς σὺν τέχνῃ, καὶ δόλῳ, καὶ ἀνάγκῃ εἰς τὴν τοιαύτην ἀσέλγειαν ἄγοντας, καὶ ἐμπορευομένους ταῦτα. Ἀνάγνωθι οὖν τὸ τοιοῦτον κεφάλαιον ἐπιστατικώτερον. Λέγουσι γάρ τινες ὡς ἐκείνους τοῦτο κολάζει τοὺς πλανῶντας, καὶ μετά τινος μεθόδου ἢ ἀνάγκης μεθέλκοντας εἰς πορνείαν γυναῖκάς τινας· οὐ μὴν τοὺς προσδεχομένους τὰς ἑκουσίῳ βουλήσει τὴν πορνείαν ἑλομένας διὰ φύσεως ἀνάγκην ἢ καὶ πενίαν. Χρῶνται δὲ καὶ πρὸς ἐπισύστασιν τοῦ λόγου αὐτῶν καὶ ῥήμασί τισι τῆς αὐτῆς Νεαρᾶς, καὶ τῷ παρόντι κανόνι μὴ μόνον τοὺς ἐπισυνάγοντας πόρνας κολάζοντι, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκτρέφοντας, τουτέστι διὰ πλάνης καὶ κολακείας συνωθοῦντας αὐτὰς εἰς τὸ κακόν. Καὶ τὸ σήμερον δὲ γινόμενον πραγματικῶς εἰς τὰ πορνοβοσκεῖα διενίστανται συντρέχειν τοῖς λόγοις αὐτῶν. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ὅτι πάντα πορνοβοσκὸν οἱ νόμοι καὶ οἱ κανόνες ἀδιαστίκτως κολάζουσι, καὶ πᾶσαν πόρνην εἰς σωφροσύνην μεθέλκουσιν. Ἀνάγνωθι καὶ τὴν ϟα' Νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Φιλοσόφου, μὴ παραχωροῦσαν κατὰ τὸν παλαιὸν νόμον διάγειν τινὰ μετὰ παλλακῶν.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ πορνοβοσκεῖν καὶ τοῖς πολιτικοῖς ἀπηγόρευται νόμοις. Πορνοβοσκεῖν δ' ἐστὶ τὸ τρέφειν πόρνας διὰ κέρδος τοῦ μισθώματος ἐπὶ βλάβῃ ψυχῶν. Εἰ δὲ τοῖς τῆς πολιτείας τοῦτο θεσμοῖς ἀπηγόρευται, πολλῷ τῷ μέσῳ εἴη ἂν ἀποτετραμμένον τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς καὶ πνευματικοῖς. Διὸ καὶ βαρύτατα τοῦτο κολάζει ὁ κανὼν ἐπὶ κληρικῶν. Καθαιρεῖσθαι γὰρ αὐτοὺς ἐν ταὐτῷ καὶ ἀφορίζεσθαι διατάττεται, ὅπερ σπανιάκις εὑρίσκεται. Ἀντὶ γὰρ πάσης ἑτέρας τιμωρίας ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τοῖς κεκληρωμένοις ἀρκεῖν νενομοθέτηται ἡ καθαίρεσις. Τοὺς

A animæ exitium veluti protrudunt; et non solum eos qui cogunt, sed et qui alunt sive eis necessaria suppeditant (alimenti enim nomine et indumenta et reliqua, quæ molliores ad intemperantiam attrahunt, comprehenduntur), si sint quidem clerici, deponendos : sin vero laici, segregandos. Non autem idcirco qui solum quidem cogunt, et eas non nutriunt, non punientur : sed in eos quoque similiter animadvertetur. Dixit autem canon illud : Et alunt, quoniam ubi coegerint, necessario quoque sequitur, ut coactarum cura deinceps ab iis geratur. Neque enim solum cogere supplicium meretur : meretrices enim sæpe cogit quispiam, ut eis illa, **258** quæ sunt salutaria, suggerat, vel ut earum opera ad tractandum aliquod ministerium utatur, vel ut
B det eas magistratui castigandas. Quære librum LX Basilic. tit. 38, cap. 1 : Si pater filiam, vel dominus servam nutriat ad quæstum meretricium, perdant quam habent in eas potestatem. Adjicit autem constitutio, Per episcopum et magistratum eis quoque ferri debere auxilium : et quod si ad hoc resistat pater vel dominus, publicantur et exterminantur. Ac secundum quidem caput viles lenones similiter punit : eos autem, qui sunt militaris ordinis, publicandos dicit. Ejusdem autem libri et tituli cap. 3, quod est Justiniani Novella, valde punit eos, qui arte et dolo et necessitate aliquas in hanc intemperantiam attrahunt, et iis mercaturam exercent. Lege ergo hoc caput diligentius. Dicunt enim non-
C nulli, quod id illos punit qui seducunt, et aliquo artificio vel necessitate mulieres aliquas ad fornicationem attrahunt : non autem eos qui illas suscipiunt, quæ spontanea voluntate fornicationem eligunt propter naturæ necessitatem vel etiam paupertatem. Ad hoc autem probandum utuntur et nonnullis ipsius Novellæ verbis, et præsenti canone puniente, non eos solum qui meretrices cogunt, sed etiam qui eas nutriunt, per fraudem et adulationem eas in malum impellentes. Porro autem et quod hodie actu sit in lenonum officinis videtur cum eorum dicto concurrere. Mihi autem videtur, quod leges et canones quemcunque lenonem indistincte puniunt, et omnem meretricem ad temperantiam retrahunt. Lege et 91 Novellam impera-
D toris domini Leonis Philosophi, quæ non permittit ut veteri lege aliquis degat cum concubinis.

ZONAR. Meretrices alere civilium quoque legum sanctiones vetant. Alere vero meretrices est, eis ob lucrum ex meretricio quæstu percipiendum, cum animarum pernicie alimenta suppeditare. Quam rem, si civiles quoque leges prohibeant, multo illam certe magis ecclesiasticæ ac spirituales debent aversari. Proinde graviores etiam pœnæ clericis in hoc genere delinquentibus irrogatæ. Illos siquidem (quod non ita crebro reperias) deponi simul et segregari jubet. Pro quovis enim alio supplicio in eos, qui clero ascripti fuerant, plerumque

depositio sola sufficere visa fuit. Laicos vero, qui A id fecerint, segregatione puniendos esse decernit.

ARIST. « Qui meretrices in animarum exitium « cogit, segregatur. » *Perspicuus.*

CANON LXXXVII.

« Quæ maritum reliquit, est adultera, si venerit ad « alium, ut vult sacer et divinus Basilius, qui ex « Hieremia propheta hoc optime collegit : quod « si alii viro uxor fuerit, ad maritum suum non « convertetur, sed polluta, polluetur : et rursus : « Qui detinet adulteram, est et insipiens et im« pius. Si itaque præter rationem a marito seces« sisse appareat, ille quidem venia dignus est, « hæc vero pœna. Illi autem venia dabitur, ut « Ecclesiæ communicet. Sed is qui legitime sibi B « datam uxorem relinquit, et aliam ducit, ex « Domini sententia est adulterii judicio obno« xius [26]. A Patribus autem nostris statutum est : « ut qui sunt ejusmodi uno anno defleant, bien« nio audiant, triennio substernantur, et septimo « cum fidelibus consistant, et sic oblatione digni « habeantur, si cum lacrymis pœnitentiam ege« rint. »

BALS. Dominus et Deus noster Jesus Christus interrogatus, an liceat marito uxorem quavis ex causa dimittere, hoc vetuit, dicens : Quod qui uxorem suam reliquit præterquam fornicationis causa, **259** et alteram uxorem ducit, mœchatur. Et inclytus imperator Justinianus, leges quæ olim locum C habebant, et conjugibus permittebant conjugia sine justa causa solvere, et unicuique alteri dicere, Res tuas gere, per 117 Novellam sustulit, quæ sita est in 7 tit. xxviii lib. et causas enumerat, propter quas et solas solvi debent matrimonia. Quamobrem lex quoque Hebraica una sublata est, quæ libellum repudii mittere mulieribus et conjugium solvere viris permittebat. Consequenter ergo præsens quoque canon dicit, quod mulier, quæ, relicto marito, cum altero polluta fuerit, est adulterii crimini obnoxia, quemadmodum hoc quoque magnus dixit Basilius in 9 suo canone, et 21 hoc colligens ex prophetia Jeremiæ dicentis, Si mulier a mariti commani vitæ societate egressa, cum altero pol- D luta fuerit, non potest ad maritum suum reverti, ut quæ adulterata sit [27]. Sed etiam Salomon dixit in Proverbiis : Qui coit cum adultera, id est, cum ea quæ habet maritum, stultus est et impius [28]. Quæ ergo sic est adulterata, canonis pœnis multabitur. Maritus autem, ut qui non offenderit, venia dignus censebitur, id est, non punietur. Qui autem relinquit propriam conjugem, et alteram ducit uxorem, ut adulter punietur, ex Domini sententia.

δὲ λαϊκοὺς ἀφορίζεσθαι προστάσσει τοῦτο ποιοῦντας.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ συνάγων πόρνας ἐπ' ὀλέθρῳ ψυχῶν ἀφορίζεται. » *Σαφής.*

ΚΑΝΩΝ ΠΖ'.

« Ἡ καταλιποῦσα τὸν ἄνδρα μοιχαλίς ἐστιν, εἰ ἐπ' « ἄλλον ἦλθε, κατὰ τὸν ἱερὸν καὶ θεῖον Βασίλειον, « ἐκ τῆς Ἱερεμίου προφητείας ἄριστα τοῦτο ἀνα« λεξάμενον· ὅτι Ἐὰν γυνὴ γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ, « οὐκ ἐπιστρέψει πρὸς τὸν ἄνδρα αὐτῆς, ἀλλὰ « μιαινομένη μιανθήσεται· καὶ πάλιν· Ὁ ἔχων « μοιχαλίδα ἄφρων καὶ ἀσεβής. Εἰ οὖν φανῇ τοῦ « ἀνδρὸς ἀλόγως ἀναχωρήσασα, ὁ μὲν συγγνώμης « ἐστὶν ἄξιος ἡ δὲ ἐπιτιμίων. Ἡ δὲ συγγνώμη « τούτῳ πρὸς τὸ κοινωνεῖν τῇ Ἐκκλησίᾳ δοθή« σεται. Ὁ μέντοι καταλιμπάνων τὴν νομίμως « συναφθεῖσαν αὐτῷ γυναῖκα, καὶ ἑτέραν ἀγό« μενος, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου ἀπόφασιν, τῷ τῆς « μοιχείας ὑπόκειται κρίματι. Κεκανόνισται δὲ « παρὰ τῶν Πατέρων ἡμῶν τοὺς τοιούτους ἐνιαυ« τὸν προσκλαίειν, διετίαν ἐπακροᾶσθαι, τριε« τίαν ὑποπίπτειν, καὶ τῷ ἑβδόμῳ συνίστασθαι « τοῖς πιστοῖς, καὶ οὕτω τῆς προσφορᾶς κατ« αξιοῦσθαι, ἐὰν μετὰ δακρύων μετανοήσωσι. »

ΒΑΛΣ. Ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐρωτηθεὶς, εἰ ἔξεστιν ἀνδρὶ τὴν γυναῖκα ἀπολύειν κατὰ πᾶσαν αἰτίαν, ἀπηγόρευσε τοῦτο, εἰπὼν ὅτι Ὁ ἀπολύσας τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἐκτὸς λόγου πορνείας, καὶ γαμήσας ἑτέραν, μοιχᾶται. Καὶ ὁ ἐν βασιλεῦσιν ἀοίδιμος Ἰουστινιανὸς τοὺς πάλαι κρατοῦντας νόμους, καὶ ἐκχωροῦντας τοῖς ὁμοζύγοις λύειν χωρὶς εὐλόγου αἰτίας τὰ συνοικέσια, καὶ λέγοντα ἕνα ἕκαστον πρὸς τὸν ἕτερον, Πράττε τὰ σεαυτοῦ, ἀνῄρησε διὰ τῆς Νεαρᾶς ριζ', τῆς κειμένης ἐν τῷ ζ' τίτλῳ τοῦ κη' βιβλίου, καὶ ἀπαριθμουμένης τὰς αἰτίας δι' ἃς καὶ μόνας ὀφείλουσι λύεσθαι τὰ συνοικέσια. Ὅθεν συνανῃρέθη καὶ ὁ Ἑβραϊκὸς νόμος, ὁ ἐνδιδοὺς τοῖς ἀνδράσι βιβλίον ἀποστασίου πέμπειν ταῖς γυναιξὶ, καὶ τὴν ὁμοζυγίαν λύειν. Ἀκολούθως οὖν καὶ ὁ παρὼν κανών φησιν ὅτι ἡ τὸν ἄνδρα καταλιποῦσα γυνὴ, ἐὰν μετὰ ἑτέρου συμφθαρῇ, ὑπόκειται τῷ τῆς μοιχείας ἐγκλήματι, καθὼς τοῦτο καὶ ὁ μέγας Βασίλειός φησιν ἔν τε τῷ θ' αὐτοῦ κανόνι καὶ ἐν τῷ κα', ἀναλεξάμενος αὐτὸ ἀπὸ τῆς Ἱερεμίου προφητείας, τῆς λεγούσης· Ἐὰν γυνὴ, ἀπὸ τῆς ἀνδρῴας ὁμοζωΐας ἐξελθοῦσα, ἑτέρῳ μιανθῇ, οὐ δύναται ὑποστρέψαι πρὸς τὸν ἄνδρα αὐτῆς, ὡς μοιχευθεῖσα· Ἀλλὰ καὶ ὁ Σαλομῶν ἐν ταῖς Παροιμίαις εἶπεν· Ὁ μιγνύμενος μετὰ μοιχαλίδος, τουτέστι μετὰ ἐχούσης ἄνδρα, ἄφρων ἐστὶ καὶ ἀσεβής. Τιμωρηθήσεται οὖν ἡ οὕτω μοιχεύσασα δι' ἐπιτιμίων κανονικῶν. Ὁ ἀνὴρ δὲ, ὡς μὴ πταίσας, συγγνώμης ἀξιωθήσεται, τουτέστιν οὐκ ἐπιτιμηθήσεται. Ὁ κα-

[26] Matth. v, 36. [27] Jerem., iii, 1. [28] Prov., xviii, 22.

Guill. Beveregii notæ.

(2) *Τουτέστιν οὐκ ἐπιτιμηθήσεται.* Hæc verba in codice Amerbachiano desiderantur : at non tantum in ms. Bodleiano, sed et in Tiliano et editione Parisiensi leguntur.

ταλιμπάνων μέντοι τὴν οἰκείαν σύζυγον καὶ ἑτέραν ἀγόμενος μετὰ γάμου κοινωνίαν, ὡς μοιχὸς τιμωρηθήσεται κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου ἀπόφασιν. Τῶν μοιχῶν δὲ ἐπιτίμιά εἰσιν ἀπὸ τοῦ οζ' κανόνος τοῦ αὐτοῦ μεγάλου Πατρὸς τὸ προσκλαίειν ἐνιαυτὸν ἔξω τοῦ προνάου, καὶ τὰ λοιπὰ τὰ ἐν τῷ αὐτῷ κανόνι περιεχόμενα. Καὶ ὁ μὲν κανὼν ταῦτα.

A Adulterorum autem pœna est in 77 canone ejusdem magni Patris, anno uno extra templi vestibulum deflere, et reliqua, quæ in eo canone continentur. Et hæc quidem canon.

Ὁ δὲ πολιτικὸς νόμος τοὺς μοιχοὺς ἀλλοτρόπως κολάζει. Καὶ ἀνάγνωθι βιβλίον ξ' τίτλου λζ' κεφ. ογ', καταστρωθὲν εἰς τὰς ἑρμηνείας τοῦ δ' καὶ ε' κεφ. τοῦ ιγ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος· καὶ τὴν ριζ' καὶ ρλδ' νεαρὰν τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ, τὰς κειμένας ἐν τῷ ζ' τίτλῳ τοῦ κη' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, καὶ συνοψισθείσας εἰς τὸ διαληφθὲν δ' καὶ ε' κεφ. καὶ τὴν λβ' νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Φιλοσόφου, ῥινῶν ἐκτομῇ τὸν μοιχὸν καὶ τὴν μοιχαλίδα κολάζουσαν, καὶ διοριζομένην τὸν μὲν ἄνδρα τῆς μοιχευθείσης κερδαίνειν τὴν προῖκα, αὐτὴν δὲ ἐν μοναστηρίῳ περιορίζεσθαι, καὶ ἄκουσαν μὴ ἀποκείρεσθαι. Τὰ μέντοι προσόντα ἴσως αὐτῇ πράγματα ἐπέκεινα τῆς προικὸς οἰκονομεῖσθαι, καθὼς αὐτὴ ἡ νεαρὰ διορίζεται. Σημείωσαι δὲ ὅτι ἀπὸ μὲν τοῦ παρόντος κανόνος ἡ καταλιποῦσα τὸν ἄνδρα ὡς μοιχαλὶς οὐ κολάζεται, εἰ μὴ μετὰ ἑτέρου συμφθαρῇ· ἀπὸ δὲ τῶν διαληφθεισῶν Νεαρῶν λύεται τὸ συνοικέσιον ἀπὸ μόνου τοῦ μεῖναι τὴν γυναῖκα ἔξω τῆς οἰκίας τοῦ ἀνδρὸς παρὰ γνώμην αὐτοῦ, εἰ μή τί γε τυχὸν παρὰ τοῖς γονεῦσι τοῖς ἰδίοις. Ἆρα δὲ ἀπολελυμένη λέγεται καὶ ἡ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐκβληθεῖσα; *Λύσις*. Οὐδαμῶς. Φησὶ γὰρ ἡ ῥηθεῖσα ριζ' Νεαρὰ ἐν μέρει ταῦτα· Εἰ μέντοι συμβῇ τινα δίχα μιᾶς τῶν προειρημένων αἰτιῶν τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν τοῦ ἰδίου οἴκου ἐξωθῆσαι, ὥστε ἐκείνην μὴ ἔχουσαν γονεῖς, πρὸς οὓς δύναται μεῖναι, ἐξ ἀνάγκης ἔξω τὴν νύκτα διάγειν, κελεύομεν μηδεμίαν εἶναι τῷ ἀνδρὶ ἄδειαν διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν διαζύγιον πέμπειν τῇ γυναικὶ, διότιπερ αὐτὸς τούτου αἴτιος γίνεται. Τὸ μέντοι γραφικὸν τὸ λέγον· Οὐκ ἐπιστρέψει πρὸς τὸν ἄνδρα αὐτῆς ἡ μοιχευθεῖσα, νόει περὶ ἀνδρὸς μὴ θέλοντος ἀναλαβέσθαι ταύτην. Εἰ γὰρ συγχωρεῖ τὸ ἔγκλημα ὁ ἀνὴρ, ἀκωλύτως αὐτὴν ἀναλάβεται ἐντὸς διετίας, κατὰ τὴν αὐτὴν Νεαράν. Ἐπεὶ δέ φησιν ὁ κανὼν ὡς ἐκείνη ἡ γυνὴ τιμωρεῖται ὡς μοιχαλὶς, ἡ ἀλόγως ἀναχωρήσασα τοῦ ἀνδρὸς, εἴποι τις ὡς ἡ τοῦ ἀνδρὸς εὐλόγως ἀναχωρήσασα οὐ τιμωρηθήσεται. Οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο ἀληθές. Οὔτε γὰρ μετὰ εὐλόγου αἰτίας οὔτε μετὰ παραλόγου δύναται ἡ γυνὴ ἀναχωρεῖν ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς χωρὶς δικαστικῆς ἐπιτροπῆς, καθὼς τοῦτό φησιν ὁ θ' κανὼν τοῦ ἁγίου Βασιλείου, καὶ διάφοροι Ἰουστινιάνειοι Νεαραὶ κείμεναι ἐν τῷ ζ' τίτλῳ τοῦ κη' βιβλίου, ὅθεν καὶ τὰ τοῦ κανόνος ὀφείλομεν ἐκλαβέσθαι ἐκ περιουσίας· ἢ εἰπεῖν ἄλογον ἀναχώρησιν τῆς γυναικὸς εἶναι τὴν χωρὶς δικαστικῆς ἐπιτροπῆς ταύτης ἀναχώρησιν. Ἐρωτήσει δέ τις, ὡς τῶν κανόνων τοῦ ἁγίου Βασιλείου, ἤτοι τοῦ θ' καὶ τοῦ κδ' λεγόντων τὴν μὲν γυναῖκα ἑτέρῳ συμφθειρομένην μοιχᾶσθαι, τὸν δὲ ἄνδρα μεθ' ἑτέρας πορνεύοντα μὴ κατακρίνεσθαι (οὐ γὰρ ἔχομεν, φησὶ, κανόνα τῷ τῆς μοιχείας αὐτὸν ὑπάγειν ἐγκλήματι), πῶς ὁ

Lex autem civilis adulteros alio modo punit. Et lege librum LX, tit. 37, cap. 73 situm in interpretatione cap. 4 et 5 tit. 13 præsentis operis; et 117 et 134 novellas imperatoris Justiniani, sitas in 7 tit. XXVIII lib. Basilic. et compendio reductas in prædicta capita 4 et 5 et 32 imperatoris domini Leonis Philosophi novellam, quæ narium truncatione punit adulterum et adulteram, et statuit adulteræ quidem maritum lucrari dotem; ipsam B autem in monasterio includi, invitam tamen non tonderi : res autem, quas habet ultra dotem, administrari, quemadmodum ipsa novella statuit. Nota ergo, quod ex præsenti quidem canone quæ virum demisit ut adultera non punitur, nisi cum alio polluta fuerit : ex prædictis autem novellis solvitur matrimonium, eo quod solum manserit mulier extra domum mariti præter ejus voluntatem, nisi forte apud suos parentes. Numquid autem ea etiam soluta dicitur, quæ a marito ejecta est? *Solutio.* Nullo modo : prædicta enim 117 novella hæc dicit præcise : Sin autem contigerit aliquem absque una prædictarum causarum uxorem suam ex propriis ædibus extrudere, ut illa quidem, cum parentes C non habeat apud quos possit manere, necessario foris noctem agat, jubemus nullo modo licere marito propter hanc causam mulieri mittere libellum repudii, quoniam ipse hujus rei causa est. Id autem quod scriptum est : Non revertetur ad virum suum adulterata, intellige de viro, qui non vult eam recipere : si vir enim crimen condonat, eam absque ullo impedimento rursus accipiet intra biennium, ut vult novella. Quoniam autem dicit canon, eam esse puniendam mulierem tanquam adulteram, quæ a marito nullam ob causam secessit, dixerit quispiam, quod quæ ob rationabilem causam a marito recessit, non punietur. Non est autem hoc verum : neque enim rationabili, neque non rationabili de causa potest mulier a marito discedere D sine permissione judicis, quemadmodum hoc dicit 9 canon sancti Basilii, et diversæ Justiniani novellæ sitæ in 7 tit. XXVIII lib., unde etiam debemus canonem ex abundanti accipere : vel dicere injustam mulieris discessionem esse ejus sine judiciali permissione recessum. Rogaverit autem quispiam, cum can. sancti Basilii, 9 scilicet et 24, dicant mulierem quidem quæ cum altero **260** polluitur, mœchari; virum autem, qui cum alia scortatur, non condemnari (non enim habemus, inquit, canonem, quo eum adulterii crimini subjiciamus), quomodo præsens canon indistincte dicit, eum qui aliam duxit, adulterii judicio teneri? *Solutio.* Differentia est inter virum, qui cum muliere libera, viva sua uxore, rem habuerit, et eum qui in ma-

trimonii societatem secundam uxorem duxit. Ille enim non est adulter, sed punitur ut fornicator. Hic vero est adulter, et ut adulter punitur. Quare canones inter se non repugnant. Et quomodo canonice quidem puniuntur qui fornicantur, dictum est. Octogesimum autem tertium caput 37 tit. LX lib. decreto secundo, hæc dicit : Qui habet uxorem, et fornicatur, per duodecim ictus alternis inflictos castigetur. Qui vero uxorem quidem habet, et cum sua ancilla rem habet, re cognita, hic quidem verberatus castigetur : ejus autem loci magistratus receptam ancillam vendat extra provinciam, ejus pretio in publici ærarii partem illato. Qui autem in alienam ancillam fornicationem exercet, si sit quidem locuples, det ancillæ domino pro delicto numismata 36. Si sit autem humilis et abjectæ conditionis, verberetur, et pro suis facultatibus det ex proportione 36 numismatum. Quod autem lex æque ac canones eum punit ut adulterum, qui secundam uxorem duxit, dicit penultimum cap. ejusdem tit. Qui duas uxores habere conatus est, non lege, sed suæ facto voluntatis, adulterii crimini recte subjicietur. Quæ autem ei postea nupsit, si ipsum habere legitimam uxorem ignorabat, ei venia dabitur. Quare per distinctionem a contrario sumptam, quæ sciebat adulteratur. Animadverte autem, quod Patres ubique puram pœnitentiam in animæ delictis exigunt : et propterea concesserunt episcopis, qui sunt in eo loco, pœnas augere vel diminuere, pro ejus qui punitur compunctione.

παρὼν κανὼν ἀπροσδιορίστως φησὶ τὸν ἑτέραν ἀγόμενον τῷ τῆς μοιχείας ὑποκεῖσθαι κρίματι; *Λύσις*. Διαφορά ἐστι τοῦ συμφθαρέντος ἀνδρὸς μετὰ ἐλευθέρας γυναικὸς, ζώσης τῆς γυναικὸς τούτου, καὶ τοῦ κατὰ γάμου κοινωνίαν ἀγαγόντος δευτέραν γαμετήν. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ οὐ μοιχᾶται, ἀλλ' ὡς πόρνος τιμωρεῖται· οὗτος δὲ μοιχᾶται, καὶ κολάζεται ὡς μοιχός· ὅθεν οἱ κανόνες οὐκ ἐναντιοῦνται ἀλλήλοις. Καὶ ὅπως μὲν κολάζονται κανονικῶς οἱ πορνεύοντες, εἴρηται. Τὸ δὲ πγ' κεφ. τοῦ λζ' τίτλου τοῦ ξ' βιβλίου φησὶν ἐν β' θέματι ταῦτα· Ὁ ἔχων γυναῖκα, καὶ πορνεύων, διὰ δώδεκα ἀλλακτῶν σωφρονιζέσθω. Ὁ μέντοι γυναῖκα ἔχων, καὶ τῇ ἰδίᾳ δούλῃ μιγνύμενος, διαγινωσκομένης τῆς πράξεως, οὗτος μὲν τυπτόμενος σωφρονιζέσθω· ὁ δὲ κατὰ τὸν τόπον ἄρχων, ἀναλαμβάνων τὴν δούλην, ὑπὲρ ἐπαρχίαν αὐτὴν πιπρασκέτω, τῆς τιμῆς αὐτῆς τῷ μέρει τοῦ δημοσίου εἰσκομιζομένης. Ὁ δὲ εἰς ἀλλοτρίαν δούλην πορνεύων, τῶν μὲν εὐπόρων ὑπάρχων, παρεχέτω ὑπὲρ τοῦ πταίσματος τῷ δεσπότῃ τῆς δούλης νομίσματα λς'· εἰ δὲ εὐτελὴς εἴη, τυπτέσθω, καὶ καθ' ὅσον εὐπορεῖ, κατὰ ἀναλογίαν τῶν λς' νομισμάτων διδότω. Ὅτι δὲ καὶ ὁ νόμος ἐπίσης τοῖς κανόσιν ὡς μοιχὸν τιμωρεῖ τὸν δευτέραν γυναῖκα ἀγόμενον, φησὶ τὸ παρατέλευτον κεφάλ. τοῦ αὐτοῦ τίτλου· Ὁ δύο γυναῖκας ἔχειν πειραθεὶς οὐ νόμῳ, ἀλλὰ φάκτῳ προαιρέσεως (3), καλῶς ὑποκείσεται τῷ τῆς μοιχείας ἐγκλήματι. Ἡ δὲ, εἰ ἠγνόει αὐτὸν ἔχειν νόμιμον γαμετὴν, συγγνωσθήσεται. Ὥστε ἐξ ἀντιδιαστολῆς ἡ γινώσκουσα μοιχᾶται.

Πρόσχες δὲ ὅτι πανταχοῦ οἱ Πατέρες τὴν καθαρὰν μετάνοιαν ἐπὶ τῶν ψυχικῶν σφαλμάτων ἀπαιτοῦσι. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἐξεχώρησαν τοῖς κατὰ τόπον ἐπισκόποις αὔξειν καὶ μειοῦν τὰ ἐπιτίμια πρὸς τὴν τοῦ ἐπιτιμωμένου κατάνυξιν.

ZONAR. Et veterum legum decretis, et diuturni temporis consuetudine, matrimonia vel sine causa dissolvendi facultas erat ; ac tam viro, quam uxori, alteri conjugi dicere, Res tuas gere, vir, vel, Res tuas gere, mulier, atque ita conjugii contractum fœdus rescindere permissum fuit. Quod Hebræorum quoque concessere leges. Viro siquidem, ut repudii libellum uxori mittere, seque ab illius consuetudine abjungere liceret, facultas data. Id vero nunc Christianorum instituto haud conceditur : sed connubii dissociandi certæ quædam ac definitæ causæ sunt, quarum nisi aliqua exstiterit, abscedere invicem inter se matrimonii jure sociatos sit nefas. Et vero Dominus, an viro uxorem quacunque de causa dimittendi jus esset rogatus, id vetuit. Nam *qui uxorem suam*, inquit, *excepta fornicationis causa, dimiserit, et alteram duxerit, mœ-*

ΖΩΝΑΡ. Πάλαι μὲν τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἐκ τῶν νόμων τῶν παλαιῶν καὶ ἐξ ἔθους μακροῦ ἐνεδέδοτο λύειν καὶ ἀναιτίως τὰ συνοικέσια, καὶ ἐξῆν ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ τῷ συνοίκῳ προσώπῳ λέγειν, Τὰ σαυτοῦ πρᾶττε, ἢ, Τὰ σαυτῆς πρᾶττε, καὶ λύειν τὸν γάμον. Ὅπερ καὶ τοῖς Ἑβραίοις νενομοθέτητο· ἐνεδέδοτο γὰρ τοῖς ἀνδράσι βιβλίον ἀποστασίου πέμπειν ταῖς γυναιξὶ, καὶ τῆς μετ' αὐτῶν ἀφίστασθαι συμβιώσεως· νῦν δὲ τοῦτο παρὰ Χριστιανοῖς οὐ κρατεῖ· ἀλλ' αἰτίαι ἠριθμημέναι εἰσὶν, αἳ τὸν γάμον δύνανται λύειν, καὶ ἄνευ μιᾶς ἐκείνων χωρίζεσθαι τοὺς συνοικοῦντας ἐννόμῳ γάμῳ οὐκ ἔξεστι. Καὶ ὁ Κύριος δὲ τοῖς ἐρωτήσασιν, εἰ ἔξεστιν ἀνδρὶ τὴν γυναῖκα ἀπολύειν κατὰ πᾶσαν αἰτίαν, ἀπηγόρευσε τοῦτο, εἰπὼν, ὅτι *Ὁ ἀπολύσας τὴν γυναῖκα ἐκτὸς λόγου πορνείας, καὶ γαμήσας ἑτέραν μοιχᾶται. Καὶ ὁ ἀπολελυμένην γαμήσας μοιχᾶται.* Κατὰ τοῦτον

Guill. Beveregii notæ.

(3) *Ἀλλὰ φάκτῳ προαιρέσεως*. In editione Parisiensi hoc in loco lacuna est : legitur enim, Ἀλλὰ φα προαιρέσεως. Veram lectionem nos ex ms. Bodleiano restituimus, cui etiam suffragatur Amerbachianus, necnon Tilianus ; nam Gentianus Hervetus vertit, *sed facto voluntatis*. Et quidem vox φάκτον *factum* non solum apud jurisconsultos Græcos sæpe occurrit, sed et ab ipso Balsamone in Responsis ad Marcum Alexandrinum usurpatur, dicente, ὁ μὲν φάκτον ἀγνοήσας, οἷος ἂν καὶ ἔστιν, ἀξιοῦται κατὰ νόμους συγγνώμης. Bals. Resp. ad Marci interrog. 62. In veteribus Glossis verborum juris dicitur, φάκτον, ἔργον. Item φάκτον, πλήρωσις ἢ ἀρίθμησις ἢ πρᾶγμα. Itidem, φάκτον, ἀρίθμησις καὶ πρᾶξις : necnon φάκτον ἐπὶ τὸ κεφάλαιον, καὶ τὸ τῆς ὑποθέσεως ἀποτέλεσμα, καὶ ἡ τῆς πίστεως ἀνήκουσα ζήτησις.

οὖν τὸν λόγον καὶ οἱ θεῖοι Πατέρες τὴν ἀναιτίως καταλιποῦσαν τὸν ἄνδρα καὶ ἑτέρῳ γενομένην μοιχαλίδα ἐκάλεσαν· ἥτις, κἂν ὑποστρέψαι βουληθῇ πρὸς τὸν ἴδιον ἄνδρα, ἄκοντος αὐτοῦ οὐ παραδεχθήσεται. Μεμίανται γάρ. Ἡ οὖν ἀλόγως ἀναχωρήσασα τοῦ ἀνδρὸς, φησὶν ὁ κανὼν, ἐπιτιμίων ἀξία, ἤγουν τῶν τῆς μοιχείας· ὁ δὲ ἀνὴρ συγγνωμονηθήσεται καὶ ἀξιωθήσεται τῆς ἐν Ἐκκλησίᾳ κοινωνίας. Ὥστε ἐξ ἀντιδιαστολῆς νοεῖσθαι δίδοται ὅτι, εἰ οὐκ ἀλόγως ἀνεχώρησε τοῦ ἀνδρὸς, ἐμπικραινομένου ἴσως αὐτῇ παρὰ τὸ προσῆκον, ἢ κακουχουμένη, ἤ τινας αἰτίας ἔχουσα παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐπαγομένας, ἐκείνη ἔσται ἀναίτιος, καὶ ὁ ἀνὴρ ἐπιτιμηθήσεται ὡς αὐτὸς αἴτιος τῆς ἁμαρτίας τῇ γυναικὶ γεγονώς. Ὁ μέντοι καταλιμπάνων, φησὶν ὁ κανὼν, τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, καὶ ἑτέραν ἀγόμενος τῷ τῆς μοιχείας ὑπόκειται κρίματι κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου ἀπόφασιν· καὶ ἑξῆς ἐπάγει πῶς ὁ τοιοῦτος ἐπιτιμηθήσεται καὶ οἰκονομηθήσεται. Ἐοίκασι δὲ οἱ Πατέρες οὗτοι καὶ ἐναντιοῦσθαι τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ· ἐκεῖνος γὰρ τὴν μὲν γυναῖκα ἑτέρῳ συμφθειρομένην τοῦ γάμου συνισταμένου μοιχαλίδα καλεῖ, καὶ ἀποπέμψει, λέγει, ταύτην τῶν οἴκων αὐτοῦ ὁ ἀνήρ. Ἡ δὲ γυνὴ ἐκ πορνείας ἐπανιόντα τὸν ἄνδρα αὐτῆς παραδέξεται. Οὐ γὰρ ἔχομεν, φησὶ, κανόνα τῷ τῆς μοιχείας αὐτὸν ὑπάγειν ἐγκλήματι, ἐὰν εἰς ἐλευθέραν γάμου ἁμάρτῃ. Ἀλλ' οὐκ ἐναντιοῦνται οἱ κανόνες ἀλλήλοις. Ὁ μὲν γὰρ μέγας Βασίλειος περὶ πορνεύσαντος λέγει τοῦ γάμου συνισταμένου, καὶ συμφθαρέντος ἑτέρᾳ ἐξ ἀνδρὸς ἐλευθέρᾳ· ὁ δὲ παρὼν κανὼν περὶ τοῦ ἀναιτίως ἀποπεμψαμένου τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἑτέραν ὡς τάχα νόμιμον γαμετὴν εἰσοικισαμένου, ὃν καὶ ὁ Κύριος ἐν Εὐαγγελίοις μοιχὸν ἐκάλεσε.

ΑΡΙΣΤ. « Ἡ ἐξ ἀνδρὸς ἐπ' ἄλλον ἰοῦσα μοιχαλίς· « καὶ ὁ ἀπὸ γυναικὸς ἐπ' ἄλλην, κατὰ τὸν Κύριον, « ὁμοίως μοιχός. *Σαφής.*

ΚΑΝΩΝ ΠΗ'.

« Μηδεὶς ἔνδον ἱεροῦ ναοῦ κτῆνος τὸ οἱονοῦν εἰσαγέτω· ἐκτὸς εἰ μή τις ὁδοιπορῶν μεγίστης « καταλαβούσης ἀνάγκης οἰκίσκου καὶ καταγωγῆς ἀπορῶν ἐν τῷ τοιούτῳ καταλύσει ναῷ. « Διὰ γὰρ τοῦ μὴ τὸ κτῆνος ἔνδον εἰσενεχθῆναι, « αὐτὸ μὲν ἔστιν ὅτε διαφθαρήσεται· ὁ δὲ τῇ « τοῦ ὑποζυγίου ἀποβολῇ, καὶ τῷ ἐντεῦθεν ἀπόρως ἔχειν τῆς ἐπὶ τὴν ὁδοιπορίαν ὁρμῆς, κινδύνῳ θανάτου παραδοθήσεται. Τὸν γὰρ Σάββατον διὰ τὸν ἄνθρωπον γενέσθαι ἐκδιδασκόμεθα· « ὥστε διὰ πάντων προτιμητέαν ἡγεῖσθαι τὴν τοῦ « ἀνθρώπου σωτηρίαν τε καὶ ἀπάθειαν. Εἰ δέ « τις φωραθείη χωρὶς ἀνάγκης, ὡς εἴρηται, κτῆνος εἰσάγων εἰς ἱερὸν, εἰ μὲν κληρικὸς εἴη, « καθαιρείσθω, εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω.

ΒΑΛΣ. Ὡς ἔοικε, συνέβη ποτὲ ἐν δριμυτάτῳ χειμῶνι καταλῦσαί τινας εἰς ναὸν παρακείμενον ἐν

A chatur. Et qui dimissam duxerit, mœchatur [39]. Hanc igitur rationem divini quoque Patres secuti mulierem, quæ sine causa relicto viro alteri nupserit, adulteram vocavere : quæ quidem etiamsi ad virum suum reverti postea velit, nequaquam invito illo excipietur. Polluta est enim. Quæ igitur mulier, inquit canon, a viro absque causa secessit, pœnis, iis nimirum quæ in adulteros constitutæ sunt, multabitur : viro autem ignosci, et eam, quæ in Ecclesia est, communionem concedi placet. Ex quo contra intelligi licet, quæ non temere se a viro abjunxerit, sed aut illius nimia morositate, aut injuriis victa, aut aliis modis ab eodem irritata discesserit, illam extra culpam fore, sed a viro pœnas, quippe qui culpæ causam uxori præbuerit,

B exigendas. Qui vero, inquit canon, uxore dimissa aliam duxerit, adulterii reus ex ipsius Domini verbis existimabitur : indeque qua pœna talis homo multandus sit, quidque cum eo agendum, canon disserit. Quinimo pugnantia cum magno Basilio affirmare hoc loco Patres videntur. Nam is mulierem quidem, quæ contracto nuptiarum fœdere cum alio viro rem habuerit, **261** adulteram vocat, eamque maritus, inquit, a suis ædibus amandabit. Verumtamen ex fornicatione redeuntem maritum suum uxor excipiet. Nullus enim, inquit, exstat canon, cujus auctoritate qui cum soluta muliere peccarit, adulterii reus agi queat. Sed nullo modo inter se hi canones pugnant. Nam magnus quidem

C Basilius de eo homine agit, qui manentibus nuptiis fornicatus, et cum muliere nulli viro sociata pollutus est : hic vero canon eos tangit, qui uxore sine causa dimissa aliam sibi, quasi pro justa scilicet conjuge habituri, adjunxerint, quos quidem adulteros ipse in Evangelio Dominus appellavit.

ARIST. « Quæ a viro suo ad alium accedit, adultera est : et qui ab uxore ad aliam, juxta « Domini sermonem, similiter mœchus est. » *Perspicuus.*

CANON LXXXVIII.

« Nemo intra ædes sacras quodvis jumentum introducat : nisi forte viator quispiam, maxima urgente necessitate, domunculæ vel diversorii « indigens, in id templum diverterit. Nisi enim

D « jumentum introductum fuerit, ipsum quidem « nonnunquam peribit : hic vero, propter jumenti « amissionem, et facultatis ad iter peragendum « ex eo profectam inopiam, mortis periculo tradetur. Sabbatum enim propter hominem factum « esse docemur; quamobrem et per omnia præferendam esse existimare hominis salutem et « incolumitatem. Si quis autem deprehensus « fuerit sine necessitate jumentum in templum « introducere, si sit quidem clericus, deponatur : sin vero laicus, segregetur. »

BALS. Ut est verisimile, accidit quandoque ut in maxima tempestate diverterent quidam in tem-

[39] Matth. xix, 9, 10.

plum, quod prope viam publicam situm erat; et vis quidem nivis eos urgebat in templum ingredi cum suis equis, et lethiferum frigoris incommodum effugere; templi autem reverentia non permittebat eis hoc facere: sed ipsi quidem templum ingressi, frigoris periculum evitarunt; eorum autem jumenta, quæ extra templum steterant, a frigore consumpta fuere; quo factum est, ut idem quoque hominibus quod bestiis eveniret; vel propter afflictationem, vel quod non possent ire pedites propter nimiam temporis refrigerationem. Hoc ergo corrigentes sancti Patres decreverunt, nemini licere quodvis jumentum in templum introducere, nisi maxima urgeat necessitas: tunc enim, inquit, jumentum quoque in templum introducetur, ne homo una cum ipso morti tradatur. Ad ejus autem quod dicunt probationem, Domini quoque doctrinam inferunt, qui Sabbatum dissolvit, et eis, qui ipsum reprehendebant, dixit, præferendam esse hominis salutem observationi Sabbati. Sabbatum enim factum est propter hominem, non autem homo propter Sabbatum. Ne hoc autem fiat iniquitatis occasio iis qui inconsiderate et absque ullo discrimine vivunt, et absque ullo impedimento et nulla proposita necessitate sanctum Domini templum commune profanumque efficiant, statuerunt, ut qui sine magna ejusmodi necessitate quodvis jumentum in templum introducit, si sit quidem clericus, deponatur: sin autem laicus, segregetur. Quid vero, alatas volucres, perdices scilicet et columbas et passeres, an quis citra ullam distinctionem in templum introducet? *Solutio.* Nequaquam, ut mihi videtur, ne sanctum per excrementa profanetur.

262 ZONAR. Sacra templa in honore habere ac venerari debemus. Proinde nec in illa jumentum quodvis introduci conceditur: nisi forte in itinere aliquem maxima necessitas, aut coortæ videlicet tempestatis, aut imbrium sese intolerabili impetu effundentium, oppresserit. Tunc enim etiamsi jumentum intra sacras ædes compulerit, non tamen ob eam rem aliquid culpæ contrahet; ne illud quidem foris relictum male pereat, ipse vero dominus, cum iter inceptum prosequi non possit, nec alterius forte jumenti copia suppetat, conficiatur mœrore, aut ipsius quoque vitæ periculum subeat. Testimonia vero ex sacris quoque Litteris hujus can. auctores producunt. Sabbatum enim, inquit Scriptura, propter hominem factum est, et ut quiescat servus tuus et jumentum tuum. Quare jumenti quies, non ipsius jumenti, sed hominis gratia præcepta est, ut illo post quietem vegetiore mox uteretur. Quod idem magnus quoque Paulus asserit, *Nunquid* enim, ait, *de bobus cura est Deo*[30]? Qui vero, necessitate nulla cogente, jumentum intra templi septa compulerit, depositione clericum, laicum vero segregatione puniri decretum est.

A δημοσίᾳ ὁδῷ· καὶ ἡ μὲν ἀπειλὴ τῆς χιόνος κατηνάγκαζε τούτους ἔνδον τοῦ ναοῦ εἰσελθεῖν μετὰ τῶν ἵππων αὐτῶν, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ ψύχους θανατηφόρον κάκωσιν ἐκφυγεῖν· τὸ αἰδέσιμον δὲ τοῦ ναοῦ οὐ παρεχώρησεν αὐτοὺς τοῦτο ποιῆσαι· ἀλλ' αὐτοὶ μὲν, εἰσελθόντες ἐν τῷ ναῷ, τὸν ἐκ τοῦ κρύους κίνδυνον ἔφυγον, τὰ δὲ ὑποζύγια αὐτῶν ἔξω τοῦ ναοῦ ἑστηκότα τοῦ ψύχους γεγόνασι παρανάλωμα, ὡς ἐντεῦθεν καὶ τοὺς ἀνθρώπους τὰ ὅμοια τοῖς ἀλόγοις ζώοις παθεῖν, ἢ ὡς ἀπὸ τῆς θλίψεως, ἢ ὡς μὴ δυναμένους πεζῇ βαδίσαι, διὰ τὴν ὑπερβολικὴν τῆς ὥρας κατάψυξιν. Τοῦτο οὖν διορθούμενοι οἱ ἅγιοι Πατέρες, διωρίσαντο μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας τινὰς κτῆνος οἱονδηποτοῦν ἔνδον εἰσάγειν ναοῦ, εἰ μὴ κατεπείγει ἀνάγκη μεγίστη· τηνικαῦτα γὰρ,
B φασὶ, καὶ τὸ κτῆνος ἐν τῷ ναῷ εἰσαχθήσεται, ἵνα μὴ σὺν αὐτῷ καὶ ὁ ἄνθρωπος θανάτῳ παραδοθῇ. Ἐπάγουσι δὲ πρὸς κατασκευὴν τοῦ λόγου αὐτῶν καὶ τὴν τοῦ Κυρίου διδασκαλίαν, τοῦ τὸ Σάββατον καταλύσαντος, καὶ εἰπόντος πρὸς τοὺς αἰτιωμένους αὐτὸν ὡς προτιμοτέρα ἐστὶν ἡ τοῦ ἀνθρώπου σωτηρία παρὰ τὴν τοῦ Σαββάτου φυλακήν. Τὸ γὰρ Σάββατον γέγονε διὰ τὸν ἄνθρωπον, οὐ μὴν ὁ ἄνθρωπος διὰ τὸ Σάββατον. Ὅπως δὲ μὴ γένηται τοῦτο τοῖς ἀδιαφόρως ζῶσιν ἀφορμὴ κακίας, ὥστε ἀνεπικαλύπτως καὶ χωρὶς ἀνάγκης τὸν ἅγιον ναὸν τοῦ Θεοῦ κοινοποιεῖν τε καὶ βεβηλοῦν, διωρίσαντο τὸν μὴ χωρὶς ἀνάγκης μεγάλης τοιαύτης κτῆνος οἱονδηποτοῦν εἰσάγοντα ἐν τῷ ναῷ, κληρικὸν μὲν ὄντα, καθαιρεῖσθαι, λαϊκὸν δὲ, ἀφορίζεσθαι.
C Τί δὲ, πετεινὰ πτερωτὰ, πέρδικάς τε δηλονότι καὶ περιστερὰς, καὶ ἄλλως στρουθοὺς ἀδιαφόρως εἰσαγάγῃ τις ἐν ναῷ; *Λύσις.* Οὐδὲ ταῦτα, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἵνα μὴ τὸ ἅγιον διὰ τῶν ἐκκρίσεων βεβηλωθῇ.

ΖΩΝΑΡ. Τιμῆς ἄξια τὰ ἱερὰ καὶ σεβάσματος. Διὸ οὐδὲ κτῆνος ἐν αὐτοῖς εἰσάγεσθαι συγκεχώρηται· εἰ μή πού τις ὁδοιπορῇ καὶ ἀνάγκη μεγίστη χειμῶνος τυχὸν ἢ ῥαγδαίων ὄμβρων καὶ ἀφορήτων καταλάβῃ αὐτόν· τότε γὰρ κἂν ἐντὸς ἱεροῦ τὸ ὑποζύγιον εἰσαγάγῃ, ἀνέγκλητος ἔσεται, ἵνα μὴ τὸ μὲν ἔξω μεῖναν διαφθαρῇ, ὁ δὲ μὴ ἔχων ὅπως τὸ λοιπὸν τῆς ὁδοιπορίας ἀνύσει, ἀπόρως ἴσως ἔχων ἕτερον κτήσασθαι, τῇ λύπῃ καταποθῇ, ἢ καὶ εἰς
A quo illum pœnæ levitas in eamdem vel etiam graviorem noxam rursus impellat : sed esse miserationem unicuique pro meritis impertiendam, hoc est pro ea, quæ in singulis fuerit animi affectione, ita uniuscujusque miserendum; et animi quidem abjectioris hominem, leviore pœna, magni vero spiritus et erectum, graviore puniendum; idque totum misericordiæ tribuendum, ut ab altero quidem squalorem et sordes abstergat, alterius vero vulnus ne scalpendo adhuc magis exasperet.

Ἡ γὰρ πᾶσα φροντὶς καὶ σπουδὴ τῷ τε Θεῷ καὶ τῷ ψυχῶν ποιμένι τοῦτό ἐστι, τὸ τὸ πλανώμενον πρόβατον ἐπαναγαγεῖν, καὶ τὸ φαρμαχθὲν ὑπὸ τοῦ ὄφεως ἐξιάσασθαι, καὶ μήτε διὰ τῆς αὐστηρίας ὠθῆσαι κατὰ κρημνοῦ τῆς ἐπιγνώσεως, μήτε διὰ χαυνότητος καὶ τῶν ἁπαλωτέρων φαρμάκων ἐνδοῦναι αὐτῷ τὸν χαλινόν, ὡς ἵππῳ, ὥστε σκιρτᾷν καὶ βίον ἔκλυτον ζῆν, B ἀλλὰ σπεύδειν ἀντιστῆναι τῷ πάθει εἴτε δι' αὐστηρίας εἴτε διὰ πραότητος, ὡς ἂν διαθέσεως ἔχῃ πρὸς αὐτὰ ὁ θεραπευόμενος. Τοῦτο δ' ἔσται, εἰ δοκιμάζει καὶ καταστοχάζεται τοὺς τῆς μετανοίας αὐτῶν καρπούς, καὶ οἰκονομεῖν τὸν πρὸς τὴν ἄνω λαμπροφορίαν, ἤγουν τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν καλούμενον ἄνθρωπον. Ἀμφότερα οὖν ἐνδέχεται ἡμᾶς γινώσκειν, φασὶν οἱ τῆς συνόδου Πατέρες, καὶ τὰ τῆς ἀκριβείας, καὶ τὰ τῆς συνηθείας ἢ συμπαθείας. Γράφονται γὰρ καὶ ἀμφότερα, ἤγουν καὶ ὅσα ἡ ἀκρίβεια βούλεται, καὶ ὅσα τὸ συμπαθὲς ἀπαιτεῖ εὐκαίρως καὶ σὺν διακρίσει γινόμενον· ἢ τὰ τῆς συνηθείας, ἤγουν τὰ τοῦ ἔθους τοῦ χρόνῳ δοκιμασθέντος καὶ βεβαιωθέντος, ὃ καὶ ὡς νόμον κρατεῖν καὶ οἱ θεῖοι κανόνες, καὶ οἱ τῆς πολιτείας C νόμοι κελεύουσι. Καὶ ὁ μέγας δὲ Βασίλειος ἐπὶ τῶν μὴ καταδεχομένων τὴν ἀκρότητα τῶν παραδοθέντων τύπων ἕπεσθαι τῇ συνηθείᾳ ἐδίδαξε. Τὴν ἄνω δὲ λαμπροφορίαν, εἶπεν, ὅτι τοῖς θείοις Πατράσι καὶ διδασκάλοις βασιλεία τῶν οὐρανῶν πρὸ τῶν ἄλλων ἡ ἔλλαμψις κέκριται, ἡ ἐκ τῆς θείας φύσεως, καὶ τὸ νοῆσαι τελεώτερον.

Omnis siquidem tum ipsius Dei tum pastoris animarum cura et studium in eo positum est, ut errabundas oves in suam stationem revocet, ac serpentis veneno infectis salutarem faciat medicinam, nec vel acerbitate nimia in prærupta desperationis impellat, vel indulgentia ac remediorum facilitate habenas quodammodo, quasi equo, **283** ad lasciviam solutumque vitæ genus remittat : sed vitiis obsistere, adhibita vel austeritate vel lenitate, pro ejus, quem curandum susceperit, affectione contendat. Quod quidem ita fiet, si ipsorum pœnitentiæ fructus examinaverit et diligenter consideraverit; proindeque hominem ad illustrationis supernæ claritatem, ad regnum nimirum cœleste vocatum, regendum sibi moderandumque suscipiat. Duo igitur illa, inquiunt synodi Patres, licet nobis cognoscere, tum ea quæ summi juris sunt, tum ea quæ consuetudini sive misericordiæ tribuuntur. Utraque enim scriptis commendata exstant; et ea nimirum, quæ summi juris severitas exigit, et quæ, temporis opportunitate servata judicioque adhibito, commiseratio postulat : vel quæ consuetudo, mos videlicet hominum temporis diuturnitate probatus confirmatusque deposcit. Nam ea quoque instar legis, tum sacrorum canonum decretis tum civilium etiam legum constitutionibus obtinet. Magnus quoque Basilius in iis, qui pœnarum severitatem antiquis formulis expressam non admittunt, sequendam esse consuetudinem docuit. Illustrationem porro supernam dixit, eo quod regnum cœlorum in illustratione quadam, in primis ex natura divina emanante, ac perfectiore Dei cognitione, sancti Patres ac doctores positum esse judicaverunt.

ΑΡΙΣΤ. « Ἡ τῆς ἁμαρτίας ἐπὶ πᾶσι σκοπεῖται « ποιότης, καὶ ἡ ἐπιστροφὴ καθορᾶται· καὶ οὕτω « μετρεῖται τὸ ἔλεος. »

Τὰ μὲν ἐπιτίμια ἐφ' ἑκάστῳ ἁμαρτήματι ὥρισαν οἱ Πατέρες. Τὴν δὲ κρίσιν πᾶσαν ἀνέθεντο πρὸς τὸν D τὴν ἐξουσίαν παρὰ Θεοῦ λαβόντα τοῦ δεσμεῖν τε καὶ λύειν· ὅπως αὐτὸς καὶ τὴν ποιότητα σκοπήσῃ τοῦ ἁμαρτήματος, καὶ τὴν ἐπιστροφὴν τοῦ ἡμαρτηκότος, καὶ οὕτως ἐπιμετρήσῃ τὸ ἔλεος, τὴν θεραπείαν προσάγων κατάλληλον τῷ ἀῤῥωστήματι. Ὁ γὰρ πᾶς λόγος τῷ Θεῷ καὶ τῷ τὴν ποιμαντικὴν ἐγκεχειρισμένῳ ἡγεμονίαν ἐν τούτῳ ἐστί, ἐν τῷ τὸ πλανώμενον πρόβατον ἐπαναγαγεῖν, καὶ μὴ κατὰ κρημνῶν ὠθῆσαι τῆς ἀπογνώσεως, καὶ τὸν τρωθέντα ὑπὸ τοῦ ὄφεως ἐξιάσασθαι, εἴτε διὰ τῶν αὐστηροτέρων τε καὶ στυφόντων, εἴτε διὰ τῶν ἁπαλωτέρων καὶ πραοτέρων φαρμάκων.

ARIST. « Peccati qualitas in omnibus consideratur, et conversio perspicitur. Et sic misericordia mensura disponitur. »

Pœnas quidem cuique peccato adhibendas decreverunt Patres. Sed totum judicium ei relinquunt qui ligandi et solvendi potestatem a Deo accepit, ut ille et peccati consideret qualitatem, et ejus qui peccavit conversionem, et sic misericordiam mensura disponat, medelam morbo convenientem adhibens. Omnis enim ratio Deo et ei cui pastoralis traditur principatus, in eo est, ut errantem ovem reducat, et non in desperationis præcipitia impellat, et a serpente vulneratum medicetur, sive per acriora et astringentia, sive per molliora et leniora medicamenta.

ΚΑΝΟΝΕΣ

ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΚΑΙ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗΣ ΕΒΔΟΜΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ.

CANONES

SANCTÆ ET UNIVERSALIS VII SYNODI.

284 BALS. Sancta et œcumenica septima synodus fuit anno 6296, indictione 11 sub imp. Constantino et Irene, matre ejus, (erat autem hic Constant., filius Leonis filii Copronymi) 367 sanctis Patribus Nicææ Bithyniæ secundo congregatis, adversus eos qui imaginum hostes seu Christianorum erant accusatores. Quæ quidem imagines relative adorari et salutari decrevit.

A ΒΑΛΣ. Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ἑβδόμη σύνοδος γέγονεν ἐν ἔτει ͵ϛσϟϛ' (15), ἰνδικτιῶνος α', ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης τῆς μητρὸς αὐτοῦ (ἦν δὲ οὗτος ὁ Κωνσταντῖνος υἱὸς Λέοντος τοῦ υἱοῦ τοῦ Κοπρωνύμου), τριακοσίων ἑξήκοντα ἑπτὰ (16) ἁγίων Πατέρων συναθροισθέντων ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας τὸ δεύτερον κατὰ τῶν εἰκονομάχων, ἤγουν Χριστιανοκατηγόρων· ἥτις τὰς εἰκονικὰς ἐκτυπώσεις προσκυνεῖσθαι καὶ κατασπάζεσθαι σχετικῶς ἐψηφίσατο.

ZONAR. Sancta et œcumenica septima synodus Constantino et Irene ejus matre imperantibus, celebrata fuit. (Constantinus hic porro Leonis ex Copronymo geniti filius) trecentis septem et sexaginta sanctis Patribus Nicææ, quæ in Bithynia est, adversus imaginum hostes seu Christianorum accusatores, congregatis. Quæ quidem imagines relative adorandas et amplectendas, quemadmodum et verendæ crucis figuram, decrevit, et fidelium Ecclesiæ tradidit, sic a Domino assumptæ humanitatis, et ejus, quæ ipsum sine semine modoque prorsus inexplicabili edidit, Deiparæ omniumque sanctorum simulacra, esse colenda. Sed et, ad Ecclesiæ constitutionem fideliumque utilitatem, subjectos præterea canones promulgavit.

ΖΩΝΑΡ. Ἡ ἑβδόμη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος γέγονεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης τῆς μητρὸς αὐτοῦ. Ἦν δὲ οὗτος ὁ Κωνσταντῖνος υἱὸς Λέοντος τοῦ υἱοῦ τοῦ Κοπρωνύμου, τριακοσίων ἑξηκονταεπτὰ ἁγίων Πατέρων ἀθροισθέντων ἐν B Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας κατὰ τῶν εἰκονομάχων, ἤγουν Χριστιανοκατηγόρων, ἥτις τὰς εἰκονικὰς ἐκτυπώσεις προσκυνεῖσθαι καὶ κατασπάζεσθαι σχετικῶς ἐψηφίσατο, ὁμοίως τῷ τοῦ τιμίου σταυροῦ τύπῳ, καὶ τῇ τῶν πιστῶν Ἐκκλησίᾳ παρέδωκεν οὕτω σέβεσθαι τοὺς τύπους τοῦ προσλήμματος τοῦ Κυρίου καὶ τῆς αὐτὸν ἀσπόρως καὶ ἀῤῥήτως τεκούσης Θεοτόκου, καὶ τοὺς τῶν ἁγίων ἁπάντων. Ἀλλὰ καὶ κανόνας ἐξέθετο εἰς κατάστασιν ἐκκλησιαστικὴν καὶ εἰς ὠφέλειαν τῶν πιστῶν, οἵπερ εἰσὶν οὗτοι.

CANON I.

« Iis, qui sacerdotalem dignitatem sortiti sunt, « testimonia et ad recte se gerendum instituta « sunt cononicarum constitutionum descriptio« nes: quas cum Deiloquo Davide libenter re« cipientes, ad Dominum Deum cantamus, di« centes: « In via mandatorum tuorum lætatus « sum, tanquam in omnibus divitiis [66]; et man-

ΚΑΝΩΝ Α'.

« Τοῖς τὴν ἱερατικὴν λαχοῦσιν ἀξίαν μαρτύριά τε « καὶ κατορθώματα αἱ τῶν κανονικῶν διατάξεών « εἰσιν ὑποτυπώσεις· ἃς δεχόμενοι ἀσμένως, « μετὰ τοῦ θεοφάντορος Δαβὶδ ᾄδομεν πρὸς τὸν C « Δεσπότην Θεὸν λέγοντες· « Ἐν τῇ ὁδῷ τῶν « μαρτυρίων σου ἐτέρφθην, ὡς ἐπὶ παντὶ πλούτῳ, « καὶ ἐνετείλω δικαιοσύνην, τὰ μαρτύριά σου εἰς

[66] Psal. CXVIII, 14.

Guill. Beveregii notæ.

(15) *Ἐν ἔτει ͵ϛσϟϛ'*. Aufer 5508 ab 6296, et reliquus fiet annus 788. Hoc igitur anno, juxta Balsamonem, a Christi Nativitate currente celebrata est hæc secunda Nicææ synodus. Græcorum autem anni, non Latinorum instar Kalendis Januariis, sed Septembribus ineunt. Et quidem mense Septembri synodus hæc Nicææ congregata est, indictione 11 (ια' non α', ut in Græco textu male imprimitur). Ac proinde antequam annus 788 Julianus cœptus est; quippe qui ante Kal. Jan. sequentes non incepit. Habitum est ergo hoc concilium anno Juliano Dom. 787, quemadmodum et antea observatum est. Sed Paulus Diaconus anno 781, Cedrenus anno 786, aliique aliis annis celebratum fuisse falso perhibuerunt.

(16) *Τριακοσίων ἑξήκοντα ἑπτά*. Sic etiam præter Aristenum Photius asserit, trecentos sexaginta septem episcopos huic concilio interfuisse, ἑπτὰ μὲν καὶ ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων ἱερῶν ἀνδρῶν πλήθει πλατυνομένη. Phot. De synodis. Nilus trecentos sexaginta tres solos fuisse scribit, συγκροτηθεῖσα ὑπὸ τριακοσίων ἑξήκοντα τριῶν ἁγίων Πατέρων κατὰ τῶν εἰκονομάχων. Nil. De syn. Psellus autem non plures quam trecentos quinquaginta fuisse tradidit, cujus etiam sententiam plerique amplexi sunt.

« τὸν αἰῶνα · συνέτισόν με, καὶ ζήσομαι. » Καὶ A εἰς τὸν αἰῶνα ἡ προφητικὴ φωνὴ ἐντέλλεται ἡμῖν φυλάττειν τὰ μαρτύρια τοῦ Θεοῦ, καὶ ζῆν ἐν αὐτοῖς, δηλονότι ἀκράδαντα καὶ ἀσάλευτα διαμένουσιν. Ὅτι καὶ ὁ θεόπτης Μωϋσῆς οὕτω φησίν· « Ἐν αὐτοῖς οὐκ ἔστι προσθεῖναι, καὶ ἀπ' αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἀφελεῖν. Καὶ ὁ θεῖος ἀπόστολος Πέτρος ἐν αὐτοῖς ἐγκαυχώμενος βοᾷ, Εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι. Καὶ ὁ Παῦλός φησι· « Κἂν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίζηται ὑμῖν παρ' ὃ εὐηγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω. Τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων καὶ διαμαρτυρομένων ἡμῖν, ἀγαλλιώμενοι ἐπ' αὐτοῖς, ὡς εἴ τις εὕροι σκῦλα πολλά, ἀσπασίως τοὺς θείους κανόνας ἐνστερνιζόμεθα, B καὶ ὁλόκληρον τὴν αὐτῶν διαταγὴν καὶ ἀσάλευτον κρατύνομεν, τῶν ἐκτεθέντων ὑπὸ τῶν ἁγίων σαλπίγγων τοῦ πνεύματος τῶν πανευφήμων ἀποστόλων, τῶν τε ἐξ ἁγίων οἰκουμενικῶν συνόδων καὶ τῶν τοπικῶς συναθροισθεισῶν ἐπὶ ἐκδόσει τοιούτων διαταγμάτων, καὶ τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν. Ἐξ ἑνὸς γὰρ ἅπαντες καὶ τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος αὐγασθέντες, ὥρισαν τὰ συμφέροντα· καὶ οὓς μὲν τῷ ἀναθέματι παραπέμπουσι, καὶ ἡμεῖς ἀναθεματίζομεν· οὓς δὲ τῇ καθαιρέσει, καὶ ἡμεῖς καθαιροῦμεν· οὓς δὲ τῷ ἀφορισμῷ, καὶ ἡμεῖς ἀφορίζομεν· οὓς δὲ ἐπιτιμίῳ παραδιδόασι, καὶ ἡμεῖς ὡσαύτως ὑποβάλλομεν. « Ἀφιλάργυρος γὰρ ὁ τρόπος, ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσιν, » ὁ βεβηκὼς εἰς C τρίτον οὐρανὸν, καὶ ἀκούσας ἄρρητα ῥήματα, Παῦλος ὁ θεῖος ἀπόστολος διαῤῥήδην βοᾷ. »

ΒΑΛΣ. Μαρτύρια λέγονται τὰ τῶν θείων Γραφῶν παραγγέλματα, ὡς διαμαρτυρόμενα καὶ ὑποτυποῦντα πῶς χρὴ πολιτεύεσθαι τοὺς πιστούς. Φασὶν οὖν οἱ τῆς συνόδου ταύτης ἅγιοι Πατέρες ὅτι κατασπαζόμενοι τοὺς προεκτεθέντας κανόνας παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, τῶν ἐξ οἰκουμενικῶν συνόδων καὶ τῶν τοπικῶν, ἀναθεματίζομεν τοὺς παρὰ τούτων ἀναθεματισθέντας, καθαιροῦμεν τοὺς καθαιρεθέντας, ἀφορίζομεν τοὺς ἀφορισθέντας καὶ ἐπιτιμῶμεν τοὺς ἐπιτιμηθέντας· ἀφιλάργυρος γὰρ ὁ τρόπος, τουτέστιν οὐδέν τι πλέον διὰ φιλοδοξίαν τούτοις προστιθέαμεν, ἀπληστευσάμενοι ὡς φιλάργυροι, ἀλλ' ἀρκούμενοι τοῖς παρ' ἐκείνων διορισθεῖσι. D Καὶ ὁ μὲν σκοπὸς τοῦ κανόνος οὗτός ἐστι. Τὰ δ' ἐν αὐτῷ περιεχόμενα γραφικὰ, σαφῆ ὄντα, ἑρμηνείας οὐ δέονται. Γίνωσκε δὲ ὅτι οὗτος μὲν ὁ κανὼν τῶν ἀποστολικῶν καὶ συνοδικῶν κανόνων μόνων ἐμνήσθη· ὁ β' δὲ κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου διορίζεται καὶ ἑτέρων ἁγίων θεσπίσματα ὡς τοὺς ἱεροὺς κανόνας κρατεῖν. Μὴ θαυμάσῃς οὖν πῶς καὶ περὶ τούτων οὐ γέγραπταί τι ἐνταῦθα. Ἠρκέσθησαν γὰρ οἱ Πατέρες τοῖς ὁρισθεῖσι τότε λίαν καλῶς. Μὴ ἐναντιωθῇ δέ σοι ἡ ρλα' Ἰουστινιάνειος Νεαρὰ, ἡ καταστρωθεῖσα εἰς σχόλιον τοῦ δευτέρου κεφ. τοῦ α'

« dedi justitiam, testimonia tua [47] in sæculum: intellectum da mihi, et vivam [48]. Et in sæculum nos jubet vox prophetica testimonia Dei servare, et in eis vivere, ut quæ scilicet nequaquam concutienda nulloque ratione labefactanda permaneant. Nam et qui Deum vidit Moses sic ait: « Eis non licet addere, nec eis licet detrahere [49]. » Et divinus apostolus Petrus, in iis glorians, exclamat: « Ad quæ angeli prospicere desiderant [50]. » Atque etiam dicit Paulus: « Etiamsi nos vel angelus de cœlo evangelizaverit vobis præter id, quod nos evangelizavimus vobis, sit anathema [51]. » Cum hæc ergo ita se habeant, et sint nobis testata, iis exsultantes, ut si quis multa spolia invenerit, divinos canones libenter amplectimur, eorumque constitutionem integram et illabefactam confirmamus, qui editi fuerunt a sanctis spiritus tubis, summa laude celebrandis apostolis, et sex sanctis universalibus synodis, iisque quæ ad ejusmodi decretorum traditionem localiter coactæ fuerunt, et nostris sanctis Patribus. Ex uno enim eodemque Spiritu omnes illuminati, quæ erant utilia, decreverunt: et quos anathemati quidem transmittunt, nos quoque anathematizamus; quos vero depositioni, eos quoque deponimus; quos autem segregationi, nos itidem segregamus; et quos pœnæ tradunt, nos quoque similiter subjicimus. Sine avaritia namque sint mores, præsentibus contenti, is qui tertium cœlum conscendit, et arcana verba audivit [52], divinus apostolus Paulus aperte vociferatur.

BALS. Testimonia dicuntur Scripturarum præcepta, ut quæ testificentur et describant quomodo fideles vitam instituere oporteat. Hujus ergo sanctæ synodi Patres dicunt, a sanctis apostolis, 285 a sex universalibus, et a localibus synodis prius editos canones amplectentes, eos anathematizamus qui ab eis anathematizati fuere, deponimus qui fuere depositi, segregamus qui fuerunt segregati, eosque pœnis multamus, quibus fuerunt pœnæ statutæ. Ab avaritia enim alieni mores, id est, nihil iis propter gloriæ cupiditatem adjicimus, ut avari, inexplebiles; sed iis, quæ ab illis constituta sunt, contenti sumus. Atque hic est quidem scopus hujus canonis. Quæ autem in eo continentur ad contextum pertinentia, ea, cum sint dilucida, non egent interpretatione. Scito autem, quod hic quidem canon apostolicorum tantum et synodalium canonum meminit: secundus autem canon synodi in Trullo, aliorum quoque sanctorum decreta tanquam sacros canones observari jubet. Ne mireris ergo cur nihil hic de iis quoque scriptum sit. Contenti enim fuere Patres iis, quæ tunc admodum pulchre de illis statuta sunt. Ne tibi autem adversari putetur Justiniani Novella 131, quæ in com-

[47] Psal. CXVIII, 138. [48] ibid. 146. [49] Deut. IV, 8. [50] I Petr. I, 12. [51] Galat. I, 8. [52] II Cor. XII, 4.

mentario II, cap. primi tit. præsentis operis sita est, et universalium tantum synodorum et localium meminit. Per quæ enim secundum can. synodi in Trullo confirmavit, per eadem aliorum quoque sanctorum Patrum decreta, quæ eo comprehenduntur, stabilivit.

ZONAR. Pluribus locis testimonii nomen in sacris Litteris usurpatum reperias : quorum etiam locorum aliquos sancti Patres hoc canone protulere. Est igitur primo, quid testimonii nomine intelligamus, explicandum. Sunt ergo testimonii Domini constitutiones, quæ nobis, et quo pacto vita instituenda, et quibus suppliciis puniendi sint, quicunque divina imperia contempsere, testantur atque ob oculos ponunt. Qui ergo sacri ordinis dignitate honestati sunt, iis divinos canones, quæque illorum auctoritate descripta et constituta sunt, testimonii loco esse debere, hujus synodi Patres affirmant. Quis enim vitæ modus, quæ ratio unicuique servanda, testantur, quæque illorum violatoribus pœnæ luendæ sint, minantur atque præmonstrant. Sunt vero iisdem canones etiam recte agendi præcepta : vitæ siquidem illorum honestatem tuentur apteque componunt. Virtutem enim eo pacto in nobis efficiunt, Deoque conciliant, quo nullum præstantius recte agendi præceptum reperiri queat. Has igitur, inquiunt, canonicas constitutiones libenter, hoc est, cupide ac alacriter, amplexi, cum Davide illud occinimus : *In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicul in omnibus divitiis* [33] : quasi sic dicerent : Nos deambulantes, seu vitæ cursum peragentes ex testimoniis tuis oblectamur exsultamusque, ut in omnibus

τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ μεμνημένη μόνων τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων καὶ τῶν τοπικῶν. Δι' ὧν γὰρ ἐπεκύρωσε τὸν β' κανόνα (17) τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, συνεστήριξε καὶ τὰ τῶν ἑτέρων ἁγίων θεσπίσματα, τὰ τούτῳ περιεχόμενα.

ΖΩΝΑΡ. Ἐν τῇ θεοπνεύστῳ Γραφῇ πολλαχοῦ εὑρίσκεται τῶν μαρτυρίων τὸ ὄνομα, ὧν ἐνίων καὶ οἱ ἱεροὶ Πατέρες οὗτοι ἐν τῷ παρόντι κανόνι ἐμνήσθησαν. Δεῖ τοίνυν εἰπεῖν πρότερον τίνα εἰσὶ τὰ μαρτύρια. Μαρτύρια οὖν λέγονται αἱ τοῦ Κυρίου διαταγαὶ, αἱ διαμαρτυρόμεναι καὶ παριστῶσαι πῶς δεῖ βιοῦν ἡμᾶς, καὶ ὅπως οἱ παραβάται τῶν τῷ Θεῷ διατεταγμένων τιμωρηθήσονται. Φασὶν οὖν οἱ τῆς συνόδου Πατέρες ὅτι τοῖς τῆς ἱερατικῆς ἀξίας ἀξιωθεῖσιν οἱ θεῖοι κανόνες καὶ τὰ ὑπ' ἐκείνων τυπούμενα καὶ ὁριζόμενα μαρτύριά εἰσι. Διαμαρτύρονται γὰρ πῶς χρὴ βιοῦν αὐτοὺς καὶ πῶς πολιτεύεσθαι, καὶ τὴν ἐκ παραβάσεως αὐτῶν ἀπειλοῦσι καὶ προδεικνύουσι κόλασιν. Εἰσὶ δὲ τοῖς αὐτοῖς οἱ κανόνες καὶ κατορθώματα, συντηρούμενοι δηλαδὴ καὶ ῥυθμίζοντες τὸν βίον αὐτοῖς. Οὕτω γὰρ κατορθοῦσι τὴν ἀρετὴν καὶ εὐαρεστοῦσι Θεῷ, οὗ μεῖζον οὐκ ἂν εὕροι κατόρθωμα. Ταύτας τοίνυν τὰς κανονικὰς διατάξεις ἀσμένως, φασὶ, δεχόμενοι, ἀντὶ τοῦ ἀγαπητῶς, προθύμως, μετὰ τοῦ Δαβὶδ ᾄδομεν· *Ἐν τῇ ὁδῷ τῶν μαρτυρίων σου ἐτέρφθην, ὡς ἐπὶ παντὶ πλούτῳ*, τοῦτο λέγοντες, ὅτι Ὁδεύοντες, ἤγουν τὴν ὁδὸν τοῦ βίου ἀνύοντες, κατὰ τὰ μαρτύριά σου τερπόμεθα καὶ εὐφραινόμεθα, ὡς ἐπὶ παντὶ πλούτῳ, ὡς ἐπὶ παντοδαπῷ καὶ πολυειδεῖ πλούτῳ, ἢ ὥσπερ εἰ πάντα τὸν πλοῦτον ὁμοῦ συναχθέντα εἰς ἓν, εἰ δυνατὸν, εἴχομεν· καὶ πάλιν· *Ἐνετειλω δικαιοσύνην τὰ μαρτύριά*

[33] Psal. CXVIII, 14.

Guill. Beveregii notæ.

(17) *Δι' ὧν γὰρ ἐπεκύρωσε τὸν β' κανόνα.* Secundum synodi Trullanæ canonem a Justiniano imperatore, novella puta 131 confirmatum esse Balsamon hic asseverat, non animadvertens Justinianum vita functum plusquam centum viginti annis terrenam cum cœlesti corona prius commutasse, quam synodus Trullana celebrata fuit. Imo quidem novella ista a Balsamone citata etiam ante quintam generalem synodum Constantinopoli habitam promulgata fuit, quippe qua quatuor tantummodo œcumenica concilia confirmata sunt. Sic enim se habet, *Sancimus igitur vicem legum obtinere sanctas ecclesiasticas regulas, quæ a sanctis quatuor conciliis expositæ sunt, aut firmatæ ; hoc est, in Nicæna trecentorum decem et octo ; et in Constantinopolitana, sanctorum centum quinquaginta Patrum ; et in Ephesina prima, in qua Nestorius est damnatus ; et in Chalcedonica, in qua Eutyches cum Nestorio anathematizatus est. Prædictarum enim quatuor synodorum dogmata sicut sanctas Scripturas accipimus, et regulas sicut leges observamus.* Justinian. novel. 131. cap 1. Sed unde igitur Balsamon Trullanam etiam synodum a Justiniano confirmatam hauserit ? Nimirum e Basilicis, in quæ dicta Justiniani Novella, longe aliter quam ab eo constituta, tralata est. Enimvero in Basilicorum lib. v. tit. 3, cap. 2, ista novella, sic legitur, Θεσπίζομεν τοίνυν τάξιν τόμων ἐπέχειν τοὺς ἁγίους ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων ἑπτὰ συνόδων ἐκτεθέντας ἢ βεβαιωθέντας. Ubi, ut videre est, loco quatuor septem synodi mendose substituuntur : quæ etiam sic postea recensentur et confirmantur, Nicæna prima, Constantinopolitana, Ephesina, Chalcedonensis, Constantinopolitana secunda, Constantinopolitana tertia, et Nicæna secunda. Unde palam fit Basilica, quæ Balsamoni imposuerunt, hoc præsertim in loco, ut alia in præsenti taceam, misere interpolata et corrupta esse ; cum præsens etiam concilium Nicææ habitum a Justiniano confirmatum ibi dicatur, etiamsi ille plusquam ducentis annis antea mortuus fuerit, quam hæc corruptela, nec Balsamon primus, qui ea deceptus fuit. Nam longe ante eum Photius patriarcha Constantinopolitanus eamdem Justiniani novellam eodem modo depravatam citavit, Ἡ γ' διάταξις τοῦ β' τίτλου τῶν Νεαρῶν τοὺς τῶν ἑπτὰ συνόδων κανόνας θέλει κρατεῖν καὶ τὰ δόγματα αὐτῶν, ὡς τὰς θείας Γραφάς. Phot. Nomocan. tit. 1, cap. 2. Unde veri nobis simillimum videtur, istam Justiniani novellam hac corruptela depravatam, et tribus ultimis conciliis auctam esse statim post tempora, quibus extremum eorum sive præsens habitum fuit ; idque eo nomine, ut decreta hujus synodi de imaginibus adorandis legis vicem habere viderentur. Sed nihil incautius, nihil imprudentius perpetrari potuit ; cum neminem lateat impossibile esse, ut Justinianus ea concilia confirmaret, quæ multis post ejus obitum annis celebrata sunt. Quod miror, neque a Balsamone, nec Photio, nec ab aliis antehac observatum.

σου εἰς τὸν αἰῶνα· συνέτισόν με, καὶ ζήσομαι. A Καὶ εἰς τὸν αἰῶνα ἡ προφητικὴ φωνὴ ἐντέλλεται ἡμῖν φυλάττειν τὰ μαρτύρια τοῦ Θεοῦ, καὶ ζῆν ἐν αὐτοῖς, δηλονότι ἀκραδάντοις καὶ ἀσαλεύτοις μένουσι. Ζῶμεν γὰρ ἐν τοῖς τοῦ Θεοῦ μαρτυρίοις, ὅταν ἀσάλευτα ταῦτα μένωσι, μὴ παραβαινόμενα παρ' ἡμῶν μηδὲ ἀθετούμενα. Ἀκράδαντα δὲ τὰ ἐστηριγμένα καὶ μὴ ῥᾳδίως κινούμενα λέγονται. Κράδη γὰρ ὁ κλάδος λέγεται τῆς συκῆς, ὃς ἀσθενής ἐστι καὶ εὐκόλως συνθλώμενος. Ὁ γοῦν ἐστηριγμένος καὶ μὴ εὐκόλως κινούμενος ἀκράδαντος λέγεται. Εἶτα καὶ τὸν Μωϋσῆν παράγει λέγοντα, ὅτι *Ἐν αὐτοῖς*, τοῖς θείοις δηλαδὴ διατάγμασιν, *οὐκ ἔστι προσθεῖναι, καὶ ἐξ αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἀφελεῖν*· καὶ τοὺς ἀποστόλους, τὸν μὲν τὴν πίστιν θερμότατον Πέτρον ἐν αὐτοῖς καυχώμενον, καὶ εἰπόντα· B *Εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι*, ἅτινά εἰσιν, ὡς ἐκεῖνός φησιν, ἃ νῦν ἀνηγγέλη ἡμῖν διὰ τῶν εὐαγγελισαμένων ἡμῖν ἐν Πνεύματι ἁγίῳ· εἰ καί τινες ἑτέρως ἐξηγοῦνται τὸ ἀποστολικὸν τοῦτο ῥητόν· τὸν δὲ τὸν ζῆλον πολὺν Παῦλον βοῶντα· *Κἂν ἄγγελος εὐαγγελίζηται ὑμῖν παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω.* Καὶ ἐπὶ τούτοις ἐπάγουσιν οἱ τὸν κανόνα τοῦτον ἐκθέμενοι ὅτι, τούτων οὕτως ὄντων καὶ διαμαρτυρομένων ἡμῖν, ἀγαλλιώμενοι ἐπ' αὐτοῖς, ὡς εἴ τις εὕροι σκῦλα πολλά (καὶ τοῦτο τὸ Δαυϊδικόν). Σκῦλα δὲ τὰ τοῖς νεκροῖς τοῖς ἐν πολέμῳ πεσοῦσι περικείμενα λέγονται, εἴτε ἐσθῆτές εἰσιν, εἴτε ὅπλα, εἴτε τις κόσμος. Τὸ ὑπερβάλλον οὖν διὰ τούτου ὁ προφήτης ἐδήλωσε τῆς ἀγαλλιάσεως. Οἱ γὰρ τοὺς ἐν πολέμῳ C πεσόντας σκυλεύοντες νενεμηκότες ἂν νοοῖντο, καὶ τῶν ἐναντίων ὑπερτερήσαντες, καὶ διπλῆν τὴν ἀγαλλίασιν ἔχουσι, τὴν μὲν διὰ τὴν νίκην, τὴν δὲ διὰ τὸν πλοῦτον, ὃν ἐκ τῶν σκύλων συνήγαγον· οὕτως οὖν καὶ ἡμεῖς, οἱ Πατέρες οὗτοί φασιν, ἀγαλλόμενοι τοὺς θείους κανόνας ἐνστερνιζόμεθα, ἀντὶ τοῦ, ἀγαπητικῶς δεχόμεθα καὶ κατασπαζόμεθα. Οὓς γὰρ ἀγαπῶμεν, περὶ τὰ στέρνα ταῖς περιπλοκαῖς τιθέντες κατασπαζόμεθα, ἢ ἀντὶ τοῦ, ἐγκαρδίως φιλοῦμεν· περὶ τὰ στέρνα γὰρ ἡ καρδία ἡμῶν. Καὶ ὁλόκληρον καὶ ἀσάλευτον τὴν αὐτῶν διαταγὴν τηροῦμεν, φασί. Κρατυνομένων, ἤγουν ἐπικυρουμένων καὶ βεβαιουμένων τῶν ἐκτεθέντων ὑπὸ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ τῶν ἐξ οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ τῶν κατὰ τόπους συναθροισθεισῶν, καὶ τῶν ἁγίων Πα- D τέρων ἡμῶν, δηλαδὴ τῶν ἐκτὸς συνόδων κανόνας ἐκτεθεικότων· πάντες γὰρ ἐκ τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος ἁγίου φωτισθέντες τὸν νοῦν ὥρισαν τὰ συμφέροντα, καὶ πάντα, φασί, κατ' ἐκείνους καὶ ἡμεῖς ποιοῦμεν. Οὓς γὰρ ἐκεῖνοι ἀναθεματίζουσι, καὶ ἡμεῖς· οὓς δὲ ἀφορίζουσι, καὶ ἡμεῖς· οἷς δὲ ἐπιτιμῶσι, καὶ ἡμεῖς· ἀφιλάργυρος γὰρ ὁ τρόπος, ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσι. Τὸ μὲν ῥητὸν ἀποστολικόν· ἐχρήσαντο δὲ τούτῳ οἱ τῆς συνόδου, δηλοῦντες, οἶμαι, ὅτι οὐδὲν πλέον τοῖς παρ' ἐκείνων διαταγεῖσι θέλομεν ἡμεῖς προσθεῖναι διὰ φιλοδοξίαν ἀπληστευόμενοι, ὡς οἱ φιλάργυροι ἀεὶ ζητοῦντες, οἷς ἔχουσι, προστιθέναι· ἀλλ' ἀρκού-

A divitiis, non minus videlicet, ac si divitiarum omni copia varietateque affluerimus, vel si divitiis omnibus in unum locum, si fieri posset collectis perfrui datum esset. Et rursum: *Mandasti justitiam testimonia tua in sæculum, intellectum da mihi, et vivam* [34]. Et in sæculum testimonia Dei servare prophetica voce jubemur, ac in ipsis vivere, ita scilicet ut firma illa, inconcussaque permaneant. Tunc enim in Dei testimoniis vivimus, cum ea immota stabili vestigio, nullo nostro facto violata aut contempta, nituntur; ἀκράδαντα namque dicuntur, quæ firmo nixu hærent, nec ita facile commoveri possunt. Est enim κραδὴ ficus ramus tener et fragilis. Qui igitur ita stabilitus est, ut haud facili negotio moveri queat, ἀκράδαντος nominatur. Mo- B sem deinde producit, qui ad ea, divina decreta videlicet, Nihil addi, nec ab iis quidquam auferri licere affirmat [35]. Tum ex apostolorum quoque numero, primum quidam immenso fidei amore flagrantem Petrum illum, magnifice se in ipsis efferentem; *in quæ desiderant* [36], inquit, *angeli prospicere* [36], quæ sunt, ut ille ait, ea quæ nuntiata sunt nobis per eos qui evangelizaverunt nobis in Spiritu sancto; quamvis alii hunc apostoli locum aliter explicent. Deinde Paulum multo zelo incensum, qui sic obtestabatur: vel *Si angelus annuntiet vobis, præter id quod accepistis, anathema sit* [37]. Proinde cum hæc, inquiunt canonis auctores, **286** ita constituta sint, nobisque testata, in iis C exsultantes, sicut qui invenit spolia multa (et hoc Davidicum est). Spolia vero dicuntur ea, quibus qui in bello cecidere induti sunt, tum vestes, tum arma, tum quidquid ad ornatum aliquo modo pertinet: hic ergo lætitiæ magnitudinem Propheta demonstravit. Nam qui interfectis in bello spolia detrahunt, victoriam reportasse ac superiores adversariis fuisse intelliguntur, geminaque, partim ob victoriam qua potiti sunt, partim ob spolia quibus sunt ditati, voluptate perfruuntur. Eodem modo nos quoque, aiunt Patres, exsultabundi, divinos canones pectoribus admovemus, hoc est, perlibenti animo accipimus, et amplectimur; quos enim diligimus, pectora brachiis amplexi salutamus; vel intimo cordis affectu diligimus (est D namque in pectore cordis locus), eorumque constitutionis universas, neque ulla ex parte labefactatas conservamus, inquiunt, ac retinemus; ratis scilicet ac confirmatis iis canonibus, tum quos sancti apostoli, tum quos œcumenicæ, quosque item locales synodi, quos etiam extra synodicos conventus sancti Patres nostri edidere. Omnes namque, ejusdem sancti Spiritus lumine illustrati, utilia decrevere, ac omnia, inquiunt, ex illorum institutis nos quoque sancimus. Quos enim illi anathemate, aut depositione, aut segregatione, aut aliis pœnis afficiunt, illos eodem prorsus mulctæ genere nos quoque damnamus. Sint etenim mores

[33] II Cor. XII, 4. [34] Psal. CXVIII, 138. [35] Deut. IV, 2. [36] I Petr. I, 13. [37] Galat. I, 9.

sine avaritia, contenti præsentibus, inquit Apostolus. Quæ quidem verba synodi auctores usurpavere, illud, ut arbitror, indicantes, se nihil scilicet ad ea quæ jam ab antiquis Patribus constituta sunt ambitioni studentes adjungere, avarorum more, qui ad ea quæ possident aliquid addere assidue contendunt: sed præsentibus, iis nimirum quæ a sanctis Patribus definita sunt, esse contentos.

A μεθα τοῖς παροῦσι, τοῖς παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων δηλονότι ὁρισθεῖσιν.

ARIST. « Canones divinos, sanctorum nempe apostolorum, synodorum sex œcumenicarum, nec non topicarum, utique et sanctorum Patrum nostrorum ab uno scilicet et eodem Spiritu sancto inspiratorum, libenter amplectimur. Eos igitur quos ii anathematizarunt, et nos anathematizamus; quos deposuerunt, deponimus; quos segregarunt, segregamus; et quos pœnis subjecerunt, eosdem et nos pœnis subjicimus. »

ΑΡΙΣΤ. « Τοὺς θείους κανόνας ἀσπασίως ἐνστερνιζόμεθα, τῶν τε ἁγίων ἀποστόλων, τῶν ἐξ οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ τῶν τοπικῶν, πρὸς δὲ καὶ τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν, ὡς ἐξ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐμπνευσθέντων. Οὓς οὖν ἀνεθεμάτισαν, ἀναθεματίζομεν· καὶ οὓς καθεῖλον, καθαιροῦμεν· οὓς ἀφώρισαν, ἀφορίζομεν· καὶ οὓς ἐπετίμησαν, ἐπιτιμῶμεν. »

B

Septima hæc synodus secundo in Nicæa habebatur, sub Constantino exsecrandi impiique Copronymi nepote, et Irene matre ejus ex Athenis oriunda, congregatis consilio et adhortatione Tarasii archiepiscopi Constantinopolitani, trecentis sexaginta septem Patribus divinis. Conventus autem eorum erat adversus imaginum hostes sive Christianorum accusatores, et eos anathematizarunt: Ecclesiæ autem antiquum ejus ornatum restituerunt, eamque imaginum habere expressiones, et relative eas salutare recte definierunt: pari vero ratione etiam crucis honorabilis adorari figuram: amplectentes et confirmantes tum summa laude prædicandorum et sanctorum apostolorum, tum sex sanctorum C conciliorum generalium, et etiam provincialium canones; et eos qui ab illis anathematizati fuissent, anathematizarunt et ipsi, et depositione ob aliquod crimen damnatos, similiter et ipsi condemnarunt, segregatos autem segregarunt, et pœnis subjectos æqualibus pœnis subjecerunt; nihil omnino iis, quæ sanctis apostolis et divinis Patribus exposita et decreta fuerunt, vel addentes vel subtrahentes.

Ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ ἐγγόνου τοῦ τρισκαταράτου καὶ θεομισοῦς Κοπρωνύμου καὶ Εἰρήνης τῆς μητρὸς αὐτοῦ τῆς ἐξ Ἀθηνῶν ἡ παροῦσα ἑβδόμη γέγονε σύνοδος ἐν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον, συνελθόντων συμβουλῇ καὶ παραινέσει Ταρασίου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τριακοσίων ἑξήκοντα ἑπτὰ θεοφόρων Πατέρων. Ἡ δὲ συνέλευσις τούτων γέγονε κατὰ τῶν εἰκονομάχων ἤτοι Χριστιανοκατηγόρων· καὶ τούτους ἀνεθεμάτισαν. Τῇ δὲ Ἐκκλησίᾳ τὸν ἀρχαῖον αὐτῆς κόσμον ἀποδεδώκασι, καὶ τὰς εἰκονικὰς ἀνατυπώσεις ἔχειν αὐτὴν, καὶ σχετικῶς ἀσπάζεσθαι ταύτας, καλῶς διωρίσαντο· ὡσαύτως δὲ καὶ τὸν τύπον τοῦ τιμίου προσκυνεῖσθαι σταυροῦ· ἀσπασάμενοι καὶ κρατύναντες τούς τε τῶν πανευφήμων καὶ ἁγίων ἀποστόλων κανόνας, τῶν τε ἁγίων οἰκουμενικῶν ἓξ συνόδων, καὶ τῶν τοπικῶς συναθροισθεισῶν· καὶ τοὺς μὲν ἀναθεματισθέντας ὑπ' αὐτῶν ἀναθεματίζουσι καὶ αὐτοί· τοὺς δὲ καθαιρέσει διά τι πταῖσμα κατακριθέντας, ὡσαύτως καὶ οὗτοι καταδικάζουσι· τοὺς δὲ ἀφωρισμένους ἀφορίζουσι· καὶ τοὺς ἐπιτιμίοις καθυποβαλλομένους ἐπιτιμῶσιν ἐπίσης, μηδέν τι προστιθέντες ἢ ὑφαιροῦντες τῶν παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ τῶν θεοφόρων Πατέρων ἐκτεθέντων καὶ ὁρισθέντων.

287 CANON II.

« Quoniam psallentes Deo repromittimus, In justificationibus tuis meditabor, non obliviscar eloquiorum tuorum: omnes quidem Christianos hoc servare saluberrimum est; eos autem D præcipue qui sacerdotalem dignitatem obtinent. Quamobrem decernimus, quemlibet quidem, qui ad episcopalem gradum est provehendus, Psalterium omnino nosse, ut ex eo omnem quoque suum clericum ita institui moneat: a metropolitano autem bene examinari, an ad sacros canones diligenter ac cum perscrutatione, non autem obiter cursimque legendos prompto paratoque sit animo, et sacrum etiam Evangelium et librum divini Apostoli omnemque divinam Scripturam; et in divinis præceptis versari, et populum sibi commissum docere. Nostræ enim hierarchiæ substantiæ sunt eloquia divinitus tradita,

ΚΑΝΩΝ Β'.

« Ἐπειδήπερ ψάλλοντες συντασσόμεθα τῷ Θεῷ, Ἐν τοῖς δικαιώμασί σου μελετήσω, οὐκ ἐπιλήσομαι τῶν λόγων σου· » πάντας μὲν Χριστιανοὺς τοῦτο φυλάττειν σωτήριον, κατ' ἐξαίρετον δὲ τοὺς τὴν ἱερατικὴν ἀμπεχομένους ἀξίαν. Ὅθεν ὁρίζομεν πάντα τὸν προάγεσθαι μέλλοντα εἰς τὸν τῆς ἐπισκοπῆς βαθμὸν πάντως τὸν ψαλτῆρα γινώσκειν, ἵνα ὡς ἐκ τούτου καὶ πάντα τὸν κατ' αὐτὸν κλῆρον οὕτω νουθετῇ μυεῖσθαι· ἀνακρίνεσθαι δὲ ἀσφαλῶς ὑπὸ τοῦ μητροπολίτου, εἰ προθύμως ἔχει ἀναγινώσκειν ἐρευνητικῶς καὶ οὐ παροδευτικῶς τούς τε ἱεροὺς κανόνας, καὶ τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, τήν τε τοῦ θείου Ἀποστόλου βίβλον, καὶ πᾶσαν τὴν θείαν Γραφήν· καὶ κατὰ τὰ θεῖα ἐντάλματα ἀναστρέφεσθαι, καὶ διδάσκειν τὸν κατ' αὐτὸν λαόν. Οὐσία γὰρ τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίας ἐστὶ τὰ θεοπαράδοτα λόγια, ἤγουν ἡ τῶν θείων

« Γραφῶν ἀληθινὴ ἐπιστήμη, καθὼς ὁ μέγας « ἀπεφήνατο Διονύσιος. Εἰ δὲ ἀμφισβητοίη, καὶ « μὴ ἀσμενίζοι οὕτω ποιεῖν τε καὶ διδάσκειν, μὴ « χειροτονείσθω. Ἔφη γὰρ προφητικῶς ὁ Θεός· « Σὺ ἐπίγνωσιν ἀπώσω, κἀγὼ ἀπώσομαί σε τοῦ « μὴ ἱερατεύειν μοι. »

ΒΑΛΣ. Εἰδότες οἱ ἅγιοι Πατέρες ὅτι διὰ τὴν τῶν εἰκονομάχων αἵρεσιν οἱ πλείους πιστοὶ ἐξηγριώθησαν, ὡς φεύγοντες, καὶ μὴ δυνάμενοι κἂν εἰς ὄψιν ἀνθρώπων ἔρχεσθαι, εἶπον ὡς καὶ πάντες μὲν Χριστιανοὶ ἀναγκάζονται τὴν θείαν Γραφὴν ἀναγινώσκειν μετὰ ἐρεύνης· πολλῷ δὲ πλέον οἱ ἀρχιερεῖς, οἱ πρὸς τὸ διδάσκειν τὸν ὑπ' αὐτοὺς λαὸν τεταγμένοι. Διὸ καὶ ὥρισαν μὴ ἄλλως τινὰ χειροτονεῖσθαι, εἰ μὴ τὸν ψαλτῆρα γινώσκει, καὶ ἀνακρινόμενος ὑπὸ τοῦ μέλλοντος χειροτονεῖν αὐτὸν, ὁποίαν ἔφεσιν ἔχει περὶ τὴν μάθησιν τῆς θείας Γραφῆς, κατάθηται ἐπιμεληθῆναι τῆς ἀναγνώσεως τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων καὶ τῶν λοιπῶν, μετὰ ἐρεύνης δηλονότι, καὶ οὐ κατὰ πάροδον· ἀναστρέφεσθαι δὲ καὶ κατὰ τὰ θεῖα ἐντάλματα, καὶ διδάσκειν τοῦ Κυρίου λαὸν, καὶ ἁπλῶς εἶναι ἕτοιμον εἰς τὸ διδάσκειν καὶ ἀποκρίνεσθαι τὰ εἰκότα περὶ τῶν θεοπαραδότων λογίων τῶν ὄντων οὐσίαν ἤτοι σύστασιν τῆς ἱερωσύνης. Εἴποι δέ τις, Πῶς οἱ ἅγιοι Πατέρες οὐκ εἶπον ὀφείλειν χειροτονεῖσθαι τοὺς εἰδότας τοὺς ἱεροὺς κανόνας, τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον καὶ τὰ λοιπὰ, ἀλλὰ τοὺς εἰδότας μόνον τὸν ψαλτῆρα, καὶ ἐπαγγελλομένους ἐπιμεληθῆναι καὶ τῆς τῶν λοιπῶν μαθήσεως; Λύσις. Τὸ μὲν εἰδέναι τὸν ψαλτῆρα, ὡς ἀπῃτημένον ἐξ ἀνάγκης, ἀπῃτήθη καὶ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων ἀσυμπαθῶς τοὺς χειροτονεῖσθαι ὀφείλοντας· τῶν δὲ λοιπῶν θείων διδαγμάτων ἡ κατάληψις οὐκ ἐζητήθη, διὰ τὸ μὴ ὀφειλόμενον εἶναι καὶ τοὺς μήπω ἀξιωθέντας διδασκαλικοῦ ἀξιώματος ταῖς τοιαύταις ἀναγνώσεσι ἑαυτοὺς ἀπασχολεῖν, καὶ μᾶλλον τότε, ὅτε οἱ Χριστιανοὶ φυγαδείας κατεκρίνοντο. Ἵνα τί γοῦν, εἶπον, ὁ ἀπὸ τῶν ἄλλων βιωτικῶν ἴσως ἐργασιῶν εἰς χειροτονίαν μετακαλούμενος, καὶ διὰ τοῦτό τε καὶ διὰ τὴν τῶν ὀρθοδόξων στενοχωρίαν συγγνωμονούμενος, οὐ χειροτονηθείη, ὡς μὴ ἔχων κατάληψιν ἀκριβῆ τῆς θείας Γραφῆς; Διὸ, φασὶν, εἰ πρὸς ταύτην ἕτοιμός ἐστι, καὶ ἐπαγγέλλεται μετὰ διαθέσεως ἐπιμεληθῆναι τῆς ἀναγνώσεως αὐτῆς, χειροτονηθήσεται· ὅτι μετὰ τὸ ἀπαλλαγῆναι τῆς τῶν ἄλλων ὀχλήσεως, καὶ ἀναδέξασθαι τὸ διδασκαλικὸν ἀξίωμα, ἐξ ἀνάγκης οὐ καταισχύνει ἐπάγγελμα· ἀλλὰ γενήσεται τούτου καὶ μόνου, καὶ ῥᾳδίως ἕξει τὴν ἐπιστήμην τῆς θείας Γραφῆς.

ΖΩΝΑΡ. Πάντας μὲν δεῖ τοὺς πιστοὺς ἐν τοῖς τοῦ Θεοῦ μελετᾷν δικαιώμασι, καὶ μὴ ἐπιλανθάνεσθαι τῶν λόγων αὐτοῦ· ἐξαιρέτως δὲ τοὺς τὸ ἱερατικὸν ἀμπεχομένους, ἐνδεδυμένους, περικειμένους ἀξίωμα. Διὸ καὶ ὁ κανὼν οὗτος τὸν εἰς ἐπισκοπὴν προάγεσθαι

« divinarum scilicet Scripturarum vera scientia; sicut et magnus ait Dionysius. Si autem « dubius animi fuerit, et non libenter hæc « facere et docere voluerit, non ordinetur. « Prophetice enim dixit Deus: « Tu repulisti « scientiam, et ego te repellam ne sis mihi « sacerdos [58]. »

BALS. Cum scirent sancti Patres, quod propter imaginum adversariorum hæresin complures fideles fieri agrestesque evaserunt, ut qui fugerint, et ne in hominum quidem conspectum venire auderent, dixerunt, quod omnes quidem Christiani coguntur cum perscrutatione divinam Scripturam legere; multo autem magis antistites, qui ad sibi subjectum populum docendum ordinati sunt. Unde etiam definierunt, non alias ordinari quempiam, quam si norit psalterium, et ab eo, qui est ipsum ordinaturus, examinatus, quodnam sit ejus in sanctam Scripturam desiderium, asserat se sacrorum et divinorum canonum ac reliquorum lectioni operam dare cum diligenti scilicet investigatione, et non obiter: versari autem etiam in divinis præceptis, et Domini populum docere; et esse, ut semel dicam, promptum ad docendum et respondendum, quæ sunt consentanea, de eloquiis a Deo traditis, quæ quidem sunt substantia seu constitutio sacerdotii. Dixerit autem quispiam, cur sancti Patres non dixerunt eos debere ordinari, qui sacrum canonem norunt, sanctum Evangelium, et reliqua: sed eos qui psalterium tantum norunt, et profitentur se reliquorum quoque discendorum curam gerere? Solutio. Scire quidem psalterium, ut necessario requisitum, eos, qui citra ullam commiserationem ordinari debent a sanctis quoque Patribus postulatum est: reliquarum autem doctrinarum comprehensio non requirebatur, eo quod jure exigi non potest, ut qui docendi auctoritatem et munus nondum sunt assecuti in ejusmodi lectionibus versentur, et maxime eo tempore, quando Christiani exsilii pœna damnabantur. Quidni ergo, dixerunt, qui ab aliis, quibus victus paratur, artificiis ad ordinationem accersitur, cuique propterea, et propter orthodoxorum angustias, venia datur, ordinetur, ut qui non habeat exactam divinæ Scripturæ comprehensionem? Ideo, inquiunt, si ad eam paratus sit, et se ad eam diligenter legendam operam positurum profiteatur, ordinabitur: quia postquam ab aliarum rerum molestia est liberatus, et docendi auctoritatem suscepit, professionem suam dedecore non afficiat; sed in eo solo versetur necesse est, et divinæ Scripturæ scientiam facile assequetur.

ZONAR. Omnes quidem fideles in justificationibus Dei meditari, nec illius sermonum oblivisci decet: sed eos maxime, qui sacerdotalem dignitatem obtinent sive ea præditi atque ornati sunt. Quicunque igitur ad episcopatum fuerit evehendus, hunc

[58] Osee IV, 6.

præsens can. in psalterii cognitione versatum esse jubet, ut hoc pacto ab illo populus quoque initiari, hoc est eadem cognitione imbui discat. Examinari porro illum vult ab eo a quo renuntiandus est, metropolitano, **288** an sacros canones, Evangelium, Apostoli librum, omnia denique divinæ Scripturæ monumenta perlegere velit. Ac ita quidem perlegere, ut reconditas abditasque illorum sententias scrutetur, proindeque, et uniuscujusque rei rationem intelligat, et populo sibi commisso erudiendo sit idoneus*, ipsumque interrogantibus respondere paratus; juxta divinum Apostolum, qui jubet fideles, paratos esse semper respondere omni petenti ab ipsis rationem de ea, quæ in nobis est, spe: non autem perfunctorie, hoc est, alias res agens, et verbis solum recitandis occu- B patus, subjectas vero sententias cognitione nequaquam attingens. Nec solum ab eo sacrarum Litterarum studium, quod diximus, postulari; sed ut vitam præterea ac mores ad legis divinæ præscriptum normamque componat, exigi placet neque id tantum, sed ut in erudiendo præterea credito sibi populo elaboret. Sunt etenim ejus, quæ apud nos est, hierarchiæ substantia, ut magnus Dionysius indicavit, eloquia divinitus tradita, hoc est, divinarum Scripturarum vera cognitio. Substantia vero hierarchiæ divina Scriptura vocata est, quod ex illa nimirum tota ejus constitutio pendeat. De substantia porro, iis qui extra sunt, hoc tempore plura dicere alienum C mihi visum est. Vel enim qui se ad cognoscendos canones contulere liberali doctrina expoliti sunt, ejusque definitionem, et quæcunque de illa in prædicamentis traduntur, novere; vel, si politioris litteraturæ ignari sunt, frustra illis, quæcunque hac de re dici possunt, inculcaveris. Hæc igitur siquidem episcopus se facturum recipiat, ipseque hanc vitæ normam amplecti, tum in aliorum quoque moribus componendis laborem suscipere non recuset, eum ordinari Patres jubent: sin dubius sit animi, et non libenter accipiat, hoc est, amet, et prompto sit animo ita facere et docere, non ordinari. His præterea prophetæ verba subjiciunt.

A μέλλοντα κελεύει τὸν ψαλτῆρα γινώσκειν, ἵνα καὶ τὸν οἰκεῖον οὕτως ἐκπαιδεύῃ μυεῖσθαι λαὸν, ἀντὶ τοῦ μανθάνειν. Ἀνακρίνεσθαι δὲ βούλεται αὐτὸν παρὰ τοῦ μέλλοντος χειροτονῆσαι αὐτὸν μητροπολίτου, εἰ θέλει ἀναγινώσκειν τοὺς ἱεροὺς κανόνας, τὸ Εὐαγγέλιον, τὴν τοῦ Ἀποστόλου βίβλον, καὶ πᾶσαν τὴν θείαν Γραφήν. Ἀναγινώσκειν δὲ ἐρευνητικῶς, ὥστε εἰδέναι τὸν νοῦν ἑκάστου, καὶ ἱκανὸν εἶναι πρὸς διδασκαλίαν τοῦ ὑπ' αὐτὸν λαοῦ, καὶ ἕτοιμον πρὸς ἀπόκρισιν τοῖς ἐρωτῶσιν αὐτὸν, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, παραγγέλλοντα τοῖς πιστοῖς, ἵνα ἕτοιμοι ὦσιν ἀεὶ πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ αἰτοῦντι αὐτοὺς λόγον περὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἐλπίδος, ἀλλὰ μὴ παροδευτικῶς, ἤγουν ἀπροσέκτως, καὶ μόνα τὰ ῥήματα λέγοντα, τῆς δ' ἐννοίας μὴ προσ- B απτόμενον. Καὶ οὐ μόνον οὕτως ἀναγινώσκειν τὴν θείαν Γραφὴν ἀπαιτεῖσθαι αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ κατὰ θεῖα ἐντάλματα ἀναστρέφεσθαι καὶ βιοῦν· καὶ οὐδὲ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ διδάσκειν τὸν ὑπ' αὐτὸν λαόν. Οὐσία γὰρ τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίας τὰ θεοπαράδοτά εἰσι λόγια, ἤγουν ἡ τῶν θείων Γραφῶν ἀληθινὴ ἐπιστήμη, ὡς ὁ μέγας ἀπεφήνατο Διονύσιος. Οὐσία δὲ τῆς ἱεραρχίας ἐκλήθη ἡ θεία Γραφὴ, ὡς σύστασις ταύτης. Ἄκαιρον γάρ μοι κέκριται τὸ πλέον εἰπεῖν τι περὶ οὐσίας κατὰ τοὺς ἔξω. Ἢ γὰρ τῶν μετασχόντων παιδείας οἱ τοὺς κανόνας μετιόντες εἰσὶ, καὶ οἴδασι τὸν ὅρον ταύτης, καὶ ὅσα ἐν ταῖς κατηγορίαις περὶ αὐτῆς εἴρηται, ἢ ἄγευστοι παιδείας εἰσὶ, καὶ μάτην ὅσα ἄν τις εἴποι πρὸς C ἐκείνους εἰρήσονται. Εἰ μὲν οὖν ταῦτα ὑπισχνεῖται ποιεῖν, καὶ οὕτω βιοῦν, καὶ τοὺς ἄλλους ῥυθμίζειν, χειροτονεῖσθαι αὐτὸν κελεύουσιν οἱ Πατέρες· εἰ δὲ ἀμφιβάλλοι, καὶ μὴ ἀσμενίζοι, ἀντὶ τοῦ ἀγαπᾷ, προθυμεῖται, οὕτω ποιεῖν καὶ διδάσκειν, μὴ χειροτονεῖσθαι, καὶ ἐπὶ τούτοις ἐπάγουσι τὰ προφητικὰ ῥήματα.

ARIST. « Qui futurus est episcopus, Psalterium « noscat: pernoscat, quod legit, non simplici- « ter, sed cum perscrutatione, sacros canones, « sanctum Evangelium, Apostoli librum, et « divinam Scripturam universam: sin minus, « ne ordinetur.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ γενησόμενος ἐπίσκοπος γινωσκέτω « τὸ Ψαλτήριον· διαγινωσκέτω ὅτι ἀναγινώσκει « οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἐρευνητικῶς, τοὺς ἱεροὺς κα- « νόνας, τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, τὴν τοῦ Ἀποστό- « λου βίβλον, καὶ πᾶσαν τὴν θείαν Γραφήν· εἰ δὲ « μὴ, μὴ χειροτονείσθω. »

Eum, qui ad episcopatus gradum promovendus D est, oportet psalterium omnino noscere illudque interpretari, ut et clerum suum sic discere edoceat. Quam diligenter etiam a metropolitano examinari an sacros canones accurate potest legere, et sanctum Evangelium, et divini apostoli Pauli librum, et totam Scripturam divinam, et mentem illorum investigare, et quæ scripta sunt intelligere. Quandoquidem vera divinarum Scripturarum scientia est constitutio et ipsa hierarchiæ essentia secundum magnum Dionysium: et scientia sic instructum, eum ordinari: sin minus, non ordinari. Dixit enim

Τὸν μέλλοντα εἰς τὸν τῆς ἐπισκοπῆς προάγεσθαι βαθμὸν, δεῖ πάντως τὸν ψαλτῆρα γινώσκειν, καὶ ἑρμηνεύειν αὐτὸν, ἵνα καὶ τὸν ὑπ' αὐτὸν κλῆρον οὕτω μανθάνειν διδάσκῃ. Ἐξετάζεσθαι δὲ ἀσφαλῶς καὶ ὑπὸ τοῦ μητροπολίτου, εἰ ἐπιμελῶς δύναται τοὺς ἱεροὺς κανόνας ἀναγινώσκειν, τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, τὴν τοῦ θείου ἀποστόλου Παύλου βίβλον, καὶ πᾶσαν τὴν θείαν Γραφὴν, καὶ τὸν νοῦν αὐτῶν ἐρευνᾷν, καὶ συνιέναι τὰ γεγραμμένα· διότι σύστασις καὶ οὐσία τῆς ἀρχιερωσύνης ἡ τῶν θείων Γραφῶν ἐστιν ἀληθινὴ ἐπιστήμη, κατὰ τὸν μέγαν Διονύσιον· καὶ οὕτως ἔχοντα γνώσεως χειροτονεῖσθαι αὐτόν· εἰ δὲ

μή, μὴ χειροτονεῖσθαι. Εἶπε γὰρ ὁ Θεὸς διὰ τοῦ A προφήτου· *Σὺ ἐπίγνωσιν ἀπώσω, κἀγὼ ἀπώσομαι σέ, τοῦ μὴ ἱερατεύειν μοι.*

ΚΑΝΩΝ Γʹ.

« Πᾶσαν ψῆφον γινομένην παρὰ ἀρχόντων, ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου ἢ διακόνου, ἄκυρον μένειν κατὰ τὸν κανόνα τὸν λέγοντα· « Εἴ τις ἐπίσκοπος, κοσμικοῖς ἄρχουσι χρησάμενος, δι' αὐτῶν ἐγκρατὴς ἐκκλησίας γένηται, καθαιρείσθω καὶ ἀφοριζέσθω, καὶ οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες. » Δεῖ γὰρ τὸν μέλλοντα προβιβάζεσθαι εἰς ἐπισκοπήν, ὑπὸ ἐπισκόπων ψηφίζεσθαι· καθὼς παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ ὥρισται ἐν τῷ κανόνι τῷ λέγοντι· Ἐπίσκοπον προσήκει μάλιστα μὲν ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ καθίστασθαι· εἰ δὲ δυσχερὲς εἴη B τοῦτο ἢ διὰ κατεπείγουσαν ἀνάγκην ἢ διὰ μῆκος ὁδοῦ, ἐξάπαντος τρεῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναγομένους (συμψήφων γινομένων καὶ τῶν ἀπόντων καὶ συντιθεμένων διὰ γραμμάτων), τότε τὴν χειροτονίαν ποιεῖσθαι. Τὸ δὲ κῦρος τῶν γινομένων δίδοσθαι καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν τῷ μητροπολίτῃ. »

ΒΑΛΣ. Ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς παρούσης συνόδου ἐψηφίσαντό τινες, ὡς ἔοικεν, ἀπὸ ἐξουσίας τινῶν παραδυναστευόντων ὑπεναντίως τῷ περὶ τούτου ἀποστολικῷ κανόνι. Μὴ ἀνεχόμενοι οὖν τοῦτο οἱ ἅγιοι Πατέρες, ὥρισαν τὴν τοιαύτην ψῆφον ἄκυρον εἶναι ἀκολούθως τῷ ῥηθέντι ἀποστολικῷ κανόνι, τῷ διοριζομένῳ τοὺς οὕτω ψηφισθέντας καθαιρεῖσθαι C καὶ ἀφορίζεσθαι, τοὺς δὲ κοινωνήσαντας αὐτοῖς ἀφορίζεσθαι· τὴν μέντοι ψῆφον ὀφείλει γίνεσθαι κατὰ τὸν δʹ. κανόνα τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ. Καὶ ἀνάγνωσον οὖν τὸν τοιοῦτον κανόνα, καὶ τὸν λʹ κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ τὰς ἑρμηνείας αὐτῶν. Τί δέ, τῶν κανόνων μὴ διοριζομένων διὰ ψήφου γίνεσθαι τὰς χειροτονίας τῶν πρεσβυτέρων καὶ τῶν διακόνων, ἀλλὰ μόνον τῶν ἐπισκόπων, πῶς ὁ κανών φησιν ἀκυροῦσθαι τὰς παρὰ ἀρχόντων γινομένας ψήφους ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων καὶ διακόνων; *Λύσις*. Τινὲς εἶπον καὶ τὰς τρεῖς χειροτονίας ἐπὶ ἑνὸς προσώπου ὀφείλειν ἐκλαμβάνεσθαι, καὶ τὴν οὕτω γενομένην ψῆφον χάριν τοῦδέ τινος, ἐφ' ᾧ γενέσθαι διάκονον, πρεσβύτερον, καὶ οὕτως ἐπίσκοπον, ἄκυρον εἶναι· ἕτεροι εἶπον D ὅτι τὸ παλαιὸν αἱ ψῆφοι παρὰ τοῦ δήμου ἐγίνοντο, καὶ ἐψηφίζοντο οὐ μόνον ἐπίσκοποι, ἀλλὰ καὶ πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι· καὶ διὰ τοῦτο εἶπεν ὁ κανὼν τὰς κατὰ δυναστείαν ἀρχοντικὴν γινομένας ψήφους ἐπισκόπων ἢ πρεσβυτέρων ἢ διακόνων ἀκυροῦσθαι· ἄλλοι δὲ εἶπον, ὡς ἐπὶ μὲν ἐπισκόπου ἡ ψῆφος κατὰ κυριωνυμίαν ἐῤῥέθη, ἐπὶ δὲ πρεσβυτέρου καὶ διακόνου καταχρηστικῶς· ἀντὶ γὰρ χειροτονίας ἐξελήφθη· ὅπερ καὶ ἐμοὶ ἀρέσκει, εὑρίσκοντι καὶ ἑτέρους κανόνας τὴν ψῆφον ἀντὶ χειροτονίας ἐκλαμβανομένους. Τῶν δὲ ἀρχόντων μὴ δυναμένων ὅλως

Deus per prophetam: *Tu scientiam repulisti, et ego te repellam, ne sis mihi sacerdos.*

CANON III.

« Omnem electionem episcopi vel presbyteri vel diaconi, quæ fit a magistratibus, irritam manere, ex canone dicente: Si quis episcopus, sæcularibus magistratibus usus, per eos ecclesiam obtinuerit, deponatur et segregetur, et omnes qui cum eo communicant. Oportet enim eum, qui ad episcopatum promovendus est, ab episcopis eligi; quemadmodum a sanctis Patribus Nicææ decretum est in canone, qui dicit: Episcopum oportet maxime quidem ab omnibus, qui sunt in provincia, constitui: si autem hoc difficile fuerit, vel propter urgentem necessitatem, vel propter viæ longitudinem, tres omnino eodem convenientes, (iis quoque, qui absunt, simul suffragium ferentibus et assentientibus per litteras) tunc facere electionem. Eorum autem, quæ per unamquamque provinciam fiunt, confirmationem tribui metropolitano. »

BALS. Tempore præsentis synodi eligebantur quidam, ut est verisimile, quorumdam procerum potestate **289** contra quam canone apostolico traditum est. Hoc ergo sancti Patres non sustinentes, statuerunt, dictam electionem esse irritam consequenter dicto apostolico canoni, qui decernit eos qui sic electi fuerint, deponendos et segregandos, eosque excommunicandos qui cum illis communicaverint: oportet autem electionem fieri prout vult canon 4 sanctorum Patrum concilii Nicæni. Et illum itaque canonem et 30 sanctorum apostolorum eorumque interpretationes lege. Atqui cum non decernant canones presbyterorum et diaconorum ordinationes electione fieri, sed solum episcoporum; quomodo dicit canon irritas esse electiones episcoporum, presbyterorum et diaconorum, quæ fiunt a magistratibus? *Solutio.* Dicebant quidam, tres ordinationes in una persona intelligi debere, et eam quæ sic fit electionem alicujus, ea de causa ut fiat diaconus, presbyter, et sic episcopus, nullius esse momenti. Alii dicebant, quod antiquitus electiones fiebant a populo, et eligebantur, non solum episcopi, sed etiam presbyteri et diaconi: et propterea dixit canon: Quæ magistratus auctoritate fiunt, electiones episcoporum vel presbyterorum vel diaconorum, non valere. Alii autem dixerunt, quod in episcopo quidem electio proprie dicta est; in presbytero autem et diacono abusive: pro ordinatione enim accepta est; quod mihi quoque placet, cum inveniam alios etiam canones, qui electiones pro ordinatione accipiunt. Cum autem non possint omnino magistratus episcoporum eligere, quomodo

Guill. Beveregii notæ.

(18) *Τοὺς δὲ κοινωνήσαντας αὐτοῖς ἀφορίζεσθαι.* Hæc verba in Parisiensi editione desiderata ex ms. Bodleiano supplevimus, cui Amerbachianus cum Tiliano suffragatur.

decernit canon ut quæ ab iis fiunt electiones sint irritæ? *Solutio*. De electionibus, quæ a magistratibus vel principibus fiunt, non decernit hic canon, sed de electionibus episcoporum, quæ principum seu magistratuum potestate procedunt: et de electionibus seu ordinationibus presbyterorum vel diaconorum, quæ simili jussu procedunt. Dicit ergo, quod etiamsi opinione ac specie ab antistitibus, penes quos est eligendi potestas, fiant, quoniam tamen potentia ac vi procedunt, infirmari debent et resolvi.

ψηφίζεσθαι ἐπισκόπους, πῶς ὁ κανὼν διορίζεται ἀκυροῦσθαι τὰς παρὰ τούτων γινομένας ψήφους; *Λύσις*. Οὐ περὶ ψήφων παρὰ ἀρχόντων γινομένων ὁ κανὼν θεσπίζει, ἀλλὰ περὶ ψήφων ἐπισκόπων, προβαινουσῶν κατὰ ἐξουσίαν ἀρχοντικὴν, καὶ περὶ ψήφων ἤτοι χειροτονιῶν πρεσβυτέρων ἢ διακόνων, προβαινουσῶν κατὰ κέλευσιν ὁμοίαν. Φησὶ γοῦν ὡς, κἂν τῷ δοκεῖν παρὰ τῶν ἐχόντων ἐξουσίαν ἀρχιερέων γίνωνται, ἀλλ' ἐπεὶ κατὰ δυναστείαν καὶ βίαν προβαίνουσιν, ὀφείλουσιν ἀκυροῦσθαι καὶ ἀναλύεσθαι.

ZONAR. Vetus malum improbitas est. Et vero antiquis etiam temporibus aliqua contra legum sanctiones admittebantur, ac principes viri, potentia imperii freti, episcopos eligebant, et presbyteros ac diaconos fieri pro potestate jubebant. Nihil igitur ejusmodi synodus in posterum licere decernit, profertque apostolicum canonem, quo, si quis episcopus magistratuum opera Ecclesiam obtinuerit, illum depositione simul ac segregatione (magno videlicet supplicio, qui id fecerit, dignum existimans), nec illum tantum, sed quicunque ab ejusdem communione non abstinuerit, puniri jubet. Ab episcopis autem eum, qui ad episcopatum evehendus est, renuntiari placet, ac quarti canonis a sanctis Patribus in Nicæna synodo editi mentionem adjungit, qui ibidem explicatur.

ΖΩΝΑΡ. Παλαιὰ ἡ κακία. Ἐγίνοντο γὰρ καὶ πάλαι ἄθεσμά τινα, καὶ ἄρχοντες τῇ δυναστείᾳ θαῤῥοῦντες ἐψηφίζοντο ἐπισκόπους, καὶ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους προσέτασσον γίνεσθαι. Ταῦτα οὖν ἡ σύνοδος κωλύει, τὸν ἀποστολικὸν κανόνα παράγουσα, ὃς τὸν δι' ἀρχόντων ἐγκρατῆ γενόμενον ἐκκλησίας ἐπίσκοπον καθαιρεῖ ἅμα καὶ ἀφορίζει, μεγάλης τιμωρίας ἀξιῶν τὸν τοῦτο ποιοῦντα, καὶ οὐκ ἐκεῖνον μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς κοινωνοῦντας αὐτῷ. Ὁρίζει δὲ ὑπὸ ἐπισκόπων τὸν εἰς ἐπισκοπὴν προαχθήσεσθαι ψηφίζεσθαι μέλλοντα, καὶ μέμνηται τοῦ τετάρτου κανόνος τῶν ἐν Νικαίᾳ ἁγίων Πατέρων, ὃς ἐξηγήθη ἐκεῖ.

« ARIST. Omnis electio a sæcularibus magistratibus facta irrita sit. »

In multis canonibus dicitur, quod ab omnibus cujusque provinciæ episcopis (si quidem fieri id potest) eligi debet, qui ad episcopatum est promovendus: sin minus, a tribus saltem episcopis, absentibus etiam per litteras suffragia sua ferentibus. Sæcularibus autem principibus uti quemlibet, et per eos Ecclesiæ alicujus possessorem fieri, non modo infirmum est, sed et depositionem et segregationem ei affert, qui tali modo sacerdotium obtinuit.

ΑΡΙΣΤ. « Πᾶσα ψῆφος ὑπὸ κοσμικῶν ἀρχόντων γινομένη ἄκυρος ἔστω. »

Ἐν πολλοῖς τῶν κανόνων εἴρηται τὸ ὑπὸ πάντων τῶν ἐπισκόπων ἑκάστης ἐπαρχίας ὀφείλειν ψηφίζεσθαι (εἴγε τοῦτο δυνατὸν) τὸν μέλλοντα εἰς ἐπισκοπὴν προβιβάζεσθαι· εἰ δὲ μὴ, κἂν ὑπὸ τριῶν ἐπισκόπων, συμψήφων γινομένων καὶ τῶν ἀπόντων διὰ γραμμάτων. Τὸ δὲ κοσμικοῖς ἄρχουσι χρήσασθαί τινα, καὶ δι' αὐτῶν ἐκκλησίας τινὸς ἐγκρατῆ γενέσθαι, οὐ μόνον ἐστὶν ἀνίσχυρον, ἀλλὰ καθαίρεσιν καὶ ἀφορισμὸν ἐπάγει τῷ τοιουτοτρόπως τῆς ἱερωσύνης τυχόντι.

290 CANON IV.

BALS. Mos erat ecclesiasticus divina templa per sanctas martyrum reliquias consecrare. Christianorum autem accusatores, seu imaginum hostes exustoresque, qui venerabilium et sanctarum imaginum cultores **297** idololatras esse dicunt, ultra eorum hæresin et adversus orthodoxos insaniam, veneranda quoque templa sine sanctis reliquiis consecrarunt. Dicunt ergo Patres, quod humana peccata alia quoque peccata consequuntur, ut dicit magnus apostolus Paulus. Et quoniam Iconomachorum hæresin alia quoque mala subsecuta sunt (prætermissæ sunt enim necessariæ consuetudines ecclesiasticæ), decernimus, ut templa, quæ absque reliquiis consecrata fuere, rursus per reliquias consecrentur, et sic deinceps fiat: ii autem, qui templa sine sanctis reliquiis consecrant, deponantur. Et hæc quidem canon. Dixit autem nonnemo, Et quomodo oratoria hodie sine reliquiarum depositione consecrantur? Et cur sacra in eis non celebrantur etiam ab episcopis, sed a solis sacerdotibus? Eique responsum fuit: Quod quæ fiunt ab antistitibus superaltaria, eo tempore quo fit templi consecratio, oratoriis tradita sufficiunt pro consecratione, sive dedicatione ac inthronizatione, encæniis et apertionibus. Propterea enim et ἀντιμίνσια appellata sunt, quod multas ejusmodi mensas exprimant et referant, quæ sanctam Dominicam mensam perficiunt. Cæterum antistites sacra non faciunt in oratoriis, quæ non sunt dedicata, quoniam præsulatus dignitas deprimitur, si non sit thronus in quo episcopus apostolice collocatur, nec alia quæ templi consecrationem decoremque constituunt. Cum autem interrogassent aliqui, Quando fit ecclesiarum consecratio? responso acceperunt, quod fundamenti quidem locatio fit per solam orationem episcopi illius regionis, et crucis fixionem: consecratio autem post templi perfectionem, quando fiunt encænia et apertiones et inthronizatio, et universa ejus perfectio, sacro chrismate inuncti, et martyrum reliquias suscipientis. Cum instaret autem quispiam, debere deponi antistitem, qui in non dedicata ecclesia sacrificaverat, quemadmodum deponitur et qui templum consecrat sine sanctis reliquiis: sanctissimus ille patriarcha dominus Lucas pronuntiavit, alio quodam talem esse pu-

A « οὖν σεπτοὶ ναοὶ καθιερώθησαν ἐκτὸς ἁγίων « λειψάνων μαρτύρων, ὁρίζομεν ἐν αὐτοῖς κατάθεσιν γίνεσθαι λειψάνων μετὰ τῆς συνήθους « εὐχῆς. Ὁ δὲ ἄνευ ἁγίων λειψάνων καθιερῶν « ναὸν, καθαιρείσθω, ὡς παραβεβηκὼς τὰς ἐκκλησιαστικὰς παραδόσεις (23). »

ΒΑΛΣ. Ἔθος ἦν ἐκκλησιαστικὸν τοὺς θείους ναοὺς καθιεροῦσθαι διὰ ἁγίων λειψάνων μαρτυρικῶν. Οἱ δὲ Χριστιανοκατήγοροι, ἤγουν εἰκονοκαῦται, οἱ λέγοντες τοὺς προσκυνητὰς τῶν σεπτῶν καὶ ἁγίων εἰκόνων εἰδωλολάτρας, ἐπέκεινα τῆς αἱρέσεως αὐτῶν καὶ τῆς κατὰ τῶν ὀρθοδόξων μανίας, καὶ σεπτοὺς ναοὺς καθιέρωσαν ἐκτὸς ἁγίων λειψάνων. Φασὶν οὖν οἱ Πατέρες ὅτι ταῖς ἀνθρωπίναις ἁμαρτίαις ἐπακο- B λουθοῦσι καὶ ἕτεραι ἁμαρτίαι, κατὰ τὸν μέγαν ἀπόστολον Παῦλον. Καὶ ἐπεὶ τῇ αἱρέσει τῶν εἰκονομάχων καὶ ἄλλα κακὰ ἐπηκολούθησαν (παρελείφθησαν γὰρ ἔθιμα ἐκκλησιαστικὰ ἀναγκαῖα), ὁρίζομεν τοὺς καθιερωθέντας ναοὺς ἄνευ ἁγίων λειψάνων πάλιν καθιερωθῆναι διὰ λειψάνων, καὶ ἐφεξῆς οὕτω γίνεσθαι· τοὺς δὲ καθιεροῦντας ναοὺς χωρὶς ἁγίων λειψάνων καθαιρεῖσθαι. Καὶ ὁ μὲν κανὼν ταῦτα. Εἶπε δέ τις· Καὶ πῶς ἄνευ καταθέσεως λειψάνων σήμερον τὰ εὐκτήρια καθιεροῦνται; Καὶ διὰ τί οὐ γίνονται ἱεροτελεστίαι ἐν αὐτοῖς καὶ παρὰ ἐπισκόπων, ἀλλὰ παρὰ ἱερέων μόνων; Καὶ ἤκουσεν ὡς τὰ γινόμενα παρὰ τῶν ἀρχιερέων ἀντιμίνσια, καθ' ὃν καιρὸν καθιέρωσις ναοῦ γίνεται, διαδιδόμενα εἰς εὐκτηρίους C οἴκους, ἀρκοῦσιν ἀντὶ καθιερώσεως ἤτοι ἐνθρονισμοῦ, καὶ ἐγκαινίων καὶ ἀνοιξίων. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἀντιμίνσια ἐκλήθησαν, ἤτοι ἀντιπρόσωπα καὶ ἀντίτυπα τῶν πολλῶν τοιούτων μίνσων τῶν καταρτιζόντων τὴν ἁγίαν Δεσποτικὴν τράπεζαν. Οἱ μέντοι ἀρχιερεῖς οὐ ποιοῦσιν ἱεροτελεστίας εἰς εὐκτηρίους ἀνενθρονίστους ναοὺς, διότι τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα ὑποβιβάζεται, θρόνου μὴ ὄντος αὐτίκα εἰς ὃν ἀποστολικῶς ὁ ἐπίσκοπος καθιδρύεται, μηδὲ τῶν ἄλλων τῶν συνιστάντων τὴν τοῦ ναοῦ καθιέρωσιν καὶ εὐπρέπειαν. Ἐρωτήσαντες δέ τινες, Πότε ἡ καθιέρωσις γίνεται τῶν ἐκκλησιῶν; ἤκουσαν ὅτι ἡ μὲν πῆξις τοῦ θεμελίου διὰ εὐχῆς μόνης καὶ σταυροπηγίου τοῦ κατὰ χώραν ἐπισκόπου γίνεται· ἡ δὲ καθιέρωσις μετὰ τὸν ἀπαρτισμὸν τοῦ ναοῦ, ὅτε τελοῦνται τὰ D ἀνοίξια (24) καὶ ὁ ἐνθρονισμὸς, καὶ ὁ ἅπας τούτου ἀπαρτισμὸς ὑπὸ ἁγίου μύρου χριομένου, καὶ λείψανα μαρτυρικὰ ὑποδεχομένου. Διενισταμένου δέ τινος ὀφείλειν καθαιρεθῆναι ἀρχιερέα τινά ποτε εἰς ἀνενθρόνιστον ἐκκλησίαν ἱερουργήσαντα, καθὼς καθαιρεῖται καὶ ὁ καθιερῶν ναὸν ἄνευ ἁγίων λειψάνων· ὁ ἁγιώτατος ἐκεῖνος πατριάρχης κυρὸς Λουκᾶς ἀπεφήνατο ἄλλως πως τὸν τοιοῦτον ἀρχιερέα κολασθῆναι, κατὰ τὸ δοκοῦν δηλαδὴ τῇ συνόδῳ, οὐ μὴν διὰ

Guill. Beveregii notæ.

(23) *Τὰς ἐκκλησιαστικὰς παραδόσεις*. In codice nostro Bodleiano, post hæc ultima hujus canonis verba leguntur, Σημείωσαι ἀπὸ τοῦ παρόντος ζ' κανόνος ὅτι χωρὶς ἁγίων λειψάνων ναοὶ οὐ καθιεροῦνται. Ἔχε δὲ ἐπὶ μνήμην τὰ εἰς τὴν ἑρμηνείαν τοῦ παρόντος κανόνος γραφέντα χάριν τῶν εὐκτηρίων καὶ τῶν ἀντιμινσίων. Cum autem adeo apertum sit hæc ex margine in textum irrepsisse, hic potius ea adnotare quam illic inserere visum est.

(24) *Ὅτε τελοῦνται τὰ ἀνοίξια*. Legendum est, ὅτε τελοῦνται τὰ ἐγκαίνια καὶ τὰ ἀνοίξια. Sic enim omnes legunt codices, tam impressi quam manuscripti.

καθαιρέσεως· ὅτι κατὰ πολὺ ἀκατάλληλά εἰσι τὰ ἐπταισμένα.

ΖΩΝΑΡ. Τοῦτο τὸ ἀποστολικὸν ῥητὸν ὁ μὲν μέγας Βασίλειος ἄλλως ἐξελάβετο· οὗτοι δὲ οἱ Πατέρες ἐνταῦθα ἁπλοϊκώτερον ἐδέξαντο τὸ, ἐπακολουθοῦσι, τὸ ἕπεσθαι δηλονότι ταῖς προλαβούσαις ἁμαρτίαις καὶ ἑτέραις· καὶ τοῦτο ἐκβῆναί φασιν ἐπὶ τῶν εἰκονομάχων. Ἐκείνους γὰρ ὀνομάζουσι Χριστιανοκατηγόρους, ὡς κατηγοροῦντας τῶν Χριστιανῶν εἰδωλολατρείαν. Οὐ μόνον γὰρ τὰς ἐκκλησίας τοῦ κόσμου τῶν σεπτῶν εἰκόνων ἐστέρησαν, ἀλλὰ καὶ ἔθη παλαιὰ παραλελοίπασιν, ἃ καὶ ἀνανεοῦσιν οὗτοι, ἵνα καὶ ἡ ἔγγραφος θεσμοθεσία καὶ ἡ ἄγραφος συνήθεια κρατῇ. Τὸ δὲ παραλειφθὲν ἔθος ἦν τὸ ἐν ταῖς καθιερώσεσι τῶν θείων ναῶν μὴ γίνεσθαι καταθέσεις λειψάνων ἁγίων. Ὅσοι οὖν, φασὶ, χωρὶς καταθέσεως ἁγίων λειψάνων καθιερώθησαν ναοὶ, δεξάσθωσαν νῦν καὶ ἅγια λείψανα κατατιθέμενα ἐν αὐτοῖς. Ὁ δὲ καθιερῶν ναὸν χωρὶς ἱερῶν λειψάνων καθαιρείσθω, ὡς παραβάτης τῶν ἐκκλησιατικῶν παραδόσεων.

niendum antistitem, prout scilicet synodo visum fuerit, sed non per depositionem. Delicta enim ea sunt longe lateque dissidentia.

ZONAR. Magnus quidem Basilius aliter hoc apostoli dictum interpretatus est. Hi vero Patres verbum illud, consequuntur, paulo simplicius accepere, ut ad priora scilicet facinora alia quoque solere sequi intelligendum sit. Quod quidem Iconomachis aiunt contigisse. Illos namque Christianorum accusatores nominant, quippe qui Christianos idololatriæ accusarent. Nec enim ii solum ecclesias sacrarum imaginum ornamentis spoliavere, sed antiquas etiam consuetudines reliquere; quæ quidem, ut simul et scriptis consignata lex, et non scripta quoque consuetudo servetur, hujus canonis decreto renovantur. Consuetudo porro prætermissa ea fuit, quod cum divina templa consecrarentur, nullæ simul in eis sanctorum reliquiæ conderentur. Quæcunque ergo templa, inquiunt, absque conditis sanctorum reliquiis consecrata sunt, in eis sacræ quoque reliquiæ hoc demum tempore collocentur. Qui vero templum, non adhibitis sanctorum reliquiis consecraverit, eum, quippe traditionum quas a majoribus accepimus transgressorem, deponi jubent.

ΑΡΙΣΤ. « Κατατιθέσθω μαρτύρων ἅγια λείψανα « ἐν τοῖς ἄνευ αὐτῶν καθιερωθεῖσι ναοῖς μετὰ τῆς « συνήθους εὐχῆς. Ὁ δὲ ἄνευ τούτων καθιερώσας « καθαιρείσθω, ὡς παραβὰς τὰς ἐκκλησιαστικὰς « παραδόσεις. »

Ὅσοι μὲν ναοὶ πρὸ τῆς συνόδου ταύτης ἄνευ τῆς συνήθους εὐχῆς τῶν ἐπισκόπων καὶ λειψάνων ἁγίων μαρτύρων ἀνῳκοδομήθησαν, ὡρίσθη γενέσθαι κατάθεσιν ἐν αὐτοῖς λειψάνων ἁγίων καὶ τὴν συνήθη εὐχὴν τελεσθῆναι· ὅσοι δὲ μετὰ τὴν σύνοδον ταύτην εὑρεθῶσι χωρὶς λειψάνων καθιεροῦντες ναὸν, καθαιρεῖσθαι κατεδικάσθησαν, ὡς παραβάται τῶν ἐκκλησιαστικῶν παραδόσεων.

ARIST. « Sanctæ martyrum reliquiæ in templis « quæ absque iis consecrata sunt, idque cum « consuetis precibus, reponantur. Qui autem « absque iis consecrat, ut ecclesiasticas tradi- « tiones transgressus, deponatur. »

Quæcunque templa ante hanc synodum, sine consuetis episcoporum precibus et sanctorum martyrum reliquiis, fundata fuerunt, in eis sanctas reliquias deponi, et consuetas preces celebrari definitum est. Quicunque autem post hanc synodum sine reliquiis templum consecrasse deprehendantur, depositione damnantur, ut traditionum ecclesiasticarum transgressores.

ΚΑΝΩΝ Η'.

« Ἐπειδὴ πλανώμενοί τινες ἐκ τῆς τῶν Ἑβραίων « θρησκείας μυκτηρίζειν ἔδοξαν Χριστὸν τὸν Θεὸν « ἡμῶν, προσποιούμενοι μὲν Χριστιανίζειν, « αὐτὸν δὲ ἀρνούμενοι κρύβδην, καὶ λαθραίως « σαββατίζοντες, καὶ ἕτερα Ἰουδαϊκὰ ποιοῦντες· « ὁρίζομεν τούτους μήτε εἰς κοινωνίαν, μήτε εἰς « εὐχὴν, μήτε εἰς ἐκκλησίαν δέχεσθαι· ἀλλὰ φα- « νερῶς εἶναι κατὰ τὴν ἑαυτῶν θρησκείαν Ἑβ- « ραίους· μήτε τοὺς παῖδας αὐτῶν βαπτίζειν, « μήτε δοῦλον ὠνεῖσθαι ἢ κτᾶσθαι. Εἰ δὲ ἐξ εἰλι- « κρινοῦς πίστεως ἐπιστρέψει τις ἐξ αὐτῶν καὶ « ὁμολογήσει ἐξ ὅλης καρδίας, θριαμβεύων τὰ « κατ' αὐτῶν ἔθη καὶ πράγματα, πρὸς τὸ καὶ « ἄλλους ἐλεγχθῆναι καὶ διορθώσασθαι, τοῦτον « προσδέχεσθαι, καὶ βαπτίζειν τοὺς παῖδας αὐ- « τοῦ, καὶ ἀσφαλίζεσθαι αὐτοὺς ἀποστῆναι τῶν « Ἑβραϊκῶν ἐπιτηδευμάτων· εἰ δὲ μὴ οὕτως « ἔχοιεν, μηδαμῶς αὐτοὺς προσδέχεσθαι. »

298 CANON VIII.

« Quoniam Hebræorum religionis quidam errantes « Christum Deum nostrum subsannare visi sunt, « sese quidem Christianos esse fingentes, ipsum « autem occulte negant, et clanculum Sabbata « observant, et multa alia Judaica faciunt: « statuimus, ut isti neque ad communionem, « neque ad orationem, neque ad ecclesiam ad- « mittantur; sed aperte sint secundum suam « religionem Hebræi, et neque filios suos bapti- « zent, neque servum emant vel possideant. Si « autem ex pura et sincera fide quis eorum « conversus, et ex toto corde confessus fuerit, « eorum moribus et rebus insultans ac veluti « triumphum agens, ut et alii refellantur et « corrigantur; eum recipiant, et baptizent ejus « liberos; et caveant ipsi se ab Hebræorum « studiis et institutis desciturus: sin autem non « ita se gerant, eos nullo modo admittant. »

ΒΑΛΣ. Ἰουδαῖοί τινες, ἔνοχοι καταστάντες ἐπί τισιν ὑποθέσεσιν, καὶ θέλοντες ταύτας ἐκφυγεῖν, προσήρχοντο τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, καὶ προσεποιοῦντο μὲν τὰ τῶν Χριστιανῶν φρονεῖν, τῇ ἀληθείᾳ δὲ τὰ

BALS. Judæi quidam, cum quorumdam criminum rei agerentur, vellent autem damnationem effugere, ad fidem Christianam accedebant, et se Christiana quidem sentire præ se ferebant, sed

Judaica revera sentiebant, Sabbata clanculum observantes, et nostra lacerantes; suos autem liberos baptizabant, et alia quædam pia faciebant ut orthodoxi fortasse viderentur. Dicunt ergo Patres, eos non in aliquam communionem admittendos, nec permittendum ut filii eorum baptizentur, nec ut Christianum servum ullo modo possideant, sed juxta Hebræorum religionem se aperte gerant. Si quis autem a Judaica impietate, cum bona affectione, et sine necessitate vel simulatione, ad orthodoxam fidem conversus fuerit, et Judaicis moribus valedixerit, et toto animo de iis triumphum egerit, et confessus fuerit ea quæ ab aliquibus prætextu facta sunt, et ad Christianorum fidei ludificationem respiciunt, ut et illi convincantur et corrigantur: ipse et ejus liberi ad communionem admittantur, et baptizentur, si prius caverint fore ut a Judaicis traditionibus et studiis abstineant. Nota igitur ista propter sacerdotes qui Sarracenorum filios baptizant; et baptismum, qui ab illis propter corporis sanitatem expetitur, non esse admittendum. Quadragesimum vero quartum caput primi tit. primi lib. Basil. inquit: Judæus qui se Christianum esse velle præ se ferens, ut qui adversus se accusationem vel mutui actionem exspectet, ad ecclesiam confugit, debito non soluto, vel a crimine non absolutus, ne admittatur. Quære et caput 47 ejusdem lib. et tit.: Judæus mancipium Christianum ne habeat, nec catechumenum circumcidat, nec alius hæreticus Christianum servum habeat. Et cap. 54: Samaritanus autem nullus servum Christianum habebit: sed cum primum eum possederit, statim in libertatem vindicetur. Si servus autem ejusdem cum ipso perversæ opinionis fuerit, licebit ei Christianam amplectenti opinionem, statim etiam Romanam libertatem assequi.

ZONAR. Quidam ex Judæis se fidei studio teneri, Christianamque religionem amplecti velle, simulabant: Christum vero illi subsannabant, hoc est, Christo, privatim ab eo deficientes, illudebant, atque Sabbata secreto colebant, et alios Judæorum ritus, quippe ut infantes suos præciderent, tum qui cadaver attigisset, qui lepra infectus esset, cui semen efflueret, quique ejusmodi quidquam aliud antiqua lege vetitum fecissent, tanquam impuros aversarentur, retinebant. Ejusmodi igitur homines, nec ad communionem admitti, nec in conventum sacræ precationis recipi, tum ab ecclesiæ ingressu omnino arceri, Hebræorumque rursum publice profiteri sectam, nec liberos suos baptizare, nec ipsis mancipium emendi facultatem esse, synodus jubet. Christianum **299** namque servum Judæus possidere civili quoque lege prohibetur. Qui tamen ex eorum numero forte fidem amplexi forent, servos emere Christianorum more permittebantur. Quoniam vero id simulate agebant, idcirco synodus servum iis emere, aut aliter possi-

A τῶν Ἰουδαίων ἐφρόνουν, λάθρα σαββατίζοντες, καὶ τὰ ἡμέτερα διασύροντες, ἐβάπτιζον δὲ καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν, καὶ ἄλλα τινὰ ἐποίουν εὐσεβῆ, ὡς ἂν φαίνωνται τάχα ὀρθόδοξοι· φασὶν οὖν οἱ Πατέρες, μὴ δέχεσθαι τούτους εἰς κοινωνίαν οἱανδήτινα, μηδὲ παραχωρεῖν τοὺς παῖδας αὐτῶν βαπτίζεσθαι, μηδὲ δοῦλον Χριστιανὸν ὁπωσδήποτε κτᾶσθαι, ἀλλὰ φανερῶς κατὰ τὴν τῶν Ἑβραίων θρησκείαν αὐτοὺς πολιτεύεσθαι. Εἰ δέ τις ἐξ αὐτῶν ἀπὸ τῆς Ἰουδαϊκῆς θρησκείας πρὸς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν ἐπιστρέψει μετὰ καθαρᾶς διαθέσεως καὶ ἄνευ ἀνάγκης, ἢ προσποιήσεως, καὶ ἀποτάξεται τοῖς Ἰουδαϊκοῖς ἔθεσιν, καὶ ὁλοψύχως θριαμβεύσει αὐτὰ, καὶ ὁμολογήσει τὰ παρά τινων κατὰ σκῆψιν γινόμενα, καὶ εἰς ἐμπαιγμὸν ἀφορῶντα τῆς πίστεως τῶν Χριστιανῶν, B ἐφ' ᾧ κἀκείνους ἐλεγχθῆναι καὶ διορθωθῆναι, προσδέχεσθαι τοῦτον καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ εἰς κοινωνίαν, καὶ βαπτίζειν, ἀσφαλιζομένους ἀπέχειν ἀπὸ τῶν Ἰουδαϊκῶν παραδόσεων καὶ ἐπιτηδευμάτων. Σημείωσαι οὖν ταῦτα διὰ τοὺς ἱερεῖς τοὺς βαπτίζοντας τοὺς παῖδας τῶν Ἀγαρηνῶν, καὶ ὅτι τὸ διὰ θεραπείαν σωματικὴν ζητούμενον ὑπὸ τούτων βάπτισμα ἀπαράδεκτόν ἐστι. Τὸ μέντοι μδ' κεφ. τοῦ α' τίτλου τοῦ α' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν φησιν· Ἰουδαῖος, τὸ θέλειν εἶναι Χριστιανὸς προσποιούμενος, ὃς ἂν, τὴν κατ' αὐτοῦ κατηγορίαν ἢ τὴν ἀπὸ χρέους ἀγωγὴν παραμένων, τῇ Ἐκκλησίᾳ φεύγῃ, μὴ πληρώσας τὰ χρέη, ἢ ἐλευθερωθεὶς τοῦ ἐγκλήματος, μὴ δεχέσθω. Ζήτει δὲ τὸ μζ' κεφ. τοῦ αὐτοῦ βιβλίου καὶ τίτλου· C Ἰουδαῖος Χριστιανὸν ἀνδράποδον μὴ ἐχέτω, μήτε κατηχούμενον περιτεμνέτω, μήτε ἄλλος αἱρετικὸς Χριστιανὸν ἀνδράποδον ἐχέτω· καὶ τὸ νδ' κεφ. Σαμαρείτης δὲ οὐδεὶς Χριστιανὸν οἰκέτην ἕξει, ἀλλ' ἅμα τῷ κτήσασθαι τοῦτον εὐθέως εἰς ἐλευθερίαν ἁρπάζεσθαι. Εἰ δὲ τῆς ὁμοίας αὐτῷ ὁ οἰκέτης κακοδοξίας εἴη, ἐξέστω αὐτῷ τὴν τῶν Χριστιανῶν ἀσπαζομένῳ δόξαν εὐθὺς καὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀπολαύειν ἐλευθερίας..

ΖΩΝΑΡ. Τινὲς Ἰουδαῖοι προσήρχοντο τῷ δοκεῖν τῇ πίστει, καὶ προσεποιοῦντο γίνεσθαι Χριστιανοί· ἐκεῖνοι δὲ ἐμυκτήριζον τὸν Χριστόν· ἀντὶ τοῦ, ἐνέπαιζον κρυφίως αὐτὸν ἀρνούμενοι, καὶ λεληθότως τὰ Σάββατα φυλάσσοντες, καὶ ἄλλα Ἰουδαϊκὰ ποιοῦντες, οἷον περιτέμνοντες τοὺς παῖδας αὐτῶν, D ἀκαθάρτους ἡγούμενοι τοὺς νεκροῦ προσψαύσαντας, καὶ τοὺς λεπροὺς, καὶ τοὺς γονοῤῥυεῖς, καὶ ἄλλα τοιαῦτα, ὅσα τῷ παλαιῷ ἀπηγόρευται νόμῳ. Τοὺς γοῦν τοιούτους ὥρισεν ἡ σύνοδος μήτε εἰς κοινωνίαν δέχεσθαι, μήτε συνεύχεσθαι αὐτοῖς, μήτε ὅλως εἰς ἐκκλησίαν εἰσιέναι παραχωρεῖν, εἶναι δὲ Ἑβραίους καὶ αὖθις κατὰ τὸ φανερὸν, καὶ μηδὲ τοὺς παῖδας αὐτῶν βαπτίζειν, μήτε παραχωρεῖν αὐτοῖς δοῦλον ὠνεῖσθαι. Τὸ γὰρ Χριστιανὸν ἀνδράποδον κτᾶσθαι Ἰουδαῖον καὶ ὁ πολιτικὸς κωλύει νόμος. Οἱ δὲ τάχα τῇ πίστει προσελθόντες ὡς Χριστιανοὶ οὐκ ἐκωλύοντο δούλους ὠνεῖσθαι. Ἐπεὶ δὲ ὑποκεκριμένως τοῦτο ἐποίουν, φησὶν ἡ σύνοδος μὴ ἐξεῖναι αὐτοῖς δούλους ὠνεῖσθαι, ἢ ἄλλως κτᾶσθαι, ἐκ δωρεᾶς τυχὸν, ἢ ἀνταλλαγῆς, ἢ ἑτέρῳ τρόπῳ. Εἰ δὲ ἐξ εἰλικρινοῦς καὶ

καθαρᾶς πίστεως, ἀντὶ τοῦ, καθαρῶς καὶ ἀνυποκρίτως πιστεύσας, ἐπιστρέψει τις αὐτῶν καὶ ὁμολογήσει ἐξ ὅλης καρδίας, ἀντὶ τοῦ, τὰ αὐτὰ ἡμῖν λέγει, καὶ τὰ ἔθη τὰ οἰκεῖα καὶ ὅσα πράττουσι θριαμβεύει, ἤγουν εἰς τὸ φανερὸν προτίθησι, καὶ συντίθεται μὴ ποιεῖν, ὥστε καὶ ἄλλως ἐλεγχθῆναι ὁμοπίστους αὐτῷ, καὶ διορθωθῆναι τὸν τοιοῦτον προσδέχεσθαι καὶ βαπτίζειν, καὶ παῖδας αὐτοῦ, καὶ ἀκριβῶς προσέχειν αὐτοῖς, ὥστε ἀποστῆναι τῶν Ἑβραϊκῶν ἐπιτηδευμάτων· ἄλλως δὲ αὐτοὺς μὴ προσδέχεσθαι. Καὶ ὁ μέγας δὲ Βασίλειος ἐν πέμπτῳ κανόνι, Τοὺς μετανοοῦντας δεῖ, φησὶ, δέχεσθαι· οὐκ ἀκρίτως δὲ, ἀλλὰ δοκιμάζειν εἰ ἀληθῶς καὶ γνησίως μετανοοῦσι. Καὶ ὁ πολιτικὸς νόμος πολλὴν ποιεῖσθαι θεσπίζει περὶ τῶν προσερχομένων Ἰουδαίων τὴν ἀκριβολογίαν.

A dere, donatione nimirum, aut permutatione, aut alia quacunque ratione quæsitum, minime licere decernit. Quod si eorum quispiam ex pura et sincera fide, hoc est, puro animo atque omni simulatione sublata, fidei mysteriis assensus convertatur, atque ex toto corde confiteatur, hoc est, nobiscum in omnibus plane consentiat, et de suorum moribus ac institutis quibusque triumphum agat, hoc est, se nihil simile facturum aperte profiteatur ac spondeat, ut ex eo alii quoque erroris socii refutentur ac resipiscant: admitti hominem, ipsumque et filios baptizari, studioseque ipsos, ut ab Hebraicis se institutis abjungant, observari; secus omnino repelli placet. Magnus vero etiam Basilius, quinto canone: Quos, inquit, errati pœnitet, admittendi B sunt: non tamen iis temere habenda fides, sed an vere eos et ex animo pœniteat sedulo cognoscendum. De Judæis itidem, ut non nisi diligenter examinati probatique recipiantur, civilia quoque jura decernunt.

ΑΡΙΣΤ. « Ἑβραίους μὴ χρῆναι προσδέχεσθαι, « εἰ μὴ φαίνοιντο ἐξ εἰλικρινοῦς καρδίας ἐπι« στρέψοντες. » *Σαφής.*

ARIST. « Hebræos admittere non oportet, nisi « eos sincero corde conversos esse constiterit. » *Perspicuus.*

ΚΑΝΩΝ

« Πάντα τὰ μειρακιώδη ἀθύρματα καὶ μανιώδη « βαχχεύματα, τὰ ψευδοσυγγράμματα, τὰ κατὰ « τῶν σεπτῶν εἰκόνων γινόμενα, δέον δοθῆναι τῷ « ἐπισκοπείῳ Κωνσταντινουπόλεως, ἵνα ἀποτε« θῶσι μετὰ τῶν λοιπῶν αἱρετικῶν βιβλίων· εἰ « δέ τις εὑρεθείη ταῦτα κρύπτων, εἰ μὲν ἐπίσκο« πος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος εἴη, καθαι« ρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς ἢ μοναχὸς, ἀφορι« ζέσθω. »

CANON IX.

« Puerilia omnia ludibria furiosaque dicta ac scripta, « quæ adversus venerabiles imagines edita « sunt, episcopio Constantinopolitano tradi opor« tet, ut cum reliquis hæreticis libris deponan« tur. Si quis autem hæc celare inventus fuerit, « si quidem episcopus vel presbyter vel diaconus « sit, deponatur: sin vero laicus vel monachus, « segregetur. »

C

ΒΑΛΣ. Τῆς τῶν Χριστιανοκατηγόρων ἤτοι τῶν εἰκονοκαυστῶν αἱρέσεως κρατησάσης ἐπὶ πολὺ, οἱ ταύτῃ προσκείμενοι, διὰ γραφῶν τὰς κατὰ τῶν ἁγίων εἰκόνων βλασφημίας αὐτῶν ἐστηλίτευον. Φασὶν οὖν οἱ Πατέρες ὀφείλειν ταύτας δοθῆναι ἐφ' ᾧ ἀποτεθεῖναι ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ἔνθα ἀπόκεινται καὶ τὰ λοιπὰ βιβλία τῶν αἱρετικῶν. Τοὺς δὲ κρύπτοντας ταῦτα, ἱερωμένους μὲν ὄντας, καθαιρεῖσθαι, λαϊκοὺς δὲ καὶ μοναχοὺς, ἀφορίζεσθαι. Καλῶς δὲ ὠνόμασαν οἱ Πατέρες τὰ τοιαῦτα συγγράμματα μειρακιώδη ἀθύρματα, ἤγουν νηπιώδη παίγνια καὶ μανιώδη βαχχεύματα, ἤτοι μαινομένων βακχῶν φλυαρήματα· ὅτι εὐδιάλυτα καὶ εὐκατάσειστά εἰσιν ὡς τὰ τῶν μειρακίων παίγνια, καὶ ἀξιογέλαστα ὡς τὰ τῶν μαινομένων ἔργα D καὶ μεθυόντων. Αἱ βάκχαι γὰρ χοροὶ ἦσαν μαινομένων ἑπόμενοι τῷ ἐφόρῳ τῆς μέθης ψευδωνύμῳ θεῷ τῷ Διονύσῳ. Οἱ μέντοι νόμοι τὰ τῶν αἱρετικῶν βιβλία διορίζονται καίεσθαι. Καὶ ζήτει κεφ. γ' τοῦ ιβ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ εὑρήσεις ἐν αὐτῷ κατεστρωμένα κεφ. διάφορα τοῦτο αὐτὸ παρακελευόμενα. Εἴποι δέ τις, Δι' ἣν αἰτίαν ὁ μὲν κανὼν τὰ τῶν Χριστιανοκατηγόρων βιβλία ἀποτίθεσθαι ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ διορίζεται, οἱ νόμοι δὲ καίεσθαι ταῦτα διορίζονται; Λύσις. Ταυτόν ἐστι τὸ καυθῆναι τὰ βέβηλα συγγράμματα τῶν αἱρετικῶν καὶ τὸ ἀποτεθῆναι ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως. Οὔτε γὰρ καιόμενα εἰς ἀνάγνωσιν

BALS. Cum Christianorum hostium seu imaginum exustorum diu invaluisset hæresis, qui ei adhærebant, suas adversus sacras imagines blasphemias litteris mandabant. Dicunt ergo Patres, eas debere tradi, ut in episcopio Constantinopolitano reponantur, ubi reponuntur reliqui quoque libri hæreticorum: eos autem, qui hæc celaverint, si quidem sacris ordinibus initiati sint, deponi; sin vero laici vel monachi, segregari. Recte autem Patres ejusmodi scripta nominarunt puerilia ludibria, hoc est, ludicra puerorum oblectamenta et insana ac bacchica responsa, insanientium scilicet baccharum nugas; quia sunt solutu facilia et nullo negotio labefactabilia, ut puerorum ludibria, et ridicula ut furiosorum et ebriorum opera. Bacchæ enim erant chori insanientium, ebrietatis præsidem sequentes Bacchum, qui falso deus cognominatur. Jam vero leges hæreticorum libros exuri quoque decernunt. Quære autem tertium caput tit. 12 præsentis operis, et invenies diversa capita in eo posita, quæ hoc ipsum jubent. Dixerit autem quispiam: Quamnam ob causam canon quidem Christianorum hostium seu imaginum combustorum libros in episcopio reponi jubet, leges autem eos comburi permittunt? Solutio. Idem est comburi profana et impia hæreticorum scripta, et in Constantinopolitano episcopio reponi. Neque enim, si combusta fuerint, legentur, nec si in ejusmodi

tuto et inaccesso loco reponantur, ab ullo unquam aspicientur. Qui ergo ea combusserit, et in episcopio non reposuerit, non tenebitur canone, ut qui non contra fecerit. Constantinopoleos autem episcopium patriarchæ palatium est. Porro quoniam patriarchalis throni magnificentia diversa quidem sub se habet secreta; chartophylacii vero seu tabularii secreto seorsum deputata sunt jura episcopalia, et qui pro tempore est chartophylax, sanctissimi tempore patriarchæ jura omnia, quæ ad eum pertinent ut episcopum exercet; etenim **300** excommunicat, animæ delicta corrigit, diaconos et sacerdotes ordinari permittit, sacrorum ministeriorum pittacia exponit, et quædam hujusmodi alia: chartophylacium episcopium recte dicetur.

ZONAR. Qui rabiose sacras imagines insectati, eas idoli quoque nomine vocitarunt, libros etiam, quibus opinio ipsorum comprehenditur, conscripserunt; quos quidem sancta hæc synodus puerilia ludibria, hoc est, ludicra puerorum oblectamenta insanasque bacchationes, nominat. Bacchæ namque mulieres erant, quæ sociato cœtu furentes Bacchum comitabantur. Bacchus vero deus a Græcis habebatur, ebrietati præfectus, ebrius sane ille quoque semper, et plenus amentiæ. Quemadmodum ergo Bacchæ illæ, dum furor glisceret, nullam modestiæ aut gravitatis rationem habuere, sed sola eas stimulante insania ferebantur: ita qui scripta ejusmodi edidere, eos synodi Patres furore et amentia, non aliqua gravi et sedata ratione, ad eam scriptionem impulsos esse confirmant. Ejusmodi porro scripta a nemine occultari, sed ab iis qui habent, cum aliis hæreticorum libris, seponenda proferri jubent. Qui autem hæc occultaverint, si quidem episcopi aut alias sacris ordinibus initiati fuerint, depositione, sin vero laici et monachi, segregatione puniendos esse decernunt.

ἔλθοιεν, οὔτε ἐν τοιούτῳ τόπῳ ἀσύλῳ ἀποτιθέμενα, θεατὰ γενήσεταί τινι. Ὁ γοῦν καύσας ταῦτα καὶ μὴ ἀποτιθέμενος ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ τῷ κανόνι οὐχ ὑποκείσεται, ὡς μηδὲ ὑπεναντίως αὐτῷ διαπραξάμενος. Ἐπισκοπεῖον δὲ τῆς Κωνσταντινουπόλεως τὸ πατριαρχεῖόν ἐστιν. Ἐπεὶ δὲ τὸ μεγαλεῖον τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου διάφορα μὲν σέκρετα ἔχει ὑφ' ἑαυτὸ, ἰδικῶς δὲ ἀφωρίσθησαν τῷ σεκρέτῳ τοῦ χαρτοφυλακείου τὰ ἐπισκοπικὰ δίκαια (25), καὶ ὁ κατὰ καιροὺς χαρτοφύλαξ (26) ἐνεργεῖ δικαίῳ τοῦ κατὰ καιροὺς ἁγιωτάτου πατριάρχου πάντα τὰ τούτῳ ἀνήκοντα, ὡς ἐπισκόπῳ· ἀφορίζει γὰρ, διορθοῦται ψυχικὰ σφάλματα, διακόνους καὶ ἱερεῖς ἐπιτρέπει χειροτονεῖσθαι, τὰ τῶν ἱεροτελεστιῶν πιττάκια ἐκτίθεται, καὶ ἄλλα τοιαῦτά τινα· καλῶς ἐπισκοπεῖον κληθήσεται τὸ χαρτοφυλακεῖον.

ΖΩΝΑΡ. Οἱ κατὰ τῶν ἁγίων εἰκόνων λυττήσαντες, καὶ εἴδωλα ταύτας καλοῦντες, καὶ συγγράμματα συνεγράψαντο συγκροτοῦντα τὴν δόξαν αὐτῶν, ἅτινα ἡ ἁγία σύνοδος ὠνόμασε μειρακιώδη ἀθύρματα, ἤγουν παιδικὰ παίγνια, καὶ μανιώδη βακχεύματα. Αἱ βάκχαι χορὸς ἦσαν γυναικῶν μαινομένων, ἀκολουθοῦσαι τῷ Διονύσῳ· ὁ δὲ Διόνυσος θεὸς τοῖς Ἕλλησιν ἐνομίζετο, ἔφορος τῆς μέθης, μεθύων κἀκεῖνος καὶ παράφορος ὤν. Ὥσπερ οὖν αἱ βάκχαι ὑπὸ μανίας κρατούμεναι οὐδὲν σωφρόνως ἐποίουν, ἀλλ' ἐμμανῶς ἐκινοῦντο· οὕτω καὶ τοὺς τὰ συγγράμματα ἐκεῖνα ποιήσαντας οἱ τῆς συνόδου λέγουσι κινηθῆναι πρὸς συγγραφὴν μανιωδῶς καὶ παρακεκομμένως, ἀλλ οὐ σωφρόνως. Ἐκεῖνα οὖν τὰ συγγράμματα ὁρίζει παρὰ μηδενὸς κρύπτεσθαι, ἀλλὰ δοθῆναι παρὰ τῶν ἐχόντων αὐτὰ, ἵνα ποτὲ θεῖεν μετὰ τῶν ἄλλων αἱρετικῶν βιβλίων. Τοὺς δὲ κρύπτοντας ταῦτα ἐπισκόπους ἢ ἄλλως ἱερωμένους καθαιρεῖσθαι· λαϊκοὺς δὲ καὶ μοναχοὺς ἀφορίζεσθαι.

ARIST. « Si quis librum contra venerabiles imagines « compositum celasse deprehenditur; si quidem « e sacro sit catalogo, deponatur: sin laicus aut « monachus, segregetur. » *Perspicuus.*

ΑΡΙΣΤ. « Εἴ τις εὑρεθείη κρύπτων βιβλίον κατὰ « τῶν σεπτῶν εἰκόνων συντεθὲν, τοῦ μὲν ἱεροῦ ὢν « καταλόγου, καθαιρείσθω· λαϊκὸς δὲ ἢ μοναχὸς, « ἀφοριζέσθω. » *Σαφής.*

Guill. Beveregii notæ.

(25) *Τὰ ἐπισκοπικὰ δίκαια.* In codice Amerbachiano rectius legitur, τὰ πατριαρχικὰ δίκαια, *jura patriarchalia.*

(26) *Καὶ ὁ κατὰ καιροὺς χαρτοφύλαξ.* Chartophylax proprie dictus est, qui ecclesiæ archiva et chartas servabat; quod magnum sane et summæ dignitatis in Ecclesia Constantinopolitana officium fuit; usque adeo ut etiam μέγας χαρτοφύλαξ vocatus fuerit; idque primo ab Andronico juniore, ut testatus est Cantacuzenus, dicens: *Chartophylaci, quia majores honores capessere nolebat, munus effecit splendidius magnumque chartophylacem nominavit; quod epitheton chartophylaci usque hodie manet.* Cantacuz. *Hist.* l. II, c. 1. Officium ejus a Codino sic describitur: Ὁ χαρτοφύλαξ κρατῶν τὰ ἐκκλησιαστικὰ δικαιώματα, κριτὴς τῶν ὅλων ὑποθέσεων τῶν ἐκκλησιαστικῶν, ἔχει τὰς γαμικὰς ὑποθέσεις· ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς τῶν κληρικῶν ὑποθέσεσιν ἔκδικος, ὡς δεξιὰ ἀρχιερέως χείρ. Sed in catalogo officialium Ecclesiæ Constantinopolitanæ fusius sic enarratur: Ὁ μέγας χαρτοφύλαξ, ὅταν λειτουργεῖ ἀρχιερεὺς, ἵσταται πλησίον τῶν ἁγίων μυστηρίων· λέγει ὁ αὐτὸς ἀρχιδιάκονος, Προσέλθετε τῷ βασιλεῖ καὶ Θεῷ. Ἔστι δὲ καὶ εἰς τὰς κρίσεις τὰς ἀποφάσεις πάσας· ἔχων δὲ καὶ τὰς εἰσερχομένας ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ ἐκ προσώπου τοῦ ἀρχιερέως διδόναι παρ' αὐτοῦ τὰς ἀποφάσεις πάσας· ἔχων δὲ καὶ τὰς ἱερολογίας τῶν μνηστειῶν, ἱερολογῶν αὐτὰς καὶ ἀποστέλλων τῷ ἱερεῖ τοῦ ναοῦ τοῦ δεῖνος εὐλογεῖν αὐτάς· ἔστι δὲ καὶ ἐν ταῖς χειροτονίαις τῶν ἀρχιερέων προσφέρειν τὸν χειροτονούμενον ἀρχιερέα. Ἔχων δὲ αὐτὸς χαρτούλην ἀναγράφει τὰς τῶν ἐπισκόπων ἀποφάσεις, καὶ αὐτὰς τῷ ἀρχιερεῖ ἀναφέρει. Vide plura in Balsamonis Meditato de chartophylacis et primi defensoris officiis, in *Jur. Gr. Rom* l. VII, pag. 453.

ΚΑΝΩΝ Ι'.

A

« Ἐπειδή τινες τῶν κληρικῶν παραλογιζόμενοι τὴν « κανονικὴν διάταξιν, ἀπολιπόντες τὴν ἑαυτῶν « παροικίαν εἰς ἑτέρας παροικίας ἐκτρέχουσι, « κατὰ πλεῖστον δὲ ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ καὶ « βασιλίδι πόλει, καὶ εἰς ἄρχοντας προσεδρεύου- « σιν, ἐν τοῖς αὐτῶν εὐκτηρίοις τὰς λειτουργίας « ποιοῦντες· τούτους χωρὶς τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου « καὶ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως οὐκ ἔξεστι δεχθῆ- « ναι ἐν οἱῳδήποτε οἴκῳ ἢ ἐκκλησίᾳ· εἰ δέ τις « τοῦτο ποιήσει ἐπιμένων, καθαιρείσθω. Ὅσοι δὲ « μετ' εἰδήσεως τῶν προλεχθέντων ἱερέων τοῦτο « ποιοῦσιν, οὐκ ἔξεστιν αὐτοῖς κοσμικὰς καὶ « βιωτικὰς φροντίδας ἀναλαμβάνεσθαι, ὡς κεκω- « λυμένους τοῦτο ποιεῖν παρὰ τῶν θείων κανόνων. B « Εἰ δέ τις φωραθείη τῶν λεγομένων μειζοτέρων « τὴν φροντίδα ἐπέχων, ἢ παυσάσθω, ἢ καθαι- « ρείσθω· μᾶλλον μὲν οὖν ἤτω πρὸς διδασκαλίαν « τῶν τε παίδων καὶ τῶν οἰκετῶν, ἐπαναγινώσκων « τὰς θείας Γραφάς· εἰς τοῦτο γὰρ καὶ τὴν ἱε- « ρωσύνην ἐκληρώσατο (27). »

ΒΑΛΣ. Διάφοροι κανόνες κωλύουσι τοὺς κληρικοὺς καταλιμπάνειν τὰς παροικίας ἐν αἷς ἐκληρώθησαν, καὶ μεταβαίνειν εἰς ἑτέρας. Ἀκολούθως οὖν τούτοις καὶ ὁ παρὼν κανὼν διορίζεται μηδένα κληρικὸν χωρὶς τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, ἤτοι δίχα συστατικῆς καὶ ἀπολυτικῆς γραφῆς αὐτοῦ ἢ ὁρισμοῦ τοῦ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, ὁπουδήποτε δέχεσθαι, ἤτοι λειτουργεῖν εἰς οἱανδήτινα ἐκκλησίαν ἢ εἰς ἀρχοντικὸν εὐκτήριον· τὸν δὲ παρὰ ταῦτα C ποιήσαντα, καὶ μὴ ὑποστρέφοντα εἰς τὸν οἰκεῖον κλῆρον μετ' ἐπιφώνησιν, καθαιρεῖσθαι. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ παυσάσθω (28) ἢ καθαιρείσθω. Εἰ δέ τινες ἐκχωρηθέντες παρὰ τῶν κληρωσάντων αὐτούς, δι' ὧν εἴπομεν γραφῶν ἢ παρὰ τοῦ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως εἰς ἑτέρας ἐκκλησίας ἱερουργεῖν κοσμικὰς φροντίδας ἀναδέξωνται παρὰ τὴν τῶν κανόνων περίληψιν, ἢ γένωνται μειζότεροι, ὀφείλουσι, μετὰ τὸ κωλυθῆναι, παύεσθαι ἢ καθαιρεῖσθαι. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα τὰ τῷ κανόνι περιεχόμενα ἐν διαφόροις κανόσιν ἐξηγήθησαν, ἤγουν ἐν τῷ ιζ' καὶ ιη' κανόνι τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, τῷ ιγ' καὶ κγ' τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, καὶ ἑτέροις. Ἀπὸ δὲ τοῦ παρόντος κανόνος σημείωσαι ἐν ῥητῷ, ὅτι μόνῳ τῷ πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως ἐφεῖ- D ται κληρικοὺς ἀλλοτρίους δέχεσθαι, καὶ δίχα ἀπολυτικῆς γραφῆς τοῦ χειροτονήσαντος αὐτούς, ἐὰν τέως οὗτοι γραφὰς ἐπιφέρωνται, συνιστώσας ὅτι ἐχειροτονήθησαν ἢ ἐκληρώθησαν. Ὅθεν καὶ ἐνδυνάμως, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἐκχωρήσει ὁ κατὰ καιροὺς ἁγιώτατος πατριάρχης, καὶ ὁ χαρτοφύλαξ αὐτοῦ,

CANON X.

Quoniam nonnulli clerici canonicam constitutionem « circumscribentes, sua relicta parochia, in « alias parochias excurrunt, ut plurimum autem « in hac a Deo custodita et imperiali urbe, « et sese apud principes locant, et in eorum « oratoriis sacra faciunt; eos sine proprio epi- « scopo et Constantinopolitano non licet in qua- « vis æde vel ecclesia recipi: si quis autem hoc « fecerit, si perseveret, deponatur. Quicunque « vero cum prædictorum sacerdotum consensu id « faciunt, non licet eis curas sæculares et ad « victum pertinentes suscipere, ut qui a divinis « canonibus hoc facere sint prohibiti. Si quis « autem, eorum qui dicuntur majores, curationem obtinere deprehensus fuerit, vel ces- « set, vel deponatur: potius vero ad docendos « pueros et servos accedat, legens eis divinas « Scripturas. Ad hoc enim etiam sacerdotium « sortitus est. »

BALS. Diversi canones prohibent clericos parochias, in quibus in clerum relati sunt, relinquere, et ad alias transire. His ergo consequenter præsens quoque canon decernit, ne ullus clericus absque proprio episcopo, vel sine ejus commendatoria et dimissoria epistola vel Constantinopolitani patriarchæ decreto, usquam suscipiatur, vel ministret in quavis ecclesia vel in magistratuum seu officiorum oratorio: is autem qui præter hæc fecerit, et in proprium clerum non redierit post denuntiationem, deponatur. Hoc enim significat illud, Vel cesset vel deponatur. Si qui autem, quibus, ab iis qui in clerum illos retulerunt, per eas quas diximus litteras, vel a patriarcha Constantinopolitano, in alia ecclesia sacra celebrare permissum est, sæculares curationes susceperint, contra ac canonibus continetur, vel majores facti fuerint, postquam prohibiti sunt, cessare debent vel deponi. Atque alia quidem, quæ in canone comprehenduntur, in diversis canonibus exposita sunt, scilicet in can. 17 et 18, syn. in Trullo, 13 et 23 Chalced. syn. et in aliis. Ex hoc autem præsentis canonis contextu nota, quod soli patriarchæ Constantinopolitano permissum est clericos alienos **301** suscipere, etiam sine dimissoriis litteris ejus qui ipsos ordinavit, si modo litteras commendatitias attulerint, quibus se ordinatos et clericos esse probent. Quamobrem rite, ut mihi videtur, concedet sanctissimus pro tempore patriarcha, et ejus chartophylax, alieno clerico in

Guill. Beveregii notæ.

(27) *Τὴν ἱερωσύνην ἐκληρώσατο.* In codice Bodleiano, inter hæc ultima canonis verba et Balsamonis interpretationem, hæc ponuntur : Σημείωσαι ἐν ῥητῷ ὅτι τῷ πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως ἐφεῖται δέχεσθαι κληρικοὺς ἀλλοτρίων ἐνοριῶν παρὰ γνώμην τῶν χειροτονησάντων αὐτοὺς ἐπισκόπων. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν νε' κανόνα τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου φιλοτιμούμενον τὸ τοιοῦτον προνόμιον καὶ ἄλλαις ἐκκλησίαις. Hanc autem marginalem tantum fuisse notam, in textum descriptoris incuria tralatam, cuivis patet; ut et eam ex Balsamonis scholiis desumptam esse.

(28) *Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ παυσάσθω.* Rectius in codice Amerbachiano legitur, ἢ παυσάσθω ἢ καθαιρείσθω. Quippe quæ sunt ipsa canonis verba a Balsamone hic exposita.

hac urbium regina sacra celebrare, etiam sine dimissoriis litteris ejus qui illum ordinavit. Majores vero dicuntur, qui agrestium suburbanorum curatores fiunt; sicut hoc ab can. 11 primæ et secundæ syn. quæ coacta fuit in æde Sanctorum Apostolorum, ostenditur. Hoc ergo ab iis, qui sacris ordinibus initiati sunt, Patres removentes, eis litteras docere consulunt, et ex eo sibi victum parare; quoniam ad hoc quoque selecti et deputati sunt. Alienos autem clericos inter magistratus seu officia assidere, et in eorum oratoriis ministrare, est facti: nam et si in inferioribus oratoriis, præter suorum episcoporum vel Constantinopolitani mentem celebraverint, similiter punientur.

ZONAR. Multi hac de re apostolici synodicique canones editi sunt; sed malo huic exscindendo haud sufficiebant. Proinde hunc canonem hæc quoque synodus promulgavit, duas res simul, quarum utraque legum constitutionibus repugnaret, una eademque opera prohibentem. Alteram ne ex una urbe in aliam, ne in hanc quidem urbium reginam, clerici alieni discurrant, neque se magistratibus adjungant, ac in eorum oratoriis, nisi impetrata, tum episcopi, a quo discesserunt, cum Constantinopolitani, cujus in ditionem venerunt, facultate, sacra faciant; alioqui depositione multandi: alteram, ne, quamvis in oratorio sacra celebrandi ab iis quos diximus episcopis facultatem obtinuerint, profanis sese ac sæcularibus negotiis implicent, procuratoris aut rationum præfecti, aut aliud quodcunque munus ejusmodi suscipiant. Quod si nonnullos ejus generis negotiis vacare animadversum sit, eos synodi Patres aut ab incepto desistere, aut deponi jubent. Eorum porro, qui majores dicebantur, de quibus hoc canone mentio, munus illud erat, ut ex undecimo canone primæ et secundæ synodi in templo Sanctorum Apostolorum congregatæ conjicere facile est, ut in agris magistratuum, in quibus et majorum nomine appellabantur, curationem, quæ dicitur, exercerent.

A ἀλλότριον κληρικὸν λειτουργεῖν ἐν τῇ βασιλευούσῃ τῶν πόλεων, καὶ δίχα ἀπολυτικῆς γραφῆς τοῦ χειροτονήσαντος αὐτόν. Μειζότεροι μέντοι λέγονται οἱ κουράτορες τῶν ἀγροικικῶν προαστείων, καθὼς τοῦτο παρίσταται ἀπὸ τοῦ ια' κανόνος τῆς α' καὶ β' συνόδου τῆς συστάσης ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων· τοῦτο οὖν τῶν ἱερωμένων οἱ Πατέρες ἀποτρεπόμενοι, ὑποτιθέασιν αὐτοῖς διδάσκειν γράμματα καὶ τὰ πρὸς ζωὴν ἐκεῖθεν πορίζεσθαι· ὅτι καὶ εἰς τοῦτο ἀφωρίσθησαν. Τὸ δὲ προσεδρεύειν τοὺς ἀλλοτρίους κληρικοὺς εἰς ἄρχοντας, καὶ εἰς εὐκτήρια τούτων λειτουργεῖν, τοῦ φάκτου ἐστί. Κἂν γὰρ εἰς ταπεινότερα λειτουργῶσιν εὐκτήρια παρὰ γνώμην τῶν ἐπισκόπων αὐτῶν ἢ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως, ὁμοίως κολασθήσονται.

B ΖΩΝΑΡ. Πολλοὶ περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου κανόνες εἰσὶ καὶ ἀποστολικοὶ καὶ συνοδικοί· ἀλλ' εἰς ἐκκοπὴν οὐχ ἤρκεσαν τοῦ κακοῦ. Διὸ καὶ ἡ σύνοδος αὕτη τὸν κανόνα τοῦτον ἐξέθετο, δύο ἐν ταὐτῷ κωλύοντα ἀθέσμα, τό τε ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν, μηδ' εἰς ταύτην τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων προστρέχειν κληρικοὺς ἀλλοτρίους, καὶ ἄρχουσι προσιέναι, καὶ ἐν τοῖς εὐκτηρίοις τῶν οἴκων αὐτῶν λειτουργεῖν ἄνευ γνώμης τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, ὃν ἀπέλιπον, καὶ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως, οὗ τῇ ἐνορίᾳ προσῆλθον· εἰ δὲ μὴ, καθαιρεῖσθαι αὐτούς· καὶ τὸ κἂν καὶ παραχωρηθῶσι παρὰ τῶν εἰρημένων ἐπισκόπων λειτουργεῖν ἐν εὐκτηρίῳ οἴκῳ, μὴ κοσμικὰς καὶ βιωτικὰς φροντίδας ἀναδέχεσθαι, προνοητὰς γινομένους, ἢ λογαριαστὰς, ἢ ἄλλας τοιαύτας μεταχειριζομένους φροντίδας. C Εἰ δέ τι τοιοῦτον, φασὶν οἱ τῆς συνόδου Πατέρες, εὑρεθεῖέν τινες ποιοῦντες, ἢ παυσάσθωσαν, ἢ καθαιρείσθωσαν. Ἡ τῶν λεγομένων δὲ μειζοτέρων φροντὶς, ἣν ὁ κανὼν οὗτος λέγει, ἔστιν, ὡς ἐκ τοῦ ια' κανόνος τῆς πρώτης καὶ δευτέρας συνόδου τῆς συστάσης ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων γνῶναι, ἔστιν ἡ ἐν ἀγροῖς ἀρχοντικοῖς λεγομένη κουρατωρεία, ὅπου καὶ μειζότεροι ὠνομάζοντο.

ARIST. « Clericus, qui sua relicta parochia in « aliam se confert, sine proprio episcopo et Con« stantinopolitano, ne admittatur, neque in do« mo, nec in ecclesia. Qui autem hoc facit et « perseverat, deponatur. Si autem iis quos dixi« mus scientibus hoc fecerint; sæculares in se « curas ne suscipiant, vel si susceperint, cessent, « alioquin deponantur. »

Peregrinum clericum hanc urbium reginam ingredientem non oportet sine sui episcopi et episcopi Constantinopolitani voluntate in quavis æde vel ecclesia recipi. Si autem a quopiam sine eorum scientia recipiatur, et maneat, ad suam parœciam non rediens, deponetur. Qui autem cum eorum scientia in æde aliqua, earum quæ in urbe hac a Deo custodita sunt, admissus est, non debet provisor, aut major, aut curator fieri, sed pueros et servos docere. Si autem ejusmodi curas susceperit, vel cesset, vel deponatur.

ΑΡΙΣΤ. « Κληρικὸς, τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν ἀπολιπὼν καὶ ἐν ἑτέρᾳ ἀφικόμενος χωρὶς τοῦ ἰδίου « ἐπισκόπου καὶ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως, μὴ « δεχέσθω μήτε ἐν οἴκῳ μήτε ἐν ἐκκλησίᾳ. Ὁ δὲ D « τοῦτο ποιῶν καὶ ἐπιμένων, καθαιρείσθω. Εἰ δὲ « μετ' εἰδήσεως ὧν ἔφημεν τοῦτο ποιοῦντες, κο« σμικὰς φροντίδας μὴ ἀναδεχέσθωσαν, ἢ δεξάμε« νοι παυσάσθωσαν· εἰ δὲ μὴ, καθαιρείσθωσαν. »

Ἀλλότριον κληρικὸν ἐν τῇ βασιλίδι ταύτῃ τῶν πόλεων εἰσελθόντα οὐ χρὴ ἄνευ γνώμης τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου καὶ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπου ἐν οἱῳδήτινι οἴκῳ ἢ ἐκκλησίᾳ παραδεχθῆναι. Εἰ δὲ παρά τινος προσδεχθῇ χωρὶς εἰδήσεως αὐτῶν, καὶ ἐπιμένει, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ παροικίαν μὴ ἐπιστρέφων, καθαιρεθήσεται. Ὁ δὲ μετ' εἰδήσεως αὐτῶν ἔν τινι οἴκῳ τῶν κατὰ τὴν θεοφύλακτον ταύτην πόλιν εἰσιὼν οὐκ ὀφείλει προνοητὴς, ἢ μειζότερος, ἢ κουράτωρ γενέσθαι, ἀλλὰ πρὸς διδασκαλίαν τῶν παίδων καὶ τῶν οἰκετῶν εἶναι. Εἰ δὲ τοιαύτας φροντίδας ἀναδέξ[illegible]αι, [illegible]θω, ἢ κα[illegible]ισθ[illegible]

ΚΑΝΩΝ ΙΑ'.

« Ὑπόχρεοι ὄντες πάντας (29) τοὺς θείους κανόνας « φυλάττειν, καὶ τὸν λέγοντα οἰκονόμους εἶναι ἐν « ἑκάστῃ ἐκκλησίᾳ παντὶ τρόπῳ ἀπαράτρωτον « διατηρεῖν ὀφείλομεν. Καὶ εἰ μὲν ἕκαστος μητρο- « πολίτης ἐν τῇ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ καθιστᾷ οἰκονό- « μον, καλῶς ἂν ἔχοι· εἰ δὲ μή γε, ἐξ αὐθεντίας « ἰδίας τῷ Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπῳ ἄδειά « ἐστι προχειρίζεσθαι οἰκονόμον ἐν τῇ αὐτοῦ « ἐκκλησίᾳ. Ὡσαύτως καὶ τοῖς μητροπολίταις, « εἰ ὑπ' αὐτοὺς ἐπίσκοποι οὐ προαιροῦνται οἰκο- « νόμους ἐγκατασταθῆναι ἐν ταῖς ἑαυτῶν ἐκκλη- « σίαις. Τὸ αὐτὸ δὲ φυλάττεσθαι καὶ ἐπὶ τῶν μο- « ναστηρίων. »

A

CANON XI.

« Cum omnes divinos canones servare teneamur, « eum quoque, qui jubet œconomos esse in ec- « clesiis, illæsum omnino servare debemus. Et « si quidem unusquisque metropolitanus in sua « ecclesia œconomum constituit, bene habet : « sin minus, Constantinopolitano episcopo pro- « pria **302** auctoritate licebit œconomum in ejus « ecclesia præficere. Similiter et metropolitanis, « si qui eis subsunt episcopi, nolint in suis ec- « clesiis œconomos constituere. Hoc ipsum au- « tem servari etiam in monasteriis oportet. »

ΒΑΛΣ. Ἡ ἐν Χαλκηδόνι σύνοδος διωρίσατο ἐν κανόνι κς' πᾶσαν ἐκκλησίαν οἰκονομεῖσθαι διὰ κληρικῶν (30) κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου· τοὺς δὲ παραβαίνοντας ταῦτα οὐκ εἶπεν ὅπως προσήκει κολάζεσθαι. Οἱ γοῦν τῆς παρούσης συνόδου ἅγιοι Πατέρες, προοιμιασάμενοι ὅτι ἀπαραίτητόν ἐστι φυλάττεσθαι τοὺς κανόνας, καὶ μᾶλλον ἐπὶ τῶν ἀρχιερέων τῶν ἀσφαλιζομένων πρὸ τῆς χειροτονίας μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὸ φυλάττειν τοὺς κανόνας καὶ οἷον διὰ τοῦτο καταστάντων ὑπόχρεων, διωρίσαντο ἀπαρεγχείριστον (31) συντηρεῖσθαι τὸν παρόντα κανόνα, καὶ προσέθεντο ὡς, εἰ μὴ οὕτω ποιοῦσιν οἱ μητροπολῖται ἐν ταῖς ἐκκλησίαις αὐτῶν, προβαλεῖται ὁ πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως αὐθεντικῶς οἰκονόμον ἐν τῇ μητροπόλει πάντως ἀπὸ τῶν κληρικῶν αὐτῆς· ὡσαύτως καὶ ὁ μητροπολίτης ἵνα καθιστᾷ οἰκονόμον εἰς τὴν ἐπισκοπὴν, ἐὰν ὁ ἐπίσκοπος ἀμελήσῃ τούτου. Τὸ αὐτὸ δὲ γίνεσθαι καὶ εἰς τὰ μοναστήρια. Ἐπισκόπου δέ τινος αἰτιαθέντος, ὅτι τὰ τῆς ἐπισκοπῆς ᾠκονόμει διὰ λαϊκοῦ, εἶπόν τινες ὡς, ἐπεὶ ὁ παρὼν κανὼν ὁ κολάζων τοὺς ἀρχιερεῖς τοὺς μὴ προχειριζομένους οἰκονόμους οὐ λέγει κληρικοὺς εἶναι τοὺς ὀφείλοντας γίνεσθαι οἰκονόμους, ἐνδυνάμως καὶ λαϊκοὶ τὰ τῶν ἐκκλησιῶν οἰκονομήσουσιν. Ἐμοὶ δὲ οὐ δοκεῖ τοῦτο· ὅτι τε οἱ ἐν Χαλκηδόνι Πατέρες διὰ κληρικῶν οἰκονομεῖσθαι τὰ τῶν ἐκκλησιῶν διωρίσαντο· καὶ ὅτι ὁ παρὼν κανὼν, δι' ὧν εἶπε, τὸ αὐτὸ φυλάττεσθαι καὶ εἰς τὰ μοναστήρια, παρεδήλωσεν ὅπερ καὶ ἡ ἐν Χαλκηδόνι ἐθέσπισε σύνοδος. Οἰκονομεῖν γὰρ τὰ τῶν μοναστηρίων οὐκ εἴπῃ τις λαϊκοὺς, κἂν παραφρονῇ. Σημείωσαι τὸν παρόντα κανόνα διοριζόμενον, τί ὀφείλει γίνεσθαι εἴς τε τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ τοὺς μὴ διὰ κληρικῶν ἢ μοναχῶν οἰκονομοῦντας τὰ τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τὰ τῶν μοναστηρίων.

BALS. Chalcedon. syn. can. 26 decrevit ut omnis B ecclesia per clericos ex episcopi voluntate et sententia administretur : eos autem, qui hæc transgrediuntur, quomodo punire oporteat, non statuit. Præsentis ergo synodi sancti Patres, cum in exorsu dixissent esse inexcusabiliter observandos canones, et magis ab antistitibus, qui ante ordinationem inter cætera se servaturos canones profitentur, et propterea sunt veluti obligati, statuerunt, ut præsens canon illæsus conservetur; et adjecerunt, quod nisi metropolitani in suis ecclesiis hoc fecerint, patriarcha Constantinopolitanus sua auctoritate in metropoli quidem omnino ex ipsius clericis œconomum constituet. Similiter etiam metropolitanus œconomum episcopatu constituat, si episcopus hoc neglexerit. C Idipsum autem etiam in monasteriis fieri decernit. Cum autem episcopus quidam accusatus esset, quod res episcopatus per laicum administraret, dixerunt aliqui quod quoniam præsens canon punit antistites qui œconomos non præficiunt, nec dicit esse clericos qui debent fieri œconomi, laici quoque res ecclesiarum rite administrabunt : sed mihi non ita videtur; quoniam Chalced. synodi Patres res ecclesiarum per clericos administrari debere definierunt; et quia hic canon, id ipsum quoque in monasteriis servari oportere dicendo, idem quod constituit Chalced. syn. declaravit. Bona enim monasteriorum esse a laicis administranda non dixerit quispiam, etiamsi desipiat. Nota præsentem D can. definientem, quid fieri debeat sacerdotibus et præfectis qui bona ecclesiarum et monasteriorum per clericos vel monachos non administrant.

Guill. Beveregii notæ.

(29) *Ὑπόχρεοι ὄντες πάντας*. Alexius patriarcha Constantinopolitanus in synodali decreto, de causis ecclesiasticis ad universas metropoles et archiepiscopatus pertinentibus, hunc inter alios canonem citat explicatque; cujus propterea verba digna sunt quæ observentur. Dicit autem : Καὶ τοίνυν κἀνταῦθα, ἐπεὶ κατὰ τὸ λεληθὸς πρὸς τὰς μητροπόλεις ἔρχεται τὰ τῆς βλάβης, τὸ πρέπον ἡ καθ' ἡμᾶς ἁγία σύνοδος δοκιμάσασα, ἀναγκαίως τὴν τῶν οἰκονόμων προχείρισιν διετάξετο, κατὰ τὸν ια δηλονότι τῆς ἑβδόμης συνόδου κανόνα· ἄδειαν γὰρ ἐκεῖνος δίδωσι καὶ τῷ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ καὶ τοῖς ἱερωτάτοις μητροπολίταις οἰκονόμους καθιστᾷν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ὧν οἱ μητροπολῖται καὶ οἱ ἐπίσκοποι τοῦτο ποιεῖν οὐκ ἀνέχονται, ἢ καὶ κακῶς τὰ τῶν ἐκκλησιῶν διέπουσιν. Alex. Patr. in *Jur. Gr. Rom.* lib. IV, pag. 251.

(30) *Οἰκονομεῖσθαι διὰ κληρικῶν*. Legendum διὰ κληρικῶν αὐτῆς, juxta mss. Amerbachianum et Ætoniensem, necnon impressam Parisiis editionem.

(31) *Ἀπαρεγχείριστον*. In codice Amerbachiano legitur ἀπαρεγχείρητον.

ZONAR. Antistites quandocunque creandi sunt, A prius et fidem suam et alia quædam, ac in iis etiam sacros a se canones servandos data fide, profiteri solent. Hinc igitur est, quod hoc loco Patres omnium se divinorum canonum obsequio obligatos esse pronuntiant. Cum ergo vigesimo sexto synodi Chalcedonensis canone constitutum sit, ut in quacunque ecclesia sit episcopus, ea œconomum quoque ex ejusdem ecclesiæ clero delectum habeat, a quo ex episcopi sui sententia ecclesiasticæ facultates administrentur; hunc quoque canonem de œconomo in unaquaque ecclesia constituendo synodi hujus Patres servandum esse declarant. Ac si quidem, inquiunt, œconomum ecclesiæ suæ quisque episcopus designaverit, bene est : verum si id non fecerit, Constantinopolitano præsuli B auctoritate propria, hoc est, pro arbitrio et potestate, œconomum in subjectis sibi videlicet ecclesiis constituendi jus esse decernunt. Tum eamdem metropolitanis quoque in episcoporum, qui ab ipsis creantur, parœciis tribuunt facultatem. Idem etiam in monasteriis servari jubent. Verum hæc in libris exstare sit satis, quod ad nonnullos quidem homines attinet. Neque enim omnes accusandi, neque id certe fieri salva æquitate potest.

ΖΩΝΑΡ. Οἱ ἀρχιερεῖς πρὸ τοῦ χειροτονηθῆναι ἀσφαλίζονται καὶ περὶ τῆς πίστεως καὶ περὶ ἄλλων· μετὰ τῶν ἄλλων δὲ καὶ ὅτι φυλάξουσι τοὺς ἱεροὺς κανόνας. Διὰ τοῦτο οὖν λέγουσιν οἱ Πατέρες οὗτοι ὅτι ὑπόχρεῴ ἐσμεν πάντας τοὺς θείους κανόνας φυλάττειν. Ἐπεὶ τοίνυν καὶ ὁ κϛʹ τῆς ἐν Χαλκηδόνι κανὼν ὥρισε πᾶσαν ἐκκλησίαν ἐπίσκοπον ἔχουσαν καὶ οἰκονόμον ἔχειν ἐκ τοῦ ἰδίου κλήρου οἰκονομοῦντα τὰ ἐκκλησιαστικὰ κατὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου· φασὶν οἱ τῆς συνόδου ταύτης ὅτι φυλάττειν ὀφείλομεν καὶ τὸν κανόνα τὸν λέγοντα οἰκονόμον εἶναι ἐν ἑκάστῃ ἐκκλησίᾳ. Καὶ εἰ μὲν ἕκαστος ἐπίσκοπος προβάλλεται οἰκονόμον τῆς ἰδίας ἐκκλησίας, ἔσται· εἰ δὲ μὴ ποιεῖ τοῦτο, τῷ Κωνσταντινουπόλεως διδόασι προνόμιον προχειρίζεσθαι οἰκονόμον ἐξ αὐθεντίας ἰδίας, ἤγουν μετ' ἐξουσίας, ἐν ταῖς ὑποκειμέναις αὐτῷ δηλαδὴ ἐκκλησίαις. Ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς μητροπολίταις ἐν ταῖς ἐπαρχίαις τῶν παρ' αὐτῶν χειροτονουμένων ἀρχιερέων. Αὐτὸ κελεύουσι φυλάττεσθαι καὶ ἐπὶ τῶν μοναστηρίων. Ἀλλὰ ταῦτα ἐν γράμμασιν ὅσον τέως παρά τισιν. Οὐδὲ γὰρ πάντων κατηγορητέον· οὐδὲ γὰρ δίκαιον.

ARIST. « Si metropolitanus metropolis œconomum non designaverit, designet patriarcha; si « episcopus hoc non fecerit, faciat metropolitanus: « ut visum est Patribus Chalcedone congregatis. « Idem et in monasteriis servetur. »

In unaquaque ecclesia œconomum e proprio clero esse oportet, qui juxta episcopi sententiam ecclesiastica negotia administrare debet. Quemadmodum C vicesimus sextus synodi Chalcedonensis canon statuit. Si qui autem episcoporum per se ipsos ea administrare velint : in metropolibus quidem patriarcha œconomum præferet; in episcopalibus autem suis metropolitanus. At hoc idem erit, et in monasteriis quæ non habent œconomos, observatum.

ΑΡΙΣΤ. « Τοῦ μητροπολίτου μὴ ποιοῦντος οἰκονόμον τῆς μητροπόλεως, ποιείτω ὁ πατριάρχης· « καὶ τοῦ ἐπισκόπου, ὁ μητροπολίτης· κατὰ τὴ « δόξαν τοῖς ἐν Χαλκηδόνι. Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν « μοναστηρίων. »

Ἐν ἐκκλησίᾳ ἑκάστῃ δεῖ οἰκονόμον εἶναι ἐκ τοῦ ἰδίου κλήρου, κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου τὰ ἐκκλησιαστικὰ πράγματα διοικεῖν ὀφείλοντα· καθὼς ὁ εἰκοστὸς ἕκτος κανὼν τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου διαλαμβάνει. Εἰ δέ τινες τῶν ἐπισκόπων δι' ἑαυτῶν οἰκονομεῖν ταῦτα βούλονται, ἐπὶ μὲν τῶν μητροπόλεων ὁ πατριάρχης προβαλεῖται οἰκονόμον, ἐπὶ δὲ τῶν ἐπισκοπῶν αὐτῶν ὁ μητροπολίτης. Τὸ δὲ αὐτὸ ἔσται καὶ ἐπὶ τῶν μοναστηρίων τῶν μὴ ἐχόντων οἰκονόμους.

303 CANON XII.

« Si quis episcopus, vel monasterii præfectus ex « episcopii vel monasterii agris in principis « alicujus manus alienare, vel alteri personæ « tradere deprehensus fuerit, irrita sit traditio, « ut sanctorum apost. vult canon, qui dicit : D « *Omnium rerum ecclesiasticarum episcopus curam gerat, et ea administret tanquam Deo intuente.* Ne liceat autem quidquam ex eis sibi « vendicare, vel propriis cognatis, quæ Dei sunt « elargiri : si sint autem pauperes, ut pauperibus suppeditet; sed non eorum prætextu « res Dei venundet. Si vero detrimentum afferre « causentur, nec quidquam ex agro emolumenti « percipi : ne sic quidem magistratibus aut « principibus, qui sunt in eo loco, det prædium, « sed clericis vel agricolis. Sin autem aliqua « improba calliditate utantur, et ab agricola vel « clerico agrum præses vel magistratus emerit, « sic quoque irrita sit venditio, et episcopio vel

ΚΑΝΩΝ ΙΒʹ.

« Εἴ τις ἐπίσκοπος εὑρεθείη ἢ ἡγούμενος ἐκ τῶν « αὐτουργίων τοῦ ἐπισκοπείου ἢ τοῦ μοναστηρίου « ἐκποιούμενος εἰς ἀρχοντικὴν χεῖρα, ἢ ἑτέρῳ « προσώπῳ ἐκδιδούς, ἄκυρον εἶναι τὴν ἔκδοσιν, « κατὰ τὸν κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων, τὸν « λέγοντα· « *Πάντων τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ὁ ἐπίσκοπος ἐχέτω τὴν φροντίδα « καὶ διοικείτω αὐτὰ ὡς Θεοῦ ἐφορῶντος.* » « Μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ σφετερίζεσθαί τι ἐξ αὐτῶν, « ἢ συγγενέσιν ἰδίοις τὰ τοῦ Θεοῦ χαρίζεσθαι. « Εἰ δὲ πένητες εἶεν, ἐπιχορηγείτω ὡς πένησιν, « ἀλλὰ μὴ προφάσει τούτων τὰ τοῦ Θεοῦ ἀπεμπολείτω. Εἰ δὲ προφασίζοιντο ζημίαν ἐμποιεῖν, καὶ μηδὲν πρὸς ὄνησιν τυγχάνειν τὸν « ἀγρὸν, μηδὲ οὕτω τοῖς κατὰ τόπον ἄρχουσιν « ἐκδιδόναι τὸν τόπον, ἀλλὰ κληρικοῖς ἢ γεωργοῖς. Εἰ δὲ πανουργίᾳ πονηρᾷ χρήσοιντο, καὶ « ἐκ τοῦ κληρικοῦ ἢ τοῦ γεωργοῦ ὠνήσηται ἄρ« χων τὸν ἀγρὸν, οὕτως ἄκυρος ἔστω ἡ πρᾶσις,

« καὶ ἀποκαθιστάσθω τῷ ἐπισκοπείῳ ἢ τῷ μονα- A « στηρίῳ. Καὶ ὁ ἐπίσκοπος ἢ ἡγούμενος τοῦτο « ποιῶν ἐκδιωχθήτω· ὁ μὲν ἐπίσκοπος τοῦ ἐπισκο- « πείου, ὁ δὲ ἡγούμενος τοῦ μοναστηρίου, ὡς δια- « σκορπίζοντες κακῶς ἃ οὐ συνήγαγον »

A publicum utique pertinet, in iis inventum fuerit. Per præsentem autem hanc et piam definitionem Aurea Bulla munitam majestas mea corrigit quæcunque claudicare inveniuntur in iis, quæ dictæ Magnæ Dei Ecclesiæ adsunt, juribus ac titulis, in omnibus ejusmodi immobilibus, quæcunque ea fuerint; et omnia quæ illis adsunt, in oriente et occidente, et in omnibus insulis, ut nunc a majestate mea data et ei concessa putentur, per hoc scriptum præsens piumque Aurea Bulla munitum serenitas nostra jubet statuitque. Ob eam enim causam et exactas procedere descriptiones, quæ declarent cujusque generis immobilia, et qui eis præsunt colonos et inquilinos, nec non omnis generis prædia rustica in eis in-B venta, a locorum descriptoribus, eorumque subscriptionibus confirmari, et in perpetuam securitatem sanctissimæ Magnæ Ecclesiæ tradi jubet nostra majestas, ut omnia manifesta et extra controversiam posita sint, nec ullo tempore in disquisitionem revocentur a descriptorum quoquam, vel inspectorum, vel peræquatorum, et eorum qui aliter fiscalia perscrutantur, declaratis descriptionibus in futuram rei memoriam competentibus secretis insinuandis. Neque enim cuiquam eorum ullo modo ingredi hujusmodi immobilia, aut ea in controversiam deducere et disquisitionem quamcunque unquam licebit. Sed nec de juribus (Ecclesiæ) in his (dictis possessionibus) debent inquirere, nec tribu-C tum fumarium nec mensuraticum recipere, nec vectigal aliud quodcunque, in lucrum descriptorum excogitatum, qui ad solum aspectum præsentis definitionis meæ majestatis Aurea Bulla munitæ, et descriptionum præcedentium, ut constitutum est, prohibentur. Omnis autem quæ facta est jussio, sive de prius alio deputatis, sive de fragmentis, sive de commiserationibus, sive de iis quæ ab humilibus ordinibus, sive de iis quæ incisionibus subjecta, sive de militiis affectatis, licet compensatio facta non sit, sive de non acquiescendo factis sine quantitate donationibus, sive de quacunque alia re edita est jussio, et ulla in re repugnet præsenti majestatis meæ definitioni Aurea Bulla munitæ, irrita erit et invalida : etsi, ne rescindatur, D in ea expressum sit (nisi nominatim pronuntiatum fuerit). Omnium enim jussionum, quæ factæ sunt, notitiam habens mea pietas, eas sigillatim enumerare supervacuum existimavit, et ut expressim enumeratas et eversas, quod ad hanc Aureæ Bullæ definitionem attinet, censeri constituit majestas mea. Sed nec ulla alia, quæ in posterum fiet jussio, huic piæ scripturæ prævalebit ; quinimo et illa, quatenus præsenti meæ majestatis definitioni adversatur, irrita fiet, nullarumque virium; licet, ne subvertatur, apposita sit clausula (nisi nominatim pronuntiatum sit) aut quævis alia distinctio. Ut igitur manifesta sint, quæ adsunt sanctissimæ Dei magni Ecclesiæ, immobilia omnia, in præsenti definitione Aurea Bulla munita aperte inscripta sunt,

quæ ad verbum sic se habent : In **310** Thraciæ et Macedoniæ provincia illa et illa, et deinceps enumerat omnia immobilia. Post horum enumerationem dicit : Judæi Strobiliotæ ubicunque inventi, et excusatio navium capacitatis triginta millium. In his omnibus sancit imperialis mea potestas sanctissimam Magnam ecclesiam et omnem ejus partem habere jus suum inviolatum omnino et inconcussum ; cum exactiores fieri debebunt terminorum definitiones a locorum descriptoribus ut sæpe dictum est : verum eo prætextu non licebit prædictis descriptoribus tributum fumarium vel mensuraticum exigere, aut necessariorum dationem, ullamve exactionem facere a quibuscunque immobilibus ejus : sed absque ulla collatione et petitione prædictas finium descriptiones conficient. Quod si quis ausus fuerit violare quidquam eorum, quæ præsenti Aureæ Bullæ oratione majestatis meæ definiuntur, præter imperialem indignationem in periculum veniet subeundi pœnam aureorum triginta librarum, quæ sine commiseratione rerum privatarum secreto ex conventione sanctissimæ Magnæ ecclesiæ ab illo exigentur : quippe cum firma sit ac munita præsens Aureæ Bullæ oratio facta mense Augusto prima indictione an. 6661, cui nostrum pietate præcellens ac a Deo designatum subscripsit imperium. Præterea autem et alia Bulla Aurea ejusdem potentis sanctique nostri imperatoris, mense Februario indict. 11, an. 6656, emissa est, quæ dicitur medicator, utpote quæ titulis et juribus omnium ubique Ecclesiarum, quæ forte claudicabant episcopatuum scilicet et metropolium et ipsius Magnæ ecclesiæ, medeatur, quæ etiam ad verbum sic tractat:

Qui post Mosen fuit electi illius populi imperator Jesus, Hierichuntis festinans munimenta diruere, sacerdotibus jussit in circuitu tuba canere, et sic murorum propugnacula mirabiliter dejecit ; majestati autem meæ, quæ novo a Deo electo populo præest, post illum regem, Mosem alium populi servatorem ac ducem, inclytum dico majestatis meæ dominum ac genitorem, veluti quædam Hierichuntina mœnia communis Christianorum inimici propugnacula (occidentalis dico draconis, qui in Sicilia tyrannidem exercet, et illinc adversus Romanum imperium latenter prorepit) diruere properanti, quibusdam quasi spiritualibus tubis, antistitum, Deum nobis quotidie placantium, precibus, et ad illum diruendum conferentibus, opus est. Sed et ipse divinus Moses, quando eum Amalech prælium commisit sacerdotibus utrinque innixus, sic eum fugavit et vicit. Sicut ille igitur etiam et majestas mea sacro antistitum sustentaculo indigens ad aciem adversus novum hunc Amalech propositum et veluti quamdam lucis columnam novum hunc Israel præcedentem. et ejus gressus dirigentem , preces eorum habere volens, hanc præsentem Bul-

A ἅπαντα, ἐν τῷ παρόντι χρυσοβούλλῳ λόγῳ ῥητῶς ἐνεγράφησαν, ἃ ἔχουσιν οὕτως πρὸς ὄνομα· ἐν τῷ θέματι Θρᾳκίας καὶ Μακεδονίας τὸ δεῖνα καὶ δεῖνα, καὶ ἐφεξῆς καταλέγει τὰ ἀκίνητα πάντα. Καὶ μετὰ τὴν τούτων ἀπαρίθμησίν φησιν· Οἱ πανταχοῦ εὑρισκόμενοι Στροβιλιῶται Ἰουδαῖοι, καὶ ἐξκουσεία πλοίων χωρήσεως χιλιάδων τριάκοντα. Ἐπὶ τούτοις πᾶσι τὸ ἀπερικλόνητον ἔχειν καὶ ἀδιάσειστον τὴν Μεγάλην ἐκκλησίαν καὶ τὸ μέρος ἅπαν αὐτῆς θεσπίζει τὸ κράτος ἡμῶν, περιορισμῶν ὀφειλόντων προβῆναι λεπτομερῶν παρὰ τῶν κατὰ τόπους ἀναγραφέων, ὡς πολλάκις διείληπται· πλὴν τῇ τοιαύτῃ προφάσει οὐκ ἐξέσται τοῖς δηλωθεῖσιν ἀναγραφεῦσιν ἢ καπνικὸν ἀπαιτῆσαι ἢ μετρητίκιον. ἢ χρειῶν δόσιν, ἢ ἑτέραν ὁποιανδήτινα εἴσπραξιν ἀπὸ τῶν ὁπουδήποτε B ἀκινήτων αὐτῆς· ἀλλ' ἄνευ τῆς οἱασοῦν συνεισφορᾶς τε καὶ ἀπαιτήσεως τοὺς δηλωθέντας περιορισμοὺς συντελέσουσι· τοῦ κατατολμήσοντος ἀθετῆσαί τι τῶν διωρισμένων τῷ παρόντι χρυσοβούλλῳ λόγῳ τῆς βασιλείας μου, πρὸς τῷ τὴν βασιλικὴν ὑποστήσεσθαι ἀγανάκτησιν, ὑποστῆναι ὑφορωμένου καὶ δόσιν προστίμου λιτρῶν ὑπερπύρων τριάκοντα, ἀπαιτηθησομένων ἀσυμπαθῶς ἐξ αὐτοῦ παρὰ τοῦ σεκρέτου τῶν οἰκείων ἐκ προσελεύσεως τῆς ἁγιωτάτης Μεγάλης ἐκκλησίας, ὡς βεβαίου καὶ ἀσφαλοῦς τοῦ παρόντος χρυσοβούλλου λόγου τυγχάνοντος γεγενημένου κατὰ τὸν Αὐγούστου μῆνα τῆς C α' ἰνδικτιῶνος τοῦ ͵ϛχξα' ἔτους, ἐν ᾧ καὶ τὸ ἡμέτερον εὐσεβὲς καὶ θεοπρόβλητον ὑπεσημήνατο κράτος. Προσέτι τούτοις ἀπελύθη καὶ ἕτερος χρυσόβουλλος λόγος τοῦ αὐτοῦ κραταιοῦ ἁγίου ἡμῶν βασιλέως κατὰ μῆνα Φεβρουάριον ἰνδικτιῶνος ια', τοῦ ͵ϛχνϛ' ἔτους ὁ καὶ ἰατὴρ λεγόμενος, ὡς ἰώμενος τὰ χωλεύοντα ἴσως δικαιώματα τῶν ἁπανταχοῦ ἐκκλησιῶν, ἐπισκοπῶν δηλονότι καὶ μητροπόλεων, καὶ αὐτῆς τῆς Μεγάλης ἐκκλησίας, ὃς καὶ κατὰ ῥῆμα οὑτωσὶ διαλαμβάνει.

Ὁ μὲν μετὰ Μωϋσέα τοῦ ἐκλεκτοῦ λαοῦ ἐκείνος στρατηγὸς Ἰησοῦς, τὰ Ἱεριχούντεια καθελεῖν ἐπειγόμενος ὀχυρώματα, τοῖς ἱερεῦσι κύκλῳ σαλπίζειν ἐκέλευε, καὶ οὕτως παραδόξως τὰς τῶν τειχῶν ἐπάλξεις κατέῤῥιπτε· τῇ δὲ τοῦ νέου τῷ Θεῷ ἐκλεκτοῦ καθηγουμένῃ τούτου λαοῦ βασιλείᾳ μου μετὰ τὸν ἐν βασιλεῦσιν ἐκεῖνον ἄλλον Μωϋσέα τοῦ λαοῦ σωτῆρα καὶ ὁδηγὸν, τὸν ἀοίδιμον λέγω αὐθέντην τῆς βασιλείας μου καὶ γεννήτορα, ὥσπερ τινὰ τείχη καθελεῖν D ἐπειγομένῃ Ἱεριχούντεια, τὰς τοῦ κοινοῦ τῶν Χριστιανῶν ἐχθροῦ ὀχυρώσεις (τοῦ δυτικοῦ λέγω δράκοντος, τοῦ τῆς Σικελικῆς κατατυραννοῦντος γῆς, κἀκεῖθεν κατὰ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐπικρατείας λαθρίως ἑρπύσαντος) ἀναλόγως οἷα πνευματικάς τινας σάλπιγγας, τὰς τῶν τὸν Θεὸν ἐξιλεουμένων καθ' ἑκάστην ὑπὲρ ἡμῶν ἀρχιερέων εὐχὰς, πρὸς ἐκείνου καθαίρεσιν συνεργούσας, ἐδέησεν. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ Θεόπτης Μωϋσῆς, ὁπηνίκα τῷ Ἀμαλὴκ συνεκρότει μάχην, ἑκατέρωθεν στηριζόμενος, οὕτω τοῦτον κατετροποῦτο καὶ ὑπερίσχυε. Κατ' ἐκεῖνον οὖν καὶ ἡ βασιλεία μου τοῦ ἀρχιερατικοῦ δεομένη ὑποστηρίγματος εἰς τὴν κατὰ τοῦ νέου τούτου Ἀμαλὴκ προκειμένην ἀντιπαράταξιν, καὶ ὥσπερ τινὰ στῦλον φωτὸς

τοῦ νέου Ἰσραὴλ προηγούμενον, καὶ τὰ τούτου κατευθύνοντα διαβήματα, τὰς τούτων ἔχειν εὐχὰς ἐθέλουσα, τὸν παρόντα χρυσόβουλλον λόγον τῇ μητρὶ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν, τῇ νέᾳ Σιών, τῷ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ἐνδιαιτήματι, καὶ τοῖς κατὰ τὰς νήσους πάσας καὶ τὴν ἀνατολὴν καὶ τὴν δύσιν ἐβράβευσε, τὰς ὑπὲρ τῆς βασιλείας μου τούτων εὐχὰς ἐπὶ πλέον ἀναῤῥωννύουσα. Ἀκριβῶς γὰρ οἶδεν ἡ βασιλεία μου ὡς οὐ σώζεται βασιλεὺς διὰ πολλὴν δύναμιν, καὶ ὡς γίγας οὐ σωθήσεται ἐν πλήθει ἰσχύος αὐτοῦ· ψευδὴς δὲ ἵππος εἰς σωτηρίαν, κατὰ τὸν θεῖον φάναι προφήτην καὶ ψαλμογράφον καὶ θεοπάτορα. Τοιγάρτοι καὶ τὸ ἀπερικλόνητον πάντῃ περιφυλάττεσθαι, τῇ τε πασῶν προκαθημένῃ ἐκκλησιῶν, καὶ τοῖς μνημονευθεῖσι πᾶσιν ἀρχιερεῦσι, τῶν ὁπουδήποτε ἁγίων ἐκκλησιῶν, καὶ τὸ ἀσφαλὲς τῶν προσόντων ταύταις B δικαιωμάτων ἐπὶ τῇ κατοχῇ τῶν ἀκινήτων αὐτῶν βεβαιότερον καθιστῶσα· προσεπανορθοῦσα δὲ καὶ εἴ τι που χωλεῦόν ἐστιν ἐν τοῖς αὐτῶν δικαιώμασιν, καὶ τῆς ἀκριβείας λειπόμενον· καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ εἴ τι ὀφεῖλον ἐπακολουθῆσαι δικαίωμα πρὸς τὴν ἀσφαλῆ τῶν τοιούτων ἀκινήτων δεσποτείαν, κατοχήν τε καὶ κυριότητα γενέσθαι ἴσως οὐκ ἔφθασεν· αὐτὸν δὴ τὸν παρόντα χρυσόβουλλον λόγον ἰατῆρα ἡ βασιλεία μου τούτου δὴ τοῦ ἐλλείποντος αὐτοῖς ἐπιδέδωκεν, οἷον ἄρτιον καὶ ὁλομελὲς δεικνύντα τὸ ἐπὶ τούτοις δίκαιον, καὶ εἰς τὸ παντελὲς ἀδιάσειστον, δι' οὗ βεβαιοῖ μὲν, καὶ ἀσφαλέστερον τίθησι, πᾶν προσὸν ταῖς κατ' αὐτοὺς ἁγιωτάταις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις, καὶ αὐτῇ τῇ τούτων προκαθημένῃ, δι- C καίωμα ἐπὶ τοῖς αὐτῶν ἀκινήτοις, ὅποι ἂν καὶ καθέστηκε, κἂν ὁπουδήποτε ταῦτα διάκεινται, καὶ τὸ καλὸν κάλλιον τίθησι τῇ ἐπικρίσει καὶ ψήφῳ τῆς βασιλείας μου. Πᾶν δὲ ἐν αὐτοῖς, ἐν ὁποίοις εἴποι τις θεωρούμενον, εἴτε ἐν χρυσοβούλλῳ λόγῳ διαφόρων βασιλέων, εἴτε ἐν σιγιλλίοις, εἴτε ἐν ἁπλαῖς προστάξεσιν, εἴτε ἐν λύσεσιν, τουτέστι πρακτικοῖς, ὑποσκάζον, καὶ κατά τι τοῦ ἀκριβοῦς καὶ τῆς ὀφειλομένης ἀκολουθίας λειπόμενον, ἀπό τε βασιλικῶν προσταγμάτων καὶ νόμων, ἐπανορθοῖ, καὶ διορίζεται μὴ κατά τι πρόκριμα ἐκ τούτων εἶναι ταῖς δηλωθείσαις πάσαις ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις εἰς τὸν αἰῶνα ἅπαντα, ἀλλὰ τὸ ὑπόσαθρον ἐκείνων καὶ ἀσθενὲς εὐτονώτατον εἶναι καὶ ἀνάλωτον πάσῃ δικαιολογίᾳ τοῦ βουλομένου λέγειν τι ὑπὲρ τοῦ δημοσίου, τῷ παρόντι χρυ- D σοβούλλῳ λόγῳ τῆς βασιλείας μου ῥωννύμενον καὶ σφόδρα ἐνδυναμούμενον. Καὶ ἵνα ἀπὸ τῶν πολλῶν, ὧν ἄν τις ἐννοήσειεν, ὀλίγων τινῶν ἡ βασιλεία μου ἐπιμνησθείη, ἐάν τυχὸν δωρεὰ αὐτοῖς παροίκων ἄποσος εἴη, ἢ μέτρον γῆς, ἢ αὐτουργιά τινα ἐκαινίσθησαν ἐν τοῖς τοιούτοις κτήμασι, τυχὸν μὴ δεδωρημένα αὐτοῖς, ἢ καὶ ἐδωρήθησαν μὲν, οὐκ ἀνετράπησαν δὲ αἱ περὶ τούτων προστάξεις, ἢ ἐπὶ προαφωρισμένοις δεδωρημένοις αὐτοῖς, αἱ περιπροαφωρισμέναι προστάξεις οὐκ ἀνετράπησαν, ἤ τινα τῶν πορισθέντων αὐτοῖς βασιλικῶν προσταγμάτων οὐδ' ὅλως κατεστρώθησαν, ἢ κατεστρώθησαν μὲν εἴς τινα τῶν σεκρέτων, ἢ καταστρωθέντα ἀπώλοντο, ἴσα δὲ τούτων πεπιστευμένα εὑρίσκονται, ἢ πρακτικὰ ὀφεί-

A lam Auream, et omnium Ecclesiarum matri, novæ Sion, Dei sapientiæ habitaculo, et iis, qui sunt in omnibus insulis et in oriente et occidente, antistitibus donavit, eorum pro majestate mea preces magis confirmans. Recte enim novit mea majestas, quod rex non servatur per multam potentiam, et quod gigas non servabitur in multitudine virtutis suæ: mendax autem equus ad salutem, ut cum divino Propheta et Psalmographo et Dei patre loquar. Volens enim, ut firmitas et stabilitas Ecclesiæ, quæ omnibus præest, omnino servetur, et omnibus dictis antistitibus sanctarum quæ ubicunque sunt Ecclesiarum, et securitatem titulorum ac jurium, quæ illis adsunt, in ipsorum immobilium detentione, firmius constituens; et præterea corrigens si quid B in eorum juribus claudicet, et a summo exactoque jure distet; et non solum hoc, sed et si quod jus consequi **311** debet, ad ejusmodi immobilium dominationem, detentionem et proprietatem, id fortasse prius factum non est: hanc majestas mea Bullam Auream, ejus quod deest medicatricem, illis tradidit, quæ veluti perfectum et integrum et omnino illabefactabile et immobile jus ejus ostendit: per quam confirmat quidem, et tutius facit, quodcunque jus adest sanctissimis Dei ecclesiis, eique quæ illis præsidet, in suis immobilibus, cujusmodicunque fuerint, et ubicunque ea sita sint, et quod pulchrum pulchrius constituit majestatis meæ sententia et calculo. Quidquid autem est in C eis, in quibuscunque quis spectatum id dixerit, sive in rescripto diversorum imperatorum Aurea Bulla munito, sive in sigillis, sive in simplicibus jussionibus, sive in solutionibus, hoc est in actis, claudicans, et aliqua in re ab eo quod est exactum et a debita consequentia deficiens, e regalibus jussionibus et legibus corrigit, et decernit dictis sanctissimis Ecclesiis nullum ex ea re præjudicium in æternum afferri: sed quod in eis est infirmum et imbecillum, esse firmissimum et nulla juris alligatione oppugnandum ab eo, qui velit aliquid pro fisco seu publico dicere, ut quod præsenti majestatis meæ definitione Aurea Bulla munita confirmetur et valde corroboretur. Et ut ex multis eorum, quæ cuipiam in mentem venire possint, pauca quæ- D dam majestas mea memoria repetat: si forte donatio colonorum ipsis, aut mensurarum terræ sine certa quantitate sit, vel prædia quædam rustica innovarint in hujusmodi possessionibus, forte quæ ipsis donata non fuerunt; aut donata quidem fuerunt; jussiones autem de his factæ non sunt revocatæ, vel in prius designatis, quæ ipsis donata sunt, jussiones de prius definitis non sunt revocatæ, aut jussionum imperalium, quæ ipsis tributæ sunt, aliquæ nullo modo insinuatæ fuerunt; aut fuerunt quidem insinuatæ in aliquo non tamen competente secreto; aut insinuatæ perierunt, exempla autem earum fide digna reperiuntur; aut acta, quæ procedere debebant, non processerunt, vel quæ processerunt non sunt insinuata; aut, quæ fieri de-

buerunt, rationum computationes, factæ non sunt; aut forte quamlibet aliam ob causam, sive ex parte, sive in totum, quæ adsunt sæpe dictis sanctis Dei ecclesiis et matri omnium jura claudicant, et inde firmitatem suam non habent; etsi omnis quæ instrumenta claudicare faciat, causa non sit hic nominatim expressa; aut alia forte ipsis concedi debuerunt instrumenta de hujusmodi immobilibus, cum aliqua saltem impetraverint (nam si documentum de quopiam ex possessis a se immobilibus, nequaquam acquisierint, nihil a præsenti Aureæ Bullæ oratione juvabuntur), nulla in re hæc omnia, et quæcunque alia cuipiam pro fisco certanti in mentem quandoque venerint, lædere unquam sanctissimas Dei ecclesias, et Sapientiæ Dei templum, reliquasque metropoles, archiepiscopatus, episcopatus, poterunt in iis immobilibus, quæ, ut dictum est, ad eas pertinent, ex qualibuscunque juribus. Si enim nullum penitus jus in aliquibus, quæ forte habent, immobilibus possident, a præsenti Aurea Bulla munita definitione nihil omnino juvabuntur : sicut nec in quibus fiscus ex justa aliqua causa ad hodiernum usque diem possessionem habuit. In his enim omnibus juris observabitur exacta disciplina. Si quis ergo velit, ob avaritiam vel ob aliam aliquam causam, ea, quæ in præsenti majestatis meæ Aurea Bulla munita definitione constituta sunt, negligere : primum quidem sanctæ Trinitatis lucem, quando coram formidabili tribunali steterimus, non viderit, a Christianorum autem parte, ut Judas a duodenario numero, exciderit; præterea autem et maledictionem attraxerit eorum qui a sæculo dormierunt sanctorum primogenitorum, justorum et divinorum Patrum.

312 ZONAR. Ecclesiarum αὐτούργια inalienabilia servari hic canon jubet (αὐτούργια autem, hoc loco, quæcunque fructum ex se ferre queant, intelligimus), proferuntque Patres apostolicum canonem, quo rerum ecclesiasticarum procuratio episcopo demandatur, ut eas ille, veluti inspectante Deo, administret, nec ex iis aliquid intervertat, hoc est, sibi tanquam proprium vindicet, neque cognatis suis largiatur. Quod si forte, inquiunt hi Patres, sterilem agrum ac proinde ecclesiæ inutilem esse episcopus obtendat; ne sic quidem eum magistratibus, sed aut clericis aut agricolis, addicat : clericis quidem, quia inferiores et subjecti sunt; agricolis vero, utpote qui ruri degentes in humiliore atque subjectiore fortuna versantur. Quod si versute ac dolose clerico quidem aut agricolæ dedatur ager, sed ab eo postea cuipiam e magistratibus mancipetur, totum illud negotium, sive venditione sive alia quacunque ratione transactum, irritum esse, possessionemque ecclesiæ restitui, jubent. qui vero rem ejusmodi admiserit, ut per fraudem videlicet, vel etiam manifesto et palam, dynastis ecclesiasticas possessiones proderet, sive episcopus sive monasterii præfectus sit, e dignitatis gradu,

A λοντα προβῆναι οὐ προέβησαν, ἢ προβάντα οὐ κατεστρώθησαν, ἢ ὡρισθέντα γενέσθαι λογίσιμα, οὐκ ἐγένοντο, ἢ κατά τινα ἴσως ἄλλην ὁποίαν ἄν τις εἴποι, αἰτίαν εἴτε κατὰ μέρος εἴτε καθολόκληρον, τὰ προσόντα ταῖς πολλάκις διαληφθείσαις ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις καὶ τῇ μητρὶ πασῶν χωλεύουσι δικαιώματα, κἀντεῦθεν οὐκ ἔχουσι τὸ ἀπερικλόνητον, κἂν μὴ ῥητῶς ἐνταῦθα πᾶσα ὁποιαδήτις αἰτία ὑποσκάζειν ποιοῦσα τὰ δικαιώματα ἐκπεφώνηται· ἢ ὀφεῖλον τυχὸν καὶ ἕτερα δικαιώματα προσεπορεχθῆναι αὐταῖς ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἀκινήτοις, ὡς τινῶν πάντων προβάντων ἐν αὐταῖς ἀκινήτων κέκτηνται, οὐδέν τι ἀπὸ τοῦ παρόντος χρυσοβούλλου λόγου ὠφεληθήσονται, κατὰ μηδέν τι ταῦτα πάντα, καὶ ὅσα ἄν τις ἄλλα εἰς νοῦν λάβῃ ποτὲ ὑπὲρ τοῦ δημοσίου ἀγωνι-
B ζόμενος, καταβλάψαι ποτὲ τὰς τοῦ Θεοῦ ἁγιωτάτας ἐκκλησίας, τόν τε τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας οἶκον, καὶ τὰς λοιπὰς μητροπόλεις, ἀρχιεπισκοπὰς, ἐπισκοπὰς, δυνήσεται ἐπὶ τοῖς, ὡς εἴρηται, διαφέρουσιν αὐταῖς ἀκινήτοις ἀφ' οἱωνδήποτε δικαιωμάτων. Εἰ γὰρ μηδέν τι μηδαμῶς δικαίωμα ἐκτήσαντο ἐπί τισιν ἴσως τῶν προσόντων αὐταῖς ἀκινήτων, οὐδεμίαν ἀπὸ τοῦ παρόντος χρυσοβούλλου λόγου ὠφέλειαν ἕξουσιν, ὥσπερ οὐδὲ ἐφ' οἷς ἔσχε τὴν κατοχὴν ὁ δημόσιος ἀφ' οἱασδήτινος εὐλόγου αἰτίας μέχρι τῆς σήμερον· ἐπὶ τούτοις γὰρ πᾶσι τὸ ἀκριβὲς παραφυλαχθήσεται. Εἴ τις οὖν θελήσει διὰ φιλοχρηματίαν ἢ δι' ἑτέραν αἰτίαν τινὰ καταφρονῆσαι τῶν ἐν τῷ παρόντι χρυσοβούλλῳ λόγῳ τῆς βασιλείας μου διωρισμένων, πρῶτα μὲν οὖν τὸ τῆς ἁγίας Τριάδος φέγγος, ὅτε περιστάμεθα
C τῷ φοβερῷ βήματι, μὴ θεάσαιτο, ἐκπέσοι δὲ καὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν μερίδος, ὡς Ἰούδας τῆς δυοδεκάδος· πρὸς ἔτι τούτοις καὶ τὴν ἀρὰν ἐπισπάσαιτο τῶν ἀπ' αἰῶνος προκεκοιμημένων πρωτοτόκων ἁγίων, δικαίων καὶ θεοφόρων Πατέρων.

ΖΩΝΑΡ. Τὰ αὐτούργια τῶν ἐκκλησιῶν ἀνεκποίητα ὁ κανὼν οὗτος κελεύει φυλάττεσθαι (αὐτούργιον δ' ἐνταῦθα πᾶν εὐπρόσοδον νοητέον)· καὶ τὸν ἀποστολικὸν κανόνα παράγουσιν, ὅστις τῷ ἐπισκόπῳ ἀνατίθησι τὴν φροντίδα τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων, ἵν' αὐτὰ διοικῇ ὡς τοῦ Θεοῦ ἐφορῶντος, καὶ μηδὲν ἐξ αὐτῶν σφετερίζηται, ἤτοι οἰκειῶται, ἢ συγγενέσι χαρίζηται ἑαυτοῦ. Εἰ δὲ προφασίζοιτο ἐπίσκοπος, φασὶν οἱ Πατέρες οὗτοι, ὅτι ἀπρόσοδός ἐστι τυχὸν ὁ
D ἀγρὸς, καὶ οὐδεμίαν ὠφέλειαν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐμποιεῖ, μηδὲ οὕτως ἄρχουσιν αὐτὸν ἐκδιδότω, ἀλλὰ κληρικοῖς ἢ γεωργοῖς· τοῖς μὲν κληρικοῖς ὡς ὑποκειμένοις αὐτῷ καὶ ὑπείκουσι, τοῖς δὲ γεωργοῖς ὡς ἀγρόταις ἀνθρώποις, καὶ εὐτελοῦς καὶ ταπεινοτέρας καταστάσεως. Εἰ δὲ πανούργως καὶ μετὰ δόλου ἐκδοθείη μὲν ὁ ἀγρὸς κληρικῷ ἢ γεωργῷ, ἐξ ἐκείνου δὲ μετατεθείη εἰς ἀρχοντικὸν πρόσωπον, ἄκυρον εἶναι τὸ πραχθὲν, εἴτε πρᾶσις λέγοιτο, εἴτε συνάλλαγμα ἕτερον, καὶ ἀποκαθίστασθαι τὸ πρᾶγμα τῇ Ἐκκλησίᾳ. Ὁ δὲ τοῦτο ποιῶν, τὸ μετὰ δόλου δηλονότι ἢ καὶ φανερῶς προδιδόναι δυνάσταις τὰ ἐκκλησιαστικὰ, εἴτε ἐπίσκοπος εἴη, εἴτε ἡγούμενος, ἐκδιωκέσθω ὡς διασκορπίζων κακῶς ἃ οὐ συνήγαγεν. Εἰ γὰρ ἃ ἕκαστος ἐκτήσατο διασκορπίζων κακῶς κρίματι

ἐστιν ἔνοχος, πόσῳ μᾶλλον ὁ διασκορπίζων ἃ ἕτεροι τῷ Θεῷ ἀφιέρωσαν; Οὗτος μὲν οὖν ὁ κανὼν περὶ αὐτουργίων λέγει· ὁ δὲ τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου εἰκοστὸς ἔνατος κανὼν οὐδὲ ἀπρόσοδον ἐᾷ ἐκποιεῖσθαι, εἰ μὴ μετὰ παρατηρήσεως καὶ τοὺς μὴ φυλάσσοντας τὸν κανόνα ἐκπτώσειν κολάζει τῆς οἰκείας τιμῆς. Ὁ δὲ μέγας Κύριλλος Δόμνῳ ἐπιστέλλων, κειμήλια καὶ κτήσεις ἀκινήτους ἐκκλησιῶν ἀνεκποίητα εἶναι διατάττεται· ἀλλὰ ταῦτά τισι τῶν ἡγουμένων λῆρος δοκεῖ

quippe qui ea, quæ ipse haud collegit, male disperdat, dejici ac deturbari. Nam si quicunque sua ipsius bona male distraxerit judicio est obnoxius, quanto illum magis obnoxium esse arbitremur, qui Deo ab aliis consecratas possessiones dissipat? Atque hic quidem canon de agris statuit. Carthaginensis autem synodi undetricesimo, res quoque aliæ, quamvis fructui ferendo non sint, distrahi, nisi cautione adhibita, prohibentur; quique canoni non paruerint, dignitatis, quam obtinent, privatione multantur. Magnus autem Cyrillus in sua ad Domnum epistola, ecclesiarum vasa pretiosa, earumque immobiles possessiones, nullo modo alienari licere decernit. Sed ista nonnulli monasteriorum præfecti meras nugas putant.

ΑΡΙΣΤ. « Κατὰ τὸ δόξαν τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, τὸ « ἐκποιηθὲν παρὰ ἐπισκόπου ἢ ἡγουμένου πρᾶγμα « τῆς ἐπισκοπῆς ἢ τοῦ μοναστηρίου ἄκυρον ἔστω. « Καὶ ὁ τοῦτο ποιῶν ἐπίσκοπος ἢ ἡγούμενος ἐκ« διωκέσθω. »

Τὰ τῶν ἐκκλησιῶν πράγματα ἀνεκποίητα εἶναι ὀφείλουσι, καὶ μάλιστα τὰ αὐτούργια. Ὅσα δὲ τῶν ἀκινήτων εἰσὶν ἀκερδῆ, καὶ ζημίαν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐπάγοντα, οὐ τοῖς κατὰ τόπον ἄρχουσιν ἐκδοθήσονται, ἀλλὰ κληρικοῖς ἢ γεωργοῖς· ὁ δὲ παραβαίνων τὰ ὁρισθέντα, εἰ μὴ ἐπίσκοπός ἐστιν, ἐκδιωχθήσεται τοῦ ἐπισκοπείου, εἰ δὲ ἡγούμενος, τοῦ μοναστηρίου, ὡς διασκορπίζοντες κακῶς ἃ οὐ συνήγαγον.

ARIST. « Juxta quod sanctis apostolis visum « est, quodcunque ab episcopo vel monasterii præ« fecto ex episcopatu vel monasterio alienatur, « irritum sit. Et episcopus vel præfectus, qui hoc « fecerit, expellatur. »

Ecclesiarum bona, et præsertim prædia, alienari non debent. Quæcunque autem immobilia inutilia sunt, et damnum ecclesiæ afferunt, non loci magistratibus, sed clericis aut agricolis locabuntur. Qui autem decreta transgreditur, si quidem episcopus est, exturbetur episcopio: sin autem monasterii præfectus, monasterio, ut qui male dissipant quæ non congregavere.

ΚΑΝΩΝ ΙΓ'.

« Ἐπειδὴ διὰ τὴν γενομένην κατὰ τὰς ἁμαρτίας « ἡμῶν συμφορὰν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις καθηρπάγη« σάν τινες εὐαγεῖς οἶκοι ὑπό τινων ἀνδρῶν, ἐπι« σκοπεῖά τε καὶ μοναστήρια, καὶ ἐγένοντο κοινὰ « καταγώγια· εἰ μὲν οἱ διακρατοῦντες ταῦτα προ« αιροῦνται ἀποδιδόναι, ἵνα κατὰ τὸ ἀρχαῖον ἀποκα« τασταθῶσιν, εὖ καὶ καλῶς ἔχει· εἰ δὲ μή γε, εἰ « μὲν τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ εἰσι, τούτους κα« θαιρεῖσθαι, ὡς ὄντας κατακρίτους ἀπὸ τοῦ Πατέ« ρος, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ « τετάχθωσαν, ὅπου ὁ σκώληξ οὐ τελευτᾷ, καὶ τὸ « πῦρ οὐ σβέννυται· ὅτι τῇ τοῦ Κυρίου φωνῇ « ἐναντιοῦνται, τῇ λεγούσῃ· « Μὴ ποιεῖτε τὸν « οἶκον τοῦ Πατρός μου οἶκον ἐμπορίου. »

ΒΑΛΣ. Διὰ τὴν τῶν εἰκονομάχων μανίαν πολλοὶ ὀρθόδοξοι ἐκ τῶν ἐπισκοπῶν καὶ τῶν μοναστηρίων αὐτῶν φυγόντες εἰς τὰ ὄρη κατέλαβον. Κατεσχέθησαν οὖν οἱ εὐαγεῖς οὗτοι οἶκοι καὶ ἕτερα ἱερὰ φροντιστήρια παρά τινων, καὶ ἐγένοντο κοσμικὰ καταγώγια. Διὸ καὶ ὥρισαν οἱ Πατέρες ἀποκατασταθῆναι αὐτὰ εἰς τὴν ἀρχαίαν κατάστασιν· τοὺς δὲ μὴ εὐπειθοῦντας πρὸς τοῦτο, ἀλλὰ ἀντεχομένους τοῦ κακοῦ, ἱερωμένους μὲν ὄντας, καθαιρεῖσθαι, λαϊκοὺς δὲ ἢ μοναχούς, ἀφορίζεσθαι. Καὶ ταῦτα μὲν ἐξεφωνήθησαν πρὸς τὴν τότε κατάστασιν. Ἕλκυσον δὲ τὸν κανόνα καὶ εἰς τοὺς κατέχοντας ἱερὰ φροντιστήρια σήμερον κοινωθέντα ἐξ ἐπιδρομῆς ἐθνῶν. Οὐδὲ γὰρ ἔχουσιν εἰπεῖν μὴ παρ' αὐτῶν τολμηθῆναι τὸ κακόν, κἂν-

CANON XIII.

« Quoniam propter eam quæ facta est ob peccata « nostra in ecclesiis calamitatem, sacrosanctæ « quædam ædes a quibusdam viris correptæ « sunt, et episcopia et monasteria, et communia « facta diversoria; si, qui ea quidem tenent, « volunt reddere, ut in pristinum statum resti« tuantur, bene et pulchre habet: sin minus, si « sint quidem sacerdotalis catalogi, eos deponi « jubemus; sin vero monachi vel laici, segre« gari, ut qui a Patre, et Filio, et Spiritu sancto « condemnati sint, et deputentur ubi vermis non « moritur, nec ignis exstinguitur; quia voci Do« mini adversantur, quæ dicit: « Ne facite do« mum Patris mei domum negotiationis [64]. »

BALS. Propter inimicorum imaginum insaniam, multi orthodoxi ex suis episcopatibus et monasteriis fugientes montes occupaverunt. Correptæ sunt ergo sacrosanctæ istæ ædes a quibusdam, et alia sacra divinorum meditandorum loca, et sæcularia facta habitacula. Quamobrem Patres constituerunt, ut ea in antiquum **313** statum restituantur: ii autem qui non obediunt, sed in malo persistunt, si sint quidem sacris initiati, deponantur: sin vero laici vel monachi, segregentur. Et hæc quidem dicta sunt ad eam, quæ tunc fuit, rerum constitutionem. Extende autem canonem etiam ad eos, qui hodie sacras ædes tenent, ex gentium incursione profanatas et communes effectas. Neque enim pos-

[64] Joan. xi, 16.

sunt dicere, se hoc malum non esse ausos, et ideo non debere hanc restitutionem facere. Similiter nec multorum annorum lapsum proferent, ut id confirmetur quod non potest consistere, et sanctum commune efficiatur. Ea enim in aliis quidem locum habent, humanis scilicet negotiis : non autem in sanctis et sacris. Nota hæc propter metropolitanos orientales, qui proprios episcopatus et monasteria a laicis, qui ea detinent, revocant, et hæc audiunt. Numquid autem sanctis locis non communibus effectis, sed conservatis, sicut prius, cogentur qui ea detinent restituere? Solutio. Episcopatus quidem ut ab episcopis occupentur necesse est, nec ullo tempore ad illos revertere prohibebuntur electi : quemadmodum et in Megarensi episcopatu factum est, qui tot annis, quot hominum memoriam excedunt, deletus exstinctusque fuerat, et per jussionem imperialem synodalemque actum metropoli Athenarum paulo ante rursus servatus est. Monasteria autem, ut mihi videtur, si quadraginta annorum spatio ab aliquibus possessa fuerint, non facile ad priores possessores revertuntur : si videlicet sciverint a quibusnam possideantur, et propter socordiam ea tantu tempore non revocaverint. Quia autem præsens quidem canon consequenter 24 Chalcedonensis synodi editus est; 49 autem canon synodi in Trullo eadem decernens, adjicit, non tradenda sæcularibus hominibus monasteria; dictum est aliquando, quod ei canoni et præsenti consequenter, debent subverti antiquiores patriarchales monasteriorum sæcularibus donationes, quin etiam et traditiones monasteriorum aliis monasteriis attributorum, et Magnæ ecclesiæ reservari. Lectus est et patriarchæ illius domini Sisinnii locus eadem decernens, et id fortasse etiam ad effectum pervenisset. Quia autem sanctissimi illius patriarchæ domini Sergii alia allata est decisio, quæ mense Maio facta est, indict. 14. anno 6524, imperiali subscriptione munita, quæ 49 synodi in Trullo canonem interpretatur, et statuit, non intelligi traditionem in donationibus, quæ statum monasteriorum conservant : sed in iis qui monasteria accipiunt, ut ea habeant sæcularia diversoria; circa finem hæc quoque expresse prosequens. Synodice ergo subvertimus, per datam nobis a sancto Spiritu potestatem, actionem illam, quæ donationes et traditiones tollit, ut quæ ex nullo episcopali consensu, sed ex libera sua sententia facta sit, et nec ab imperatore Christi amantissimo suscepta sit, cum et ipse videtur donare monasteria præter ejus vigorem : et quæ ex rebus ipsis appareat non esse ad monasteriorum utilitatem, sed summam perniciem

A τεῦθεν μηδὲ ὀφείλειν ποιῆσαι τὴν ἀποκατάστασιν. Ὡσαύτως οὐδὲ χρόνων πολλῶν προβαλοῦνται παραδρομὴν, εἰς τὸ κυρωθῆναι τὸ ἀνυπόστατον, καὶ κοινωθῆναι τὸ ἅγιον. Ταῦτα γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἔχουσι χώραν, τῶν ἀνθρωπίνων δηλαδὴ πραγμάτων, οὐ μὴν ἐπὶ τῶν ἁγίων καὶ ἱερῶν. Σημείωσαι ταῦτα διὰ τοὺς ἀνατολικοὺς μητροπολίτας, τοὺς ἀνακαλουμένους τὰς οἰκείας ἐπισκοπὰς καὶ τὰ μοναστήρια ἀπὸ τῶν κατεχόντων αὐτὰ λαϊκῶν, καὶ ἀκούοντας τοιαῦτα. Ἆρα δὲ τῶν ἁγίων τούτων φροντιστηρίων μὴ κοινωθέντων, ἀλλὰ συντηρουμένων; καθὼς πρότερον, ἀναγκασθήσονται οἱ κατέχοντες ταῦτα ποιῆσαι τὴν ἀποκατάστασιν τούτων; Λύσις. Αἱ μὲν ἐπισκοπαὶ ἐξ ἀνάγκης εἰς τοὺς ἐπισκόπους ἵνα περιέλθωσιν, καὶ διὰ χρόνου τινὸς οὐκ ἀποκλεισθήσονται εἰς τὴν τούB των ἀποκατάστασιν οἱ ψηφισθέντες, καθὼς γέγονε καὶ εἰς τὴν ἐπισκοπὴν τῶν Μεγάρων, τὴν πρὸ χρόνων ἀμνημονεύτων ἀμαυρωθεῖσαν, καὶ διὰ προστάξεως βασιλικῆς καὶ συνοδικῆς πράξεως πρὸ μικροῦ ἐπανασωθεῖσαν τῇ μητροπόλει Ἀθηνῶν. Τὰ μοναστήρια δὲ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἐὰν κατεσχέθησαν πρὸ τεσσαρακονταετίας παρά τινων, οὐκ εὐχερῶς ἵνα περιέλθωσιν εἰς τοὺς προκατέχοντας αὐτά· ἐὰν ἔχωσιν εἴδησιν δηλονότι, παρά τινων κατέχονται, καὶ κατὰ ῥαθυμίαν μὴ ἀνακαλεσαμένους αὐτὰ ἐπὶ τοσοῦτον καιρόν. Ἐπεὶ δὲ ὁ μὲν παρὼν κανὼν ἐξηνέχθη ἀκολούθως τῷ κδʹ κανόνι τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου· ὁ δὲ μθʹ κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, τὰ αὐτὰ διοριζόμενος, προστίθησι μὴ ἐκδίδοσθαι
C κοσμικοῖς ἀνδράσι τὰ μοναστήρια (52), ἐλαλήθη ποτὲ ὡς ὀφείλουσιν ἀκολούθως τῷ τοιούτῳ κανόνι καὶ τῷ παρόντι ἀνατραπῆναι αἱ προγενόμεναι πατριαρχικαὶ δωρεαὶ μοναστηρίων πρὸς κοσμικοὺς, ἀλλὰ μὴν καὶ ἐπιδόσεις τῶν προκυρωθέντων ἑτέραις μοναῖς μοναστηρίων, καὶ ἐπανασωθῆναι τῇ Μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ. Ἀνεγνώσθη δὲ καὶ τόμος τοῦ πατριάρχου ἐκείνου κυρίου Σισιννίου τὰ αὐτὰ διοριζόμενος, καὶ τάχα ἔμελλε τοῦτο καὶ εἰς ἔργον ἐλθεῖν. Ὅτι δὲ προεκομίσθη ἕτερος τόμος τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου ἐκείνου κυρίου Σεργίου γενόμενος· κατὰ μῆνα Μάϊον, ἰνδικτιῶνος ιδʹ ἔτους ,ςφκδʹ, ὑπογραφῇ βασιλικῇ κατησφαλισμένος, ἑρμηνεύων τε τὸν μθʹ κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, καὶ γνωματεύων τὴν ἔκδοσιν μὴ ἐκλαμβάνεσθαι εἰς τὰς δωρεὰς τὰς συντηρούσας τὴν τῶν μοναστηρίων κατάστασιν, ἀλλὰ εἰς
D τοὺς λαμβάνοντας μοναστήρια, ἐφ' ᾧ ἔχειν αὐτὰ κοσμικὰ καταγώγια, περὶ δὲ τὸ τέλος καὶ ταῦτα ῥητῶς διεξιών· ἀνατρέπομεν οὖν συνοδικῶς διὰ τῆς δοθείσης ἡμῖν παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐξουσίας τὴν τὰς δωρεὰς καὶ τὰς ἐπιδόσεις ἀναιροῦσαν ἐκείνην πρᾶξιν, ὡς ἐξ οὐδεμιᾶς ἐπισκοπικῆς συναινέσεως, ἐξ αὐτονόμου δὲ γνώμης γεγενημένην, καὶ

Guill. Beveregii notæ.

(52) *Ἀνδράσι τὰ μοναστήρια*. Post ista verba in codice nostro Bodleiano hæc habentur, Σημείωσαι τὰ ἐν τῇ παρούσῃ ἑρμηνείᾳ γραφέντα, χρησιμώτατα ὄντα χάριν τῶν κατὰ δωρεὰν καὶ κέρδος διδομένων μοναστηρίων παρὰ τῶν ἀρχιερέων. Καὶ μὴ προσχῇς τοῖς ἐν τῷ αʹ κεφ. τοῦ ιαʹ τιτλ. γραφεῖσι παρὰ τοῦ ἐκθεμένου τὸ νομοκάνονον. Ὅτι ἡ αʹ διάταξις τοῦ βʹ τίτλου τῶν Νεαρῶν ἥτις ἐστὶ κεφ. ιʹ τῆς ζʹ Ἰουστινιανείου Νεαρᾶς, οὐκ ἐτέθη εἰς τὰ βασιλικὰ, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐνεργεῖ. Ex eo autem quod hæc ex ipsa interpretatione colliguntur, ad nullam ea interpretationem proprie pertinere constat; ac propterea hic adnotare quam textui interserere illa satius duximus, ne sensus confunderetur.

μηδὲ βασιλεῖ τῷ φιλοχρίστῳ δεχθεῖσαν, καθὼς φαίνεται καὶ αὐτὸς δωρούμενος μοναστήρια παρὰ τὴν ταύτης ἰσχὺν, καὶ προσέτι φανεῖσαν ἀπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων οὐ πρὸς ὠφέλειαν τῶν μοναστηρίων, ἀλλὰ πρὸς τέλειον ὄλεθρον καὶ ἀφανισμόν. Ἐπιβεβαιοῦντες δὲ καὶ ἐπικυροῦντες τὸ παλαιὸν καὶ καινὸν λυσιτελὲς ἔθος τῶν μακαρίων καὶ θεοφόρων Πατέρων ἡμῶν, ὁρίζομεν γίνεσθαι δωρεὰς καὶ ἐπιδόσεις ἀκωλύτως ἐπὶ συστάσει καὶ βελτιώσει τῶν ἐπιδιδομένων καὶ δωρουμένων φροντιστηρίων. Ἔδοξε δὴ τὰ τῶν ῥηθέντων κανόνων ὀφείλειν ἑρμηνεύεσθαι κατὰ τὸν παρόντα τόμον, καὶ τὰς πρὸς κοσμικοὺς γινομένας δωρεὰς τῶν μοναστηρίων, πολλῷ δὲ πλέον τὰς ἐπιδόσεις ἔχειν τὸ ἀπαρεγχείρητον. Διὸ καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἀκωλύθως τοιαῦτα γίνονται. Τὰ ἐν τῇ ἐξηγήσει τοῦ παρόντος κανόνος (33) γεγραμμένα παρ' ἡμῶν ἀρκέσουσι τῷ βουλομένῳ εἰς τὸ μὴ προσέχειν τοῖς παρὰ τοῦ πατριάρχου ἐκείνου Ἀντιοχείας κυροῦ Ἰωάννου γραφεῖσι, χάριν τοῦ μὴ δίδοσθαι προσώποις μοναστήρια, καὶ ὀνομάζουσι τὸ ἔργον τοῦτο ἀσέβειαν. Πάντως γὰρ καταχρατήσει τούτων ὁ παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου οἰκουμενικοῦ κυροῦ Σεργίου γεγονὼς τόμος, ἑρμηνεύων πῶς ὀφείλουσι νοεῖσθαι τὰ τῶν κανόνων μετὰ συνοδικῆς συμπράξεως.

A et exitium. Confirmantes autem et corroborantes antiquam et novam utilem consuetudinem beatorum et divinorum Patrum nostrorum, statuimus fieri donationes et traditiones citra ullam prohibitionem, ad constitutionem et meliorationem, quæ dantur ac donantur, monasteriorum. Visum est itaque dictos canones debere exponi secundum præsentem decisionem, et quæ fiunt sæcularibus monasteriorum donationes, multo autem magis traditiones, non posse labefactari. Quamobrem ea hucusque sine impedimento servantur. Quæ a nobis in præsentis canonis expositione scripta sunt, ei qui velit sufficient, ut sciat mentem non adhibendam iis, quæ ab illo patriarcha Antiocheno domino Joanne scripta sunt, de non elocandis monasteriis hominibus, B quæque hoc opus impietatem nominant. **314** Omnino enim his præferenda ea, quæ a sanctissimo universali patriarcha, domino Sergio facta est decisio, quæ quidem interpretatur, quomodo canones cum synodali consensu intelligi debent.

ΖΩΝΑΡ. Ἐν τῷ καιρῷ τῆς αἱρέσεως τῶν Εἰκονομάχων (34) πολλὰ ἐτολμήθησαν κατὰ τῶν ὀρθοδόξων. Πλέον δὲ τῶν ἄλλων οἱ ἱερωμένοι καὶ οἱ μοναχοὶ ἐδιώχθησαν, ὡς καὶ τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν καὶ τὰ μοναστήρια τοὺς πλείονας καταλιπεῖν καὶ φυγεῖν. Ἐρήμων τοίνυν τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν μονῶν καταλιμπανομένων κατεῖχόν τινες καὶ ᾠκειοῦντο αὐτὰς, καὶ εἰς κοσμικὰ μετεποίουν καταγώγια. Φησὶν οὖν περὶ τῶν τοιούτων ὁ κανὼν ὅτι, εἰ μὲν οἱ ἔχοντες ταῦτα βούλονται ἀποδοῦναι αὐτὰ, ἵνα ἀποκαταστῶσιν, οἷα πρότερον ἦσαν, ἤγουν ἐπισκοπαὶ καὶ μοναστήρια, καλῶς ἂν ἔχοι, ἀντὶ τοῦ καλῶς ποιήσουσιν· εἰ δὲ ἀντέχονται τούτων, εἰ μὲν ἱερατικοί εἰσι, καθαιρείσθωσαν· εἰ δὲ μοναχοὶ ἢ λαϊκοὶ, ἀφοριζέσθωσαν, ὡς ἀπὸ τῆς ἁγίας Τριάδος διὰ τοῦτο κατακεκριμένοι.

ZONAR. Quo tempore Iconomachorum hæresis grassabatur, multa contra orthodoxos nefarie patrata sunt. Sed omnium maxime sacris initiati ac monachi vexabantur, ut etiam ecclesiis suis ac monasteriis relictis, plerique aufugerint. Desertas igitur ecclesiarum ac monasteriorum stationes, nonnulli occupabant, earumque sibi possessionem quasi propriam arrogantes, addicta profanis usibus C ibidem domicilia collocabant. De hujusmodi igitur hominibus canon, si quidem, inquit, qui hæc tenent, ea, ut ad priores, sive episcopalium ædium sive monasteriorum, usus denuo accommodentur, haud gravate reddant, bene habebit, hoc est bene facient : sin ea sibi vindicare nihilominus contendant sacris initiati quidem, deponantur; monachi vero aut laici, sanctæ quippe Trinitatis præjudicio ob id facinus jam condemnati, segregentur.

ΑΡΙΣΤ. « Οἱ κοινώσαντες ἐπισκοπεῖα ἢ μοναστή-
« ρια, εἰ μὴ ἀποκαθισταῖεν παρὰ ἐπισκόπῳ ἢ
« ἡγουμένῳ πρᾶγμα τῆς ἐπισκοπῆς ἢ τοῦ μο-
« ναστηρίου, ἄκυρον ἔστω· καὶ οἱ ἱερατικοὶ μὲν
« ὄντες καθαιρείσθωσαν· λαϊκοὶ δὲ ἢ μοναχοὶ,
« ἀφοριζέσθωσαν. »

Εἰ τὰ τῶν ἐκκλησιῶν πράγματα ἀνεκποίητα εἶναι ὀφείλουσι· πολλῷ μᾶλλον οὐ δεῖ κοινοῦσθαι τὰς ἐκκλησίας αὐτὰς, καὶ τὰ μοναστήρια, καὶ κοινὰ γίνεσθαι καταγώγια. Οἱ οὖν διακατέχοντες ταῦτα, εἰ οὐ βούλονται εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκαταστῆσαι σχῆμα,

ARIST. « Qui episcopia aut monasteria communia
« faciunt, nisi quod ad episcopatum pertinet, aut
« monasterium episcopo aut monasterii præfecto
« restituerint, irritum sit; et si sacris quidem
« initiati fuerint, deponantur; sin autem laici vel
« monachi, segregentur. »

D Si ecclesiarum bona alienari non debent, multo magis ipsas ecclesias et monasteria profanari non oportet et communia fieri diversoria. Illi itaque qui ea possident, et ad pristinum statum restituere nolunt si e catalogo quidem sacerdotali sint, de-

Guill. Beveregii notæ.

(33) *Τὰ ἐν ἐξηγήσει τοῦ παρόντος κανόνος.* Hæc usque ad finem hujus interpretationis ex ms. Bodleiano supplevimus; ubi tamen iis ἑτέρα ἑρμηνεία præfigitur, ac si *alteram interpretationem* constituerent : verum nec in codice Amerbachiano, nec alio quovis præter Bodleianum exstant. Ubi etiam insuper observetur, verba illa παλαιὸν καὶ καινὸν λυσιτελὲς ἔθος, quæ octo circiter lineis ante hæc occurrunt, in codice Amerbachiano rectius legi παλαιὸν καὶ καλὸν λυσιτελὲς ἔθος. Et sic etiam a Joanne Leunclavio in *Jur. Gr.-Rom.* pag. 204, leguntur.

(34) *Τῶν εἰκονομάχων.* In Gallandi codice legitur τῶν ἀθέων] εἰκονομάχων, *impiorum Iconomachorum*. Amerbachianus nostræ lectioni astipulatur.

ponentur : sin vero laici vel monachi, segregabuntur ; ut domum Dei domum negotiationis facientes.

CANON XIV.

« Quod ordo in omni sacerdotio custodiri debet, est « omnibus manifestum : et sacerdotii promotio« nes exacte servare Deo gratum est. Quoniam « ergo videmus nonnullos a pueris cleri tonsu« ram accipientes, nondum accepta episcoporum « manuum impositione, et in congregatione in « suggestu legentes, et id non canonice facien« tes ; per præsentem canonem, ne hoc fiat, ju« bemus : idque ipsum etiam in monachis ser« vari. Lectoris autem manuum impositionem « licet in proprio monasterio etiam soli unicuique « præfecto facere ; si ad ejus præfecturam ab « episcopo manuum impositio fiat ipsi præfecto, « qui scilicet et ipse est presbyter. Similiter et « ex antiqua consuetudine chorepiscopos epi« scopi permissu oportet per manuum impositio« nem lectores creare. »

BALS. Ordo omnia continet cœlestia et terrestria : multo magis autem, si bonus ordo in sacerdotibus versetur, id Deum mitigat. Quoniam ergo, inquiunt sancti Patres, videmus nonnullos a pueris nigris vestibus indutos, tanquam Deo consecratos, tonsuraque non per episcopi sui manuum impositionem suscepta, audentes autem, postquam ad ætatem pervenerint, divinas Scripturas in suggestu non canonice legere : statuimus ne hoc fiat, ut quod sit inordinationis causa, nec quis divina Scripturas aliter in suggestu legat, quam si tonsuræ characterem acceperit per episcopalem manuum impositionem. Hoc ipsum autem etiam in monachis servandum. Quoniam autem, ut consentaneum est, hoc monachis difficile videbatur, qui eremos ut plurimum habitant, et non possunt urbes obire, nec episcopos facile adire; concessum est eorum præfectis, qui ab episcopis characterem accepere, presbyteris quidem necessario exsistentibus, monachos lectores in proprio monasterio facere, ut ipsi citra ullum impedimentum **315** divinas in suggestu Scripturas legant. Similiter etiam chorepiscopis concessum est, ut episcopali permissu lectores per manuum impositionem constituant. Atque hæc quidem canon. Ex eo autem soluta est magna instantia eorum qui dicunt, non esse clericos eos, qui solas habent tonsuras per antistitis manuum impositionem', et nondum sunt in cleri ordinem relati : et ideo posse illos laicorum habitum amictumque accipere. Aperte enim ostenditur, quod quando quis tonsuræ manuum impositionem susceperit ab antistite, is est protinus clericus; ut cui etiam in suggestu legere sit permissum. Mihi autem videtur, quod qui etiam nigris simpliciter vestibus fuerit indutus ab episcopo, ut clericus fieret, amictum amplius mutare non potest, ut qui Deo se consecrare proposuerit; et ideo nec suam Deo pollicitationem rescindere, nec sanctum

τοῦ μὲν ἱερατικοῦ καταλόγου ὄντες, καθαιρεθήσονται· εἰ δὲ λαϊκοὶ ἢ μοναχοὶ τυγχάνουσιν, ἀφορισθήσονται, ὡς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ οἶκον ἐμπορίου ποιοῦντες.

ΚΑΝΩΝ ΙΔʹ.

« Ὅτι τάξις ἐμπολιτεύεται ἐν ἱερωσύνῃ πάσῃ, ἀρί« δηλόν ἐστι, καὶ τὸ σὺν ἀκριβείᾳ διατηρεῖν τὰς « τῆς ἱερωσύνης ἐγχειρήσεις Θεῷ εὐάρεστον. Ἐπεὶ « οὖν ὁρῶμεν ἐκτὸς χειροθεσίας νηπιόθεν τὴν κου« ρὰν τοῦ κλήρου λαμβάνοντάς τινας, μήπω δὲ παρ' « ἐπισκόπων χειροθεσίαν λαβόντας, καὶ ἀναγινώ« σκοντας ἐν τῇ συνάξει ἐπ' ἄμβωνος, ἀκανονίστως « δὲ τοῦτο ποιοῦντας, ἐπιτρέπομεν ἀπὸ τοῦ παρ« όντος τοῦτο μὴ γίνεσθαι· τὸ αὐτὸ δὲ φυλάτ« τεσθαι καὶ ἐπὶ τῶν μοναχῶν. Ἀναγνώστου δὲ « χειροθεσίαν ἄδειά ἐστιν ἐν ἰδίῳ μοναστηρίῳ « καὶ μόνῳ ἑκάστῳ ἡγουμένῳ ποιεῖν, εἰ αὐτῷ τῷ « ἡγουμένῳ ἐπετέθη χειροθεσία παρὰ ἐπισκόπου « πρὸς προεδρίαν ἡγουμένου, δηλονότι ὄντος αὐ« τοῦ πρεσβυτέρου. Ὡσαύτως καὶ τὸ ἀρχαῖον « ἔθος τοὺς χωρεπισκόπους κατ' ἐπιτροπὴν τοῦ « ἐπισκόπου δεῖ προχειρίζεσθαι ἀναγνώστας. »

ΒΑΛΣ. Τάξις συνέχει πάντα τὰ οὐράνια καὶ τὰ ἐπίγεια· πολλῷ δὲ πλέον τὸ τῆς εὐταξίας καλὸν εἰς τοὺς ἱερουργοῦντας πολιτευόμενον θεραπεύει τὸν Θεόν. Ἐπεὶ οὖν, φασὶν οἱ ἅγιοι Πατέρες, ὁρῶμέν τινας νηπιόθεν μελανειμονήσαντας, ὡς τῷ Θεῷ ἀφιερωθέντας, καὶ κουρὰν δεξαμένους μὴ διὰ χειροθεσίας τοῦ ἐγχωρίου ἐπισκόπου, τολμῶντας δὲ μετὰ τὸ ἐνηλικιωθῆναι ἐπ' ἄμβωνος ἀναγινώσκειν τὰς θείας Γραφὰς ἀκανονίστως· θεσπίζομεν μὴ γίνεσθαι τοῦτο, ὡς παραίτιον ἀταξίας, μηδὲ ἄλλως ἀναγινώσκειν ἐπ' ἄμβωνος τὰς θείας Γραφάς τινα, εἰ μὴ λάβῃ σφραγῖδα ἐπικουρίδος διὰ χειροθεσίας ἐπισκοπικῆς, τὸ αὐτὸ δὲ φυλάττεσθαι καὶ ἐπὶ μοναχῶν. Ὅτι δὲ, ὡς ἔοικεν, ἐνομίσθη δυσχερὲς εἶναι τοῦτο τοῖς μοναχοῖς τὰς ἐρήμους κατοικοῦσι κατὰ πολὺ, καὶ μὴ δυναμένοις τὰς πόλεις περιέρχεσθαι, καὶ τοῖς ἐπισκόποις ἐντυγχάνειν εὐχερῶς, ἐνεδόθη τοῖς ἡγουμένοις τοῖς σφραγισθεῖσι παρὰ τῶν ἐπισκόπων, πρεσβυτέροις οὖσιν ἐξ ἀνάγκης, ἀναγνώστας ποιεῖν μοναχοὺς ἐν τῷ ἰδίῳ μοναστηρίῳ, ἐφ' ᾧ ἀκωλύτως ἀναγινώσκειν τούτους ἐπὶ ἄμβωνος τὰς θείας Γραφάς. Ὡσαύτως ἐνεδόθη καὶ τοῖς χωρεπισκόποις ἀναγνώστας προχειρίζεσθαι κατ' ἐπιτροπὴν ἐπισκοπικήν. Καὶ ὁ μὲν κανὼν ταῦτα. Λέλυται δὲ ἀπὸ τούτου μεγάλη ἔνστασις τῶν λεγόντων μὴ εἶναι κληρικοὺς τοὺς μόνας ἐπικουρίδας ἔχοντας διὰ χειροθεσίας ἀρχιερατικῆς, καὶ μήπω καταχθέντας ἐν κλήρῳ, ὥστε ἔχειν ἐπὶ ἀδείας αὐτοὺς μετασχηματίζεσθαι εἰς λαϊκούς. Παρίσταται γὰρ ἀριδήλως ὡς, ἡνίκα τις δέξεται χειροθεσίαν ἐπικουρίδος παρὰ ἀρχιερέως, αὐτίκα κληρικός ἐστιν, ὡς ἐγχωρούμενος ἀναγινώσκειν ἐπὶ ἄμβωνος. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ὅτι καὶ ὁ ἁπλῶς μελανειμονήσας ἐπισκόπῳ τοῦ κληρωθῆναι μετασχηματισθῆναι οὐ δύναται, ὡς προθέμενος ἀφιερωθῆναι τῷ Θεῷ· κἀντεῦθεν μὴ ἰσχύων τὴν πρὸς Θεὸν ὑπόσχεσιν ἀθετῆσαι, καὶ ἐμπαῖξαι τὸ ἅγιον σχῆμα κατὰ σκηνικούς· ὅπερ καὶ περὶ τῶν μοναχῶν πολλάκις

εἰπόν· τοὺς δὲ μετὰ Τρισαγίου μελανειμονήσαντας ἀδιαστίκτως λέγω μὴ δύνασθαι μετασχηματίζεσθαι. Τοῦ δὲ κανόνος λέγοντος ἐπ' ἀδείας ἔχειν πάντα καθηγούμενον σφραγισθέντα παρὰ ἀρχιερέως, δηλονότι ὄντα ἱερέα, ἀναγνώστας ποιεῖν μοναχοὺς ἐντὸς τῆς οἰκείας μονῆς καὶ μόνης, ἐζήτησάν τινες, εἰ ἐφεῖται αὐτῷ ἅμα τῷ σφραγισθῆναι τοῦτο ποιεῖν, καὶ δίχα ῥητῆς ἐπιτροπῆς τοῦ ἀρχιερέως; Καί τινες μὲν εἶπον ἐπακολουθεῖν σιωπηρῶς καὶ τοῦτο τῇ χειροθεσίᾳ τῆς ἡγουμενείας, ὡς τοῦ κανόνος πλέον τι μὴ προστιθεμένου, χρώμενοι καὶ τῷ κδ' κανόνι τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου εἰς συγκρότησιν τοῦ λόγου αὐτῶν. Ἀντέθεντο δὲ καὶ ἕτεροι ὡς, ἐπεὶ καὶ ὁ ἀναγνώστης κληρικός ἐστιν, ὀφείλει ἐξ ἀνάγκης μετὰ χειροθεσίας ἐπισκόπου ἢ ἐπιτροπῆς αὐτοῦ σφραγίζεσθαι· ὅθεν καὶ ὁ καθηγούμενος τότε ἀναγνώστου χειροθεσίαν ποιήσει ἐν τῷ ἰδίῳ μοναστηρίῳ, ὅταν καὶ τοῦτο παρὰ τοῦ ἰδίου ἀρχιερέως ἐπιτραπῇ. Εἰ μὴ γὰρ τοῦτο εἴπωμεν δικαιώσομεν ἐξ ἀνάγκης αὐτὸν δέχεσθαι χωρὶς ἐπιτροπῆς ἀρχιερατικῆς καὶ τοὺς λογισμοὺς τῶν μοναχῶν αὐτοῦ καὶ ἑτέρων, ὅπερ ἀδύνατον. Μόνοις γὰρ τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς ἐκχωρηθεῖσι παρὰ τούτων ἱερεῦσιν ἐφιλοτιμήθη ἄνωθεν τὸ δεσμεῖν καὶ λύειν. Τῶν δὲ ἀντιθέτων εἰπόντων ὡς, εἰ χρεία ἐστὶ τῷ καθηγουμένῳ πρὸς τοῦτο καὶ ἰδικῆς ἐπιτροπῆς τοῦ ἐγχωρίου ἐπισκόπου, εἰς τὸ μηδὲν καταντᾷ τὸ παρὰ τοῦ κανόνος ἐπιφιλοτιμηθὲν τῷ καθηγουμένῳ, ἀντεῖπον ἐκεῖνοι ὅτι καὶ οὕτω μέγα δίκαιον δέδοται τῷ καθηγουμένῳ. Μηδενὸς γὰρ ἱερέως δυναμένου ἀναγνώστου χειροθεσίαν ποιεῖν, κἂν ἐπιτραπῇ τοῦτο παρὰ ἀρχιερέως, οἱ ῥηθέντες καθηγούμενοι καθ' ὁρισμὸν ἀρχιερατικὸν τοῦτο ἐνεργήσουσι, ὅπερ ἐστὶ φιλοτίμημα ἰδικόν. Ἐμοὶ δὲ κατανοεῖται ἀδιαστίκτως ἐνδοθῆναι τοῦτο τοῖς ἡγουμένοις παρὰ τοῦ κανόνος. Ἔτι ἀμφιβολίας γενομένης περὶ τοῦ εἰ γίνονται ἡγούμενοι ἀνίεροι, εἶπόν τινες ὡς, ἐπεὶ κατὰ δοκιμασίαν τοῦ ἐπισκόπου σφραγίζονται, πάντως ἐπιλέξεται ὁ ἐπίσκοπος τὸν εὐδοκιμοῦντα πρὸς ἰατρείαν ψυχῶν, κἂν ἀνίερός ἐστιν· οὐ μὴν τὸν χειροτονηθέντα καὶ μὴ εὐδοκιμοῦντα· ὥσπερ οὐδὲ ὁ νοσῶν σωματικῶς ἵνα ἐπιλέξηται τὸν πρὸς θεραπείαν ἀνεπιστήμονα περὶ τὰ ἰατρικὰ, διὰ τὸ ἀρχιατρὸν αὐτὸν χειροτονηθῆναι, καὶ παραδράμῃ τὸν δεξιὸν καὶ ἐπιστήμονα, ὡς ἀχειροτόνητον· ὅτι μηδὲ ἡ χειροτονία, ἀλλ' ἡ ἀκριβὴς ἐπιστήμη τὴν θεραπείαν δίδωσιν. Ἕτεροι δὲ ἀντέθεντο ὡς, τοῦ κανόνος διοριζομένου ἐκείνους ἔχειν τοῦτο τὸ δίκαιον, τοὺς σφραγισθέντας ἡγουμένους παρὰ ἐπισκόπων, δηλονότι ὄντας ἱερεῖς, ἀναφαίνεται μὴ σφραγίζεσθαι ἡγούμενον, εἰ μὴ καὶ ἱερεύς ἐστιν· ὅπερ ἐμοὶ τέως οὐ δοκεῖ. Οὐδὲ γὰρ διὰ τὴν ἡγουμενείαν προσετέθη παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων τὸ εἶναι πάντως ἱερεῖς τοὺς ἡγουμένους, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ ἀναγνώστου σφραγῖδα, ὡς δυνατοῦ μὴ ὄντος παρὰ ἀνιέρου καθηγουμένου ἀναγνώστην σφραγισθῆναι. Λέγω οὖν ἀπό τε τοῦ παρόντος κανόνος καὶ ἀπὸ τοῦ ιθ' καλῶς προχειρίζεσθαι καὶ ἀνιέρους καθηγουμένους· ὅτι καὶ γυναῖκες ἡγουμενεύουσι. Καὶ ὥσπερ ἐκεῖναι οὔτε λογισμοὺς ἀναδέ-

A habitum scenicorum instar ludificari possit; quod sæpe etiam de monachis dixi: eos autem, qui cum trisagio nigris vestibus induti fuerint, indistincte dico habitum mutare non posse. Cum autem canon dicat, licere cuivis monasterii præfecto, qui ab antistite characterem acceperit, sacerdos scilicet monachos lectores facere intra monasterium et solum; quæsiverunt nonnulli, an sit ei permissum hoc facere, cum primum characterem susceperit, etiam sine expressa antistitis permissione? Et dixerunt quidem nonnulli, præfecturæ manuum impositionem hoc quoque tacite consequi, utpote cum canon nihil ultra adjiciat: utentes et canone 24 synodi Laodicenæ ad id quod dicunt confirmandum. Alii autem contra opponebant, quod quoniam lector

B quoque est clericus, debet necessario cum episcopi manuum impositione vel ejus permissione characterem suscipere; unde et monasterii præfectus tunc lectoris ordinationem in suo monasterio faciet, quando hoc a proprio episcopo ei permissum fuerit. Nisi enim hoc dixerimus, eum quoque sine episcopali permissione monachorum suorum et aliorum confessiones audire æquum censebimus, quod fieri non potest. Solis enim antistitibus, et quibus ab ipsis permissum fuerit, sacerdotibus, superne concessum est ligare et solvere. Cum autem dixerint adversarii, quod si monasterii præfecto opus est speciali quoque illius regionis episcopi permissione, ad nihil redit quod præfecto a canone concessum est: illi contra dixerunt, quod sic quo-

C que magnum jus datur præfecto. Cum enim nullus sacerdos possit lectorem ordinare, etiamsi ei ab antistite hoc permissum fuerit, supradicti præfecti antistitis decreto hoc facient, quod est quidem donum speciale. Ego vero intelligo hoc monasteriorum præfectis indistincte a canone concessum esse. Præterea cum dubitaretur, an monachorum præfecti fiunt, qui sacris non sunt initiati; dicebant quidam, quod quoniam ex episcopi examinatione characterem suscipiunt, illum omnino episcopus eliget, qui ad animarum salutem est probatior, etiamsi non est sacris initiatus; non autem eum, qui ordinatus est, sed non est satis spectatus. Quemadmodum nec is, qui ægrotat corporaliter,

D medicinæ artis imperitum ad medendum eligerit, eo quod archiater seu medicorum princeps sit ordinatus; scientem vero et peritum prætermiserit, ut qui non sit ordinatus: quoniam non ordinatio, sed perfecta scientia dat medelam. Alii autem contra opponebant, quod cum canon decernat illos hoc jus habere monasteriorum præfectos, qui ab episcopis characterem acceperint, sacerdotes scilicet, apparet characterem præfecturæ non suscipere præfectum, nisi sit sacerdos: quod non mihi videtur. Non enim propter præfecturam a sanctis Patribus additum est, ut sint omnino sacerdotes, qui monasteriis præsunt; sed propter lectoris ordinationem, nempe cum lector ordinari non possit a monasterii præfecto, qui non sit sacerdos. Dico

ergo ex præsenti canone et ex 19 recte ad prælectu- A ram provehi etiam eos, qui non sunt sacris initiati; quoniam feminæ quoque monasteriis præficiuntur. Et sicut illæ nec peccatorum confessiones audiunt,
316 nec lectores faciunt : sic nec monachi et præfecti, qui non sunt sacerdotes, hoc facient; eo quod nec apti quidem sunt, ut ejusmodi rei permissionem ab episcopo accipiant. Quid autem? Cum Justiniani Novella dicat, ut sæpe diximus, non fieri lectorem quempiam, nisi sit octodecim annos natus, si quis infans vel puer lectoris ordinationem ab antistite susceperit, eane contentus erit; an post octavum decimum annum alio ab antistite charactere opus habebit? Solutio. Si datum fuerit eum rursus quoque characterem accipere, utpote B quod primus character non possit consistere, ei licebit ante secundum, in laicum transformari, quod est absurdum. Et ideo ei, qui a pueritia characterem accepit, sufficiet, ut mihi videtur, primus character ab antistite susceptus, et reputatus perinde ac si post octavum decimum annum ab eo factus esset : et eo magis, quod non invenitur canon, qui dicat eum aliquo præjudicio affici, qui ante id tempus lectoris ordinem susceperit. De chorepiscopi autem privilegiis lege canonem 10 Antioch. synodi.

χονται, οὔτε ἀναγνώστας ποιοῦσι, οὕτως οὐδὲ οἱ ἀνίεροι μοναχοὶ καὶ καθηγούμενοι τοιοῦτόν τι ἐνεργήσουσι, διὰ τὸ μηδὲ πεφυκέναι τοιούτου τινὸς ἐπιτροπὴν λαβεῖν αὐτοὺς ἐκ τοῦ ἐπισκόπου. Τί δέ; τῆς Ἰουστινιανείου Νεαρᾶς, ὡς πολλάκις εἴπομεν, λεγούσης, μὴ γίνεσθαί τινα ἀναγνώστην, εἰ μὴ ὀκτωκαιδεκαετής ἐστιν, ἐάν τις νήπιος ὢν δέξηται χειροθεσίαν ἀναγνώστου ἀπὸ ἀρχιερέως, ἀρκεσθήσεται ταύτῃ, ἢ μετὰ τὸν ὀκτωκαιδέκατον χρόνον ἑτέρας σφραγῖδος ἀρχιερατικῆς δεηθείη; Λύσις. Εἰ δοθῇ σφραγίζεσθαι καὶ αὖθις τοῦτον, ὡς τῆς πρώτης σφραγῖδος οὔσης ἀνυποστάτου, ἕξει ἐπ' ἀδείας πρὸ τῆς δευτέρας μετασχηματίζεσθαι, ὅπερ ἄτοπον. Διὸ καὶ ἀρκέσει τῷ νηπιόθεν σφραγισθέντι, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, ἡ πρώτη σφραγὶς ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως δεχομένη, καὶ λογιζομένη ὥσπερ εἰ μετὰ τὸν ὀκτωκαιδέκατον χρόνον γέγονε παρ' αὐτοῦ· καὶ μᾶλλον, ἐπεὶ οὐδὲ κανὼν εὑρίσκεται λέγων προκριματίζεσθαι τὸν πρὸ τοῦ τοιούτου χρόνου λαβόντα χειροθεσίαν ἀναγνώστου. Περὶ μέντοι τῶν προνομίων τοῦ χωρεπισκόπου ἀνάγνωθι τὸν ι' κανόνα τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου.

ZONAR. Quidam nulla manuum impositione creati lectores, hoc est nulla certa designatione ad id munus electi, in conventibus e suggestu sacros libros legebant. Id ergo hic canon fieri vetat, quoniam in omni, inquit, sacerdotio ordinis rationem C habendam esse, plane clarum, hoc est, valde manifestum et apertum est. Qui vero nec manuum impositione designatus, nec in lectorum album relatus sit; qualis illorum est ratio, qui a teneris Deo sepositi, nihil aliud quam coronam in capite gestant; ab eo divinam Scripturam de suggestu populo pronuntiari, quædam ordinis perturbatio est. Id igitur ne fiat in posterum decernit; eademque constitutione monachos quoque teneri jubet. Et vero lectorem, inquit, manuum impositione creare, in suo duntaxat monasterio, si modo ab episcopo præfecturæ characterem accepit, et sacerdotio initiatus fuerit, ipse monasterii præfectus potest. Chorepiscopi quoque ejus, cui subjiciuntur, episcopi permissione lectores, quin etiam ex de- D creto canonis decimi synodi Antiochenæ, hypodiaconos quoque et exorcistas creandi jus habent.

ΖΩΝΑΡ. Τινὲς, μὴ τυχόντες χειροθεσίας ἤτοι προχειρίσεως ἀναγνώστου ἐν ταῖς συνάξεσιν, ἀνιόντες ἐν ἄμβωνι ὑπανεγίνωσκον τὰς βίβλους τὰς ἱεράς. Τοῦτο οὖν κωλύει γίνεσθαι ὁ παρὼν κανὼν, λέγων ὅτι ἀρίδηλόν ἐστιν, ἀντὶ τοῦ πάνυ φανερὸν καὶ πρόδηλον, ὅτι τάξις ἐν ἱερωσύνῃ πάσῃ πολιτεύεται. Τὸ δὲ τὸν μὴ τυχόντα χειροθεσίας, μηδὲ τοῖς ἀναγνώσταις συντεταγμένον, οἷοί εἰσιν ὅσοι, νηπιόθεν τῷ Θεῷ τάχα ἀφορισθέντες, κουρὰν μόνον ἔσχον ἐπὶ τῆς κορυφῆς καὶ πλέον οὐδὲν, ἐπ' ἄμβωνος ἀναγινώσκειν τῷ λαῷ τὰ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς ἀταξίας ἐστί. Κωλύει οὖν μηκέτι τοῦτο γίνεσθαι· τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ἐπὶ μοναχῶν. Ἀναγνώστου δὲ χειροθεσίαν, φησὶ, δύναται καὶ ἡγούμενος ποιεῖν ἐν μόνῳ τῷ οἰκείῳ μοναστηρίῳ, εἰ σφραγῖδα ἔχει ἀρχιερέως καὶ ἱερεύς ἐστι. Καὶ οἱ χωρεπίσκοποι δὲ μετ' ἐπιτροπῆς τοῦ ἐπισκόπου, ὑφ' ὃν τελοῦσι, δύνανται ἀναγνώστας χειροθετεῖν. Κατὰ δὲ τὸν δέκατον κανόνα τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου οἱ χωρεπίσκοποι καὶ ὑποδιακόνους χειροθετοῦσι καὶ ἐφορκιστάς (35).

ARIST. « Sine manuum episcopi impositione « nemo de suggestu leget. Hoc et in monachis « observabitur. Monasterii vero præfectus, cui « episcopus manus imposuit, in suo solo mona- « sterio lectorem ordinabit. Chorepiscopus etiam « lectorem creabit. »

Licet tonsuram habeat quispiam sacerdotalem, si non et ab episcopo manuum impositionem recepit,

ΑΡΙΣΤ. « Ἐκτὸς χειροθεσίας ἐπισκόπου οὐκ ἀνα- « γνώσεταί τις ἐπ' ἄμβωνος· κρατήσει τοῦτο καὶ « ἐπὶ μοναχῶν. Ἡγούμενος δὲ, χειροθεσίαν ἔχων « ἐπισκόπου ἐν μόνῳ τῷ ἰδίῳ μοναστηρίῳ χειρο- « θετήσει ἀναγνώστην. Προχειρίζεται ἀναγνώστην « καὶ χωρεπίσκοπος. »

Κἂν κουράν τις ἱερατικὴν ἔχῃ, εἰ μὴ καὶ παρ' ἐπισκόπου χειροθεσίαν δέξεται, οὐκ ἀναγνώσεται ἐν

Guill. Beveregii notæ.

(35) *Χειροθετοῦσι καὶ ἐφορκιστάς.* In Supplemento ad Parisiensis Zonaræ editionem, ex alio nescio quo codice, post hæc ultima ejus in hunc canonem verba, dicitur, καὶ εἰρηνικὰς διδόασιν ἐπιστολὰς κατὰ τὸν κανόνα· ζήτει τῆς ς' συνόδου κανόνα ιγ' περὶ τοῦ ἄνω κεφαλαίου, *et litteras quoque pacificas juxta canonem concedunt. Quære synodi sextæ canonem* 13, *de capite supra dicto.* Sed hæc in codice Amerbachiano non leguntur.

τῇ συνάξει ἐπ' ἄμβωνος τὰς ἱερὰς τοῦ Θεοῦ βίβλους. Ὡσαύτως οὐδὲ μοναχὸς τοῦτο ποιήσει. Τοῖς δὲ ἡγουμένοις, πρεσβυτέροις οὖσι, καὶ παρὰ ἐπισκόπου διὰ χειροθεσίας αὐτοῦ τὴν προστασίαν τῆς μονῆς ἀναδεξαμένοις, ἄδεια δίδοται χειροθετεῖν ἀναγνώστην ἐν μόνῳ τῷ ἰδίῳ μοναστηρίῳ. Ἀλλὰ καὶ οἱ χωρεπίσκοποι ἀναγνώστας χειροτονήσουσιν· ὡς δὲ ὁ δέκατος κανὼν τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου διαλαμβάνει, καὶ ὑποδιακόνους καὶ ἐφορκιστὰς οὗτοι καθιστῶσιν· εἰ καὶ ὁ μέγας Βασίλειος οὐ συγχωρεῖ αὐτοῖς ἄνευ γνώμης αὐτοῦ εἰς ἐκκλησιαστικὴν ὑπηρεσίαν τινὰ παραδέχεσθαι, διὰ τὸ καταφρονητικῶς αὐτοὺς καὶ ῥαθύμως περὶ τὴν ἐπιλογὴν τῶν τοιούτων διατίθεσθαι.

A in conventu sacros Dei libros e suggestu non leget. Similiter autem nec monachus hoc faciet. At monasteriorum præfectis, si presbyteri sint, et ab episcopo per manuum ejus impositionem mansionis curam acceperunt, manus in lectorem imponendi in suo solo monasterio potestas datur. Sed et chorepiscopi lectores ordinabunt: ut autem decimus synodi Antiochenæ canon statuit, hypodiaconos etiam et exorcistas illi constituunt. Etiamsi Basilius magnus hoc eis non concedit, sine ejus voluntate, ad ecclesiasticum ministerium quempiam admittere; quia illi contemptim et oscitanter in talium electione se gerunt.

ΚΑΝΩΝ ΙΕ'.

« Κληρικὸς ἀπὸ τοῦ παρόντος μὴ κατατασσέσθω ἐν δυσὶν ἐκκλησίαις· ἐμπορίας γὰρ καὶ αἰσχροκερδείας ἴδιον τοῦτο, καὶ ἀλλότριον ἐκκλησιαστικῆς συνηθείας. Ἠκούσαμεν γὰρ ἐξ αὐτῆς Κυριακῆς φωνῆς ὅτι « Οὐ δύναταί τις δυσὶ κυρίοις δουλεύειν· ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει, ἢ τοῦ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει. » Ἕκαστος οὖν, κατὰ τὴν ἀποστολικὴν φωνὴν, ἐν ᾧ ἐκλήθη, ἐν τούτῳ ὀφείλει μένειν, καὶ προσεδρεύειν ἐν μιᾷ ἐκκλησίᾳ. Τὰ γὰρ δι' αἰσχροκέρδειαν γινόμενα ἐπὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ἀλλότρια τοῦ Θεοῦ καθεστήκασι. Πρὸς τὴν τοῦ βίου τούτου χρείαν ἐπιτηδεύματά εἰσι διάφορα· ἐξ αὐτῶν οὖν, εἴ τις βούλοιτο, τὰ χρειώδη τοῦ σώματος ποριζέσθω. Ἔφη γὰρ ὁ Ἀπόστολος· « Ταῖς χρείαις μου, καὶ τοῖς οὖσι μετ' ἐμοῦ, ὑπηρέτησαν αἱ χεῖρες αὗται. » Καὶ ταῦτα μὲν ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ πόλει· ἐν δὲ τοῖς ἔξω χωρίοις διὰ τὴν ἔλλειψιν τῶν ἀνθρώπων παραχωρείσθω. »

CANON XV.

B « Clericus ab hoc deinceps tempore in duabus ecclesiis non collocetur: negotiationis enim et turpis lucri proprium est, et ab ecclesiastica consuetudine alienum. Ab ipsa enim Domini voce audivimus, « non posse quempiam duobus dominis servire: vel enim unum odio habebit, et alterum diliget; vel unum amplectetur, et alterum negliget [63]. Unusquisque ergo, secundum dictum apostolicum, in eo, in quo vocatus est, debet manere, et in **317** una ecclesia assidere. Quæ enim propter turpe lucrum fiunt in ecclesiasticis negotiis, ea a Deo sunt aliena. Ad hujus autem vitæ usum sunt diversa studia: ex iis ergo, si quis velit, ea C quæ sunt corpori ad usum necessaria comparet. Dixit enim Apostolus; « usibus meis, et iis qui mecum sunt, manus istæ subministrarunt [64]. » Et hæc quidem in hac a Deo conservanda civitate: in iis autem quæ extra sunt locis propter hominum inopiam indulgeatur. »

ΒΑΛΣ. Σαφής ἐστιν ὁ κανών. Διορίζεται γὰρ μὴ κατατάττεσθαί τινα κληρικὸν εἰς δύο ἐκκλησίας, διὰ τὸ εἶναι τοῦτο αἰσχροκέρδειαν καὶ ἐμπορίαν. Ὡς δέ τινος εἰπόντος, Καὶ πόθεν τὰ πρὸς ζωάρκειαν ἕξουσιν οἱ κληρικοὶ ἀνενδεῶς; εἶπον οἱ Πατέρες πολλὰ εἶναι καὶ διάφορα ἐπιτηδεύματα, ἐλεύθερα καὶ ἀκατάγνωστα· καὶ ποριζέσθωσαν δι' αὐτῶν τὰ χρειώδη. Παρήγαγον δὲ καὶ χρήσεις χάριν τούτου ἀπὸ τῶν Πράξεων τῶν ἀποστόλων καὶ εὐαγγελικάς. Εἰς μέντοι τὰς ἔξω τῆς βασιλευούσης τῶν πόλεων χώρας, ἔνθα λεῖψις ἀνθρώπων εἰδότων γράμματά ἐστι, παρεχώρησαν καὶ εἰς δύο ἐκκλησίας κατατάττεσθαί τινα κληρικόν. Γίνεται δὲ σήμερον τὸ ἀνάπαλιν. Ἐν γὰρ ταῖς ἔξω χώραις διὰ τὴν βασιλικὴν ἐξκουσείαν τῶν ἱερέων πλείους εἰσὶν οἱ κληρικοὶ παρὰ ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ διὰ τοῦτο οὐδεὶς κατατάττεται εἰς δύο ἐκκλησίας. Ἐν δὲ τῇ βασιλευούσῃ τῶν πόλεων οὐ μόνον εἰς δύο ἐκκλησίας, ἀλλὰ καὶ εἰς τρεῖς οἱ πλείους κατατάττονται. Ὡς ἔοικε δὲ, κατεφρονήθησαν τὰ τοῦ παρόντος κανόνος, διὰ τὸ μὴ κολάζεσθαι τοὺς τούτου καταφρονητὰς, ἢ διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐκκλη-

BALS. Perspicuus est canon. Statuit enim, ne quis clericus in duabus ecclesiis constituatur, quod id sit turpe lucrum et negotiatio. Perinde autem ac si dixisset quispiam; Et unde clerici ea, quæ ad victum sufficiunt, citra ullam indigentiam habebunt? dixerunt Patres, multa esse et diversa studia, libera et non damnanda: et per ea quæ sibi sunt ad victum necessaria acquirant. Adduxe- D runt autem hujus rei gratia etiam sententias ex Actibus apostolorum et ex Evangeliis. In regionibus autem, quæ sunt extra reginam urbium, ubi est inopia hominum qui sciunt litteras, permissum est ut aliquis clericus in duabus ecclesiis constituatur. Fit autem hodie contra. In externis enim regionibus, propter imperialem sacerdotum excusationem, clerici sunt plures ecclesiis, et ideo nullus in duabus ecclesiis constituitur. In regina autem urbium, non solum in duabus, sed etiam in tribus ecclesiis plerique constituuntur. Ut est autem verisimile, præsens canon neglectui est habitus eo quod non puniantur ejus contempto-

[63] Matth. vi, 24. [64] Act. xx, 34.

res; vel propter ecc.esiarum multitudinem, vel propterea quod qui digni sunt, una cum rebus ipsis, in angustum contracti sunt. Qui autem dicunt canonem tractare de iis, qui in duarum urbium cleros referri volunt, male dicunt. Alii enim canones hoc vehementissime puniunt.

ZONAR. Eumdem duabus ecclesiis clericum canon ascribi vetat, turpis lucri aviditatem ac negotiationem id appellans. Nemo enim potest duobus dominis servire, et unusquisque, ait, ut monet Apostolus, in quo ordine vocatus est, in illo permaneat : in cujus igitur ecclesiæ clerum primò quisque sublectus est, in ea stationem habere perpetuo jubet. Abducunt siquidem prorsus a Deo, quæcunque in ecclesiasticis rebus sordidæ utilitatis cupiditate geruntur. Quod vero duabus ecclesiis quispiam ascribatur, prorsus ex eo fit, ut ex utraque videlicet demensum accipiat, quo in lucello turpitudo inest. Hinc veluti objicienti cuipiam ; Qua ratione igitur vitam Clerici tolerabunt, si minus, quam ipsis sufficiat, ab una ecclesia suppeditetur? Auctores canonis diversa studiorum genera esse respondent, quibus ea quæ ad victum pertinent comparentur. Unum igitur ex iis aliquod, cujus ope sibi necessaria conquirant, amplecti debere, remque apostolico oraculo confirmant, dicente, *Manus meæ ministrarunt usibus meis, et iis qui mecum sunt*, ut in Actis habetur. Atque hæc quidem, inquiunt, in hac magna ac regina urbium civitate, propter hominum quæ in ea est multitudinem, ita servari jubemus. Verum extra illam, quibus in locis hominum penuria est, unum duarum ecclesiarum ministerio clericum addici licere decernimus.

σιῶν καὶ τὴν στενοχωρίαν τῶν ἀξιολογωτέρων καὶ τῶν πραγμάτων. Οἱ δὲ λέγοντες τὸν κανόνα (36) διαλαμβάνειν περὶ τῶν βουλομένων εἰς δύο πόλεις κατατάττεσθαι κλήρους, κακῶς λέγουσι. Τοῦτο γὰρ ἕτεροι διάφοροι κανόνες μετὰ σφοδρότητος ἐκόλασαν.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ ἐν δύο ἐκκλησίαις τάττεσθαι κληρικὸν τὸν αὐτὸν ἀπαγορεύει ὁ κανὼν, αἰσχροκέρδειαν τοῦτο καλῶν καὶ ἐμπορίαν. Οὐδεὶς γὰρ δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν, καὶ ἕκαστος, φησὶ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ἐν ᾗ ἐκλήθη τάξει, ἐν ταύτῃ μενέτω, καὶ προσεδρεύειν κελεύει τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐν ᾗ ἐξ ἀρχῆς ἐκληρώθη. Ὅσα γὰρ δι' αἰσχροκέρδειαν γίνονται ἐπὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν, ἀλλοτριοῦσι τοῦ Θεοῦ. Τὸ δὲ ἐν δύο ἐκκλησίαις τάττεσθαι πάντως διὰ τὸ ἀμφοτέρωθεν λαμβάνειν σιτηρέσια γίνεται, ὅπερ κέρδους αἰσχροῦ ἐστιν. Ὥσπερ δέ τινος ἀντειπόντος ὅτι, Καὶ πῶς ζήσονται οἱ κεκληρωμένοι, μὴ ἀρκούμενοι τοῖς διδομένοις αὐτοῖς ἐκ τῆς μιᾶς ἐκκλησίας; ἀντιτιθέασιν οἱ ποιηταὶ τοῦ κανόνος ὅτι διάφορά εἰσιν ἐπιτηδεύματα πρὸς τὴν τοῦ βίου χρείαν, καὶ ἐκ τούτων τινὰ μετερχέσθωσαν, ἵνα, ὧν χρῄζουσι, διὰ τούτων ταῦτα πορίζωνται, καὶ ἐκ τοῦ ἀποστόλου χρῆσιν παράγουσιν, *Αἱ χεῖρές μου*, εἰπόντος, *ὑπηρέτησαν ταῖς χρείαις μου καὶ τοῖς οὖσι μετ' ἐμοῦ*, ὡς ἐν ταῖς Πράξεσι γέγραπται. Ταῦτα δὲ, φασὶ, λέγομεν γίνεσθαι ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει (37) διὰ τὴν πολυπλήθειαν τῶν ἐν αὐτῇ. Ἐν δὲ ταῖς ἔξω χώραις, ἔνθα ἔλλειψις ἀνθρώπων ἐστὶ, παραχωρείσθω τὸ ἕνα ἐν δύο ἐκκλησίαις κατατάττεσθαι.

ARIST. « Clericus in duabus ecclesiis in posterum « Constantinopoli ne constituatur : at extra eam « propter hominum penuriam permittatur. »

ΑΡΙΣΤ. « Κληρικὸς ἐν δυσὶν ἐκκλησίαις τὸ λοιπὸν « μὴ κατατασσέσθω ἐν Κωνσταντινουπόλει· ἔξω « δὲ ταύτης παραχωρείσθω διὰ τῶν ἀνθρώπων τὴν « ἔλλειψιν. »

Non potest quispiam duobus servire dominis : vel enim unum odio habebit, secundum dictum Dominicum, *et alterum diliget ; vel unum amplectetur, et alterum contemnet*. Quocirca ea, quæ propter turpe lucrum in ecclesiasticis negotiis fiunt, ut Deo aliena, hæc synodus rejicit : et non permittit Constantinopoli, ubi est multitudo sacerdotum, unum clericum in duabus ecclesiis constitui ; sed in una assiduum esse ecclesia. Si autem ad vitæ necessitatem non sufficiant quæ ei dantur, talem aliud studium quærere, et ex eo quæ sunt corpori necessaria comparare, decernit. Ita fecit Apostolus, ut ipse dicit ; *Ea quibus mihi opus erat et iis qui mecum sunt, hæ manus subministrarunt.*

Οὐ δύναταί τις δυσὶ κυρίοις δουλεύειν· ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, κατὰ τὴν Κυριακὴν φωνὴν, *καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει· ἢ τοῦ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει.* Διὰ τοῦτο καὶ τὰ δι' αἰσχροκέρδειαν ἐπὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων γινόμενα, ὡς ἀλλότρια Θεοῦ, ἡ σύνοδος αὕτη ἀποβάλλει· καὶ οὐ συγχωρεῖ ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἔνθα πλῆθος ἱερωμένων ἐστὶν, ἐν δυσὶν ἐκκλησίαις ἕνα κληρικὸν κατατάττεσθαι, ἀλλὰ ἐν μιᾷ προσεδρεύειν ἐκκλησίᾳ. Εἰ δὲ οὐκ ἀρκεῖται πρὸς τὴν τοῦ βίου χρείαν τοῖς διδομένοις αὐτῷ, ἐπιτήδευμά τι ἕτερον μετέρχεσθαι τὸν τοιοῦτον διορίζεται, καὶ ἐξ αὐτοῦ πορίζεσθαι τὰ χρειώδη τοῦ σώματος. Καὶ γὰρ οὕτως ἐποίει καὶ ὁ Ἀπόστολος, ὡς αὐτὸς λέγει· *Ταῖς χρείαις μου καὶ τοῖς οὖσι μετ' ἐμοῦ ὑπηρέτησαν αἱ χεῖρες αὗται.*

CANON XVI.

« Omnis luxus et ornatus corporeus est a sacer-

ΚΑΝΩΝ Ιϛʹ.

« Πᾶσα βλακεία καὶ κόσμησις σωματικὴ ἀλλότριαί

Guill. Beveregii notæ.

(36) *Οἱ δὲ λέγοντες τὸν κανόνα.* Hæc usque ad finem ex ms. Bodleiano restituimus ; sed in Amerbachiano non exstant.

(37) *Ἐν ταύτῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει.* Codex Amerbachianus legit, ἐν ταύτῃ μεγαλοπόλει καὶ βασιλευούσῃ, *in hac magna urbe et imperiali.*

« εἰσι τῆς ἱερατικῆς τάξεως καὶ καταστάσεως. A
« Τοὺς οὖν ἑαυτοὺς κοσμοῦντας ἐπισκόπους ἢ
« κληρικοὺς δι' ἐσθήτων λαμπρῶν καὶ προφανῶν,
« τούτους διορθοῦσθαι χρή· εἰ δὲ ἐπιμένοιεν,
« ἐπιτιμίῳ παραδίδοσθαι· ὡσαύτως καὶ τοὺς τὰ
« μύρα χριομένους. Ἐπεὶ δὲ ῥίζα πικρίας ἄνω
« φύουσα μίασμα γέγονε τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ,
« ἡ τῶν Χριστιανοκατηγόρων αἵρεσις, καὶ οἱ ταύ-
« την δεξάμενοι, οὐ μόνον τὰς εἰκονικὰς ἀναζω-
« γραφήσεις ἐβδελύξαντο, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν εὐλά-
« βειαν ἀπώσαντο, τοὺς σεμνῶς καὶ εὐσεβῶς
« βιοῦντας προσοχθίζοντες· καὶ πεπλήρωται ἐπ'
« αὐτοῖς τὸ γεγραμμένον· « Βδέλυγμα ἁμαρτωλῷ
« θεοσέβεια.» Εἰ εὑρεθῶσι τοίνυν τινὲς ἐγγελῶντες
« τοῖς τὴν εὐτελῆ καὶ σεμνὴν ἀμφίασιν περικει-
« μένοις, δι' ἐπιτιμίου διορθούσθωσαν. Ἐκ γὰρ B
« τῶν ἄνωθεν χρόνων πᾶς ἱερατικὸς ἀνὴρ μετὰ
« μετρίας καὶ σεμνῆς ἀμφιάσεως ἐπολιτεύετο.
« Πᾶν γὰρ ὃ μὴ διὰ χρείαν, ἀλλὰ διὰ καλλωπισμὸν
« παραλαμβάνεται, περπερείας ἔχει κατηγορίαν,
« ὡς ὁ μέγας ἔφη Βασίλειος. Ἀλλ' οὐδὲ ἐκ σηρι-
« κῶν ὑφασμάτων πεποικιλμένην ἐσθῆτα ἐνεδέ-
« δυτό τις, οὐδὲ προσετίθεσαν ἑτερόχροα ἐπιβλή-
« ματα ἐν τοῖς ἄκροις τῶν ἱματίων. Ἤκουσαν
« γὰρ ἐκ τῆς θεοφθόγγου γλώσσης, ὅτι *Οἱ τὰ
« μαλακὰ φοροῦντες ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασι-
« λείων εἰσίν.* »

ΒΑΛΣ. Τῶν Εἰκονομάχων μεταβαλόντων πᾶσαν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν καὶ εὐλάβειαν πρὸς ἀκαταστασίαν καὶ ἀνευλάβειαν, ὡς τῶν αὐτοῖς προσ- C ερχομένων κληρικῶν καὶ ἐπισκόπων ἀνευλαβῶς καὶ ἀδιαφόρως ἐκχωρηθέντων πολιτεύεσθαι, ἵνα τοῖς θελήμασιν αὐτῶν ὑπείκωσι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῆς ἱερατικῆς ἐνδυμενίας πρὸς τὸ βλακικώτερον μεταβληθείσης καὶ κοσμιώτερον· διωρίσαντο οἱ Πατέρες ἐπιτιμᾶσθαι τοὺς καλλωπίζοντας ἑαυτοὺς διὰ ἐνδυμενίας λαμπρᾶς, καὶ μὴ διορθουμένους μετὰ παραγγελίαν· ὡσαύτως κολάζεσθαι καὶ τοὺς τὰ μύρα χριομένους. Ἐπεὶ δὲ οἱ αὐτοὶ αἱρετικοὶ πρὸς τούτοις κατεγέλων τῶν βιούντων μετὰ σεμνότητος καὶ εὐλαβείας, καὶ ἐνδύμασι χρωμένων εὐτελεστέροις διὰ ταπείνωσιν· ὥρισαν οἱ θεῖοι Πατέρες τοὺς τοιοῦτόν τι ποιοῦντας δι' ἐπιτιμίων διορθοῦσθαι· Ὅτι, φασίν, οἱ ἱερεῖς ἀείποτε μετὰ μετρίας καὶ σεμνῆς διαγωγῆς ἐπολιτεύοντο (καὶ τὸν μὴ διὰ χρείαν τοῦ σώμα- D τος λαμπρότερον ἱματισμὸν περπερείαν, ἤγουν βλακείαν, ὠνόμαζεν ὁ μέγας Βασίλειος), ἀλλ' οὐδὲ ἐσθῆτα σηρικήν, ἤγουν μεταξατὴν (σῆρες γὰρ οἱ σκώληκες), ἐνεδίδυντο ἱερατικοὶ ἄνδρες, οὔτε τινὰ ἑτερόχροα ἐπιβλήματα προσετίθεσαν ἐν τοῖς ἄκροις τῶν ἱματίων αὐτῶν, ἤγουν μαργέλια· καὶ ἐφεξῆς ἐπιφέρουσι τὸ εὐαγγελικὸν ῥητόν. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν κζ' κανόνα τῆς ς' συνόδου. Αἰτιωμένων δὲ τῶν λαμπρειμονούντων κληρικῶν διὰ ἱματίων λεγομένων ἐξαμίτων ἐχόντων οὐ μόνον ἑτερόχροα ἀντίπανα, ἀλλὰ καὶ χρυσόπαστα, πρὸς δὲ καὶ γράμματα πολυτελῆ χρυσᾶ, εἶπόν τινες τὸν κανόνα ἐκφωνηθῆναι διὰ τὴν τότε οὖσαν ἀταξίαν εἰς τὰς ἐκκλησίας,

« dotali ordine et statu alienus. Episcopos ergo
« vel clericos, qui se splendidis et insignibus
« vestibus exornant, se corrigere oportet; sin
« autem permaneant, pœnis coerceri: similiter
« et eos, qui sunt unguentis delibuti. Quoniam
« autem radix acerbitatis sursum pullulans,
« Catholicæ Ecclesiæ fuit inquinamentum, Chri-
« stianos scilicet accusantium hæresis; et qui
« eam susceperunt, non solum imaginum pictu-
« ras aversati sunt, sed omnem etiam pietatem
« ac religionem extruserunt, eos, qui pie et ho-
« neste vivunt, odio habentes; et in iis imple-
« tum fuit quod scriptum est: Abominatio pec-
« catori religio et verus Dei cultus. Si inventi
« itaque fuerint nonnulli eos irridentes, qui vi-
« lem et modestum amictum induti sunt, pœna
« corrigantur. A superioribus enim usque tem-
« poribus omnis vir sacratus cum moderato
« et honesto indumento versabatur. Quidquid
« enim, non propter usum, ostentatorium orna-
« tum assumitur, in luxus reprehensionem in-
« currit, ut ait magnus Basilius. Sed nec ex
« sericis texturis variatum quis vestimentum
« habebat: neque in vestimentorum fimbriis
« adjecta erant alieni coloris additamenta. Ex
« divina enim lingua audierunt quod, « Qui
« mollibus vestiuntur, in ædibus regum sunt[67].»

BALS. Cum Iconomachi omnem ecclesiasticam constitutionem et pietatem in confusionem et impietatem mutassent, utpote clericis et episcopis, qui ad eos accedebant, impie et temere vitam instituere permissis, ut eorum voluntati obsequerentur; et ideo sacerdotale quoque indumentum ad id quod plus habet luxus et ornatus mutatum esset: statuerunt divini Patres, eos puniri qui se splendida veste exornant, et post denuntiationem non corriguntur, et similiter puniri eos qui unguentis delibuti sunt. Quoniam autem hi præterea hæretici irridebant eos, qui pie et honeste vivebant, et vilioribus utebantur vestibus propter humilitatem: statuerunt sancti Patres eos, qui tale quid faciunt, per pœnas corrigi. Sacerdotes enim, inquiunt, semper olim modeste et honeste vitam instituebant (et splendidiorem vestem, quæ non propter usum corporis sumitur, ostentationem sive luxum magnus vocavit Basilius), sed neque serica veste, metaxata scilicet (seres enim vermes sunt) induebantur viri sacerdotales, neque alia diversi coloris additamenta vestium ipsarum fimbriis adjiciebant, scilicet limbos; et deinde dictum evangelicum adjiciunt. Lege et canonem 27, synodi sextæ. Cum autem accusarentur quidem clerici splendide induti, qui vestes samittos dictas gestabant, quæ non solum diversi coloris antepannas seu fimbrias habebant, sed etiam auro intexta, præterea autem, et sumptuosas aureas litteras; dicebant quidam, editum esse canonem propter eam quæ tunc erat in ecclesiis, rerum confusio-

[67] Matth. XI, 8.

nem, et multam clericorum a pietate alienationem; hodie autem non habere locum canonem, quandoquidem Dei gratia absoluta est ecclesiastica constitutio et pietas, et ad Dei honorem clerici cum vestibus splendidioribus versantur: audiverunt autem se non recte dicere. Est enim canon universalis; et quæ in eo scripta sunt debent in sæcula sæculorum observari et vim suam obtinere: qui vero præter eum vitam instituunt, recte punientur, nisi corrigantur.

319 ZONAR. De hominum qui sacro ordini adscripti sunt indumentis, synodi quoque sextæ canone 27 decernitur: sed cum ritus ecclesiasticos Iconomachi perturbassent, idcirco de eadem hæc quoque synodus decreto cavendum existimavit. Si quis ergo episcopus aut clericus pretiosam vestem ad ornatum cultumque corporis adhibuerit, aut unguento delibutus fuerit, primum admoneri hominem, tum, si perstiterit, pœnis quoque in eum animadverti jubet. Quoniam vero, inquit, Christianoaccusatorum hæresis, quique illa tenebantur, non modo sacris imaginibus bellum indixere, sed totius quoque religiosæ modestiæ prorsus obliti, eos, quorum moribus ac vitæ gravitas inesset, oderant et adversabantur: si demisso ac modesto ornatu indutos homines irridere deprehensi fuerint, correctionis ergo puniendos esse decernit. Nam vel a prima antiquitate Deo sacrati homines in omni victu cultuque moderati et graves, inquit synodus, exstitere. Deinde magni quoque Basilii, quid περπερεία sit explicantis, testimonium adducit. Quotiescunque enim quidpiam, non ad usum, sed ad ornatum tantummodo ac elegantiam adhibeas, in vitium, inquit, quod περπερεία dicitur, incurras. Neque vero vestibus ex metaxa variegatis (sunt autem illæ sericæ, a seribus quippe metaxa conficitur, seres porro vermes quidam dicuntur) qui in sacrum ordinem cooptati fuerant, inquit synodus, antiquis temporibus utebantur; neque illis colorati panni additamenta indumentorum fimbriis assuere mos erat. Quæ mox evangelica sententia clauduntur.

ARIST. « Episcopi vel clerici splendidis se induentes vestibus, vel unguentis delibuti, corrigantur. Persistentes autem puniantur. » *Perspicuus.*

CANON XVII.

« Quidam monachi, suis monasteriis relictis, ut qui imperare desiderent, et parere recusent, oratoria ædificare aggrediuntur, cum ea non habeant quæ ad perfectionem pertinent. Si quis igitur hoc facere aggressus fuerit, prohibeatur ab ejus loci episcopo: si habeat autem quæ ad perfectionem sufficiunt, ab ipso deliberata ad finem deducantur. Idem autem servetur in laicis et clericis. »

BALS. Rursus quoque sancti Patres, cum omnino non ferrent gloriæ cupiditatem inter eos versari,

A καὶ τὴν πολλὴν ἀνευλάβειαν τῶν κληρικῶν, σήμερόν τε μὴ ἔχειν χώραν τὰ τοῦ κανόνος, ὅτε Θεοῦ χάριτι πᾶσά ἐστιν ἐκκλησιαστικὴ κατάστασις καὶ εὐλάβεια, καὶ πρὸς τιμὴν Θεοῦ οἱ κληρικοὶ μετὰ ἱματίων λαμπροτέρων πολιτεύονται. Ἤκουσαν δὲ μὴ καλῶς λέγειν. Καθολικὸς γάρ ἐστιν ὁ κανὼν, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τῶν αἰώνων τὰ ἐν αὐτῷ κρατεῖν καὶ ἐνεργεῖν ὀφείλουσιν· οἱ δὲ παρὰ τοῦτον πολιτευόμενοι καλῶς ἐπιτιμηθήσονται, εἰ μὴ διορθωθῶσιν.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ ὁ εἰκοστὸς ἕβδομος κανὼν τῆς ἕκτης συνόδου περὶ ἀμφιάσεως ἱερατικῆς διατάττεται· ἀλλὰ τῶν εἰκονομάχων συγχεάντων τὰ ἔθη τὰ ἐκκλησιαστικὰ, ἦλθε καὶ ἡ παροῦσα σύνοδος εἰς τὴν περὶ τούτου θεσμοθεσίαν. Καὶ κελεύει τοὺς ἑαυτοὺς B καλλωπίζοντας διὰ λαμπρῶν ἱματίων ἐπισκόπους ἢ κληρικοὺς διορθοῦσθαι, ἢ ἐπιμένοντας ἐπιτιμᾶσθαι, ὁμοίως καὶ τοὺς τὰ μύρα χριομένους. Ἐπεὶ δὲ, φησὶν, ἡ τῶν Χριστιανοκατηγόρων αἵρεσις, καὶ οἱ ταύτην δεξάμενοι, καὶ τὰς σεπτὰς εἰκόνας ἐβδελύξαντο, ἀπώσαντο δὲ καὶ πᾶσαν εὐλάβειαν, μισοῦντες καὶ ἀποστρεφόμενοι τοὺς σεμνῶς βιοῦντας· εἰ εὑρεθῶσιν ἐγγελῶντες τοῖς εὐτελῆ καὶ σεμνὰ ἐνδεδυμένοις, ἐπιτιμάσθωσαν, ἵνα διορθωθῶσιν. Ἐκ γὰρ τῶν ἀρχαίων χρόνων, φησὶν ἡ σύνοδος, οἱ ἱερατικοὶ ἄνδρες μετρίως καὶ σεμνῶς ἐπολιτεύοντο. Εἶτα καὶ τὸν μέγαν Βασίλειον εἰς μαρτυρίαν παράγει, ἑρμηνεύοντα τί ἐστι περπερεία· ὅς φησιν ὅτι πᾶν, ὃ μὴ διὰ χρείαν, ἀλλὰ διὰ καλλωπισμὸν παC ραλαμβάνεται, περπερείας ἔχει κατηγορίαν. Οὔτε δὲ ἐκ μετάξης ἐσθῆτας πεποικιλμένας (αὗται γὰρ αἱ σηρικαὶ, ὡς διὰ σηρῶν γινόμεναι· σῆρες γὰρ οἱ σκώληκες λέγονται) οἱ ἱερατικοὶ πάλαι ἐνεδέδυντο, λέγει ἡ σύνοδος· οὔτε τινὰ ἑτερόχροα ἐπιβλήματα προσετίθεσαν ἐν τοῖς ἄκροις τῶν ἱματίων αὐτῶν. Καὶ ἑξῆς ἐπιφέρει τὸ εὐαγγελικὸν ῥητόν.

ΑΡΙΣΤ. « Ἐπίσκοποι, ἢ κληρικοὶ, λαμπραῖς ἑαυτοὺς κοσμοῦντες ἐσθῆσιν, ἢ μύρα χριόμενοι, διορθούσθωσαν· ἐπιμένοντες δὲ ἐπιτιμάσθωσαν. » *Σαφής.*

ΚΑΝΩΝ ΙΖ'.

D « Τινὲς τῶν μοναχῶν καταλιπόντες τὰ ἑαυτῶν μοναστήρια, ἐφιέμενοι τοῦ ἄρχειν, καὶ τὸ ὑπακούειν ἀπαναινόμενοι, ἐγχειροῦσι κτίζειν εὐκτηρίους οἴκους, τὰ πρὸς ἀπαρτισμὸν μὴ ἔχοντες. Εἴ τις οὖν τοῦτο ἐπιχειρήσει ποιεῖν, κωλυέσθω ὑπὸ τοῦ κατὰ τὸν τόπον ἐπισκόπου (38)· εἰ δὲ τὰ πρὸς ἀπαρτισμὸν ἔχει τὰ βεβουλευμένα αὐτῷ, εἰς πέρας ἀγέσθωσαν. Τὸ αὐτὸ δὲ φυλαττέσθω καὶ ἐπὶ λαϊκῶν καὶ κληρικῶν.

ΒΑΛΣ. Καὶ πάλιν οἱ ἅγιοι Πατέρες, μὴ ἀνεχόμενοι ὅλως παῤῥησιάζεσθαι τὸ τῆς φιλοδοξίας πάθος

Guill. Beveregii notæ.

(38) *Τοῦ κατὰ τόπον ἐπισκόπου.* Codex Amerbachianus legit, κατὰ χώραν. Ut et mox pro ἔχει τὰ βεβουλευμένα, in Parisiensi editione legitur, ἔχει καὶ τὰ βεβουλευμένα.

εἰς τοὺς πολιτευομένους κατὰ Θεὸν, διωρίσαντο τοὺς καταλιμπάνοντας μοναχοὺς τὰ οἰκεῖα μοναστήρια διὰ φιλοδοξίαν ἢ ἀνυποταξίαν, καὶ ἐγχειροῦντας μὲν κτίζειν εὐκτηρίους οἴκους, μὴ ἔχοντας δὲ αὐτάρκειαν πρὸς ἀπαρτισμὸν, κωλύεσθαι παρὰ τοῦ κατὰ χώραν ἐπισκόπου, ὥσπερ συγκροτεῖσθαι τοὺς ἔχοντας ἀνενδεῶς. Τὸ αὐτὸ δὲ γίνεσθαι καὶ ἐπὶ λαϊκῶν καὶ κληρικῶν. Σὺ δὲ εἰ θέλεις μαθεῖν πλατύτερον πῶς καὶ παρὰ τίνων κτίζονται τὰ μοναστήρια, ζήτει κεφ. α' τοῦ α' τίτλου τοῦ δ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν, ὅπερ ἐστὶ μέρος τῆς ρκγ' Ἰουστινιανείου νεαρᾶς, καὶ τὸ ὅλον α' κεφ. τοῦ ια' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ· ὡσαύτως καὶ τὸν α' κανόνα τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης α' καὶ β' συνόδου τῆς ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων συστάσης, καὶ μάθῃς πάντα τὰ περὶ τῆς οἰκοδομῆς τῶν μοναστηρίων. Τὸ μέντοι προκομισθὲν παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων, μὴ ἐξακουόμενον καὶ ἐπὶ λαϊκῶν καὶ κληρικῶν, ἐκλαβοῦ εἰς μόνους τοὺς μοναχούς. Τὸ δὲ κωλύεσθαι τοὺς κτίζοντας μοναστήρια, καὶ μὴ ἔχοντας ἀρκοῦσαν δαπάνην ἕλκυσον εἰς πάντας, ἤγουν εἰς λαϊκοὺς, κληρικοὺς, ἐπισκόπους, μοναχοὺς καὶ λοιπούς. Ἐρωτήσει δέ τις, Καὶ πῶς τὴν δαπάνην ἀπαιτηθήσεται ὁ θέλων κτίσαι μοναστήριον; Ἆρα χρυσίου πολλά τινα τάλαντα ἢ μετρίους στατῆρας; *Λύσις*. Οὐδὲν ἐξ ἀμφοῖν. Οὔτε γὰρ ἀναγκάζεταί τις προσαγαγεῖν τῷ Θεῷ μεγαλοπρεπῆ καὶ ἀξίαν προσαγωγὴν, οὔτε μικροπρεποῦς χρυσίου κερμάτιον, μὴ ἀρκοῦν εἰς ὃ προέθετο προφέρων εἰσακουσθήσεται. Ἀλλ' ἐπεὶ τὸ ἐλάχιστον ὑπὸ τριῶν μοναχῶν συνίσταται μοναστήριον, ἀναγκασθήσεται ὁ κτίσαι μέλλων προσαγαγεῖν εἰ μὴ πλείονα, τέως δὲ τὰ ἀρκοῦντα εἰς ἀπαρτισμὸν ναοῦ καὶ οἰκονομίαν αὐτοῦ καὶ τριῶν μοναχῶν. Φησὶ γὰρ ἡ ιδ' νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυρίου Λέοντος τοῦ Φιλοσόφου μετὰ τὸ προοίμιον ταῦτα· Φαμὲν οὖν ὡς, ἐπεὶ τὸ θεῖον ἐπῆγε στόμα· *Ὅπου εἰσὶ δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι ἐν τῷ ὀνόματί μου, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν*, χρῆναι τὸ ἐλάχιστον τρισὶν ἐπαρκεῖν τὸ μοναστηρίου κλῆσιν ὑποδυόμενον ἔργον, δηλονότι καὶ τῶν ἄλλων ἱερῶν κειμηλίων, ὅσα τε πρὸς ἁγιστείαν καὶ δοξολογίαν ὁρῶσιν, ὑπαρχούσης τῆς εὐπορίας. Τῷ μὲν οὖν πρὸς ἀνιέρωσιν μοναστηρίου ἀκώλυτον ἕξοντι τὴν ἐπιχείρησιν, εἰς τοσοῦτον δεήσει τὸ ἐλάχιστον τὸ ἀφιέρωμα συντελεῖν. Ὅτι δὲ οἱ πλεῖστοι, πρὸς τὴν τοιαύτην ἐπιχείρησιν ἑαυτοὺς ἐπιδιδόντες, ἐνίοτε ὀπίσω βουλῆς ἀπολείπονται, προλαβόντος τοῦ θανάτου, καὶ τῆς ἐν ἀνθρώποις αὐτοὺς συναναστροφῆς ἐξαφανίζοντος, ἐκεῖνο ἡμῖν θεσπίζεται ὡς, διατυπώσεως προελθούσης, τὰ ἐν αὐτῇ διορισθέντα ἔσται τῆς Ἐκκλησίας. Εἰ δὲ, ὁποῖα πολλὰ φέρει τὸ ἄδηλον, πρὸ τῆς τῶν οἰκείων ἀναρπασθείη διατυπώσεως, παίδων μὲν ὑπόντων ἄχρι τριῶν, τέταρτον μέρος τῆς ὑπάρξεως οἰκειώσεται ἡ μονή· ἐπέκεινα δὲ τοῦ τρίτου ἀριθμοῦ προϊόντος τοῦ τῆς γονῆς πλήθους, συγκαταλέξεται τὸ μοναστήριον τοῖς παισὶ, καὶ τὰ ἴσα τούτων ἑκάστῳ λήψεται ἐκ πάσης περιουσίας, ἧς

[68] Matth. XVIII, 20.

A qui secundum Deum vivere constituunt, statuerunt, ut monachi, qui propter gloriæ cupiditatem sua monasteria relinquunt, vel etiam propter inobedientiam, et oratoria quidem ædificare aggrediuntur, non habent autem quæ ad ejus perfectionem sufficiunt, prohibeantur ab illius regionis episcopo, ut qui ea constituere minus sufficiunt. Hoc ipsum autem etiam fieri in laicis et clericis decrevere. Si latius autem scire velis, quomodo et a quibus ædificantur monasteria, quære cap. 1, tit. 1, lib. IV Basilic. quæ quidem est pars 123 Justianini Novellæ, et totum cap. 1, tit. 11, præsentis operis, et quæ sunt in eo; similiter et can. 1 sanctæ et magnæ primæ et secundæ synodi quæ in templo Sanctorum Apostolorum congregata est: et disces B omnia quæ ad monasteriorum ædificationem pertinent. Quod autem a sanctis Patribus in proœmio dictum est, in laicis etiam et clericis non exauditum, de solis monachis accipe. Prohiberi autem eos, qui monasteria ædificant, et sumptum sufficientem non habent, ad omnes scilicet laicos, clericos, episcopos, monachos et reliquos extende. Rogaverit autem quispiam, Et quantus sumptus ab eo exigetur, qui velit monasterium exstruere? Multane auri talenta, an stateres aliquot? *Solutio*. Neutrum. Non enim cogetur quispiam magnificam et magni pretii Deo offerre oblationem, nec minutula aliquot auri numismata, ad ea quæ proposuit non sufficientiam afferens exaudietur. Sed quia mona- C sterium a tribus ad minimum monachis constituitur, cogetur, qui vult ædificare, afferre **320** si non plura, ea quidem certe quæ sufficiunt ad templi perfectionem, suamque et trium monachorum habitationem et provisionem. Dicit enim 14 imperatoris domini Leonis Philosophi Novella post proœmium hæc: Dicimus itaque quod quoniam divino ore dictum est, *Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, illic sum in medio eorum* [68], oportet tribus ad minimum sufficere opus, quod monasterii subit appellationem, et aliorum scilicet pretiosorum instrumentorum, quæ ad ceremonias Deique cultum et nominis celebrationem pertinent, non deesse facultatem. Eum ergo, qui monasterium consecrare velit aggredi citra prohibi- D tionem, eo usque ad minimum oportebit ad ejus consecrationem impendere. Quoniam autem plurimi, qui se tali rei aggrediundæ dedidere, nonnunquam postea consilio frustrantur, morte præveniente, et eorum inter homines conversationem tollente, illud a nobis decernitur; quod si testamentum præcesserit, quæ in eo disposita sunt, erunt Ecclesiæ: sin autem cujusmodi multa rerum affert incertitudo, ante factum de rebus suis testamentum e medio sublatus fuerit, si sint quidem tres liberi, quartam bonorum partem sibi vindicabit monasterium: sin autem ultra tertium numerum prolis processerit multitudo, monasterium una cum liberis numerabitur, et

unusquisque eorum æqualem partem accipiet universarum facultatum, quas defuncti debita non attingunt. Si autem liberos non habeat qui vita excessit; sed relictis parentibus decesserit, iis quæ habet bifariam divisis, altera quidem pars parentibus, altera vero monasterio tradetur. Si autem hæredibus ascendentibus destitutus fuerit, eos autem, qui per transversalem lineam eum attingunt, clerus admiserit: ipsi quidem, quicunque fuerint, tertiam partem possidebunt, duæ autem partes Ecclesiæ accedent. Et hæc quidem de iis qui monasteria ædificant. *Interrogatio*; Si quis autem domum oratoriam, non monasterium, ædificare voluerit, tantamne ut afferat impensam, alieo postulabitur? *Solutio:* Nequaquam. Hæc enim de solis monasteriis lata sunt. Qui est ergo ædificaturus offerre cogetur quod satis est, ex episcopi examinatione. His ergo ita se habentibus, in urbium quidem regina ab eo, qui statis temporibus est chartophylax, crucis fixio extra urbem alicui, templum excitare volenti non datur, nisi juxta primum canonem primæ et secundæ synodi in scriptis deposuerit, se omnia attulisse quæ ad ejus perfectionem pertinent, ut superius dictum est, et ea minutatim confirmaverit in ecclesiastico codice. In externis autem regionibus, ut mihi quidem videtur, nihil ejusmodi subtilitate disquiritur; sed licet omni volenti absque ulla molestia oratoria ædificare. Quin et hic etiam multi absque scientia episcopi multa audent ejusmodi. Quia autem solius templi sumptus meminit canon, sumptus autem nomine, omnia quæ sunt monasterio utilia et iis, qui in ipso exercentur, comprehenduntur; debes tu sumptum quoque sic accipere.

ZONAR. A monachis monasteria exædificari ne liceat, hic canon decernit: ab imperandi siquidem studio parendique impatientia homines in id consilium impelli dicit. Cum enim illos, inquit, obedientiæ tædium cepit, ædificationem moliuntur. Mox cum ad perficiendum facultates non suppetant, opera inchoata relinquunt. Id ne fiat, episcopi studio curari jubet. Quod si cui tantum suppetat in sumptum, quantum operi absolvendo satis esse possit, ab eo cogiata perfici nihil vetat. Eamdem porro constitutionem ad clericos et ad laicos pariter extendi placet.

ARIST. « Qui monasterium exstruere vult, si ha-
« beat quidem quibus perficiat, opus aggredia-
« tur, et ad finem istud perducat. Sin minus, a
« loci episcopo prohibeatur. Idem et de laicis et
monachis valet. »

321 CANON XVIII.

« Sine offensione este etiam iis qui extra sunt [^1],
« inquit divinus Apostolus: mulieres autem in

οὐχ ἅπτεται χρέα τοῦ τεθνηκότος. Ἄπαιδος δὲ ὑπάρχοντος τοῦ τὸν βίον ἀπολιπόντος, ἐπὶ γονεῦσι δὲ λιπόντος, διχῇ τῶν προσόντων διαιρουμένων, ἡ μὲν γονεῦσι, ἡ δ' ἑτέρα μοῖρα τῷ μοναστηρίῳ παρασχεθήσεται. Εἰ δ' ἔρημος εἴη κληρονόμων ἀνιόντων, τοὺς ἐκ πλαγίου δὲ εἰσιόντας ὁ κλῆρος προσίεται· αὐτοὶ μὲν, ὅσοι ἂν καὶ ὦσι, τὸ τρίτον μέρος διανεμήσονται, τὸ δίμοιρον δὲ προχωρήσει τῇ Ἐκκλησίᾳ. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοὺς κτίζοντας μοναστήρια. *Ἐρώτησις*. Εἰ δέ τις εὐκτήριον οἶκον, οὐχὶ μοναστήριον, θελήσει κτίσαι, τοσαύτην δαπάνην προσαγαγεῖν ἀπαιτηθήσεται; *Λύσις*. Οὐδαμῶς. Περὶ γὰρ μοναστηρίων ταῦτα νενομοθέτηται. Ἀναγκασθήσεται οὖν ὁ κτίσαι μέλλων προσαγαγεῖν, κατὰ δοκιμασίαν τοῦ ἐπισκόπου, τὸ ἀρκοῦν. Τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐν μὲν τῇ βασιλευούσῃ τῶν πόλεων ἄλλως σταυροπήγιον (39) παρὰ τοῦ κατὰ καιροὺς χαρτοφύλακος οὐ δίδοταί τινι ἔξω τῆς πόλεως ταύτης ἀνεγεῖραι θέλοντι ναὸν, εἰ μὴ κατὰ τὸν α' κανόνα τῆς πρώτης καὶ δευτέρας συνόδου κατάθηται δι' ἐγγραφῆς προσενεγκεῖν· πάντα τὰ πρὸς ἀπαρτισμὸν τούτου, ὡς εἴρηται, καὶ βεβαιώσῃ αὐτὰ κατὰ λεπτὸν ἐν τῷ ἐκκλησιαστικῷ κώδικι· ἐν δὲ ταῖς ἔξω χώραις, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐδέν τι τοιοῦτον ἀκριβολογεῖται· ἀλλὰ παντὶ τῷ βουλομένῳ ἐφεῖται ἀπολυπραγμονήτως κτίζειν εὐκτήρια. Καὶ ἐνταῦθα δὲ οἱ πλείους χωρὶς εἰδήσεως ἐπισκοπικῆς πολλὰ τολμῶσι τοιαῦτα. Ἐπεὶ δὲ μόνης δαπάνης τοῦ ναοῦ ἐμνήσθη ὁ κανὼν, τῷ ὀνόματι δὲ τῆς δαπάνης πάντα τὰ χρειώδη τῷ μοναστηρίῳ καὶ τοῖς ἀσκουμένοις ἐν αὐτῷ συμπεριλαμβάνονται, ὀφείλεις καὶ σὺ οὕτως ἐκλαβέσθαι τὴν δαπάνην.

ΖΩΝΑΡ. Κωλύει ὁ κανὼν τὸ παρὰ μοναχῶν κτίζεσθαι μοναστήρια, φιλαρχίας λέγων εἶναι τοῦτο καὶ ἀνυποταξίας. Ἀπαναινόμενοι γὰρ, φησὶ, τουτέστιν ἀρνούμενοι τὴν ὑπακοὴν, ἐπιχειροῦσι κτίζειν. Καὶ μὴ εὐποροῦντες ἀπαρτίσαι αὐτὰ καταλιμπάνουσιν ἀτελῆ. Τοῦτο κωλύεσθαι παρὰ τῶν ἐπισκόπων ὁρίζει. Εἰ δὲ ἔχει ἀρκοῦσαν δαπάνην εἰς τὸ ποιῆσαι τέλειον ἔργον, ὃ ἐβουλεύσατο γινέσθω. Τὸ αὐτὸ δὲ διορίζεται κρατεῖν καὶ ἐπὶ κληρικῶν καὶ λαϊκῶν.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ βουλόμενος κτίσαι μοναστήριον, εἰ
« μὲν ἔχοι τὰ πρὸς ἀπαρτισμὸν, ἀρχέσθω τοῦ
« ἔργου, καὶ εἰς πέρας ἀγέσθω τοῦτο· εἰ δὲ μὴ,
« κωλυέσθω παρὰ τοῦ κατὰ χώραν ἐπισκόπου
« τούτου κρατοῦντος καὶ ἐπὶ λαϊκῶν καὶ μονα-
« χῶν. »

ΚΑΝΩΝ ΙΗ'.

« Ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ τοῖς ἔξωθεν, φησὶν ὁ
« θεῖος Ἀπόστολος· τὰς δὲ γυναῖκας ἐνδιαιτᾶ-

[^1]: I Cor. x, 32.

(39) *Σταυροπήγιον*. Vide Suicerum sub voce.

« σθαι ἐν ἐπισκοπείοις ἢ μοναστηρίοις παντὸς A « προσκόμματος αἴτιον. Εἴ τις οὖν δούλην ἢ « ἐλευθέραν ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ κτώμενος φωρα- « θείη, ἢ ἐν μοναστηρίῳ πρὸς ἐγχείρησιν δια- « κονίας τινὸς, ἐπιτιμάσθω· ἐπιμένων δὲ, καθαι- « ρείσθω. Εἰ δὲ καὶ τύχοι ἐν προαστείοις γυναῖ- « κας εἶναι, καὶ θελήσοι ἐπίσκοπος ἢ ἡγούμενος « πορείαν ἐν τοῖς ἐκεῖσε ποιήσασθαι, παρόντος « ἐπισκόπου ἢ ἡγουμένου, μηδ' ὅλως ἐγχείρησιν « διακονίας ποιεῖσθαι κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν « γυνὴ, ἀλλ' ἰδιαζέτω ἐν ἑτέρῳ τόπῳ, ἕως ἂν « τὴν ἐπαναχώρησιν ποιήσηται ὁ ἐπίσκοπος, διὰ « τὸ ἀνεπίληπτον. »

ΒΑΛΣ. Μαθόντες, ὡς ἔοικεν, οἱ ἅγιοι Πατέρες ὅτι εἰς ἐπισκοπεῖα καὶ εἰς μοναστήρια διάγουσι γυναῖκες, εἶπον ὡς, ἐπεὶ ὁ μέγας ἀπόστολος Παῦ- B λος πρὸς Κορινθίους ἐπιστέλλων διωρίσατο ἀπροσκόπους εἶναι ἡμᾶς, μὴ μόνοις τοῖς ἐντὸς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔξωθεν, ἤγουν μὴ μόνοις τοῖς πιστοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀπίστοις· τὸ δὲ συνδιάγειν μετὰ γυναικῶν ἐπισκόπους ἢ ἡγουμένους ἐν μοναστηρίῳ ἢ ἐν ἐπισκοπείῳ παντός ἐστι προσκόμματος αἴτιον, καὶ λοιδορία οὐ τυχοῦσα τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως· ὀφείλουσιν ἐπιτιμᾶσθαι οἱ τοιοῦτόν τι ποιήσοντες, ἐπιμένοντες δὲ καθαιρεῖσθαι. Ὡς δέ τινος εἰπόντος ἀδιάκριτον εἶναι τὸ κολάζεσθαι τούτους, ὁπωσδήποτε μετὰ γυναικῶν συνδιαιτωμένους (συμβαίνει γάρ τινα ἐξ αὐτῶν κατὰ πάροδον καταλῦσαι εἰς προάστειόν τι γυναῖκας ἔχον, καὶ οὐ δύναται ὁ ἐπίσκοπος τὴν μετὰ τούτων διαγωγὴν ἀποπέμψα- C σθαι), ὥρισαν, εἰ συμβῇ τοῦτο, μηδ' ὅλως ὁρῶντος τοῦ ἐπισκόπου ἢ τοῦ ἡγουμένου διακονεῖν τὰς γυναῖκας, ἀλλ' ἐν τόπῳ ἑτέρῳ ταύτας ἀναχωρεῖν καὶ ἡσυχάζειν ἔστ' ἂν οὗτοι ἀποχωρήσωσι· τὴν δὲ τούτων διακονίαν γίνεσθαι πάντως παρὰ ἀνδρῶν. Οὕτω γὰρ τὸ ἀνεπίληπτον ἤτοι ἀσκανδάλιστον ἐπ' αὐτοῖς συντηρηθείη. Ἆρα δὲ, ἐὰν ἐξ ἀντιδιαστολῆς ἐν ἐπισκοπείῳ ἢ μοναστηρίῳ μὴ συνδιάγωσι μετὰ γυναικῶν, ἀλλ' ἐν ἑτέρᾳ κατοικίᾳ, συγγνωμονηθήσονται; *Λύσις*. Οἱ μὲν κανόνες, καθὼς πολλάκις εἴπομεν, καὶ τὸ νζ' κεφ. τοῦ α' τίτλου τοῦ γ' βιβλίου τῶν Βασιλικῶν ἀπαγορεύουσιν ἱερωμένον τινὰ μετὰ ὑπόπτου γυναικὸς συνδιάγειν, ἄνευ μητρὸς, θυγατρὸς, ἀδελφῆς, καὶ τῶν λοιπῶν ἀνυπόπτων προσώπων· τὸ δὲ νζ' κεφ. αὐτοῦ, μέρος ὂν τῆς ρλζ' D Ἰουστινιανείου νεαρᾶς, λέγει ταῦτα ῥητῶς· Ἐπίσκοπον δὲ μηδεμίαν παντελῶς γυναῖκα ἔχειν ἢ μετὰ αὐτῆς οἰκεῖν συγχωροῦμεν· εἰ δὲ ἀποδειχθείη τοῦτο, τῆς ἐπισκοπῆς ἐκβαλλέσθω. Εἰ γοῦν ὁ ἁπλῶς συνοικῶν ἐπίσκοπος μετὰ γυναικὸς οἱασδήτινος καθαιρεῖται, πολλῷ πλέον ὁ ἐν ἐπισκοπείῳ τοιοῦτόν τι ποιήσας ἀπεντεῦθεν καθαιρεθήσεται, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, διὰ τὸ τῆς νεαρᾶς ἀδιάστικτον. Τὸ μέντοι ιε' κεφ. τοῦ α' τίτλου τοῦ δ' βιβλίου κωλύει οὐ μόνον τὸ καταμεῖναι γυναῖκα ἐν μοναστηρίῳ ἀνδρῴῳ, ἢ τὸ ἀνάπαλιν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὅλως εἰσελθεῖν ἐν αὐτῷ χάριν οἱασδήτινος ὑποθέσεως. Σημείωσαι οὖν τὸν κανόνα λέγοντα ὅτι οὐδὲ δούλη οὐδὲ ἐλευθέρα ὀφείλει συνδιάγειν μετὰ ἐπισκόπου ἢ ἡγουμένου καθ' οἱονδή-

« episcopiis vel monasteriis versari, est omnis « offensionis causa. Si quis ergo ancillam vel « liberam in episcopio possidere deprehensus « fuerit, vel in monasterio, ad ministerium ali- « quod obeundum, reprehendatur : sin autem « perseveret, deponatur. Si vero etiam in sub- « urbiis mulieres esse contigerit, et voluerit epi- « scopus, vel monasterii præfectus illuc iter « facere præsenti episcopo vel monasterii præ- « fecto, mulier eo tempore nullo modo ministe- « rium obeat ; sed alio in loco seorsum degat, « donec recesserit episcopus ; ut omnis repre- « hensionis occasio vitetur. »

BALS. Cum intellexissent, ut videtur, sancti Patres, quod in episcopiis et monasteriis mulieres versantur, dixerunt, quod quoniam magnus apostolus Paulus ad Corinthios scribens statuit, nos sine offensione esse debere, non solum iis qui intus, sed iis etiam qui extra sunt, scilicet non solum fidelibus, sed et infidelibus; episcopos autem vel monasterii præfectos cum feminis versari, in monasterio vel in episcopio, est omnis offensionis causa et non vulgare probrum ecclesiasticæ constitutionis; debent, qui tale quid facturi sunt, puniri : sin autem perseverent, deponi. Perinde autem ac si dixisset aliquis, a recto discernendi judicio esse alienum, ut puniantur ii, qui quomodocunque cum mulieribus versantur (contingit enim ut aliquis eorum in transitu divertat in suburbano, in quo sunt mulieres, et non potest conversationem cum illis repudiare), statuerunt, si hoc contigerit, nullo modo vidente episcopo vel monasterii præfecto ministrare mulieres, sed eas in alium locum secedere, et in silentio degere, donec illi recesserint ; viros autem iis omnino ministrare. Sic enim omnis reprehensionis sive scandali vitabitur occasio. Nunquid autem argumento a contrario sumpto, si in episcopio vel in monasterio cum mulieribus non conversentur, sed in aliis ædibus, eis venia dabitur? *Solutio*. Canones quidem, ut sæpe diximus, et cap. 37, tit. 1, lib. III Basilic. prohibet, ne quis eorum qui sunt ex sacerdotali ordine cum suspecta muliere versetur, præterquam cum matre, sorore, filia et reliquis personis de quibus nulla oriatur suspicio. 57 autem ejus caput, quod est pars 137 Justiniani Novellæ, hæc dicit expresse : Episcopum autem nullam penitus habere feminam vel cum ea habitare permittimus : si hoc autem demonstratum fuerit, episcopatu ejiciatur. Si ergo, qui solummodo cum quacunque muliere cohabitat episcopus deponitur : multo magis qui tale quid in episcopio fecerit, ideo deponetur, ut mihi videtur, quia Novella indistincte loquitur. Jam vero cap. 15, tit. 1, lib. IV, prohibet, non solum mulierem manere in virorum monasterio, vel contra : sed etiam omnino in ipsum ingredi quacunque de causa. Nota ergo canonem qui dicit, quod neque ancilla neque libera debet cum episcopo vel mona-

sterii præfecto quavis ex causa una degere. Quæ autem de mulieribus quæ sunt in suburbanis dicta sunt, citra ullam curiosiorem investigationem assumentur de suburbanis quæ ad episcopium vel monasterium jure dominii pertinent: si enim in publicis hospitiis vel etiam in alienis suburbanis diverterint, difficile est, ut existimo, ea quæ in canone continentur observari.

ZONAR. Tertio quoque primæ, et quinto sextæ synodi canone, de iis, quæ domi habebantur, mulieribus definitum. Hic vero etiam canon in episcopio aut in virorum monasterio feminam commorari vetat, quique illas cujuscunque causæ obtentu in his locis habuerint, **322** pœnis in eos animadverti, ac nisi ejecerint, sacris initiatos deponi jubent. Sed neque in suburbanum, in quo ministeria per feminas exercentur, episcopum aut monasterii præfectum abire permittit; nisi illæ in alium locum, quoadusque episcopus præfectusve discesserit, transeant. Lege Ancyranæ quoque synodi canonem undevigesimum.

ARIST. « Non oportet feminas in episcopiis aut monasteriis commorari. Si qua igitur hoc ausa fuerit, reprehendatur: sin perstiterit, deponatur. Quinetiam ubicunque episcopus vel monasterii præfectus adfuerit, nulla mulier ministret, vel appareat; sed seorsum agat, donec recesserit. »

Sine offensione oportet nos esse etiam iis qui extra sunt, secundum divinum Apostolum; et idcirco mulieres in episcopiis aut virorum monasteriis habitare non oportet; sed eum qui ausus fuerit ancillam vel liberam ob aliquod ministerium in episcopio aut monasterio retinere, reprehendi jubent Patres. Eum autem, qui et post reprehensionem eas non abigit, sed in episcopio aut mansione adhuc etiam manere permittit, deponi statuunt. Si vero in episcopii vel monasterii suburbanis episcopus aut monasterii præfectus abierit, et contigerit mulieres ibidem esse, hæ ministerium non obeant quamdiu illi ibi sunt; sed alio in loco seorsum stent, donec recesserint illi, ut reprehensionis occasio evitetur.

CANON XIX.

« Tanta exsecrabilis avaritiæ labes ecclesiarum rectores invasit, ut nonnulli eorum virorum ac mulierum, qui pii ac religiosi dicuntur, Domini mandati obliti, fallantur, et eos qui ad sacerdotalem ordinem et vitam monasticam accedunt, pecuniis admittant. Et quorum reprobum est principium, universum quoque rejiciendum est, ut ait magnus Basilius: nec Deo licet et mammonæ servire. Si quis ergo inventus fuerit hoc facere, episcopus quidem vel monasterii præfectus vel ex sacerdotali ordine, aut cesset, aut deponatur, ut vult canon 2 Chalcedonensis sanctæ synodi: monasterii autem præfecta a monasterio extrudatur et alii monasterio tradatur ad subjectionem. Similiter et monasterii præfectus,

τινα λόγον. Τὰ μέντοι περὶ τῶν ἐν προαστείοις οὐσῶν γυναικῶν εἰρημένα ἀπολυπραγμονήτως ἐκληφθήσονται εἰς προάστεια δεσποτικῶς τῷ ἐπισκοπείῳ καὶ τῇ μονῇ διαφέροντα· εἰ γὰρ καταλύσουσιν οὗτοι εἰς ξενοδοχεῖα ἢ εἰς ἀλλότρια προάστεια, δυσχερές ἐστιν, ὡς νομίζω, τὰ τοῦ κανόνος ἐνεργηθῆναι.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ ὁ τρίτος κανὼν τῆς πρώτης συνόδου, καὶ ὁ πέμπτος τῆς ἕκτης περὶ συνεισάκτων γυναικῶν διαλέγονται. Καὶ οὗτος δὲ ὁ κανὼν κωλύει τὸ ἐν ἐπισκοπείῳ ἢ ἐν ἀνδρῴᾳ μονῇ διάγειν γυναῖκα, καὶ τὸν ἐν ἐπισκοπείῳ χάριν ὑποθέσεώς τινος ἢ ἐν μοναστηρίῳ ἔχοντα γυναῖκας ἐπιτιμᾶσθαι κελεύει, καὶ εἰ μὴ ἐκβάλοι αὐτὰς, καὶ καθαιρεῖσθαι τοὺς ἱερωμένους. Ἀλλ' οὐδὲ ἐν προαστείῳ, ἔνθα γυναῖκές εἰσιν ὑπηρετοῦσαι, ἀπιέναι βούλεται ἐπίσκοπον ἢ ἡγούμενον, εἰ μὴ ἐκεῖναι ἐν ἑτέρῳ τόπῳ μεταστῶσιν, ἕως ἂν ἐκεῖθεν ὁ ἐπίσκοπος ἢ ὁ ἡγούμενος ὑποχωρήσωσιν. Ἀναγνωστέον καὶ τὸν ιθ' κανόνα τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου.

ΑΡΙΣΤ. « Οὐ δεῖ γυναῖκας ἐνδιαιτᾶσθαι ἐπισκοπείοις ἢ μοναστηρίοις· εἴ τις οὖν τοῦτο τολμήσει, ἐπιτιμάσθω· εἰ δὲ ἐπιμένει, καθαιρείσθω. Ἀλλὰ καὶ ἔνθα παραβάλλει ἐπίσκοπος ἢ ἡγούμενος, μηδεμία γυνὴ διακονείτω, ἢ φαινέσθω· ἀλλ' ἰδιαζέτω μέχρις ἀναχωρήσεως. »

Ἀπροσκόπους δεῖ ἡμᾶς γίνεσθαι καὶ τοῖς ἔξωθεν, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον· καὶ διὰ τοῦτο οὐ δεῖ γυναῖκας οἰκεῖν ἐν ἐπισκοπείοις ἢ ἀνδρῴοις μοναστηρίοις· ἀλλὰ τὸν τολμήσαντα ἔχειν δούλην ἢ ἐλευθέραν ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ ἢ ἐν τῷ μοναστηρίῳ διά τινα ὑπηρεσίαν ἐπιτιμᾶσθαι προστάττουσιν οἱ Πατέρες. Τὸν δὲ μετὰ τὴν ἐπιτίμησιν μὴ διώκοντα ταύτας, ἀλλ' ἐν τῇ ἐπισκοπῇ ἢ τῇ μονῇ καὶ εἰς ἔτι μένειν συγχωροῦντα, καθαιρεῖσθαι διορίζονται. Εἰ δὲ ἐν προαστείῳ τῆς ἐπισκοπῆς ἢ τοῦ μοναστηρίου ἐπίσκοπος ἢ ἡγούμενος ἀπέλθοι, καὶ τύχοιεν εἶναι ἐκεῖσε γυναῖκας· μὴ διακονείτωσαν αὗται, μέχρις ἂν ἐνδημῶσιν οὗτοι ἐκεῖσε· ἀλλ' ἐν ἑτέρῳ τόπῳ ἰδιαζόντως ἕστωσαν μέχρι τῆς αὐτῶν ἀναχωρήσεως διὰ τὸ ἀνεπίληπτον.

ΚΑΝΩΝ ΙΘ'.

« Τοσοῦτον κατενεμήθη τῆς φιλαργυρίας τὸ μύσος εἰς τοὺς ἡγήτορας τῶν ἐκκλησιῶν, ὥστε καί τινας τῶν λεγομένων εὐλαβῶν ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ἐπιλαθομένους τῆς ἐντολῆς τοῦ Θεοῦ ἐξαπατηθῆναι, καὶ διὰ χρυσίου τὰς εἰσδοχὰς τῶν προσερχομένων τῷ ἱερατικῷ τάγματι καὶ τῷ μονήρει βίῳ ποιεῖσθαι. Καὶ γίνεται ὧν ἡ ἀρχὴ ἀδόκιμος καὶ τὸ ὅλον ἀπόβλητον, ὥς φησιν ὁ μέγας Βασίλειος· οὐδὲ γὰρ Θεῷ καὶ μαμμωνᾷ δουλεύειν ἔξεστιν. Εἴ τις οὖν εὑρεθῇ τοῦτο ποιῶν, εἰ μὲν ἐπίσκοπός ἐστιν ἢ ἡγούμενος ἢ τις τοῦ ἱερατικοῦ, ἢ παυσάσθω ἢ καθαιρείσθω, κατὰ τὸν δεύτερον κανόνα τῆς ἐν Χαλκηδόνι ἁγίας συνόδου· εἰ δὲ ἡγουμένη, ἐκδιωχθήτω τοῦ μοναστηρίου, καὶ παραδοθήτω ἐν ἑτέρῳ μοναστηρίῳ πρὸς ὑποταγήν. Ὡσαύτως καὶ

« ἡγούμενος μὴ ἔχων χειροτονίαν πρεσβυτέρου. A « Ἐπὶ δὲ τῶν παρὰ γονέων παραδεδομένων δίκην « προικῴων τοῖς τέκνοις, ἢ ἰδιοκτήτων αὐτῶν « πραγμάτων προσαγομένων, ὁμολογούντων τῶν « προσαγόντων ταῦτα εἶναι ἀφιερωμένα τῷ Θεῷ· « ὡρίσαμεν, κἄν τε μείνῃ, κἄν τε ἐξέλθῃ, μένειν αὐτὰ ἐν τῷ μοναστηρίῳ κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν αὐτοῦ· εἰ μὴ εἴη αἰτία τοῦ προεστῶτος (40). »

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ ε' κανόνι τῆς παρούσης συνόδου ὡρίσθησαν παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων διάφορά τινα χάριν τῆς διαδόσεως χρημάτων κατατασσομένων ἢ χειροτονουμένων ἐν κλήρῳ οἱῳδήτινι. Ἀκολούθως οὖν αὐτῷ καὶ ὁ παρὼν κανὼν, ὀνειδίζων τοὺς ἐπισκόπους καὶ καθηγουμένους, τοὺς διὰ φιλαργυρίαν B δεχομένους τινὰς μετὰ προσενέξεως χρημάτων (οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ ἡγήτορες καὶ οἷον ὁδηγοὶ τοῦ λαοῦ), διορίζεται μὴ συναριθμεῖσθαί τινα ἐν ἀδελφότητι μονῆς ἢ ἐν κλήρῳ ναοῦ διὰ δόσεως χρημάτων· τοὺς δὲ τούτους δεχομένους, ἐπισκόπους μὲν ὄντας καὶ ἡγουμένους ἱερωμένους, ἢ παύεσθαι μετὰ παραγγελίαν ἢ καθαιρεῖσθαι· εἰ δὲ μονάζουσαι ἢ ἡγούμενοι ἀνίεροι, ἐκδιώκεσθαι ἀπὸ τοῦ μοναστηρίου, καὶ παραδίδοσθαι ἐν ἑτέρᾳ μονῇ ἐφ' ᾧ ὑποτακτικοὺς εἶναι. Τὰ μέντοι παρά τινων προσφερόμενα τῷ Θεῷ αὐτοπροαιρέτως, καὶ ἀπὸ γονέων αὐτοῖς διαφέροντα, ἢ καὶ ἀλλαχόθεν ποθὲν, ἀναφαίρετα εἶναι τῇ μονῇ, κἄν τε μείνῃ ἐν τῷ μοναστηρίῳ ὁ ἀφιερώσας ταῦτα, κἄν τε ἐξέλθῃ· εἰ μήπω αἴτιος τῆς ἐξελεύσεως ὁ καθηγούμενος γένηται. C Εἶπον οὖν τινες ὡς ταῦτα πάντα κατὰ τὸ ἀναμφίβολον ἕξουσι χώραν εἰς τὰ κοινοβιακὰ μοναστήρια, εἰς δὲ τὰ κελλιωτικὰ οὐκ ἐνεργήσουσι, διὰ τὸ σιτηρέσια ἐξωνεῖσθαι τοὺς ἀδελφαταρίους, μὴ μέντοι γε καὶ δίκαιον ἀποκάρσεως ἢ κληρώσεως. Ἤκουσαν δὲ ἐπὶ πᾶσι καὶ εἰς πάντας τοὺς μοναχοὺς τὸν κανόνα ἐξακούεσθαι, διὰ τὸ μὴ διαφορὰν εἶναι μοναχῶν καὶ μοναστηρίων ἀπὸ τῶν κανόνων. Ἠρώτησε δέ τις, ὡς τοῦ ε' κανόνος διοριζομένου ἀπεντεῦθεν καθαιρεῖσθαι τὸν οὕτως χειροτονήσαντα, πῶς ὁ παρὼν κανὼν διορίζεται ἢ παύεσθαι, ἢ καθαιρεῖσθαι τὸν διὰ δόσεως χρημάτων δεχόμενον οἱονδήτινα κληρικὸν ἢ μοναχόν; *Λύσις*. Ὅτε μὲν χειροτονία οἱαδήτις γένηται μετὰ δόσεως χρημάτων, κατὰ τὸν ε' κανόνα, D ἀπεντεῦθεν καθαιρεθήσεται ὁ χειροτονήσας· ὅτε δὲ μόνη δοχὴ προσώπου γένηται εἴτε ἐν κλήρῳ εἴτε ἐν μοναστηρίῳ διὰ χρημάτων, ἄλλως οὐ καθαιρεθήσεται ὁ τὸ κακὸν ποιήσας, εἰ μὴ μετὰ ἐπιφώνησιν ἐμμένει ἐπὶ τῷ κακῷ· ὅτι καὶ οἱ κανόνες διάφοροί εἰσιν. Ὁ μὲν γὰρ περὶ χειροτονίας ἀθέσμου διδάσκει· ὁ δὲ περὶ δοχῆς παραλόγου. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν χειροτονησάντων ἢ δεξαμένων τινὰς παρὰ τὴν τῶν κανόνων περίληψιν διὰ δόσεως χρημάτων·

« qui presbyteri ordinationem non habet. De « iis autem, quæ dantur liberis a parentibus instar dotis, vel rebus suis propriis oblatis, « profitentibus iis, qui ea offerunt, esse Deo « consecrata, statuimus, ut sive maneant, sive « exeant, ea in monasterio maneant, ut fuit « ipsorum professio : nisi is qui præest, in « culpa fuerit. »

BALS. In canone 5 præsentis synodi diversa quædam a sanctis Patribus constituta sunt de pecuniarum datione ab iis, qui in aliquo clero constituuntur vel ordinantur. Ei ergo consequenter præsens quoque canon, reprehendens episcopos et monasteriorum præfectos, qui propter avaritiam aliquos suscipiunt cum pecuniarum oblatione (ii enim sunt populi duces et veluti in via ductores) decernit, ne quis in monasterii fraternitate vel in clero templi per largitionem pecuniæ connumeretur : qui vero illos suscipiunt, si sint quidem episcopi et monasteriorum præfecti sacerdotes, vel post denuntiationem cessent vel deponantur; si sint autem monachæ, vel monasteriorum præfecti sacris non initiati, monasterio extrudantur, et alii monasterio tradantur, ut sint subjecti. Quæ autem a nonnullis Deo sua sponte offeruntur, vel a parentibus, ut quæ ad ipsos pertinent, vel aliundecunque, ea a monasterio non posse auferri, sive in monasterio manserit qui ea consecravit, sive egressus fuerit : nisi forte is, qui monasterio præest, egressionis causa fuerit. **323** Dixerunt ergo quidam, hæc sine dubio locum habere in monasteriis ubi communiter vivitur (quæ cœnobia dicuntur), sed non in cellulis, eo quod in fraternitatem recepti victum emant, non tamen jus tonsuræ vel clericatus. Audierunt autem id in omnibus et de omnibus monachis intelligi : eo quod monachorum et monasteriorum non sit differentia ex canone. Rogaverit autem quispiam, cum canon 5 statuat, eum, qui sic ordinavit, eo ipso deponi; quomodo præsens canon decernat, vel cessare vel deponi eum, qui per pecuniariam dationem ullum clericum vel monachum suscepit? *Solutio*. Quotiescunque quidem ulla fit cum pecuniarum datione ordinatio, ut vult canon 5, eo quoque ipso deponetur qui ordinavit : quando autem sola personæ susceptio, sive in clero sive in monasterio, per pecunias facta fuerit, qui illud malum fecit non aliter deponetur, quam si post denuntiationem in malo perstiterit; quoniam canones quoque sunt diversi. Ille enim de illicita ordinatione docet : hic vero de susceptione, quæ fit præter rationem. Et hæc quidem de

Guill. Beveregii notæ.

A statuit liberos primum necessario scribi debere hæredes: si autem non sunt liberi, parentes. Nullum autem alium **343** hæredem scribere etiam inviti cogimur. Si quis autem intestatus moriatur habens parentes et fratres, ii hæredes ex æquis partibus erunt. Et lege hanc novellam, quæ est necessaria. Et hæc quidem fient in rebus, quas is habet ante tonsuram qui futurus est monachus. De iis autem, quæ post tonsuram, vel ex testamento vel ab intestato, mortuis ejus cognatis, vel aliqua alia ratione, ad eum pervenerint, quid fiet? *Solutio*. Lege quintam novellam celeberrimi imperatoris domini Leonis Sapientis, quæ compendio tractat ea quæ superius dicta sunt, et in B fine cavet, ne a jure testamenti omnino arceantur monachi; qui forte, postquam monachi facti sunt, divites evaserunt. Sed si aliquid quidem monasterio prius dedisse visi sunt, eo tempore, quo ad ipsum accesserunt, esse eos eorum, quæ postea acquisita fuerint, dominos, ut ea administrent ut volunt. Sin autem monasterio nihil dederunt, ipsos quidem de duabus posse partibus disponere et testari secundum leges: monasterium autem aliam partem, scilicet tertiam, recipere. Quid autem, si noluerit monachus de iis, quæ post tonsuram acquisita sunt disponere, vindicabitne et apprehendet omnia monasterium, an ii potius, qui ab intestato vocantur, res eas recipient, et maxime si defunctus aliquid ad monasterium C attulit? *Solutio*. Philosophi quidem novella nihil de iis constituit: mihi autem videtur, quod tunc illa fient, quæ superius sita novella fieri constituit, in rebus quas habet monachus ante tonsuram, quando is intestatus decesserit. Exorta est autem aliquando controversia in judicio circa monachi jura incorporalia, quæ ab eo ante tonsuram non fuere dispensata. Cum enim monachus quidam pro mutuo aliquem in jus traxisset, quæsitum est an possit monachus actionem intendere, et visus est non esse ad hoc admittendus. Cum autem monasterium ad judicium venisset, et proponeret jura monachi tanquam ex canone ad se pertinere, quod ante tonsuram de iis non disposuerit: dixe- D runt reorum defensores, quod neque monasterium neque monachi possunt actionem intendere. Monachus enim qui jam ut mortuus ne res quidem habet, ad litem movendam admitti non debet. Monasterium vero, ut cui jus actionis incorporale concessum non est, actionem intendit, cujus non est particeps. Meminerunt autem et legis, quæ dicit: Jus incorporale si ab illo non ceditur, non transit ad alterum: et volebant reum in jus non esse trahendum, quod eo modo statim exstincta sit actio. Hæc tamen dicentes non placuerunt. Statutum enim est, quod quoniam non ex proposito monachi, qui habet jus incorporale, bona ejus ad monasterium transeunt, sed a legis auctoritate, rite etiam sine cessione ipsum sibi actionem attribuet. Præterea dicebant nonnulli, quod hæc

quidem omnia vim obtinent in cœnobiis, non A autem in cellulanis monachis : audiverunt autem se non recte dicere, quoniam nulla est differentia monasteriorum et monachorum ex legibus aut canonibus.

ZONAR. Qui monasticum institutum amplexi sunt, mortuorum instar in vitæ muneribus obtinent. Ut igitur eorum qui vita functi sunt, nulla res cujusquam propria est; ita ne monachis quoque aliquid ut suum possidere liceat, hic canon decernit; testimoniumque ex Actis apostolorum adducit, in quibus divus Lucas, neminem fidelium ex iis, quæ habebat, aliquid tanquam proprium possedisse, sed omnia omnibus communia fuisse, commemorat. Quamobrem, qui de monastica vita B suscipienda deliberant, eis canon, antequam monasteria ingrediantur, testamenti factionem, deque rebus suis quod collibitum fuerit constituendi facultatem, permittit; modo tamen **344** ea vetitis personis, ut, exempli causa, hæreticis aut spuriis, plus duodecima parte, cum liberi ex legitima uxore superstites fuerint, non relinquant. Quod si monachorum ordini ante conditum testamentum adscripti fuerint, ad monasterium facultatum omnium, quæ cujusque antea fuerant, possessio pertinebit, nec ipsis amplius de rebus suis quidpiam statuendi potestas erit. Quæ quidem ita fiunt, si nulli ejus, qui monachus factus est necessarii hæredes exstant, filii nimirum aut parentes, quibus ex legum præscripto certa quædam C hæreditatis portio necessario relinquenda est. Novella enim 123, lib. IV, tit. 1 Basilic. sita inter alia statuit, ut ei qui, priusquam aliquid de suis rebus statueret, monasterium ingressus est, si filios habeat, etiam quando detonsus fuerit, liberis suis possessiones dividere, ac singulis portionem legibus præfinitam sine ulteriori divisione assignare liceat : quæ vero facta in liberos partitione supererunt, monasterio addici jubet. Si vero filiis omnes possessiones suas relinquere monachus velit, ipsum quoque novella cum filiis annumerandum esse decernit; ut si tres sint, exempli causa, filii, illis ejus quoque, qui monachus est, persona adjungi debeat, ac si centum numismatum D hæreditas fuerit, non tertiam ex centum illis, sed quartam solummodo partem filii singuli capient, ut tantundem, quod monasterio postea cedat, patri quoque relinquatur. At si facultatibus nondum in liberos divisis, qui detonsus fuerat, in monasterio decesserit; tunc filii quidem constitutam legibus partem accipient, reliqua vero monasterio adjungentur. Quod si quempiam, ait canon, ubi detonsus fuerit, alicujus rei possessionem sibi privatim retinuisse compertum sit, eam monasterii præfectus, aut loci episcopus, multis inspectantibus vendet; ex quo, quanti vendita ea res sit, omnes intelligant, nec ullam incommodæ suspicionis ansam cuiquam præfectus aut episcopus præbeat; pretiumque in egenos partiatur : illum vero possessionis retentæ, ac furto quodammodo usur-

ἐνδυνάμως καὶ χωρὶς ἐκχωρήσεως οἰκειώσεται αὐτῇ τὴν ἀγωγήν. Ἔτι εἰπόν τινες ὡς ταῦτα πάντα ἔχουσι τὸ ἐνεργὸν εἰς τοὺς κοινοβιώτας μοναχούς, οὐ μὴν καὶ εἰς τοὺς κελλιώτας· ἤκουσαν δὲ μὴ καλῶς λέγειν, ὅτι οὐδὲ ἔστι διαφορὰ μοναστηρίων καὶ μοναχῶν ἀπὸ νόμων ἢ κανόνων.

ΖΩΝΑΡ. Οἱ τῇ μοναχικῇ ζωῇ συντασσόμενοι, ὡς θνήσκοντες τῷ βίῳ λογίζονται. Ὥσπερ οὖν οἱ θανόντες οὐδὲν ἔχουσιν, οὕτω καὶ τοὺς μονάζοντας ὁ κανὼν ἀπαιτεῖ μηδὲν κεκτῆσθαι, καὶ ἐκ τῶν Πράξεων μαρτυρίαν παράγει, ἐν αἷς ὁ θεῖος Λουκᾶς ἱστορεῖ ὅτι τῶν πιστευόντων οὐδεὶς ἔλεγεν ἴδιόν τι ἔχειν τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ, ἀλλ' ἦν ἅπαντα κοινά. Διὸ τοῖς ἀπονεύουσιν εἰς μοναχικὴν διαγωγὴν ἐνδίδωσιν ὁ κανὼν πρὸ τοῦ μονάσαι διατίθεσθαι περὶ τῶν προσόντων αὐτοῖς, καὶ οἰκονομεῖν τὰ οἰκεῖα ὡς βούλονται· ἵνα μέντοι μὴ κεκωλυμένοις προσώποις αὐτὰ καταλείψωσιν, οἷον αἱρετικοῖς ἢ νόθοις παισὶ πλέον τοῦ δωδεκάτου μέρους τῆς περιουσίας αὐτῶν, ὅταν καὶ γνησίους ἔχωσι παῖδας. Εἰ δὲ μονάσουσι πρὸ τοῦ διαθέσθαι, ἡ μονὴ τῶν ἐκείνου πάντων κυρία ἔσται, καὶ οὐκέτι αὐτῷ ἐκκεχώρηται οἰκονομεῖν περὶ τῶν οἰκείων. Ταῦτα δὲ οὕτω γίνονται, ὅταν μὴ ἀναγκαίους τὸ μονάσαν πρόσωπον ἔχῃ κληρονόμους, ἤτοι παῖδας, ἢ γονεῖς, οἷς ἐξ ἀνάγκης ἔχει τὸ νόμιμον καταλιμπάνειν μέρος. Ἡ γὰρ ἑκατοστὴ εἰκοστὴ τρίτη νεαρὰ κειμένη εἰς βιβλίον τῶν Βασιλικῶν τέταρτον, τίτλον πρῶτον, φησὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις ὅτι, εἰ παῖδας ἔχει ὁ πρὸ τοῦ οἰκονομῆσαι τὰ κατ' αὐτὸν εἰσελθὼν εἰς τὸ μοναστήριον, ἐξέστω αὐτῷ μετὰ τὸ καρῆναι τὴν οἰκείαν οὐσίαν εἰς τοὺς παῖδας αὐτοῦ διελεῖν, καὶ ἑκάστῳ προσκληρῶσαι τὸ νόμιμον μέρος ἀκαινοτόμητον· τὸ δὲ περιττεῦον μετὰ τὴν εἰς τοὺς παῖδας διανομὴν προσκυροῦσθαι τῷ μοναστηρίῳ. Εἰ δὲ βούλοιτο ὁ μονάσας πᾶσαν τὴν ἰδίαν οὐσίαν καταλιπεῖν τοῖς παισὶ, κελεύει ἡ νεαρὰ συναριθμεῖσθαι κἀκεῖνον τοῖς ἑαυτοῦ παισίν· ὥστε εἰ τρεῖς τυχὸν εἴησαν οἱ παῖδες, συναριθμεῖσθαι αὐτοῖς καὶ τὸ μονάσαν πρόσωπον, καὶ εἰ ἑκατὸν νομισμάτων ἦν ἡ περιουσία, μὴ ἀνὰ τρίτον τῶν ἑκατὸν τοὺς παῖδας λαβεῖν, ἀλλὰ τετάρτην ἕκαστον μερίδα, ὥστε καὶ τῷ πατρὶ αὐτῶν ἴσην ἀπονεμηθῆναι μοῖραν, καὶ ταύτην λαβεῖν τὴν μονήν. Εἰ δὲ ὁ ἀποκαρεὶς τελευτήσει ἐν τῷ μοναστηρίῳ πρὸ τοῦ διανείμασθαι τοῖς παισὶ τὴν περιουσίαν, τότε οἱ μὲν παῖδες τὸ νόμιμον λήψονται μέρος, τὸ δὲ λοιπὸν ἔσεται τῆς μονῆς. Εἰ δέ τις εὑρεθείη, φησὶν ὁ κανὼν, κτῆσιν ἔχων τινὰ μετὰ τὸ καρῆναι, τὴν μὲν κτῆσιν ὁ ἡγούμενος τῆς μονῆς ἢ ὁ τῆς χώρας ἐπίσκοπος λαβὼν, καὶ πωλήσας παρουσίᾳ πολλῶν, ὥστε δῆλον εἶναι πόσου ἐπράθη· ἵνα μὴ ὑποψίαν καθ' ἑαυτοῦ δῷ ὁ ἡγούμενος ἢ ὁ ἐπίσκοπος, διανειμάτω πτωχοῖς· τὸν δὲ τὴν κτῆσιν παρακρατήσαντα καὶ οἷον ὑποσυλήσαντα, ἐπιτιμίῳ τῷ προσήκοντι σωφρονισάτω. Τὰ αὐτὰ δὲ, φησὶ, καὶ περὶ μοναζουσῶν κρατείτω, ὅσα περὶ μοναχῶν κεκανόνισται.

palæ, reum, apta castigatione ad sanitatem reduci placet. Eadem porro inquit, a monialibus quoque, quæcunque de monachis hoc canone sunt decreta, serventur.

ΑΡΙΣΤ. « Ἐξὸν δὲ τοῖς μονάσαι βουλομένοις διατίθεσθαι πρότερον, εἰ μὴ διάθοιντο, τῶν αὐτοῖς « προσόντων κυριεύσει τὸ μοναστήριον. Εἰ δέ τι « ἰδιοποιήσαιτο, καὶ μὴ ἀποκληρώσειε τὸ μοναστήριον, παρὰ τοῦ ἡγουμένου ἢ τοῦ ἐπισκόπου « φανερῶς πιπρασκόμενον, πτωχοῖς διανεμηθήσεται· καὶ ὁ νοσφισάμενος ἐπιτιμηθήσεται. « Κρατήσει ταῦτα καὶ εἰς μοναζούσας. »

ΚΑΝΩΝ Ζ'.

« Πολλὰς τῶν ἐπισκοπῶν ὁρῶμεν καταπιπτούσας, « καὶ ἀφανισμῷ τελείῳ κινδυνευούσας παραδίδοσθαι, ὅτιπερ οἱ τούτων προεστηκότες τὴν περὶ « αὐτῶν φροντίδα καὶ ἐπιμέλειαν εἰς νεουργίας « μοναστηρίων καταναλίσκουσι, καὶ ταύτας διασπῶντες, καὶ τὸν σφετερισμὸν τῶν εἰσόδων « ἐκμηχανώμενοι, τὴν ἐκείνων ἐπαύξησιν πραγματεύονται. Ὥρισεν οὖν διὰ τοῦτο ἡ ἁγία σύνοδος μηδενὶ τῶν ἐπισκόπων ἐξεῖναι μοναστήριον « ἴδιον ἐπὶ καταλύσει τῆς οἰκείας ἐπισκοπῆς « νεουργεῖν. Εἰ δέ τις φωραθείη τοῦτο τολμῶν, « αὐτὸν μὲν τῷ προσήκοντι ἐπιτιμίῳ καθυποβάλλεσθαι, τὸ δὲ νεουργηθὲν ὑπ' αὐτοῦ, ὡς « μηδὲ τὴν ἀρχὴν μοναστηρίου δίκαιον ἀπειληφὸς, ὡς ἰδιωτικὸν τῷ ἐπισκοπείῳ προσκυροῦσθαι. Οὐδὲν γὰρ τῶν παρανόμως καὶ ἀτάκτως « παρυφισταμένων τὸ πρόκριμα τῶν κανονικῶν « συνισταμένων ἀποφέρεσθαι δύναται. »

ΒΑΛΣ. Ἐπισκόπων τινῶν, ὡς ἔοικε, νεουργούντων μοναστήρια καὶ καταναλισκόντων τὰς εἰσόδους τῶν ἐπισκοπῶν, ἅσπερ ὤφειλον μετὰ τὴν ἀναγκαίαν τούτων δαπάνην εἰς περιποίησιν τῶν τῆς ἐπισκοπῆς ταμιεύειν κατὰ τὸν ἀποστολικὸν κανόνα, κἀντεῦθεν τῶν ἐκκλησιῶν αὐτῶν καταπιπτουσῶν, καὶ εἰς τὸ μηδὲν σχεδὸν περιισταμένων· ὥρισαν οἱ Πατέρες μὴ νεουργεῖν ἐπίσκοπον μοναστήριον ἴδιον διὰ τὸ ἐπὶ καταλύσει τῆς ἐπισκοπῆς τοῦτο καινίζεσθαι. Εἰ δὲ παρὰ ταῦτά τις ἐπίσκοπος ποιήσει, αὐτὸς μὲν ἐπιτιμίῳ καθυποβληθήσεται· τὸ δὲ καινουργηθὲν μοναστήριον ὑπὸ τὴν κυριότητα κείσεται τῆς ἐπισκοπῆς. Καὶ ὁ μὲν κανὼν ἐν τούτοις. Καλῶς δὲ εἶπε μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας τὸν ἐπίσκοπον ἐκ νέου καινίζειν μοναστήριον ἐπὶ καταλύσει τῆς ἰδίας ἐπισκοπῆς. Εἰ γὰρ τὸ προὸν μοναστήριον ἀνακαινίζει τις, φθάσαν καταπτωθῆναι, καὶ μηδὲ τὰ τῆς ἐπισκοπῆς αὐτοῦ λυμαίνεται, οὐ κωλυθήσεται ποιῆσαι τὰ βουλητέα αὐτῷ· ὥσπερ οὐ κωλυθήσεται, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ μοναστήριον ἐκ καινῆς ἀνεγεῖραι, εἴπερ τὰ τῆς ἐπισκοπῆς οὐ λυμαίνεται, ἀλλ' οἴκοθεν τὴν δαπάνην ποιεῖ. Τὸ γὰρ ἀδιαστίκτως οὕτω, καὶ ὅτε μὴ βλάπτεται ἡ ἐπισκοπὴ, κωλύεσθαι τὸν ἐπίσκοπον καινουργεῖν μοναστήριον εἰς δοξολογίαν Θεοῦ καὶ σωτηρίαν ψυχῶν οὐκ ἔστιν εὐπαράδεκτον, οὐδὲ τῆς τῶν Πατέρων διακρίσεως ἐπάξιον. Καὶ αὐτὸς γὰρ ὁ τῆς παρούσης συνόδου πρῶτος, ὁ μακαριώτατος Φώτιος, τὴν τοῦ Μανουὴλ μονὴν ἐκ κρηπίδων αὐτῶν σχεδὸν εἰς ὃ νῦν ὁρᾶται κάλλος καὶ μέγεθος κατέστησε. Καὶ ὁ ἁγιώτατος ἐκεῖνος πατριάρχης κυρὸς

A ARIST. « Monasticam vitam amplexuris testamentum prius condere licet : si autem testamentum « non fecerint, bona eorum possidebit monasterium. Sin quidquam sibi quis reservaverit, et « monasterium illud non sortitum fuerit, a præfecto vel episcopo palam venditum, pauperibus « distribuetur : et qui surripuit, castigabitur. « Eadem et in monialibus valebunt. »

CANON VII.

« Multos episcopatus ruere, et perpetuo exitio « tradi videmus, quod qui eis præsunt, omnem « de eis curam et sollicitudinem in recentes « monasteriorum exstructiones conferunt, et « eos divellentes ac distrahentes, et ut ad se « pertineant reditus, molientes, ut ipsa au- B « geantur, laborant. Hoc ergo statuit sancta « synodus, nulli licere episcopo privatum monasterium ad proprii episcopatus perniciem de « novo exstruere. Si quis autem hoc audere « deprehensus fuerit, ipsum quidem convenienti « pœnæ subjici : quod ab ipso autem recens « exstructum est, ut quod nec est ab initio jus « monasterii sortitum, ut privatum episcopatui « adscribi. Nihil enim eorum, quæ præter leges « et ordinate consistunt, iis quæ canonice « constituta sunt, præjudicium afferre po« test. »

BALS. Cum episcopi quidam, ut est verisimile, monasteria de novo exstruerent, et episcopatuum C reditus consumerent, quos deberent, post necessarias impensas ad ea comparanda quæ ad episcopatum pertinent recondere, **345** ut vult canon apostolicus; et cum ecclesiæ ea de causa ruerent, et ad nihilum fere redigerentur : statuerunt Patres, ne episcopus privatum monasterium de novo exstrueret, quod hoc ad episcopatus perniciem innovaretur. Si quis autem episcopus præter hæc fecerit, ipse quidem pœnæ subjicietur : de novo autem factum monasterium erit sub dominio episcopatus. Et in his quidem consistit canon. Recte autem dixit, non licere episcopo monasterium de novo exstruere, ad sui episcopatus exitium. Si quis enim quod ante erat monasterium et prius corruerat, renovet, nec suo episcopatui D detrimentum afferat, non prohibebitur facere quæ velit : quemadmodum nec prohibebitur, ut mihi quidem videtur, monasterium de novo excitare, si non afferat incommodum episcopatui, sed eum ex se sumptum faciat. Sic enim indistincte, et quando non læditur episcopatus, prohiberi episcopum, quominus ad Dei honorem et animarum salutem de novo monasterium exstruat, non est admittendum, nec Patrum judicio ac prudentia dignum. Nam et ipse præsentis synodi primus, beatissimus Photius, Emanuelis monasterium ab ipsis fere fundamentis ad eam, quæ nunc videtur, pulchritudinem et magnitudinem deduxit. Et sanctissimus

ille patriarcha dominus Alexius monasterium, quod domini Alexii dictum est, postea excitavit. Et sanctissimus patriarcha dominus Theophylactus Rufinianorum celebre monasterium, et alii etiam patriarchæ et metropolitani ac episcopi diversa monasteria de novo condidere, tam intra quam extra hanc reginam urbium : et nullum eorum, quemadmodum canone continetur, ad jura episcopalia rediit ; idque omnino, eo quod non facta est ab antistitibus monasteriorum excitatio ad episcopatuum suorum perniciem. Perinde autem ac si dixisset quispiam, Cur monasterium ab episcopo excitatum sub ejus jure non servatur, vel etiam liberum relinquitur, sed sub episcopale dominium redigitur ? dixerunt Patres, quod quoniam ab initio et ab ipsis fundamentis sanctum hoc monasterium contra canones constitutum est, existimandum est perinde ac si nec ab episcopo ædificatum fuisset : et quoniam, quæ Deo ab aliquo offeruntur, non sunt ejus qui constituit dominii, sed Dei, et ex episcopatus reditibus exstructum est, debet et hoc ut proprium episcopatui tribui. Rogaverit autem quispiam, Ad quemnam episcopum debet redire monasterium, an ad antistitem qui exstructori successit, an ad ejus regionis episcopum ? *Solutio*. Quæ ad monasterii excitationem insumpta sunt, ut ex canone apparet, erant ex reditibus episcopatus ; et ideo hoc debet ad hunc episcopatum reverti, idque merito, quoniam ex ejus reditibus exstructum est. Atque si in ipsius quidem diœcesi exstructum est, nulla est dubitatio : sin autem et in alia diœcesi, sic quoque monasterium ad episcopatum redibit. Qui autem est regionis episcopus, habebit in eo jura sola episcopalia. Et canonis quidem in his consistit interpretatio. Tene autem memoria, quod sanctus Chrysostomus in sua secundum Matthæum evangelii interpretatione dicit : Quod si quis interrogaverit, utrum sit melius offerre donum ecclesiæ, an mendicis largiri, dic præferendos esse mendicos. Quoniam, inquit, quæ sunt ecclesiarum, et tempus corrumpit, et tyranni auferunt : quæ autem data sunt mendicis, ne diabolus quidem auferre potest. Si quis autem ecclesiæ dare proposuerit, non debet ab eo dimoveri, eo quod prælati sint mendici. Et quod ecclesiarum renovatio mendicis præferenda est : non itidem autem prima ædificatio.

ZONAR. Monasteria ab episcopis canon ædificari vetat ; ne, quæ ad episcopatus ipsorum pertinent, ipsi sibi tanquam propria vindicent, ac in monasteriorum ædificationes insumant, proindeque episcopatus, de **346** sola monasteriorum amplificatione solliciti, distrahant : quo quidem distrahendi verbo, collapsionem reique totius interitum indicat. Quod namque in partes distrahitur, sive animatum sit, sive inanimatum, corrumpi omnino necesse est. Monasterium itaque aliquod proprium excitandi, quod ea nempe monasterii constitutio

A Ἀλέξιος μετὰ ταῦτα τὴν μονὴν τὴν λεγομένην τοῦ κυροῦ Ἀλεξίου ἀνέγειρεν. Καὶ ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης κυρὸς Θεοφύλακτος τὴν παράδοξον μονὴν τῶν Ῥουφινιανῶν· καὶ ἄλλοι δὲ πατριάρχαι, μητροπολῖταί τε καὶ ἐπίσκοποι διάφορα μοναστήρια ἐκαινούργησαν ἔν τε τῇ βασιλευούσῃ τῶν πόλεων καὶ ἔξωθεν, καὶ οὐδὲν ἐκ τούτων κατὰ τὴν τοῦ κανόνος περίληψιν εἰς τὰ δίκαια τῶν ἐπισκοπῶν περιῆλθε πάντως, διὰ τὸ μὴ γενέσθαι τὴν τούτων ἀνέγερσιν παρὰ τῶν ἀρχιερέων ἐπὶ καταλύσει τῶν οἰκείων ἐπισκοπῶν. Ὥσπερ δὲ τινος εἰπόντος, Ἵνα τί ἡ παρὰ τοῦ ἐπισκόπου ἀνεγερθεῖσα μονὴ οὐ συντηρεῖται ὑπὸ τὰ δίκαια τούτου, ἢ κἂν ἐλευθέρα, ἀλλ' ὑπὸ τὴν ἐπισκοπικὴν μεταβαίνει κυριαρχίαν ; εἶπον οἱ B Πατέρες ὡς, ἐπεὶ ἀρχῆθεν καὶ ἐκ κρηπίδων αὐτῶν ὑπεναντίως τοῖς κανόσι συνέστη τὸ τοιοῦτον εὐαγὲς φροντιστήριον, ὀφείλει λογίζεσθαι ὥσπερ εἰ μηδὲ ἐκτίσθη παρὰ τοῦ ἐπισκόπου· καὶ ἐπεὶ τὰ παρά τινων προσαγόμενα τῷ Θεῷ οὐκ εἰσὶ τῆς τοῦ κτίζοντος κυριότητος, ἀλλὰ τῆς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀπὸ τῶν εἰσόδων δὲ τῆς ἐπισκοπῆς ἐκτίσθη, ὀφείλει καὶ τὸ τοιοῦτον ὡς ἰδιόκτητον τῇ ἐπισκοπῇ προσκυροῦσθαι. Ἐρωτήσει δέ τις, Εἰς ποῖον ἐπίσκοπον ὀφείλει τὸ μοναστήριον περιέρχεσθαι, εἰς τὸν διαδεξάμενον τὸν κτίσαντα τοῦτο ἀρχιερέα, ἢ εἰς τὸν ἐγχώριον ἐπίσκοπον ; *Λύσις*. Τὰ δαπανηθέντα εἰς ἀνέγερσιν τοῦ μοναστηρίου, ὡς ἀπὸ τοῦ κανόνος ἀναφαίνεται, ἀπὸ τῶν εἰσόδων ἦσαν τῆς ἐπισκοπῆς· διὸ καὶ ὀφείλει τοῦτο εἰς τὴν ἐπισκοπὴν ταύτην περιέρχεσθαι, ὡς C δικαιουμένην ἐπ' αὐτῷ, διὰ τὸ κτισθῆναι ἀπὸ τῶν εἰσόδων ταύτης. Καὶ εἰ μὲν ἐκτίσθη εἰς τὴν ἐνορίαν αὐτῆς, λόγος οὐδείς· εἰ δὲ καὶ εἰς ἑτέραν ἐνορίαν, καὶ οὕτω μοναστήριον περιελεύσεται εἰς τὴν ἐπισκοπήν. Ὁ δὲ κατὰ χώραν ἐπίσκοπος ἕξει ἐπ' αὐτῷ μόνα τὰ ἀρχιερατικὰ δίκαια. Καὶ ἡ μὲν ἑρμηνεία τοῦ κανόνος ἐν τούτοις. Ἔχε δὲ ἐπὶ μνήμης ὅτι ὁ ἅγιος Χρυσόστομος ἐν τῇ κατὰ Ματθαῖον ἁγίου Εὐαγγελίου ἑρμηνείᾳ αὐτοῦ λέγει, ὡς Ἐάν τις ἐρωτήσῃ σε ποῖόν ἐστι κρεῖττον, προσενεγκεῖν ἐκκλησίᾳ δῶρον, ἢ χαρίσασθαι πτωχοῖς, εἰπὲ προτιμήσασθαι τοὺς πτωχούς. Ὅτι, φησὶ, τὰ μὲν τῶν ἐκκλησιῶν καὶ χρόνος φθείρει, καὶ τύραννοι ἀφαιροῦνται· τὰ δὲ δοθέντα πτωχοῖς οὐδὲ ὁ διάβολος δύναται ἀφελέσθαι. Ἐὰν δὲ πρόθηταί τις δωρήσα- D σθαι ἐκκλησίᾳ, οὐκ ὀφείλει περικόπτεσθαι χάριν τοῦ προτιμηθῆναι τοὺς πτωχούς. Καὶ ὅτι ἡ ἀνακαίνισις τῶν ἐκκλησιῶν προτιμοτέρα ἐστὶ τῶν πτωχῶν· οὐ μὴν ἡ πρώτη νεουργία.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ παρ' ἐπισκόπων κτίζεσθαι μοναστήρια κωλύει ὁ κανών· ἵνα μὴ τὰ τῶν ἐπισκοπῶν αὐτῶν σφετερίζωνται, καὶ εἰς τὰς οἰκοδομὰς τῶν μονῶν δαπανῶσιν αὐτὰ, καὶ τὰς ἐπισκοπὰς διασπῶντες τὴν τῶν μονῶν ἐπαύξησιν πραγματεύωνται· διὰ τοῦ, διασπῶντες, τὴν τῶν ἐπισκοπῶν παραδηλώσας πτῶσιν καὶ τὸν ἀφανισμόν. Τὸ γὰρ διασπώμενον, κἂν ζῶον εἴη, κἂν ἄψυχόν τι, εἰς φθορὰν συνελαύνεται καὶ ἀπαγορεύει καθόλου μή τινι τῶν ἐπισκόπων ἐξεῖναι μοναστήριον ἴδιον νεουργεῖν, ὡς ἐπὶ καταλύσει τῆς ἐπισκοπῆς τῆς συστάσεως τῆς μονῆς

ἐσομένης. Εἰ δὲ τοῦτο τολμήσει, φησὶν, αὐτὸς μὲν ἐπιτιμηθήσεται παρὰ τοῦ χειροτονοῦντος αὐτόν· τὸ δὲ νεουργηθὲν παρ' αὐτοῦ τῇ ἐπισκοπῇ προσκυρωθήσεται, καὶ ἔσται αὐτῇ ἰδιόκτητον, ὥσπερ εἰ μηδὲ μοναστήριον ἐγένετο. Τὰ γὰρ παρανόμως γινόμενα οὐκ ἔσονται εἰς βλάβην καὶ ἀνατροπὴν τῶν πραττομένων κανονικῶς.

ΑΡΙΣΤ. « Μηδενὶ τῶν ἐπισκόπων ἐξέστω μοναστήριον ἴδιον ἐπὶ καταλύσει τῆς ἰδίας ἐπισκοπῆς νεουργεῖν. Ὁ δὲ τοῦτο τολμῶν ἐπιτιμάσθω· καὶ τὸ νεουργηθὲν, ὡς ἰδιωτικὸν, τῇ ἐπισκοπῇ προσκυρούσθω. »

ΚΑΝΩΝ Η'.

« Ὁ θεῖος καὶ ἱερὸς τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανὼν τοὺς ἐκτέμνοντας ἑαυτοὺς αὐτοφονευτὰς κρίνει· καὶ ἱερεῖς μὲν ὄντας, καθαιρεῖ· μὴ ὄντας δὲ, τῆς ἐπὶ τὴν ἱερωσύνην προκοπῆς ἀπείργει· δῆλον ἐντεῦθεν καθιστῶν ὡς, εἴπερ ὁ ἑαυτὸν ἐκτέμνων αὐτοφονευτής ἐστιν, ὁ ἕτερον ἐκτέμνων πάντως φονευτής ἐστι. Θείη δ' ἄν τις τὸν τοιοῦτον δικαίως καὶ τῆς δημιουργίας αὐτῆς ὑβριστήν. Διόπερ ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος ὡς, εἴ τις ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος εὐνουχίζων τινὰ ἐλεγχθείη, ἢ αὐτοχειρίᾳ, ἢ ἐξ ἐπιτάγματος, τοῦτον καθαιρέσει καθυποβάλλεσθαι· εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφορίζεσθαι· πλὴν εἰ μήπω νόσημά τι περιπεσὸν πρὸς ἐκτομὴν τοῦ πεπονθότος βιάζοιτο. Ὥσπερ γὰρ ὁ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου πρῶτος κανὼν τοὺς ἐν νόσῳ χειρουργηθέντας οὐ κολάζει διὰ τὸ νόσημα· οὕτω καὶ ἡμεῖς οὔτε τοὺς ἱερεῖς ἐπιτάσσοντας εὐνουχίζεσθαι τοὺς νοσοῦντας κατακρίνομεν, οὔτε μὴν τοὺς λαϊκοὺς αὐτοχειρίᾳ πρὸς τὴν ἐκτομὴν χρωμένους αἰτιώμεθα. Τοῦτο γὰρ ἰατρείαν τοῦ σώματος, ἀλλ' οὐκ ἐπιβουλὴν τοῦ πλάσματος, ἢ τῆς πλάσεως ὕβριν λογιζόμεθα. »

ΒΑΛΣ. Ἀποστολικὸν κανόνα φασὶν οἱ Πατέρες τὸν κα', κβ', κγ' καὶ κδ'. Οὗτοι γὰρ διορίζονται πῶς ὀφείλουσι κολάζεσθαι οἱ τοὺς διδύμους ἑαυτῶν ἐκτέμνοντες. Ὁ δὲ παρὼν κανὼν θεσπίζει πῶς τιμωρεῖσθαι μέλλουσιν οἱ ἑτέρους εὐνουχίζοντες αὐτοχείρως, καὶ οἱ τοῦτο ἐπιτρέποντες. Φησὶ γοῦν ὡς, ἐπεὶ ὁ ἐκτεμὼν ἑαυτὸν αὐτοφονευτής ἐστι, πάντως ὁ ἕτερον ἐκτεμὼν, ἢ ἐπιτρέψας ἐκτμηθῆναι, φονεύς ἐστιν. Ἀποκαλεῖ δὲ αὐτοὺς καὶ ὑβριστὰς τοῦ Θεοῦ. Οὓς γὰρ ὁ Θεὸς διὰ τῆς παιδοποιίας ἀθανάτους σχεδὸν ἀπειργάσατο, καὶ εἰς ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐδημιούργησεν, εἰπὼν πρὸς τούτους, *Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν οἰκουμένην*, αὐτοὶ ὑπεναντίως τῷ προστάγματι τοῦ Θεοῦ ἕτερόν τι τούτους εἶναι πεποιήκασι διὰ τῆς τῶν διδύμων ἀφαιρέσεως· ὡς τῶν ἐκτετμημένων μήτε ἀνδρῶν ὄντων διὰ τὸ μὴ παιδογονεῖν, μήτε γυναικῶν διὰ τὸ μὴ τίκτειν. Ὥρισαν οὖν οἱ Πατέρες τοὺς τόλ-

episcopatui eversionem allatura sit, nulli prorsus episcopo facultatem esse decernit. Quod si quis tamen, inquit, id episcopus audeat, ipsum quidem ab eo, a quo episcopus creatus est, puniri: novum autem ab ipso conditum monasterium episcopatui adjudicari, atque inter ejus possessiones ac si ne monasterium quidem fuisset, censeri, placet. Neque enim, quæ ex canonum sanctionibus constituta sunt, per ea quæ legibus adversantur, labefactari atque everti fas est.

ARIST. « Nulli episcopo liceat monasterium proprium, in sui episcopatus exitium, de novo exstruere. Qui autem hoc audet castigetur: et quod de novo exstruitur, ut privatum episcopatui adscribatur. »

CANON VIII.

« Divinus et sacer sanctorum apostolorum canon eos, qui seipsos castrant, esse sui homicidas judicat; et si sint quidem sacerdotes, deponit; si non sint autem, ne ad sacerdotium promoveantur, prohibet: ex eo aperte statuens, quod si is, qui seipsum exsecat, sui est homicida, qui alium exsecat, est omnino homicida. Merito autem statuerit quispiam talem ipsum quoque in opificium contumeliosum videri. Quamobrem decrevit sancta synodus, ut si quis episcopus, vel presbyter, vel diaconus, castrare aliquem convictus fuerit, vel manu propria, vel suo jussu, is depositioni subjiciatur: si sit autem laicus, segregetur; præterquam si morbus aliquis incidens ad exsecandum ægrotantem coegerit. Quemadmodum enim primus Nicænæ synodi canon eos qui morbo exsecti sunt, non punit, propter morbum: sic et nos, nec sacerdotes, qui ægrotos castrari mandant, condemnamus, nec laicos, qui propriis manibus ad castrationem utantur, reprehendimus. Hoc enim corporis esse medelam, non autem creaturæ insidias fieri, vel opificium injuria affici existimamus. »

BALS. Per canonem apostolicum intelligunt Patres canonem vicesimum primum, secundum, tertium et quartum; illi enim definiunt, quomodo puniri debeant, qui sibi testiculos amputant. Præsens autem canon decernit, quomodo puniri debeant, qui alios suis manibus castrant, et qui hoc fieri mandant. Dicunt ergo, quod quoniam qui seipsum exsecat, sui est homicida, omnino is qui alterum castrat, vel castrari mandat, est homicida. Vocat autem ipsos etiam in Deum contumeliosos. Quos enim Deus per liberorum procurationem immortales quodammodo effecit, et in marem ac feminam condidit, dicens eis, *Crescite et multiplicamini et replete terram* [76], ipsi, adversus Dei præceptum, eos aliquid aliud esse fecerunt, per testiculorum ablationem: utpote cum castrati, nec sint viri, quod non generent, nec mulieres, quod non pariant. Statuerunt ergo Patres eos qui

[76] Gen. I, 22.

aliquem castrare ausi fuerint, vel manu sua vel jussu, si sint quidem sacerdotes, deponi; sin vero laici, segregari: nisi forte in eos, qui ægrotant, tale quid fecerint; eos enim nulli esse culpæ affines jusserunt, quia Dei opificii medela est, non autem contumelia, id quod sic fit propter morbum. Lege quæ in dictis apostolicis canonibus scripta sunt, et primum canonem primæ synodi, et quæ in eo sunt, et 142 novellam Justiniani sitam extra cap. 14 primi tituli præsentis operis. Nota et novum quidpiam, quod ex eo apparet quod in canone comprehenditur. **347** Superius enim sacerdotes, qui vel suis manibus vel jussu castrant, deponendos esse Patres statuunt: inferius autem de iis, qui propter morbum mutilantur, loquentes, laicos quidem, qui suis manibus castrant, vel mutilationem seu castrationem mandant, non inculpant; sacerdotes vero, qui mandant tantum, non condemnant, sed non itidem et eos, qui suis manibus castrationem fecerint. Nota autem hoc, quod tibi multum debet conferre, ne impune abeant sacerdotes, qui se absque Ecclesiæ permissu propter morbum castrandos tradunt. Si enim punitur sacerdos, qui sua manu alterum propter morbum exsecat, multo magis punietur sacerdos, qui se propter morbum mutilat.

A μήσοντας εὐνουχίσαι οἱονδήτινα ἢ αὐτοχείρως ἢ διὰ προτροπῆς, ἱερωμένους μὲν ὄντας, καθαιρεῖσθαι, λαϊκοὺς δὲ ἀφορίζεσθαι· εἰ μήπω εἰς νοσοῦντάς τινας τοιοῦτόν τι διαπράξωνται· τούτους γὰρ ἀνευθύνους εἶναι παρεκελεύσαντο· ὅτι ἰατρεία τοῦ πλάσματος τοῦ Θεοῦ, οὐχὶ ὕβρις ἐστὶ, τὸ διὰ νόσον οὕτω γινόμενον. Ἀνάγνωθι τὰ ἐν τοῖς ῥηθεῖσιν ἀποστολικοῖς κανόσι γραφέντα, καὶ τὸν α' κανόνα τῆς πρώτης συνόδου, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, καὶ τὴν ρμβ' Ἰουστινιάνειον νεαρὰν, κατεστρωθεῖσαν ἔξωθεν τοῦ ιδ' κεφ. τοῦ α' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος. Σημείωσαι δέ τι καινὸν ἀπὸ τῆς τοῦ κανόνος περιλήψεως ἀναφαινόμενον. Ἄνωθεν μὲν γὰρ τοὺς ἱερωμένους εὐνουχίζοντας ἢ αὐτοχείρως ἢ ἐξ ἐπιτροπῆς καθαιρεῖσθαι διορίζονται οἱ Πατέρες· κάτω δὲ περὶ B τῶν διὰ νόσον ἀκρωτηριαζομένων τὸν λόγον ποιούμενοι, τοὺς μὲν λαϊκοὺς αὐτοχείρως εὐνουχίζοντας ἢ τὸν ἀκρωτηριασμὸν ἐπιτρέποντας οὐκ αἰτιῶνται· τοὺς δὲ ἱερωμένους, ἐπιτάττοντας καὶ μόνον, οὐ κατακρίνουσι· μὴ μέντοι γε καὶ αὐτοχείρους τοῦ ἀκρωτηριασμοῦ γενομένους. Σημείωσαι οὖν τοῦτο, ὀφεῖλον συμβαλέσθαι σοι πολλὰ, εἰς τὸ μὴ εἶναι ἀτιμωρήτους τοὺς ἱερωμένους διὰ νόσον προϊδόντας εἰς ἐκτομὴν ἑαυτοὺς δίχα ἐπιτροπῆς ἐκκλησιαστικῆς. Εἰ γὰρ τιμωρεῖται ὁ ἱερωμένος ὁ ἕτερον αὐτοχείρως διὰ νόσον ἐκτέμνων, πολλῷ πλέον τιμωρηθήσεται ὁ ἑαυτὸν ἀκρωτηριάζων ἱερωμένος διὰ νόσον.

ZONAR. Castrare quempiam civilium quoque legum decreto interdictum est. Qui sibi igitur genitalia præscindit, quemadmodum primo canone œcumenicæ primæ synodi explicuimus, si quidem sacerdos sit, deponitur: si minus, ut homicida sui a susceptione ordinum amovetur. Quod si ut suiipsius interfector ille damnetur, qui alterum execuerit, homicida procul dubio existimabitur. Est vero præterea in ipsum quoque Dei artificio elaboratum opus injurius. Quem enim Deus in sortem naturæ virilis eduxit, hunc ad diversam monstrique omnino similem naturam ipse traducit. Nec enim virilis naturæ consors exsectus ille putari debet, siquidem liberos ex muliebri commercio procreare nullatenus potest: neque vicissim muliebris, quoniam non pariat. Idcirco si quis alterum exsecuisse, sive ipse per se, sive alterius opera, convictus fuerit, sacerdotem deponi, laicum vero canon segregari jubet. Si quis tamen in morbum, ex quo virilia abscindi necesse sit, incidat; ea vero tunc temporis amputari canon haud vetat, neque ullam, aut in eos, qui manum operi admoverint, aut qui fieri jusserint, pœnam decernit. Sola enim hic morbi curatio quæritur, non aut opifici contumelia, aut ullum opificio damnum, infertur.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ εὐνουχίζειν καὶ τοῖς πολιτικοῖς νόC μοις ἀπηγόρευται. Ὁ μὲν οὖν ἑαυτὸν ἐκτέμνων, καθὼς ἐν τῷ πρώτῳ κανόνι τῆς οἰκουμενικῆς πρώτης συνόδου εἴπομεν, ἱερωμένος ὤν, καθαιρεῖται, μέλλων δ' ἱερωθῆναι κωλύεται ὡς αὐτοφονευτής. Εἰ δὲ ἐκεῖνος αὐτοφονευτὴς κρίνοιτο, ὁ ἄλλον εὐνουχίζων πάντως ἂν λογίζοιτο φονευτής. Εἴη δ' ἂν καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δημιουργίας ὑβριστής. Ὃν γὰρ ἐκεῖνος εἰς ἀνδρῴαν φύσιν προήνεγκε, τοῦτον οὗτος εἰς φύσιν ἄλλην μεταμείβει ἀλλόκοτον. Οὔτε γὰρ ἀνδρῴας ἐστὶ φύσεως ὁ ἐκτετμημένος, ἐπεὶ συνουσιάζων οὐ δύναται τέκνον ἐγεῖραι· οὔτ' αὖθις γυναικείας ἐστὶν, ἐπεὶ μὴ τίκτει. Διὰ τοῦτο, φησὶν ὁ κανὼν, εἴ τις ἱερωμένος εὐνουχίζων τινὰ ἐλεγχθείη, εἴτε δι' ἑαυτοῦ εἴτε δι' ἑτέρου, καθαιρείσθω· εἰ δὲ D λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. Εἰ δέ τις περιπέσῃ νοσήματι, ἐξ οὗ βιάζοιτο ἐκτμηθῆναι, τότε ἐφίησιν αὐτὸν εὐνουχίζεσθαι, καὶ οὔτε τοὺς χειρουργοῦντας οὔτε τοὺς ἐπιτάττοντας κολάζει. Οὐ γὰρ ὕβρις τοῦ πλάστου τοῦτό ἐστιν, οὔτε μὴν ἐπιβουλή τις τοῦ πλάσματος, ἀλλὰ νόσου θεραπεία.

ARIST. « Si quis episcopus vel presbyter vel diaconus quemlibet castraverit, sive propria manu, sive jussu, deponatur: sin vero laicus sit, segregetur: nisi morbo forsitan ad exsectionem cogatur. Hoc enim medela est, non insidiæ. »

ΑΡΙΣΤ. « Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος εὐνουχίσειέ τινα ἢ αὐτοχειρίᾳ ἢ ἐπιτάγματι, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς εἴη, ἀφοριζέσθω· πλὴν εἰ μὴ νοσήματι πρὸς τὴν ἐκτομὴν ἐκβιάζοιτο· ἰατρεία γὰρ τοῦτο, οὐκ ἐπιβουλή. »

ΚΑΝΩΝ Θ'.

« Τοῦ ἀποστολικοῦ καὶ θείου κανόνος τοὺς ἱερεῖς, τύπτειν ἐπιχειροῦντας πιστοὺς ἁμαρτήσαντας, ἢ ἀπίστους ἀδικήσαντας, καθαιρέσει καθυποβάλλοντος, οἱ τὸν οἰκεῖον ἀποθεραπεύειν μηχανώμενοι θυμὸν, καὶ τὰς ἀποστολικὰς διατάξεις παραχαράσσοντες, τοὺς αὐτοχειρίᾳ τύπτοντας ἐξειλήφασι, μήτε τοῦ κανόνος μηδὲν τοιοῦτον ὑποσημαίνοντος, μήτε τοῦ ὀρθοῦ λόγου τοῦτο νοεῖν ἐπιτρέποντος. Μάταιον γὰρ ὡς ἀληθῶς καὶ λίαν ἐπισφαλὲς τὸν αὐτοχειρίᾳ μὲν ἐν τῷ τύπτειν τρὶς ἢ τετράκις πλήξαντα καθαιρεῖσθαι· ἀδείας δὲ διδομένης, τύπτειν ἐξ ἐπιτάγματος τὸν ἀπηνῶς καὶ μέχρι θανάτου τὴν τιμωρίαν ἐπαύξοντα παρορᾶσθαι ἀτιμώρητον. Διόπερ τοῦ κανόνος τὸ τύπτειν ἁπλῶς κολάζοντος, καὶ ἡμεῖς οὕτω συμψηφιζόμεθα. Χρὴ γὰρ τὸν τοῦ Θεοῦ ἱερέα διδασκαλίας καὶ νουθεσίας, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἐπιτιμίοις, τὸν ἀτακτοῦντα παιδαγωγεῖν, ἀλλὰ μὴ ταῖς μάστιξι καὶ ταῖς πληγαῖς εἰς τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα ἐπιπηδᾷν. Εἰ δέ τινες εἶεν παντελῶς ἀνυποτακτοῦντες, καὶ τῷ σωφρονισμῷ τῶν ἐπιτιμίων μὴ ὑπείκοντες, τούτους διὰ τῆς πρὸς τοὺς κατὰ τὸν τόπον ἄρχοντας ἐγκλήσεως οὐδεὶς κωλύει σωφρονίζεσθαι· καὶ γὰρ ὁ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου πέμπτος κανὼν τοὺς θορυβοῦντας καὶ στάσεις τῇ Ἐκκλησίᾳ παρεισάγοντας διὰ τῆς ἔξωθεν χειρὸς ἐκανόνισεν ἐπιστρέφεσθαι. »

ΒΑΛΣ. Ὁ μὲν κζ' ἀποστολικὸς κανὼν καθαιρεῖσθαι διορίζεται τοὺς ἱερωμένους τύπτοντας οἱονδήτινα πιστὸν ἢ ἄπιστον ἀδικήσαντα ἢ ἁμαρτήσαντα· ὁ δὲ παρὼν κανών φησιν ὥς τινες ἱερωμένοι, τὴν ἀπὸ τοῦ κανόνος ἐπαγομένην ἐκ τούτου καθαίρεσιν πτοούμενοι, αὐτοχείρως μὲν οὐ πλήττουσι, τὸν δὲ οἰκεῖον θυμὸν θεραπεύοντες, δι' ἑτέρων τύπτουσιν· ὡς τοῦ ἀποστολικοῦ κανόνος μὴ ῥητῶς τάχα κωλύσαντος καὶ τοῦτο. Κἀντεῦθεν περιγράφουσι τὴν ἀποστολικὴν παραγγελίαν. Ἔστι δὲ καὶ ἐπισφαλὲς, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ἄτοπον, τὸ λέγειν περὶ τῶν ἀποστόλων ὡς τιμωροῦσι μὲν τὸν ἅπαξ ἢ δὶς τυχὸν οἰκειοχείρως πλήξαντα· τὸν δὲ ἐξ ἐπιτροπῆς θανασίμους καὶ πολλὰς πληγάς τινι ἐπάγοντα μὴ κολάζεσθαι. Διὸ καὶ ὥρισαν οἱ Πατέρες ἀκολούθως τοῖς παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων διορισθεῖσι μήτε αὐτοχείρως τοὺς ἱερωμένους κολάζειν οἱονδήτινα μήτε δι' ἑτέρας χειρὸς, ἀλλὰ διὰ νουθεσιῶν ἢ καὶ ἐπιτιμίων παιδεύειν τοὺς ἁμαρτάνοντας· τοὺς δὲ μὴ ἐπιστρέφοντας διὰ τούτων διὰ προσελεύσεως ἀρχοντικῆς τιμωρεῖσθαι. Ὥσπερ δέ τινος εἰπόντος καὶ τοῦτο ἀπρεπὲς εἶναι καὶ ἀνοίκειον τοῖς ἱερωμένοις, φησὶν ὁ κανὼν ὡς ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ σύνοδος ἐν ε' κανόνι τοὺς θορυβοῦντας τὴν Ἐκκλησίαν κληρικοὺς σωφρονίζεσθαι διὰ τῆς ἔξωθεν χειρὸς ἤτοι τῆς πολιτικῆς διωρίσατο. Εἴποι δέ τις, Καὶ πῶς, τοῦ κανόνος ταῦτα διοριζομένου, οἱ τῶν ἐλευθερίων σπουδασμάτων διδάσκαλοι, γραμματικοὶ δηλονότι καὶ τοιοῦτοι ἕτεροι, ἱερωμένοι ὄντες, ἀπροκριματίστως τύπτουσι

CANON IX.

« Cum apostolicus ac divinus canon sacerdotes, qui verberare aggrediuntur, vel fideles qui peccarunt, vel infideles qui injuriam fecerunt, depositioni subjiciat: ii qui suæ iræ mederi moliuntur, et apostolicas constitutiones detorquent, eos intellexerunt, qui sua manu verberant, nec canone tale quid significante, nec recta ratione hoc intelligere permittente. Est enim revera ineptum et valde lubricum, ut qui sua quidem manu ter vel quater in verberando percusserit, deponatur: data autem facultate is, qui jussu verberandi immaniter et usque ad mortem supplicium inflicturus est, impune id ferre permittatur. Quamobrem canone pro verberatione absolute puniente, nos quoque simul cum eo ita decernimus. Oportet enim Dei sacerdotem doctrinis et admonitionibus, nonnunquam autem et pœnis canonicis, eum, qui se immodeste et insolenter gerit, instituere; sed non flagellis et verberibus in hominum corpora insultare. Si qui autem sunt morem omnino non gerentes, et pœnarum correctioni non cedentes ut ii apud loci illius magistratus accusentur et castigentur, nemo prohibet. Antiochenæ enim synodi canon quintus eos, qui tumultus excitant, et seditiones in Ecclesia introducunt, per manum externam converti oportere statuit. »

BALS. Vicesimus septimus canon apostolicus jubet sacerdotes deponi, qui quemcunque fidelem vel infidelem **348** qui peccarit vel injuriam fecerit, verberant. Præsens autem canon dicit, quod quidam sacerdotes, quæ ex canone inducitur, depositionem hinc verentes, sua quidem manu non percutiunt, sed iræ suæ medentes, per alios verberant; quod scilicet canon apostolicus hoc expresse forsitan non prohibuerit. Et ideo præceptum apostolicum circumscribunt. Est itaque lubricum, vel potius absurdum, dicere de apostolis, quod eum quidem puniant, qui semel vel bis fortasse propria manu percussit: eum autem, cujus jussu complures plagæ mortales cuilibet inferuntur, non puniri. Et ideo statuerunt Patres, consequenter iis quæ a sanctis apostolis statuta sunt, ut sacerdotes neque suis manibus neque alienis quemquam verberent; sed per admonitiones, vel etiam pœnas canonicas, eos qui peccant, corrigant: ii autem, qui per hæc non corriguntur, per citationem ad magistratus puniantur. Perinde autem ac si dixisset quispiam, hoc quoque sacerdotibus non convenire, dicit canon, quod Antiochena synodus, in quinto canone, clericos, qui Ecclesiam conturbant, per externam manum seu civilem castigari oportere statuit. Dixerit autem quispiam: Et quomodo, hæc decernente canone, liberalium studiorum magistri, grammatici scilicet et ejusmodi alii, licet sint sacris initiati,

sine præjudicio suos discipulos verberant? *Solutio*. Propter vindictam et iram verberare, est pœna dignum; non autem ea, quæ doctrinæ et eruditionis gratia et verbis et manu fit, moderata magistrorum correctio. Propterea enim canon quoque dicit puniri, si sacerdotes in hominum corpora insultent: per hoc verbum, insultare, significans amentium instar ratione carentem appetitionem eorum, qui cum ira percutiunt. Si enim prohiberetur magistrorum ejusmodi percussio, nec ecclesiastici clerici ferula castigarent, primi defensoris suasu, eos, qui peccant, liberos et servos, ad primum defensorem accedentes. Sed hoc tamen fit ab eis absque ullo præjudicio. Quamobrem si quis sacerdos primi defensoris ferula aliquem percusserit cum ira et furore, ut et etiam aliquando contigit in patriarchæ domini Lucæ pontificatu, non effugiet supplicium: et rursus, si cum ira discipulum præceptor percusserit, usus baculo quo posset cædes fieri, id non feret impune.

ZONAR. Vicesimo septimo apost. canone non licere episcopo, presbytero aut diacono quemquam ob crimen admissum verberare, quique id fecerit, depositione eum mulctandum esse decernitur. Hunc ergo canonem ita nonnulli explicabant, ut ipsis quidem sacri ordinis hominibus quempiam percussisse hoc canone vetitum; sed mandare alteri negotium verberaque per illum inferre, id vero nullo modo interdictum esse affirmarent. Sed hanc opinionem hic canon corrigit, ac, Neque absurditate, inquit, neque periculo caret, si hoc sacros apostolos præcepisse existimemus, ut quicunque alterum ter quaterve suis ipse manibus percussisset, illum deponi vellent: qui vero per alterum crudeliter vehementissimeque adeo (hoc namque illud significat usque ad necem) cædi jussisset, impune hominem abire paterentur; idque maxime, cum indiscriminatim apostolicus canon loquatur, ac verberanti pœnam universe decernat. Idem igitur, inquiunt synodi Patres, quod apostoli, nos quoque decernimus; ne videlicet sacratis hominibus eum, qui deliquerit, aut per se, aut per alium cui ipsi mandaverint, omnino liceat verberare. Sacerdotes namque Dei docendo et movendo peccantes corrigere atque emendare par est: quin et ecclesiasticis quandoque pœnis, quando scilicet admonitione aut cohortatione a flagitio revocari nullatenus queant. Neque enim a pœnis alterius instituendi corrigendique primordia, sed a præceptis antea atque admonitionibus, ducenda sunt; indeque ad vehementiora asperioraque remedia deveniendum. Verbera **349** vero ac plagas hominum corporibus inferre, eisque hac ratione insultare, omnino vetat canon. Quo quidem insultandi verbo furiosum ipsorum iracundumque impetum innuere ac indicare voluit. Si qui vero, inquit, neque præceptis, neque admonitionibus, neque canonicarum quoque pœnarum metu corri-

A τοὺς μαθητὰς αὐτῶν; *Λύσις*. Τὸ ἐξ ἀμύνης καὶ θυμοῦ τύπτειν κολάζεται, οὐ μὴν ἡ διὰ παίδευσιν καὶ μάθησιν μετὰ λόγου καὶ χειρὸς μετρία παίδευσις τῶν διδασκάλων. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ κανὼν εἶπε κολάζεσθαι τὸ ἐπιπηδᾷν τοὺς ἱερωμένους εἰς τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα· παριστῶν διὰ τοῦ ἐπιπηδᾷν ῥήματος τὴν κατὰ μαινομένους ἄλογον ὄρεξιν τῶν μετὰ θυμοῦ τυπτόντων. Ἐπεί τοί γε, εἰ ἐκωλύετο ἡ τοιαύτη τῶν διδασκάλων πληγή, οὐδὲ οἱ ἐκκλησιαστικοὶ κληρικοὶ διὰ σκυτάλης ἂν ἐσωφρόνιζον κατὰ προτροπὴν πρωτεκδικικὴν τοὺς ἁμαρτάνοντας δούλους καὶ ἐλευθέρους τῷ πρωτεκδίκῳ προσερχομένους. Ἀλλ' ὅμως τοῦτο ἀπροκριματίστως γίνεται. Ὥστε, εἴ τις ἱερωμένος τύψει τινὰ διὰ τῆς
B πρωτεκδικικῆς σκυτάλης μετὰ θυμοῦ καὶ μανίας, ὡς καὶ ἄλλοτέ ποτε συνέβη ἐπὶ τῆς ἱερατείας τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ Λουκᾶ, οὐκ ἐκφευξεῖται τὴν κόλασιν· καὶ αὖθις, εἰ καὶ μετὰ θυμοῦ τύψει τὸν μαθητὴν ὁ διδάσκαλος, φονευτηρίῳ ῥοπάλῳ χρησάμενος, οὐκ ἀτιμώρητος ἔσται.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ τῶν ἁγίων ἀποστόλων εἰκοστὸς ἕβδομος κανὼν οὔτε ἐπίσκοπον οὔτε πρεσβύτερον οὔτε διάκονον ἐᾷ τύπτειν τοὺς ἁμαρτάνοντας· καθαιρεῖσθαι γὰρ τὸν τοῦτο ποιοῦντα κελεύει. Τινὲς οὖν παρερμηνεύοντες τὸν κανόνα ἔλεγον, ὅτι διὰ τῶν οἰκείων χειρῶν τύπτειν τοὺς ἱερωμένους ἐκώλυσεν ὁ κανών· ἑτέρῳ δὲ προστάσσειν καὶ δι' ἐκείνου τύπτειν ἀκώλυτον. Τοῦτο οὖν ὁ παρὼν κανὼν διορ-
C θούμενος, λέγει ἄτοπον εἶναι καὶ ἐπισφαλὲς τὸ οἴεσθαι τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους προστάξαι τὸν μὲν διὰ τῶν οἰκείων χειρῶν τρὶς ἢ τετράκις πλήξαντα καθαιρεῖσθαι, τὸν δὲ ἐξ ἐπιτάγματος δι' ἑτέρου τύπτοντα ἀπηνῶς καὶ λίαν σφοδρότατα (τοῦτο γὰρ τὸ μέχρι θανάτου δηλοῖ) ἀτιμώρητον ἐᾶσθαι, καὶ ταῦτα τοῦ ἀποστολικοῦ κανόνος μὴ διαστίζοντος, ἀλλ' ἁπλῶς τὸ τύπτειν κολάζοντος. Διό φασιν οἱ τῆς συνόδου Πατέρες, Καὶ ἡμεῖς ὁμοίως τοῖς ἀποστόλοις ψηφιζόμεθα· ἵνα μήτε διὰ τῶν οἰκείων χειρῶν οἱ ἱερωμένοι μήτε ἐξ ἐπιταγῆς δι' ἑτέρου τύπτωσί τινα ἁμαρτήσαντα. Τοὺς γὰρ τοῦ Θεοῦ ἱερεῖς διδασκαλίαις καὶ νουθεσίαις χρὴ παιδεύειν καὶ σωφρονίζειν τοὺς σφαλλομένους· ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ τοῖς ἐκκλη-
D σιαστικοῖς ἐπιτιμίοις, τουτέστιν, ὅτε μὴ διδασκόμενοι καὶ νουθετούμενοι οἱ ἁμαρτάνοντες σωφρονίζονται. Οὐ γὰρ ἐξ ἐπιτιμίων ἄρχεσθαι τῆς παιδείας καὶ τῆς διορθώσεως δεῖ, ἀλλὰ διδάσκειν αὐτοὺς πρότερον καὶ νουθετεῖν, καὶ οὕτω τὴν δραστικωτέραν καὶ ἐπιπονωτέραν ἰατρείαν ἐπάγειν. Τὸ δὲ μαστίζειν καὶ πληγὰς ἐπιτιθέναι τοῖς τῶν ἀνθρώπων σώμασι, καὶ τοῦτον αὐτοῖς ἐπιπηδᾷν τὸν τρόπον, τελείως ἀπαγορεύει. Διὰ τοῦ ἐπιπηδᾷν δὲ τὴν μανικὴν αὐτῶν καὶ ὀργίλον φορὰν ᾐνίξατό τε καὶ ὑπέφηνεν. Εἰ δέ τινες, φησὶ, μήτε διδασκαλίαις, μήτε νουθεσίαις, μήτε μὴν ἐπιτιμίοις κανονικοῖς διορθοῦνται, τοὺς τοιούτους διὰ τῶν κατὰ τόπους ἀρχόντων σωφρονίζεσθαι δεῖ, ὑπομιμνησκομένων παρὰ τῶν ἱερέων, οἷς νουθετοῦσι καὶ ἠπίως θεραπεύουσιν οὐκ ἐπείσθησαν. Τὸ δὲ διὰ τῶν ἀρχόντων τοὺς ἀτάκτους

σωφρονίζεσθαι καὶ ἐπιστρέφεσθαι καὶ πάλαι δεικνύουσιν ὁρισθὲν παρὰ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου ἐν πέμπτῳ αὐτῆς κανόνι.

ΑΡΙΣΤ. « Οἱ ἱερεῖς, ἢ πιστοὺς ἁμαρτήσαντας ἢ « ἀπίστους ἀδικήσαντας τύπτοντες, ἢ αὐτοχειρίᾳ « ἢ ἐπιτάγματι, καθαιρείσθωσαν· χρὴ γὰρ δι« δασκαλίαις, νουθεσίαις, καὶ ἐκκλησιαστικοῖς « ἐπιτιμίοις τοὺς ἀτάκτους παιδαγωγεῖν, οὐ μά« στιξιν ἢ πληγαῖς· εἰ δὲ μὴ ὑπακούοιεν, διὰ τῆς « πρὸς τοὺς ἄρχοντας ἐγκλήσεως αὐτοὺς σωφρο« νίζειν. »

ΚΑΝΩΝ. Ι'.

« Οἱ τοῖς πάθεσιν ἑαυτοὺς ἐκδότους παραστήσαντες « οὐ μόνον τὴν ἀπὸ τῶν ἱερῶν κανόνων τιμωρίαν « οὐ φρίττουσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν ἐκείνων κατορ« χεῖσθαι τετολμήκασι. Στρεβλοῦσι γὰρ αὐτοὺς, « καὶ πρὸς τὸ ἐμπαθὲς αὐτῶν ἀποκιβδηλεύουσι « τοῦ θελήματος, ἵνα τῇ φιλοτιμίᾳ τῆς ἐμπαθείας, « κατὰ τὸν Θεολόγον Γρηγόριον, μὴ μόνον ἀνεύ« θυνον αὐτοῖς ᾖ τὸ κακὸν, ἀλλὰ καὶ θεῖον νομί« ζοιτο. Τὸν γὰρ ἀποστολικὸν κανόνα τὸν λέ« γοντα· Σκεῦος χρυσοῦν ἢ ἀργυροῦν ἁγιασθὲν « ἢ ὀθόνην, μηδεὶς ἔτι εἰς οἰκείαν χρείαν σφετε« ριζέσθω· παράνομον γάρ· εἰ δέ τις φωραθείη, « ἐπιτιμάσθω ἀφορισμῷ· τοῦτον εἰς συνηγορίαν « τῶν οἰκείων παρανομημάτων ἐκλαμβάνοντες, οὔ « φασι δεῖν καθαιρέσεως ἀξίους κρίνεσθαι τοὺς C « τὴν σεβασμίαν τῆς ἁγίας τραπέζης ἐνδυτὴν εἰς « οἰκεῖον χιτῶνα, ἢ εἰς ἕτερόν τι τῶν ἀμφίων με« τασχηματίζοντας· οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ τοὺς τὸ « ἅγιον ποτήριον· ὢ τῆς ἀσεβείας! ἢ τὸν σεπτὸν « δίσκον, ἢ τὰ τούτοις παραπλήσια εἰς ἰδίαν ἐκ« δαπανῶντας χρείαν, ἢ καταχραίνοντας. Ὁ γὰρ « κανὼν, φασὶ, τοὺς εἰς τοῦτο περιπίπτοντας ἀφο« ρισμῷ μὲν καθυποβάλλεσθαι, ἀλλ' οὐ καθαιρέσει « ἐδικαίωσεν. Ἀλλὰ τίς ἂν ἀνάσχοιτο τοῦ τῆς « τοσαύτης παραποιήσεως καὶ δυσσεβείας μεγέ« θους; Τοῦ γὰρ κανόνος τοῖς τὸ μόνον ἁγιασθὲν « εἰς χρῆσιν, ἀλλ' οὐκ εἰς τελείαν ἁρπαγὴν, σφε« τεριζομένοις τὸν ἀφορισμὸν ἐπιπέμποντος, αὐ« τοὶ καὶ τοὺς καθαρπάζοντας καὶ ἱεροσυλοῦντας « τὰ τῶν ἁγίων Ἅγια ἐλευθεροῦσι τῆς καθαι- D « ρέσεως, καὶ τοὺς εἰς βρωμάτων ὑπηρεσίαν « ὅσον γε τῇ ὑφ' ἑαυτῶν κρίσει τοὺς σεβασμίους « δίσκους, ἢ τὰ ἱερὰ ποτήρια καταμολύνοντας « ἀκαθαιρέτους εἰσάγουσι· καίτοι φανεροῦ καθ« εστηκότος τοῦ μιάσματος, καὶ δῆλον ὂν ὡς οἱ « τὰ τοιαῦτα πράττοντες οὐ μόνον καθαιρέσεως, « ἀλλὰ καὶ τῆς ἐσχάτης δυσσεβείας τῷ ἐγκλήματι « περιπίπτουσι. Διόπερ ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος « τοὺς ἕν τι τῶν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ ἱερῶν καὶ « ἁγίων σκευῶν ἢ ἀμφιασμάτων εἰς ἴδιον κέρδος « ὑφαρπάζοντας, ἢ εἰς χρῆσιν ἀποχρωμένους « ἀνίερον, παντελεῖ καθαιρέσει καθυποβάλλεσθαι. « Τὸ μὲν γάρ ἐστι βεβηλῶσαι, τὸ δὲ συλῆσαι τὰ « ἅγια. Τοὺς μέντοι τὰ ἔξωθεν τοῦ θυσιαστηρίου

A gantur, eos loci magistratuum opera castigari oportebit: quos quidem tota de re illi sacerdotes commonefacient, quibus ipsi præcipientibus lenique curatione utentibus non obtemperarunt. De immorigeris porro hominibus magistratuum opera corrigendis et ad sanam mentem reducendis, id jam olim ab Antiochena synodo quinto canone definitum esse demonstrat.

ARIST. « Sacerdotes qui vel fideles qui peccarunt, « vel infideles qui injuria affecerunt, sive pro« pria manu, sive mandato verberant, deponan« tur. Oportet enim doctrinis, admonitionibus « et pœnis ecclesiasticis immorigeros instituere, « non vero flagellis et verberibus: si nondum « autem morem gesserint, eos per provocatio« nem ad magistratus castigare. »

CANON X.

B « Qui seipsos tradunt animi perturbationibus, non « solum, quod a sacris canonibus intentatur « supplicium, non horrent, sed eis etiam insul« tare ausi sunt. Ipsos enim torquent, et ad suam « animi perturbationem eorum quoque volunta« tem adulterant: ut propter animi sui motus « contentionem, ut inquit Gregorius Theologus, « non solum sit eorum malum correctioni non « obnoxium, sed divinum quoque existimetur. « Apostolicum enim canonem, qui dicit: Vas « aureum vel argenteum sanctificatum, vel velum « lineum, nemo posthac in suum usum accipiat; « est enim præter leges: si quis autem depre« hensus fuerit, segregatione multetur; eum ad « suorum delictorum patrocinium assumentes, « dicunt eos non oportere judicari depositione « dignos, qui venerandum sanctæ mensæ indu« mentum in propriam tunicam, vel in aliquod « aliud vestimentum transformant: sed neque « eos qui sanctum calicem, o impietatem! vel « venerabilem discum, vel ea quæ sunt iis simi« lia, in proprium usum insumunt, vel polluunt. « Canon enim, inquiunt, eos qui in hoc inci« dunt, esse segregationi, non depositioni, sub« jiciendos æquum censuit. Sed quis tantæ per« versitatis et impietatis magnitudinem ferat? « Cum enim canon eos, qui, quod sanctificatum « est, ad usum solum, et non ad perfectam ra« pinam sibi vindicant, segregationi subjiciat: « ipsi eos, qui Sancta sanctorum rapiunt, et « sacrilegis manibus auferunt, depositione li« berant; et eos, qui ad ciborum ministerium, « suo quidem certe judicio venerabiles discos, « aut sacros calices inquinant, non deponendos « inducunt, quamvis sit apertum piaculum; et « clarum est, quod qui hæc faciunt, non solum « in depositionem, sed in extremæ etiam impie« tatis crimen incidunt. Et ideo statuit sancta « synodus, eos, qui unum aliquod sacrorum et « sanctorum in altari vasorum vel vestimento« rum ad proprium usum rapiunt, vel ad profa« num usum convertunt, absolutæ depositioni « subjici. Hoc enim est profanare: illud vero « subripere sacra. Eos quidem certe, qui vasa

« quædam extra altare segregata, vel vestes, sibi vel aliis præbent et canon segregat, et nos segregamus : eos autem, qui plane subripiunt, una quoque sacrilegorum condemnationi subjicimus. »

BALS. Quidam sancta corripientes, et ea communia facientes, ut, verbi gratia, sanctæ mensæ indumentum ad suum amictum transferentes, et ideo depositioni subjecti, apostolico canone 73 utebantur, qui **350** dicit : Vas aureum vel argenteum sanctificatum, vel velum lineum, nemo posthac in usum suum convertat ; sin minus segregetur : et vellent sola segregatione puniri. Dicit ergo præsens canon eos deponendos, qui ad proprium lucrum rapiunt et commune efficiunt, vel ad communem et profanum usum sancto aliquo vase, ex iis quæ ad sanctum altare pertinent, utuntur. Atque eos quidem, qui per usum profanum communia faciunt, vel dant aliis similis usus gratia, sacra vasa et aulæa, quæ extra altare sunt, segregatos esse decernit : qui vero ea rapiunt, ut sacrilegos condemnari. His ita se habentibus, interrogaverit quispiam, an hic canon aliquid constituat præter canonem apostolicum ? *Solutio.* Apostolicus quidem canon de iis solum, qui communia faciunt, non etiam de iis, qui ut propria sibi vindicant, decernit. Præsens autem canon de iis, qui ea sibi vindicant, vel polluunt, vel ad proprium usum convertunt. Et propterea ille quidem per segregationem tantum punit eum qui peccavit : hic vero per depositionem, gravius illo supplicium afferens. Quoniam ergo sunt peccata differentia, habent quoque diversam pœnam. Ille enim, inquit canon, solum sanctum profanavit, non autem et transformavit : hic vero ipsum suffuratus pariter ac usus est, et ideo depositioni subjicietur. Præterea interrogaverit quispiam, quam ob causam circa finem verba faciens canon de sacris extra altare, eos, qui illa quidem communia faciunt, segreget : eos vero, qui rapiunt, ut sacrilegos condemnet ; cum deberet dicere eos quoque deponi ? *Solutio.* Idem est deponi eum qui rapit, et condemnari ut sacrilegum. Sacrilegus enim infamis efficitur : infamiam autem consequitur etiam depositio. Lege et cap. 2 tituli 2 præsentis operis, quod, quæ ad sacra vasa et ea quæ sunt dedicata pertinent, fusius docet : eaque, quæ in ipsum a nobis scripta sunt. Lege autem præcipue cap. 21 tit. 2 lib. v Basil. cujus quidem vis et effectus situs est a Photio in secundo cap. tit. 2 præsentis operis.

ZONAR. Sanctorum apostolorum canon 73 sic habet : Vas, inquit, aureum vel argenteum, aut velum sanctificatum, nemo amplius in suos usus convertat ; est enim præter leges : si quis autem deprehensus fuerit, segregatione multetur. Hoc ergo canone quidam abutentes, qui sancta, quæcunque demum illa essent, ad privatum suum usum accommodassent, segregatione tantum, non depositione puniendum, canonis sententiam prave

« ἀφωρισμένα σκεύη τινὰ ἢ ἄμφια εἰς χρῆσιν ἀνίερον ἑαυτοῖς ἢ ἑτέροις παρέχοντας, τούτους καὶ ὁ κανὼν ἀφορίζει, καὶ ἡμεῖς συναφορίζομεν· τοὺς δὲ παντελῶς ἀφαρπάζοντας τῇ τῶν ἱεροσύλων καταδίκῃ καθυποβάλλομεν.

Si hæretici habent baptisma, nos non habemus: si nos habemus, hæretici habere non possunt. Dubium autem non est, Ecclesiam catholicam baptismo Christi uti; quæ sola Christi gratiam et charitatem et veritatem possideat.

Adelphidus a Thasuelta dixit.

Sine causa quidem impugnant veritatem, ut rebaptizare nos dicant. Siquidem Ecclesia hæreticos non rebaptizat, sed baptizat.

B

Demetrius a Polemone dixit.

Qui dicunt hæreticos vere et legitime baptizare, ipsi non solum duo, sed et multa baptismata introducunt. Nam cum hæreses variæ ac multæ sint, pro earum numero et baptismata computabuntur.

Vincentius a Thibara dixit.

Hæreticos scimus esse pejores quam schismaticos. Si vero pœnitentiam agentes ad regulam veritatis venire voluerint; prius exorcizari, deinde baptizari eos oportet. Tunc enim Christi promissionem sortiri possunt.

Marcus a Matharis dixit.

Judico hæreticos, ut qui nihil habeant, esse baptizandos.

C

Satius a Sicilibya dixit.

Si hæreticis in baptismo ipsorum peccata donantur, sine causa ad Ecclesiam veniunt. Nihil enim est, quod timere possint in judicio Christi, si sunt remissionem peccatorum consecuti.

Aurelius ab Attica dixit.

Cum dicat Apostolus, non communicandum peccatis alienis, censeo baptizandos esse hæreticos, ut prius accipiant remissionem peccatorum, et sic illis communicemus.

Iambus a Germanicia dixit.

Qui hæreticorum baptisma probant, nostrum improbant.

D

Lucianus a Rucuma dixit.

Si fieri potest ut lux cum tenebris conveniat, potest et nobis et hæreticis aliquid esse commune. Propterea censeo hæreticos baptizandos esse.

Pelagius a Luperciana dixit.

Si hæresis in Ecclesia non est, quomodo Ecclesiæ baptisma apud hæreticos esse potest?

Iader a Medeia dixit.

Una fides, unum baptisma: sed Ecclesiæ catholicæ licet baptizare.

Alius Felix a Mardiana dixit.

Eadem.

Paulus a Saba dixit.

Si Deus verax est, quomodo apud hæreticos ve-

rum baptisma esse potest, apud quos Deus non est?

Pomponius a Dionysiana dixit.

Hæretici baptizare non possunt, neque remissionem peccatorum dare potestatem aut solvendi aut ligandi aliquid in terris non habentes.

Venatus a Thunisia dixit.

Qui baptisma Ecclesiæ hæreticis administrat, Sponsam Christi adulteris prodit.

Lymmus ab Asuaga dixit.

Nos unum baptisma accepimus, et ipsum tenemus et exercemus. Qui autem dicit, quod et hæreticis licet baptizare, ipse duo baptismata facit.

Saturninus a Victoriana dixit.

Si licet hæreticis baptizare, excusati sunt et defensi illicita facientes; nec **372** invenies, quare eos Christus adversarios suos aut Apostolus antichristos appellaverit.

Alius Saturninus a Syca dixit.

Gentiles, etsi idola colant, tamen Deum Patrem et Creatorem cognoscunt et confitentur Dominum. In hunc Marcion blasphemat, et quomodo non erubescunt, qui Marcionis baptismum probant?

Marcellus a Zama dixit.

Cum peccatorum remissio non nisi in Ecclesia concedatur, qui hæreticum non baptizat, peccatori communicat.

Irenæus ab Ulli dixit.

Si ideo Ecclesia hæreticum non baptizat, quod dicatur jam baptizatus esse, antefertur hæresis et major fit.

Donatus a Cibalina dixit.

Si quis dicat apud hæreticos esse baptismi gratiam, illic Ecclesiam esse prius ostendat.

Zosimus a Tharasa dixit.

Revelatione facta veritatis illi cedat error.

Julianus a Philippo dixit.

Scriptum est: *Nemo potest aliquid accipere, nisi datum fuerit illi de cœlo* [91]. Si hæresis de cœlo est, potest et cœleste baptisma dare.

Faustus a Themida dixit.

Qui pro hæreticis ecclesiastico baptismati intercedunt, illos Christianos, et nos hæreticos faciunt.

Geminus a Forma dixit.

Quod semel decrevimus, hoc et tenemus; ut ab hæreticis venientes baptizemus.

Rogatianus ab Usa dixit.

Ecclesiam Christus instituit, hæresim diabolus. Quomodo ergo baptismum Christi synagoga diaboli habere potest?

[91] Joan. III, 27.

A ρετικοῖς ἀληθὲς βάπτισμα, παρ' οἷς οὐκ ἔστι Θεός;

Πομπώνιος ἀπὸ Διονυσιανῆς εἶπεν.

Οἱ αἱρετικοὶ οὐ δύνανται βαπτίζειν, οὐδὲ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν δοῦναι, οἱ μὴ ἔχοντες ἐξουσίαν λῦσαί τι ἐπὶ τῆς γῆς ἢ δῆσαι.

Οὐενάτος ἀπὸ Θυνίσης εἶπεν.

Ὁ τὸ βάπτισμα τῆς Ἐκκλησίας τοῖς αἱρετικοῖς κοινῶν τὴν Νύμφην τοῦ Χριστοῦ μοιχοῖς παραδίδωσιν.

Λυμμὸς ἀπὸ Ἀσυάγης εἶπεν.

Ἡμεῖς ἓν βάπτισμα εἰλήφαμεν, καὶ τούτῳ ἐξακολουθοῦμεν. Ὁ δὲ λέγων, Καὶ τοῖς αἱρετικοῖς ἔξεστι βαπτίζειν, δύο βαπτίσματα εἰσάγει.

B

Σατορνῖνος ἀπὸ Οὐικτοριανῆς εἶπεν.

Εἰ ἔξεστι τοῖς αἱρετικοῖς βαπτίζειν, ἀνέγκλητοί εἰσιν ἄνομα ποιοῦντες· οὐδὲ εὑρήσεις διὰ τί αὐτοὺς ὁ Χριστὸς ἐναντίους ἢ ὁ Ἀπόστολος ἀντιχρίστους ὀνομάζει.

Σατορνῖνος ἄλλος ἀπὸ Συκῆς εἶπεν.

Οἱ ἐθνικοὶ, εἰ καὶ εἴδωλα σέβονται, ὅμως τὸν Θεὸν Πατέρα καὶ Κτίστην ἐπιγινώσκουσι καὶ ὁμολογοῦσι Δεσπότην. Εἰς τοῦτον Μαρκίων βλασφημεῖ, καὶ πῶς οὐκ αἰσχύνονται οἱ Μαρκίωνος βάπτισμα δοκιμάζοντες;

Μάρκελλος ἀπὸ Ζάμης εἶπεν.

Ὁπότε ἄφεσις ἁμαρτιῶν οὐδαμοῦ εἰ μὴ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ δίδοται, ὁ αἱρετικὸν μὴ βαπτίζων ἁμαρ-

C τωλῷ κοινωνεῖ.

Εἰρηναῖος ἀπὸ Οὔλων εἶπεν.

Εἰ διὰ τοῦτο ἡ Ἐκκλησία τὸν αἱρετικὸν οὐ βαπτίζει, ὅτι ἤδη λέγεται βεβαπτίσθαι, προκρίνει ἡ αἵρεσις καὶ μείζων γίνεται.

Δονάτος ἀπὸ Κιβαλινῆς εἶπεν.

Ὁ λέγων παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς χάριν βαπτίσματος εἶναι, πρότερον ἀποδειξάτω ἐκεῖ Ἐκκλησίαν.

Ζώσιμος ἀπὸ Θαραξοῦ εἶπεν.

Ἀποκαλυφθείσης τῆς ἀληθείας παραχωρείτω ἡ πλάνη τῇ ἀληθείᾳ.

Ἰουλιανὸς ἀπὸ Φιλίππου εἶπε.

Γέγραπται· *Οὐ δύναται ἄνθρωπος λαμβάνειν οὐδὲν, ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ.*

D Εἰ ἡ αἵρεσις ἐξ οὐρανοῦ ἐστιν, δύναται καὶ οὐράνιον βάπτισμα δοῦναι.

Φαῦστος ἀπὸ Θημίδης εἶπεν.

Οἱ τὸ τῶν αἱρετικῶν πρὸς τὸ τῆς Ἐκκλησίας βάπτισμα ἐνιστάμενοι, ἐκείνους μὲν Χριστιανοὺς, ἡμᾶς δὲ αἱρετικοὺς ποιοῦσι.

Γεμῖνος ἀπὸ Φόρμης εἶπεν.

Ὃ ἅπαξ ἐκρίναμεν, τοῦτο καὶ κατέχομεν· ἵνα τοὺς ἀπὸ αἱρέσεων ἐρχομένους βαπτίζωμεν.

Ῥογατιανὸς ἀπὸ Οὔσης εἶπεν.

Τὴν Ἐκκλησίαν ὁ Χριστὸς ᾠκοδόμησε, τὴν αἵρεσιν ὁ διάβολος· πῶς οὖν δύναται ἔχειν βάπτισμα Χριστοῦ ἡ συναγωγὴ τοῦ διαβόλου;

Θεράπιος ἀπὸ Βουλισμίου εἶπεν. A

Ὁ τοῖς αἱρετικοῖς τὸ βάπτισμα τῆς Ἐκκλησίας προδιδοὺς, τί ἄλλο ἢ τῆς Νύμφης τοῦ Χριστοῦ προδότης γίνεται;

Λούκιος ἀπὸ Μεμερέσης εἶπε.

Γέγραπται ὅτι *Ὁ Θεὸς ἁμαρτωλῶν οὐκ ἀκούει.* Ὁ δὲ αἱρετικὸς ὢν ἁμαρτωλὸς, πῶς ἀκούεται ἐν τῷ βαπτίζειν;

Ἄλλος Φῆλιξ ἀπὸ Οὐαγλακηνῆς εἶπεν.

Ἐν τῷ προσδέχεσθαι τοὺς αἱρετικοὺς ἄνευ τοῦ τῆς Ἐκκλησίας βαπτίσματος μηδεὶς τὴν συνήθειαν λόγου καὶ τῆς ἀληθείας προκρινέτω.

Ἄλλος Σατορνῖνος ἀπὸ Πλουτίμνης εἶπεν.

Εἰ δύναται Ἀντίχριστος δοῦναι τὴν χάριν τοῦ Χριστοῦ, δύνανται καὶ οἱ αἱρετικοὶ βαπτίζειν, οἱ ὀνομασθέντες ἀντίχριστοι. B

Κόϊντος ἀπὸ Οὐγβᾶς εἶπεν.

Ὁ Θεὸς εἷς ἐστι, καὶ Ἐκκλησία μία καὶ ἓν βάπτισμα· καὶ πῶς δύναταί τις βαπτισθῆναι ἐκεῖ, ὅπου οὔτε Θεὸς οὔτε Χριστὸς οὔτε Ἐκκλησία ἐστί;

Ἰουλιανὸς ἀπὸ Μαρκελλιανῆς εἶπεν.

Εἰ δύναται ἄνθρωπος δυσὶ κυρίοις δουλεύειν, Θεῷ καὶ μαμμωνᾷ, δύναται καὶ τὸ βάπτισμα δυσὶν ὑπηρετεῖν.

Τέναξ ἀπὸ Ὀρίων Κελλίων εἶπε.

Βάπτισμα ἕν ἐστιν, ἀλλὰ τῆς Ἐκκλησίας, ἧς τὸ βάπτισμα ἀληθές.

Ἄλλος Οὐΐκτωρ ἀπὸ Ἀσούρας εἶπεν

Ὁμοίως.

Δουνατοῦλος ἀπὸ Κάμψης εἶπεν· C

Ἀεὶ τοῦτο ἐγὼ ἐφρόνησα, ἵνα οἱ αἱρετικοὶ, μηδὲν ἔξω λαβεῖν δυνάμενοι, ὅταν πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν ἔλθωσι, βαπτισθῶσιν.

Οὐήρουλος ἀπὸ Ῥουσικκάδος εἶπεν.

Ἄνθρωπος αἱρετικὸς δύναται δοῦναι ὃ μὴ ἔχει, πολὺ μᾶλλον σχισματικὸς, ὅπερ εἶχεν ἀπολέσας.

Πουδεντιανὸς ἀπὸ Κουινκόλης εἶπεν.

Ἐάν τις ἀπὸ αἱρέσεως ἔλθῃ, βαπτισθῆναι αὐτὸν ὀρθῶς καὶ δικαίως κέκριται.

Πέτρος ἀπὸ Ἱππῶνος Διαῤῥύτου εἶπεν·

Ἐπεὶ ἓν βάπτισμά ἐστιν ἐν μόνῃ τῇ Ἐκκλησίᾳ, διὰ τοῦτο τοὺς ἀπὸ τῶν αἱρετικῶν καὶ σχισματικῶν ἐλθόντας, ὡς μηδὲν ἐκεῖθεν εἰληφότας, ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ βαπτίζεσθαι κρίνω. D

Ἄλλος Λούκιος ἀπὸ Αὐσάφης εἶπεν.

Ἑνὸς ὄντος Θεοῦ καὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, καὶ μιᾶς ἐλπίδος, καὶ μιᾶς Ἐκκλησίας, τὰ παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς πραττόμενα λύεσθαι δεῖν φημι, καὶ τοὺς ἀπ' αὐτῶν ἐρχομένους ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ βαπτίζειν.

Ἄλλος Φῆλιξ ἀπὸ Τουριτῶν εἶπεν.

Ἐγὼ κρίνω, ἵνα ἀκολούθως ταῖς θείαις Γραφαῖς ἄνομοι παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς βαπτισθέντες, ἂν πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν καταφύγωσι, τῷ τῆς Ἐκκλησίας βαπτίσματι, ἔνθα πᾶσα ἐξουσία παρὰ τοῦ Θεοῦ δέδοται, βαπτισθῶσιν.

Πλουτιανὸς ἀπὸ Λαβάνης εἶπεν.

Ἐγὼ πιστεύω βαπτίσματι σωτηρίαν μὴ εἶναι, εἰ

Therapius a Bulismio dixit.

Qui hæreticis Ecclesiæ baptisma concedit, quid aliud quam Sponsæ Christi proditor exsistit?

Lucius a Memeresa dixit.

Scriptum est: *Deus peccatores non audit.* Hæreticus autem, cum sit peccator, quomodo in baptismo audiri potest?

Alius Felix a Vaglacena dixit.

In hæreticis sine Ecclesiæ baptismo recipiendis nemo consuetudinem rationi et veritati præponat.

Alius Saturninus a Plutimna dixit.

Si potest Antichristus dare gratiam Christi, possunt et hæretici baptizare, qui appellati sunt antichristi.

Quintus ab Ugba dixit.

Deus unus est, et Ecclesia una, et baptisma unum; quomodo ergo illic baptizari aliquis potest ubi Deus et Christus et Ecclesia non est?

Julianus a Marcelliana dixit.

Si potest homo duobus dominis servire, Deo et mammonæ, potest et baptisma duobus inservire.

Tenax ab Orii-Celliis dixit.

Baptisma unum est, sed Ecclesiæ, cujus est verum baptisma.

Alius Victor ab Asura dixit

Similiter.

Donatulus a Capse dixit.

Et ego semper hoc sensi, ut hæretici, qui nihil foris consequi possunt, quando ad Ecclesiam veniunt, baptizentur.

373 *Verulus a Rusiccade dixit.*

Homo hæreticus dare potest, quod non habet; multo magis schismaticus, qui quod habet amisit.

Pudentianus a Quincola dixit.

Si quis ex hæresi venerit, baptizari eum recte ac juste statutum est.

Petrus ab Hippone Diarrhyto dixit.

Cum baptisma unum sit in sola Ecclesia, idcirco eos, qui ab hæreticis et schismaticis veniunt, ut qui nihil inde acceperint, in Ecclesia censeo baptizari oportere.

Alius Lucius ab Ausafa dixit.

Cum sit unus Deus, et Pater et Filius et Spiritus sanctus, et una spes, et una Ecclesia; quæ apud hæreticos facta sunt rescindi debere dico, et eos, qui inde veniunt, in Ecclesia baptizandos esse.

Alius Felix a Turitis dixit.

Ego censeo, ut secundum sanctarum Scripturarum præcepta iniqui apud hæreticos baptizati, si ad Ecclesiam confugerint, Ecclesiæ baptismate, ubi potestas omnis a Deo data est, baptizentur.

Plutianus a Labana dixit.

Ego credo baptisma salutare non esse, nisi solum

in Ecclesia catholica; et quando extra Ecclesiam fit, simulationem esse.

Solvianus a Zufala dixit.

Hæreticos nihil habere constat, et ideo ad nos veniunt, ut possint accipere quod non habent.

Honoratus a Luca dixit.

Cum Christus verus sit, magis veritatem quam consuetudinem sequi debemus, ut hæreticos, qui ideo ad nos veniunt, quia foris nihil accipere potuerunt, Ecclesiæ baptismo sanctificemus.

Victor ab Octyvo dixit.

Sic et ipse sentio, ut qui ab hæresi veniunt sine dubio baptizentur.

Clarius a Mascula dixit.

Manifesta est sententia Domini nostri Jesu Christi apostolos suos mittentis, et ipsis solis potestatem permittentis, quibus nos successimus, eadem potestate Ecclesiam Dei gubernantes, et eos qui credunt baptizantes. Et ideo hæretici, qui nec potestatem, nec Ecclesiam habent, neque baptizare Ecclesiæ baptismo possunt.

Secundianus a Tamba dixit.

Non debemus hæreticos nostra contentione decipere, ut in Ecclesia Domini nostri Jesu Christi non baptizati, cum judicii dies venerit, nobis imputent, quod per nos non sint baptizati, nec remissionem peccatorum consecuti sint. Quamobrem cum una sit Ecclesia et unum baptisma, quando ad nos veniunt, simul cum Ecclesia baptismum etiam consequi debent.

Aurelius a Chollaba dixit.

Joannes apostolus in Epistola sua dixit: *Si quis ad vos venit, et doctrinam Christi non habet, nolite eum admittere in domum, et ave illi ne dixeritis*[91]. Qui enim dixerit illi, ave, communicat verbis et factis ejus malis. Quomodo igitur admitti in domum Dei possunt, aut quomodo cum eis sine Ecclesiæ baptismo communicare possumus, quin simul et malis eorum factis communicemus?

Victor a Gemellis dixit.

Si cæcus cæcum ducat, ambo in foveam cadunt[92]. Cum ergo hæreticos constet non posse illuminare quemquam, cum ipsi cæci sint, talium baptisma non valet.

374 *Matolius ab Œa dixit.*

Tam ego præsens, quam Pompeius Sabratensis, et Dioga Leptimagensis, qui mihi mandaverunt corpore quidem absentes, sed spiritu præsentes, censemus, quod et multi coepiscopi nostri; quod hæretici communicationem habere nobiscum non possunt, nisi a nobis fuerint baptizati.

[91] II Joan. I, 10. [92] Matth. xv, 14.

A μὴ ἐν μόνῃ τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ ὅταν ἔξω τῆς Ἐκκλησίας γένηται, πιθηκισμὸν εἶναι.

Σαλουιανὸς ἀπὸ Ζυφάλης εἶπεν.

Τοὺς αἱρετικοὺς μηδὲν ἔχειν συνέστηκε, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς ἡμᾶς ἔρχονται, ἵνα λάβωσιν, ὃ μὴ ἔχουσιν.

Ὀνωράτος ἀπὸ Λούγκης εἶπεν.

Ὁπότε ὁ Χριστὸς ἀληθής ἐστι, μᾶλλον τῇ ἀληθείᾳ ἢ τῇ συνηθείᾳ ἕπεσθαι ὀφείλομεν, ἵνα τοὺς αἱρετικούς, διὰ τοῦτο πρὸς ἡμᾶς ἐρχομένους, ὅτι ἔξω μηδὲν λαβεῖν ἠδυνήθησαν, τῷ τῆς Ἐκκλησίας βαπτίσματι ἁγιάσωμεν.

Οὐΐκτωρ ἀπὸ Ὀκτύβου εἶπε.

Τοῦτο καὶ αὐτὸς φρονῶ ἵνα οἱ ἀπὸ αἱρέσεως ἐρ-
B χόμενοι ἀδιστάκτως βαπτισθῶσι.

Κλάριος ἀπὸ Μασκούλης εἶπε.

Πρόδηλός ἐστιν ἡ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀπόφασις ἀποστέλλοντος τοὺς ἑαυτοῦ ἀποστόλους, καὶ αὐτοῖς μόνοις τὴν ἐξουσίαν ἐπιτρέποντος, οἷς ἡμεῖς ἐξακολουθοῦμεν, τῇ αὐτῶν ἐξουσίᾳ τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ κυβερνῶντες, καὶ τοὺς πιστεύοντας βαπτίζοντες. Καὶ διὰ τοῦτο οἱ αἱρετικοί, οἱ μήτε τὴν ἐξουσίαν ἔχοντες, μήτε τὴν Ἐκκλησίαν, οὐδὲ βαπτίζειν τῷ τῆς Ἐκκλησίας βαπτίσματι δύνανται.

Σεκουνδιανὸς ἀπὸ Θάμβης εἶπεν.

Οὐδαμῶς ὀφείλομεν τοὺς αἱρετικοὺς τῇ ἡμετέρᾳ φιλονεικίᾳ ἐνεδρεύειν, ἵνα οἱ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μὴ βαπτισθέντες,
C ὁπόταν ἡ ἡμέρα τῆς κρίσεως ἔλθῃ, ἡμᾶς αἰτιάσωνται, ὅτι δι' ἡμᾶς οὐκ ἐβαπτίσθησαν, οὐδὲ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν ἔλαβον. Διόπερ μιᾶς οὔσης τῆς Ἐκκλησίας καὶ ἑνὸς βαπτίσματος, ὅταν πρὸς ἡμᾶς ἔλθωσι, μετὰ τῆς Ἐκκλησίας καὶ τοῦ βαπτίσματος τυχεῖν ὀφείλουσιν.

Αὐρήλιος ἀπὸ Χολλαβῆς εἶπεν.

Ἰωάννης ὁ ἀπόστολος ἐν Ἐπιστολῇ αὐτοῦ ἔφη· *Εἴ τις ἔρχεται πρὸς ὑμᾶς, καὶ τὴν διδαχὴν τοῦ Θεοῦ οὐ φέρει, μὴ λαμβάνετε αὐτὸν εἰς οἰκίαν, καὶ χαίρειν αὐτῷ μὴ λέγετε.* Ὁ λέγων αὐτῷ χαίρειν, κοινωνεῖ τοῖς λόγοις αὐτοῦ καὶ τοῖς ἔργοις τοῖς πονηροῖς. Πῶς οὖν οὗτοι εἰσδεχθῆναι εἰς οἰκίαν τοῦ Θεοῦ δύνανται, ἢ πῶς αὐτοῖς χωρὶς τοῦ τῆς Ἐκκλησίας βαπτίσματος κοινωνῆσαι δυνάμεθα, εἰ
D μὴ τοῖς πονηροῖς αὐτῶν ἔργοις κοινωνοῦμεν;

Βίκτωρ ἀπὸ Γεμέλλων εἶπε.

Τυφλὸς τυφλὸν ἐὰν ὁδηγῇ, ἀμφότεροι εἰς βόθυνον πεσοῦνται. Ἐπεὶ οὖν σαφές ἐστι μὴ δύνασθαι αἱρετικόν τινα φωτίσαι, ἅτε δὴ τυφλῶν αὐτῶν ὄντων, τῶν τοιούτων τὸ βάπτισμα οὐδέν ἐστι.

Ματόλιος ἀπὸ Οἴας εἶπε.

Κἀγὼ παρών, καὶ Πομπήϊος ἀπὸ Σαβράτων, καὶ Διογὰς ἀπὸ Λεπτιμάγνης, οἵπερ ἐνετείλαντό μοι, σώματι μὲν ἀπόντες, τῷ δὲ πνεύματι παρόντες, κρίνομεν, ὅπερ καὶ πολλοὶ συνεπίσκοποι ἡμῶν, τοὺς αἱρετικοὺς κοινωνεῖν ἡμῖν μὴ δύνασθαι, ἐὰν μὴ παρ' ἡμῶν βαπτισθῶσιν.

Ἰούνιος ἀπὸ Νεαπόλεως εἶπεν.

Ἀπ' ἐκείνου, οὗ ἅπαξ ἐκρίναμεν, οὐ χωρίζομαι· ἵνα τοὺς αἱρετικοὺς τοὺς ἐρχομένους εἰς τὴν Ἐκκλησίαν βαπτίζωμεν.

Κυπριανὸς ἀπὸ Καρχηδόνος εἶπε.

Τὴν ἐμὴν ἀπόφασιν ὁλόκληρος δείκνυσιν ἐπιστολὴ πρὸς Ἰοβιανὸν συνεπίσκοπον ἡμῶν γραφεῖσα· τοὺς αἱρετικοὺς κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν καὶ ἀποστολικὴν μαρτυρίαν ἐναντίους τοῦ Χριστοῦ καὶ ἀντιχρίστους ὀνομασθέντας, ὁπόταν τῇ Ἐκκλησίᾳ προσέλθωσι, τῷ ἑνὶ τῆς Ἐκκλησίας βαπτίσματι βαπτίζεσθαι δεῖν· ἵνα δυνηθῶσι γενέσθαι ἀντὶ ἐχθρῶν φίλοι, καὶ ἐξ ἀντιχρίστων Χριστιανοί.

ΖΩΝΑΡ. Αὗται μὲν οὖν αἱ γνῶμαι τῶν ἐν τῇ συνόδῳ ταύτῃ συνελθόντων Πατέρων τῷ μεγάλῳ Κυπριανῷ· ἀλλ' οὔτε ἐπὶ τοῖς αἱρετικοῖς ἐκράτησαν πᾶσιν, οὔτε ἐπὶ τοῖς σχισματικοῖς. Ἡ γὰρ δευτέρα οἰκουμενικὴ σύνοδος, ὡς ἤδη εἴρηται, ὑπεξεῖλέ τινας τῶν αἱρετικῶν, καὶ ἄνευ βαπτίσματος δέχεσθαι τούτους θεσπίσασα, χριομένους μόνον τῷ θείῳ μύρῳ καὶ ἀναθεματίζοντας τὴν οἰκείαν αἵρεσιν ἕκαστον, καὶ πάσας ἁπλῶς. Καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐξηγήθησαν αἱ γνῶμαι αὗται, ὡς μὴ ἀναγκαῖαι, οἷα μηδὲ ἐνεργοῦσαι, ἀλλὰ καὶ κατὰ σύνοψιν ἐγράφησαν.

Junius a Neapoli dixit.

Ab eo, quod semel censuimus, non recedo: ut hæreticos venientes ad Ecclesiam baptizemus.

Cyprianus a Carthagine dixit.

Meam sententiam plenissime exprimit epistola, quæ ad Jovianum coepiscopum nostrum scripta est: hæreticos evangelico et apostolico testimonio adversarios Christi et antichristos appellatos, quando ad Ecclesiam venerint, unico Ecclesiæ baptismo baptizandos esse; ut possint fieri de adversariis amici, et de antichristis Christiani.

ZONAR. Hæ sunt igitur Patrum sententiæ, qui cum magno Cypriano in concilio isto convenerant: sed nec apud omnes hæreticos nec apud schismaticos valuerunt. Nam secunda synodus œcumenica, ut jam dictum est, hæreticos nonnullos excepit, ac sine baptismo recipiendos illos sanxit, sancto chrismate tantum unctos, et singulos propriam hæresim ac omnino omnes anathematizantes. Atque hac de causa neque expositæ sunt hæ sententiæ, utpote minus necessariæ, et quæ non valent, sed et compendiose perscriptæ sunt.

ΚΑΝΟΝΕΣ

ΤΗΣ ΕΝ ΑΓΚΥΡΑ ΣΥΝΟΔΟΥ (68).

CANONES

SYNODI ANCYRANÆ.

ΒΑΛΣ. Εἴπομεν πρὸ μικροῦ ὡς ἡ ἐν Καρχηδόνι σύνοδος πρώτη ἐστὶ πασῶν τῶν συνόδων, καὶ δευτέρα ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ, καὶ μετὰ ταύτας ἡ ἐν Ἀγκύρᾳ τῇ μητροπόλει τῆς Γαλατίας συστᾶσα πρὸ τῆς ἐν Νι-

BALS. 375 Diximus paulo ante, quod synodus Carth. est omnium prima, et Antiochena secunda; post illas autem ea, quæ in Ancyra Galatiæ metropoli ante primam Nicææ habitam œcumenicam

Guill. Beveregii notæ.

(68) *Κανόνες τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου.* Hanc inscriptionem codex Bodleianus exhibet; cui similis fere est in codice Amerbachiano, videlicet, τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου κανόνες κε'. *Synodi Ancyranæ canones* 25. In Parisiensi Balsamonis editione sic inscribitur. Κανόνες τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ συνελθόντων μακαρίων Πατέρων, οἵτινες προγενέστεροι μέν εἰσι τῶν ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθέντων κανόνων, δευτερεύουσι δὲ διὰ τὴν τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου αὐθεντείαν, *Canones beatorum Patrum, Ancyræ convenerunt: qui sunt quidem antiquiores iis qui Nicææ editi; secundum tamen locum obtinent, propter œcumenicæ synodi auctoritatem.* Quæ etiam inscriptio est horum canonum in codice canonum Ecclesiæ universæ; nisi quod ibi eodem modo, quo in codice Amerbachiano, incipiat, τῆς ἐν Ἀγκύρᾳ συνόδου κανόνες κε', οἵ τινες, etc. Enimvero habita est hæc synodus an. Dom. 315, ac proinde decem fere annis ante Nicænam primam œcumenicam. Ancyra, ubi celebrata est, primaria fuit et archiepiscopalis urbs Galatiæ, in meditullio regionis istius sita; hoc præsertim concilio celebris, quo octodecim episcopi convenerunt eorum causa, qui in Maximini persecutione lapsi, et in Ecclesiæ communionem recipi desiderabant.

synodum coacta est. Huic vero præfuerunt, Vitalis episcopus Antioch. Syriæ, Agricolaus Cæsareæ Cappadociæ, et martyr Basilius episcopus Amaseæ; et quæsiverunt, an eos oporteat admittere, qui idolis sacrificaverunt, et ad Ecclesiam accedunt.

ZONAR. Synodorum omnium prima fuit Antiochena, contra Paulum Samosatenum, imperante Romæ Aureliano, celebrata. Hæc vero, in Ancyrana urbe Galatiæ metropoli habita, Nicæna prima œcumenica synodo antiquior est. In ea porro sancti Patres adfuere, quorum in conventu Vitalis Antiochiæ quæ est in Syria, Agricolaus Cæsareæ quæ in Cappadocia, et martyr Basilius Amaseæ episcopus, præerant. Nam cum turbulentis Christianæ reipublicæ temporibus multi cruciatuum acerbitati perferendæ nequaquam pares fuissent, sed tyrannorum imperiis obsecuti, diis immolavissent, atque ex iis nonnullos postea facti pœnituisset, seque crimen expiaturi Ecclesiæ sisterent: de iis hominibus qui Christum negaverant, qua ratione admittendi forent quæsitum est; deque illis subjectos canones hæc synodus edidit.

CANON I.

« Presbyteros qui sacrificarunt, deinde contra « reluctati sunt, non simulatione quadam, sed « vere; nec hoc prius machinati sunt, nec con« sulto ac de industria id fecerunt, et persua« serunt, ut tormentis subjici viderentur, cum « ea specie et opinione tantum inferrentur: visum « est eos cathedræ quidem honoris esse partici« pes; non licere autem ipsis offerre et concio« nari, vel omnino sacerdotale aliquod munus « obire. »

BALS. Tempore persecutionis Christianorum quidam sacerdotes idolis sacrificare coacti sunt: et hi quidem, ad mortem usque puniti, martyrii coronam acceperunt: illi vero, cum ad finem usque tormenta perferre non potuissent, victi sunt et fidem abnegarunt, et idolis sacrificarunt; alii autem, etiam antequam torquerentur, omnino cessarunt. Ne autem sua sponte sacrificare viderentur, pecuniis vel suasione vel aliqua alia ratione operam dederunt, ut magnorum tormentorum minæ illis intentarentur. Statuunt ergo Patres, ut illi, qui vere torti fuerunt, propter supplicii autem acerbitatem ad perfectionis quoque coronam accipiendam non sustinuerunt, sed sacrificaverunt, deinde reluctati sunt, id est, Satanam vicerunt, qui eos in lucta prostraverat, et cum pura confessione pœnitentiam egerunt, ad solum honorem et cathedram recipiantur, neque offerant, neque concionentur, id est, ne doceant, neque aliquid

A καίᾳ πρώτης οἰκουμενικῆς συνόδου. Ἐξῆρχον δὲ ταύτης Οὐϊτέλιος Ἀντιοχείας τῆς Συρίας, Ἀγρικόλαος Καισαρείας Καππαδοκίας, καὶ ὁ μάρτυς Βασίλειος ἐπίσκοπος Ἀμασείας· καὶ συνεζήτησαν εἰ χρὴ δέχεσθαι τοὺς θύσαντας τοῖς εἰδώλοις, καὶ προσερχομένους τῇ Ἐκκλησίᾳ.

ΖΩΝΑΡ. Πρώτη πασῶν τῶν συνόδων ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ γεγονυῖα σύνοδος κατὰ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, βασιλεύοντος ἐν Ῥώμῃ Αὐρηλιανοῦ, ἐστίν. Καὶ αὕτη δὲ, ἡ ἐν Ἀγκύρᾳ τῇ μητροπόλει τῆς Γαλατίας συστᾶσα σύνοδος, προγενεστέρα ἐστὶ τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης οἰκουμενικῆς συνόδου. Ἠθροίσθησαν δὲ ἐν αὐτῇ Πατέρες ἱεροὶ, ὧν ἐξῆρχεν Οὐϊτέλιος Ἀντιοχείας τῆς Συρίας, Ἀγρικόλαος Καισαρείας Καππαδοκίας, καὶ ὁ μάρτυς Βασίλειος ἐπίσκοπος Ἀμασείας. Ἐν γὰρ

B τοῖς διωγμοῖς τῶν Χριστιανῶν πολλῶν μὴ δυνηθέντων μέχρι τέλους ἐγκαρτερῆσαι ταῖς βασάνοις, ἀλλ' ὑποκυψάντων· εἶτα τινων μετανοούντων καὶ προσερχομένων τῇ Ἐκκλησίᾳ εἰς μετάνοιαν, ζήτησις ἐγένετο, πῶς χρὴ τοὺς ἀρνησαμένους τὸν Χριστὸν προσδέχεσθαι, καὶ περὶ τούτων ἡ σύνοδος αὕτη κανόνας ἐξέθετο, οἵτινές εἰσιν οὗτοι.

ΚΑΝΩΝ Α'.

« Πρεσβυτέρους τοὺς ἐπιθύσαντας, εἶτα ἀναπαλαί« σαντας, μήτε ἐκ μεθόδου τινὸς, ἀλλ' ἐξ ἀληθείας, « μήτε προκατασκευάσαντας καὶ ἐπιτηδεύσαντας, « καὶ πείσαντας, ἵνα δόξωσι μὲν βασάνοις ὑπο« βάλλεσθαι, ταύτας δὲ τὸ δοκεῖν καὶ τῷ σχήματι

C « προσαχθῆναι· τούτους ἔδοξε τῆς μὲν τιμῆς τῆς « κατὰ τὴν καθέδραν μετέχειν· προσφέρειν δὲ « αὐτοὺς καὶ ὁμιλεῖν (69), ἢ ὅλως λειτουργεῖν τι « τῶν ἱερατικῶν λειτουργιῶν, μὴ ἐξεῖναι. »

ΒΑΛΣ. Κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ διωγμοῦ τῶν Χριστιανῶν ἱερεῖς τινες ἠναγκάσθησαν θῦσαι τοῖς εἰδώλοις· καὶ οἱ μὲν, μέχρι θανάτου κολασθέντες, τὸν τοῦ μαρτυρίου ἀνεδήσαντο στέφανον· οἱ δὲ, καὶ ἕως τέλους τὰς βασάνους μὴ καρτερήσαντες, ἡττήθησαν καὶ τὴν πίστιν ἠρνήσαντο, καὶ τοῖς εἰδώλοις ἔθυσαν· ἄλλοι καὶ πρὸ τοῦ βασανισθῆναι, ὅλως ἐνέδωκαν. Ἵνα δὲ μὴ δόξωσιν αὐθαιρέτως θύειν, ἐσπούδασαν διὰ χρημάτων ἢ παρακλήσεων ἢ ἄλλως πως ἀπειλὰς βασάνων μεγάλων εἰς αὐτοὺς γενέσθαι.

D Διορίζονται οὖν οἱ Πατέρες μόνους ἐκείνους τοὺς μετὰ ἀληθείας μὲν βασανισθέντας, διὰ δὲ τὴν δριμύτητα τῶν κολάσεων, μὴ ὑπομείναντας καὶ τὸν τῆς τελειώσεως στέφανον ἀναδήσασθαι, ἀλλὰ θύσαντας, εἶτα πάλιν ἀναπαλαίσαντας, τουτέστι νικήσαντας τὸν Σατανᾶν, ἐν τῇ πάλῃ ῥίψαντα αὐτοὺς, καὶ μετὰ καθαρᾶς ἐξομολογήσεως μετανοήσαντας, δέχεσθαι εἰς μόνην τιμὴν καὶ καθέδραν, μήτε δὲ προσφέρειν, μήτε ὁμιλεῖν, τουτέστι διδάσκειν, μήτε

Guill. Beveregii notæ.

(69) *Ὁμιλεῖν*. Huic verbo accommodari videtur breve illud scholium, quod inter hunc canonem et interpretationem ejus in codice Amerbachiano legitur, sic se habens, λόγους διδασκαλικοὺς ποιεῖσθαι τῷ λαῷ. Πῶς γὰρ ἕτεροι ὑποθοῖντο βέλτιστα, αὐτοὶ παρασφαλέντες τοῦ κρείττονος; *Sermones doctrinales ad populum habere. Quomodo enim alii optime edoceantur, cum ipsi a meliore aversi fuerint?* Hoc autem scholium in nullo alio codice habetur.

τι ἄλλο ἐνεργεῖν ἱερατικόν· ὥστε ἐξ ἀντιδιαστολῆς οἱ ἕτεροι, οἱ παρὰ τούτους μὴ πραγματικῶς, ἀλλὰ μετὰ σκῆψιν τὰς βασάνους προφασισάμενοι, καὶ τὸν Θεὸν ἀρνησάμενοι, οὐδὲ τιμῆς ἢ καθέδρας ἀξιωθήσονται. Τί δέ, ὡς Χριστιανοὶ ἁπλῶς μετὰ δακρύων μετανοοῦντες καὶ ἐξομολογούμενοι τὸ ἁμάρτημα δεχθήσονται; Ἐμοὶ τέως δοκεῖ. Οὐ γάρ ἐστιν ἁμαρτία νικῶσα τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν (70).

ΖΩΝΑΡ. Τῶν ὑποκυψάντων ἐν τοῖς διωγμοῖς τοῖς τυράννοις καὶ θυσάντων οἱ μὲν βασάνοις ὑποβληθέντες, καὶ τῇ βίᾳ τούτῳ καὶ τῇ δριμύτητι μέχρι τέλους ἀντίσχειν μὴ δυναμένοις, ἡττήθησαν καὶ τὴν πίστιν ἠρνήσαντο· οἱ δὲ καὶ πρὸ τῆς πείρας τῶν βασάνων μαλακισθέντες ἐνέδωκαν, καί, ἵνα μὴ δοκοῖεν αὐθαιρέτως θύειν, ἔπεισαν τοὺς κολαστὰς ἢ χρήμασιν ἢ παρακλήσεσι πικρότερον προσενεχθῆναι τάχα αὐτοῖς, καὶ κολάσεις αὐταῖς τῷ δοκεῖν ἐπαγαγεῖν, ἵν' οὕτω θύσαντες δόξωσι τῇ βίᾳ νικηθέντες ἀρνήσασθαι τὸν Χριστόν, καὶ μὴ μαλακισθέντες. Τοὺς γοῦν μετὰ ἀληθείας κολασθέντας, καὶ τῇ τῶν βασάνων πικρίᾳ ἐγκαρτερήσαντας μέχρι τινός, καὶ οὕτως ἡττηθέντας τῶν ἀφορήτων κολάσεων καὶ ἐπιθύσαντας τῷ βωμῷ, εἶτα ἀναπαλαίσαντας, ἀντὶ τοῦ τὸν ἐχθρὸν ἐν τῇ πλάνῃ ῥίψαντα αὐτούς, διὰ τῆς μετανοίας ἡττήσαντας, καὶ καταβαλόντας, καὶ ἐπὶ τῶν τυράννων αὖθις τὴν πίστιν ὁμολογήσαντας· εἰ πρεσβύτεροι ἦσαν, ἔδοξε τῇ συνόδῳ τῆς τιμῆς μὲν τῆς ἐν ταῖς καθέδραις μετέχειν αὐτούς, μήτε δὲ προσφέρειν μήτε ὁμιλεῖν, ἀντὶ τοῦ διδάσκειν, μήτε ὅλως λειτουργεῖν, ἀντὶ τοῦ ἐνεργεῖν τι τῶν ἱερατικῶν δικαίων.

ΚΑΝΩΝ Β'.

« Διακόνους ὁμοίως θύσαντας, μετὰ δὲ ταῦτα ἀναπαλαίσαντας, τὴν μὲν ἄλλην τιμὴν ἔχειν, πεπαῦσθαι δὲ αὐτοὺς πάσης τῆς ἱερατικῆς λειτουργίας, τῆς τε τοῦ ἄρτον ἢ ποτήριον ἀναφέρειν ἢ κηρύσσειν. Εἰ μέντοι τινὲς τῶν ἐπισκόπων τούτοις συνίδοιεν κάματόν τινα ἢ ταπείνωσιν πραότητος, καὶ ἐθέλοιεν πλέον τι διδόναι ἢ ἀφαιρεῖν, ἐπ' αὐτοῖς εἶναι τὴν ἐξουσίαν. »

ΒΑΛΣ. Καὶ ὁ παρὼν κανὼν τὰ αὐτὰ περὶ διακόνων διοριζόμενος προστίθησιν ὡς, εἴπερ οἱ ἐγχώριοι ἐπίσκοποι κατανοήσουσι τοὺς μετὰ ἀληθείας βασανισθέντας ἀξίους ἐλέους διὰ τὰ δάκρυα καὶ τὴν ταπείνωσιν αὐτῶν ἢ τοὐναντίον κολάσεως πλείονος διὰ τὴν ἀναίδειαν· ποιήσουσι κατὰ τὸ δόξαν αὐτοῖς, τουτέστιν ἢ ἐπαυξήσουσι τὴν τιμωρίαν, ἢ προσθήσουσι μᾶλλον τὴν παρηγορίαν. Παρὰ γὰρ τῇ ἐξουσίᾳ καὶ τῇ διακρίσει αὐτῶν τὰ περὶ τούτου ἀνέθεντο.

A aliud sacerdotale assequantur. Quamobrem argumento a contrario sumpto, alii præter hos, qui non revera, sed simulato tormenta prætexuerunt, et Deum negaverunt, nec honore quidem vel cathedra digni habebuntur. Quid vero, num ut Christiani simpliciter cum lacrymis pœnitentiam agentes, et peccatum confitentes, suscipientur? Mihi certe videtur. Non est enim peccatum, quod vincat Dei misericordiam.

376 ZONAR. Qui ingruente persecutionis procella tyrannorum imperiis obsecuti immolavere; partim tormentis exagitati, cum eorum vim et asperitatem perferre non possent, victi sunt et fidem denegarunt: partim, priusquam etiam tormenta ipsis admoverentur, emolliti dedere manus; et ne sua B voluntate sacrificare viderentur, satellites, ut vehementiore forte impetu ipsos invaderent, acriterque torquentium speciem præberent, pretio aut precibus adduxere; ut qui sic immolassent, non ignavo languore animi, sed cruciatuum duritate victi, Christum negasse existimarentur. Quibus igitur vere cruciatus adhibiti, quique in acerbitate tormentorum aliquandiu constantes, ita demum illorum intolerabili asperitate victi aris immolaverunt, deinde vero iterum reluctati sunt, hoc est, hostem, a quo prius in certamine dejecti fuerant, pœnitentia duce superatum vicissim prostravere, iidemque suam apud tyrannos iterum professi fuere: eos, siquidem sacerdotio initiati fuerant, cathedræ C quidem honorem obtinere, nullam tamen iis aut offerendi aut concionandi, hoc est docendi, neque omnino ministerium aliquod, hoc est sacerdotale munus quodcunque obeundi facultatem synodus esse decernit.

CANON II.

« Diaconos similiter qui sacrificarunt, postea autem reluctati sunt, alium quidem honorem habere, ipsos autem ab omni sacerdotali ministerio cessare, et panem vel calicem offerendi, vel prædicandi: sed si ex episcopis aliqui in iis vel afflictionem aliquam vel humilitatem ac mansuetudinem viderint, et aliquid amplius dare vel auferre voluerint, in eorum D potestate id esse. »

BALS. Præsens quoque canon eadem de diaconis decernens, adjicit, quod si regionis episcopi animadverterint eos, qui vere torti sunt, esse misericordia dignos, propter lacrymas et eorum humilitatem; vel contra majore supplicio propter impudentiam; facient prout eis videbitur, id est, vel pœnam augebunt, vel potius consolationem afferent. Ea enim in eorum potestate et judicio sita sunt. Si quis autem dicat, præsentes canones

Guill. Beveregii notæ.

(70) *Τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν.* Post hæc ultima Balsamonis in hunc canonem verba, in Parisiensi editione, necnon codice tam Amerbachiano, quam Ætoniensi, additur, πλὴν καὶ οὗτοι καὶ οἱ δεχόμενοι εἰς μόνην τιμὴν ἐπιτιμηθήσονται κατὰ τοὺς ῥηθησομένους κανόνας. *Sed et ii, et qui ad honorem solum admittuntur, juxta dictos canones punientur.* Nos autem hæc idcirco omisimus, quia in codice nostro Bodleiano omittuntur.

Dei gratia locum hodie non habere, quia tyrannus non præest; audiet, quod apud Agarenos et alios infideles multa ejusmodi fiunt; et canones nunc quoque effectum recte sortientur. Nota etiam ex hoc præsenti canone, quod omnis animæ medela dependet ab episcopi judicio ac prudentia.

ZONAR. Quæ superiori de sacerdotibus, eadem de diaconis hoc quoque canone decernuntur. Nam eos quoque, si in tormentis per ignaviam devicti sacrificaverint, deinde vero repetito certamine strenue depugnaverint, ab omni sacro ministerio cessare jubet. Quod si homines postea, subjicit canon, in suscepta propter abnegationem pœnitentia gravius laborare, aut ob admissi facinoris culpam discruciari, demissionemque, ac in iis, qui prolapsionem exprobrarint, aut alia ratione insultarint, pacate atque humiliter perferendis modestiam retinere, non contra audacter obsistere aut ægrius succensere, episcopi animadverterint, ac proinde aliquid amplius, quam quod a synodo concessum est, iis ob vehementius pœnitendi studium elargiri, aut vicissim ficte dolentibus nec de superbia remittentibus demere quidpiam velint, id canon totum ipsorum potestati judicioque permittit. Vide primæ quoque œcumenicæ synodi canonem undecimum.

ARIST. « In canone primo et secundo presbyteri et « diaconi, qui cum prius sacrificarent postea vero « reluctati sunt, **377** cathedræ solius et honoris sint participes, nihil sanctorum peragentes. »

Quicunque presbyteri vel diaconi tempore persecutionis compulsi sacrificarunt, postea vero accedunt retractantes quidquid fecerunt, cathedræ solius et honoris participes esse debent: at sacerdotale aliquod munus obire, puta panem aut poculum offerre, aut doctrinæ sermones populo facere, aut omnino sacrum aliquod ministerium peragere, iis non licet.

CANON III.

« Eos, qui fugientes comprehensi sunt, vel a « domesticis traditi, vel suis alioqui facultatibus « privati, vel tormenta perpessi, vel in carcerem conjecti sunt, clamantes se esse Christianos, et divulsi ac distracti sunt, vel iis qui « vim afferebant in manus aliquid immittentibus, vel cibo aliquo per necessitatem suscepto, « se tamen esse Christianos perpetuo fatentes, « et ejus quod accidit dolorem omni cohibitione « et habitu et vitæ humilitate præ se ferentes, « ut inculpatos a communione non arceri. Sin « autem etiam ab aliquo sunt prohibiti, majoris « cautionis gratia, vel etiam propter aliquorum « ignorantiam, statim admittantur. Hoc autem « similiter in clericis et aliis laicis. Illud quoque « est examinatum, an possint etiam laici, qui in « eamdem necessitatem inciderunt, ad ordinem

A Εἰ δέ τις ἐρεῖ μὴ χώραν ἔχειν τὰ τῶν παρόντων κανόνων Θεοῦ χάριτι σήμερον, ὅτι τύραννος οὐ προκάθηται· ἀκούσει ὅτι παρὰ τοῖς Ἀγαρηνοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις ἀπίστοις πολλὰ τοιαῦτα γίνονται· καὶ καλῶς τὰ τῶν κανόνων καὶ νῦν ἐνεργήσουσι. Σημείωσαι καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ὅτι πᾶσα ψυχικὴ θεραπεία εἰς τὴν ἐπισκοπικὴν ἀνηρτήθη διάκρισιν.

ΖΩΝΑΡ. Τὰ αὐτὰ καὶ περὶ διακόνων ὁ κανὼν οὗτος διατάττεται, ὅσα περὶ πρεσβυτέρων ὁ ἀνώτερος. Πεπαῦσθαι γὰρ καὶ αὐτοὺς, ἀνεπιτηδεύτως ἡττηθέντας τῶν βασάνων καὶ ἐπιθύσαντας, εἶτα ἀναπαλαίσαντας, πάσης τῆς ἱερᾶς λειτουργίας θεσπίζει. Προστίθησι δ' ἐνταῦθα ὅτι, ἐὰν τοῖς μετανοοῦσι τούτοις συνίδοιεν οἱ ἐπίσκοποι κάματόν τινα, τουτ- B έστι κόπον ἐν τῇ μετανοίᾳ διὰ τὴν ἄρνησιν, ἢ ὅτι, συντριβέντες διὰ τὸ ἁμάρτημα, ἐταπεινώθησαν, καὶ πραότητα ἐκτήσαντο, τοῖς ἴσως αὐτοῖς ὀνειδίζουσι τὸν ὄλισθον πράως καὶ μετὰ ταπεινώσεως προσφερόμενοι, ἀλλ' οὐ θρασυνόμενοι καὶ τούτοις ἐμπικραινόμενοι, καὶ ἐθέλοιεν ἐπίσκοποι ὑφ' οὓς τελοῦσι πλέον τι τῶν παρὰ τῇ συνόδῳ ὡρισθέντων αὐτοῖς παρασχεῖν, διὰ τὴν τῆς μετανοίας θερμότητα, ἢ ἀφελεῖν τι τῶν ὁρισθέντων, ὡς μὴ γνησίως αὐτῶν μεταμελομένων, μηδὲ ταπεινουμένων· ταῦτα τῇ ἐξουσίᾳ τῶν ἐπισκόπων ἀνατίθησιν ὁ κανὼν καὶ τῇ διακρίσει αὐτῶν. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν ια' κανόνα τῆς πρώτης οἰκουμενικῆς συνόδου.

ΑΡΙΣΤ. « Καν. α' καὶ β', πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι C « τὸ πρὶν ἐπιθύσαντες, εἶτα ἐξ ἀληθείας ἀναπαλαίσαντες, μόνης τῆς καθέδρας καὶ τῆς τιμῆς « μετεχέτωσαν, μηδὲν τῶν ἁγίων ἐπιτελοῦντες. »

Ὅσοι τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων ἐν καιρῷ διωγμοῦ βιασθέντες ἔθυσαν, εἶτα ἐν ἀληθείᾳ προσῆλθον ἀναπαλαίοντες ὅπερ ἔπραξαν, μόνης τῆς καθέδρας καὶ τῆς τιμῆς μετέχειν ὀφείλουσιν· ἱερατικὸν δέ τι ἐνεργεῖν οὐκ ἐξέσται αὐτοῖς, οἷον ἄρτον ἢ ποτήριον ἀναφέρειν ἢ λόγους διδασκαλίας τῷ λαῷ ποιεῖσθαι, ἢ ὅλως τι τῶν ἁγίων λειτουργιῶν ἐπιτελεῖν.

ΚΑΝΩΝ Γ'.

« Τοὺς φεύγοντας καὶ συλληφθέντας, ἢ ὑπὸ οἰκείων « παραδοθέντας, ἢ ἄλλως τὰ ὑπάρχοντα ἀφαιρε- D « θέντας, ἢ ὑπομείναντας βασάνους, ἢ εἰς δεσμωτήριον ἐμβληθέντας, βοῶντάς τε ὅτι εἰσὶ « Χριστιανοὶ καὶ περισχισθέντας, ἤτοι εἰς τὰς « χεῖράς τι πρὸς βίαν ἐμβαλόντων τῶν βιαζομένων, ἢ βρῶμά τι πρὸς ἀνάγκην δεξαμένους, « ὁμολογοῦντας δὲ δι' ὅλου ὅτι εἰσὶ Χριστιανοί, « καὶ τὸ πένθος τοῦ συμβάντος ἀεὶ ἐπιδεικνυμένους τῇ πάσῃ καταστολῇ καὶ τῷ σχήματι καὶ « τῇ τοῦ βίου ταπεινότητι, τούτους ὡς ἔξω ἁμαρτήματος ὄντας τῆς κοινωνίας μὴ κωλύεσθαι. Εἰ « δὲ καὶ τὸ ἐκωλύθησαν ὑπό τινος, περισσοτέρας « ἀκριβείας ἕνεκεν ἢ καί τινων ἀγνοίᾳ, εὐθὺς « προσδεχθήτωσαν. Τοῦτο δὲ ὁμοίως ἐπί τε τῶν « ἐκ κλήρου καὶ τῶν ἄλλων λαϊκῶν. Προσεξητάσθη δὲ κἀκεῖνο, εἰ δύνανται καὶ λαϊκοὶ, τῇ αὐτῇ

« ἀνάγκῃ ὑποπεσόντες, προάγεσθαι εἰς τάξιν. A « Ἔδοξεν οὖν καὶ τούτους, ὡς μηδὲν ἡμαρτηκότας, « εἰ καὶ ἡ προλαβοῦσα εὑρίσκοιτο ὀρθὴ τοῦ βίου « πολιτεία, προχειρίζεσθαι. »

ΒΑΛΣ. Τινὲς κληρικοὶ καὶ λαϊκοὶ φεύγοντες τὰς τῶν τυράννων χεῖρας, καὶ συλληφθέντες, ἢ παρά τινων προδοθέντες, καὶ γυμνωθέντες τῶν προσόντων αὐτοῖς, ἔστι δ' ὅτε καὶ βασανισθέντες καὶ φυλακισθέντες, ἐβόων εἶναι Χριστιανοί. Ὅτι δὲ κατὰ βίαν ἐνεβλήθη παρὰ τῶν δημίων ταῖς χερσὶ τούτων λιβανωτὸν τυχὸν, ὅπερ τοῖς εἰδώλοις θύεται, ἢ ἐν τῷ στόματι αὐτῶν βρῶμα εἰδωλόθυτον, ἐκωλύοντο τῆς μετὰ τῶν πιστῶν κοινωνίας, διὰ τὸ δῆθεν γενέσθαι αὐτοὺς εἰδωλοθύτας· φασὶ γοῦν οἱ Πατέρες, τὸ κατὰ βίαν γενόμενον μὴ παρεμποδίζειν αὐτοὺς B ὁμολογοῦντας διόλου εἶναι Χριστιανοὺς, ἀποκλαιομένους μετὰ κατανύξεως τὸ παρὰ τῶν τυράννων κατὰ βίαν γενόμενον εἰς αὐτούς. Οὐδὲν γὰρ ἥμαρτον, ὥστε καὶ παρ' ἡμῶν κολάζεσθαι. Εἰ δὲ παρά τινων διὰ περισσοτέραν ἀκρίβειαν ἢ δι' ἄγνοιαν τοῦ προσήκοντος ἐκωλύθησαν τῆς κοινωνίας, εὐθὺς δεχθῆναι τούτους ἐγνωμοδότησαν. Ὡς δέ τινος εἰπόντος ἐπὶ μόνοις τοῖς λαϊκοῖς ἔχειν χώραν τὰ τοῦ κανόνος (οἱ γὰρ κληρικοὶ κατὰ τοὺς προῤῥηθέντας κανόνας δεχθήσονται), ἐπήγαγον μὴ μόνους τοιούτους λαϊκοὺς συγκοινωνεῖν ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ κληρικούς. Εἴρηται δὲ τοῦτο, διὰ τὸ μεγάλην εἶναι διαφορὰν τῶν ἀρνησαμένων ἑκουσίως τὸν Θεὸν, ἐκ τοῦ μὴ δύνασθαι τὰς κολάσεις ὑπενεγκεῖν, καὶ τῶν τοιοῦτόν τι μὴ πεποιηκότων διὰ φάκτου οἰκείου, ἀλλὰ ἀκουσίως κατὰ C βίαν ὑποδεξαμένων εἰδωλόθυτα ἢ λιβανωτὸν, καὶ καταπτυσάντων αὐτῶν· οἱ μὲν γὰρ ἥμαρτον, ὡς ἐνδόντες· ὤφειλον γὰρ ἀποθανεῖν διὰ τὸν Χριστόν· οἱ δὲ κατὰ βίαν ὑπεδέξαντο μόνον τὸ λιβανωτὸν, ἔργον δέ τι οὐκ ἐνήργησαν ἀσεβές. Ὅτι γοῦν οὐδὲν ἥμαρτον, καὶ κληρωθήσονται οἱ λαϊκοὶ, ἐὰν ἄξιοι εὑρίσκωνται, πάντως δὲ καὶ οἱ κληρικοὶ εἰς μείζονας βαθμοὺς διὰ τὸν αὐτὸν λόγον προαναβιβασθήσονται.

Ἐπεὶ δὲ ᾐτιῶντό τινες τούτους, ὡς τὸ μαρτύριον φυγόντας καὶ κατασχεθέντας, εἶπον οἱ Πατέρες μηδὲ ἐκ τούτου αὐτοὺς βλάπτεσθαι. Καὶ πάντως ἄριστα καὶ τοῦτο ἐνομοθέτησαν. Φησὶ γὰρ ὁ μέγας ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος μὴ ἐθέλοντας εἰς τὸν ἀγῶνα χωρεῖν φειδοῖ τῶν διωκόντων καὶ τῶν ἀσθενεστέρων. D Καὶ ἐν Εὐαγγελίοις ὁ Κύριος εἶπεν· *Ὅταν διώκωσιν ὑμᾶς ἐκ τῆς πόλεως ταύτης, φεύγετε εἰς τὴν ἑτέραν*, καὶ τὰ μὲν τοῦ κανόνος ἐν τούτοις· τοῦ δὲ χρηματισθέντος ἐπισκόπου Ἀμυκλείου κυροῦ Νικολάου τοῦ Μουζάλωνος κατὰ βίαν πρακτορικὴν ἀποκαρέντος, καὶ πολλὰ παρακλητεύσαντος, τὸ κατὰ βίαν εἰς αὐτὸν γεγονὸς περιαιρεθῆναι, καὶ πάλιν ἐνεργεῖν τὰ ἐπισκοπικὰ, ὁ ἁγιώτατος ἐκεῖνος πατριάρχης κυρὸς Λουκᾶς, βλέπων τοῦτον παρουσιάζοντα μετὰ ἐπισκοπικῶν ἀμφίων συνοδικῶς, οὐ παρεδέξατο αὐτὸν, εἰπὼν ὡς, εἰ μὲν τὴν συνοδικὴν ἐκδίκησιν καὶ διόρθωσιν ἀνέμενεν ὁ ἐπίσκοπος, εὗρεν ἂν κανονικὴν βοήθειαν· ἐπεὶ δὲ τὰ κατὰ βίαν

A « promoveri. Visum est ergo et eos, ut qui « nihil peccassent, si etiam præcedens eorum « vitæ instituendæ ratio recta inveniatur, pro« moveri. »

BALS. Quidam clerici et laici, manus tyrannorum fugientes, et comprehensi, vel ab aliquibus proditi, et iis quæ habebant privati, et nonnunquam etiam torti et in carcerem conjecti, se esse Christianos fatebantur. Quia autem a lictoribus in manus eorum thus forte injectum est, quod idolis sacrificatur, vel in ora eorum cibus aliquis idolis immolatus, a fidelium communione arcebantur; quod scilicet idolis sacrificassent: dicunt ergo Patres, id quod illis vi factum est, non esse illis impedimento, fatentibus perpetuo se esse Chri- B stianos, et cum compunctione id deflentibus quod in ipsos a tyrannis vi factum est. Nihil enim peccarunt, ut etiam a nobis puniantur. Sin autem ab aliquibus, propter majorem cautionem, vel propter ejus quod fieri oportet ignorationem, a communione sunt prohibiti, ut statim recipiantur sententiam tulere. Perinde autem ac si dixisset aliquis, canonem in solis laicis locum habere (clerici enim ex prædictorum canonum sententia recipientur), intulerunt, non solum ejusmodi laicos, sed etiam clericos nobiscum communicare. Hoc autem dictum est, eo quod sit magna differentia eorum qui Deum sponte negarunt, quoniam supplicia perferre non poterant, et eorum qui tale quid non C fecerunt facto proprio, sed inviti et per vim idolothyta susceperunt, vel thus, et ea despuerunt. Illi enim peccarunt, ut qui cesserint: debebant enim mori propter Christum. Qui vero vi thus solum susceperunt, nullum impium opus fecerunt. Quoniam ergo nihil peccarunt, laici quoque clerici fient, si digni inveniantur; omnino autem etiam clerici ad majores gradus propter eamdem rationem provehentur. Quoniam autem nonnulli eos accusabant, ut qui martyrium fugissent et cunctati essent, dixerunt Patres, eos non ideo lædi. Et omnino id optime sanxerunt. Dicit enim magnus Theologus Gregorius, non esse sua sponte ad certamen procedendum, ut et persequentibus et imbecillioribus parcatur. Et Dominus dixit in Evangeliis: *Quando* D *vos ex hac civitate persequentur, fugite in aliam* [93]. Et in his quidem expositus est canon. Cum autem dominus Nicolaus Muzalon, Amyclæus episcopus dictus, vi a magistratu tonsus esset, **376** et supplex contenderet, ut quod vi in eum factum erat tolleretur, et episcopale rursus munus obiret; sanctissimus ille patriarcha dominus Lucas, videns illum synodice cum vestibus episcopalibus præsentem, eum non admisit, dicens, quod si synodalem quidem sententiam et correctionem exspectasset episcopus, canonicum auxilium invenisset: sed quia vestes monasticas, quibus vi indutus fuerat, inordinate exuit, et sibi ipsi jus dixit, auxilium

[93] Matth. x, 23.

non assequetur. Sed cum sanctissimus ille patriarcha ad Dominum migrasset, qui ei successit sanctissimus patriarcha dominus Michael, vi quidem factam tonsuram tanquam non factam reputans, episcopum synodice justificavit, et eo præcipue, quod cum monasticis omnino apparere haudquaquam coactus sit. Si enim, inquit, vidisset eum cum monasticis præsentem, illum non restituisset; ut qui, quod factum est, admisit. Cumque nonnulli dicebant, admittendas esse tonsuras in periculo factas, ille judicabat tonsuram vi factam non eam esse, quæ periculo facta dicitur, sed quæ fit propter morbum. Et sic quidem restitutionem post decreta perfecit. Episcopum autem, ut qui negligens fuisset, et sibi jus dixisset, ad tempus celebrandi officio privavit. Quin et alii multi vi ab Agarenis circumcisi, et qui alia multa impia vel fecerant vel passi erant, post puram et convenientem pœnitentiam, ab Ecclesia recepti sunt, et pœnis impositis medelam acceperunt. Porro et Comnenam dominam Theodoram, quæ dicta est Lapardæ illius domini Andronici conjux, vi illius tyranni Andronici tonsam, Constantinopolitana synodus non sivit mutare habitum, nec cum Crate Hungariæ, qui hoc vehementissime petebat, conjungi; eo quod post ejus viri mortem processisset tonsura, etiamsi vi facta esset, et in cœnobiaco monasterio vitam egisset. Cum tamen alias nobiles feminas sic tonsas æquum censuit hæc synodus ad pristinum habitum reverti, vel quod eorum mariti superessent, vel quod tonsuram omnino non admisissent post mortem tyranni.

A περιβληθέντα αὐτῷ μοναχικὰ ἄμφια ἀσυντάκτως ἀπέθετο, καὶ αὐτεκδίκητος γέγονεν, οὐ τεύξεται βοηθείας. Ἀλλὰ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου τούτου μεταστάντος πρὸς Κύριον, ὁ μετ' ἐκεῖνον ἁγιώτατος πατριάρχης κυρὸς Μιχαὴλ, τὴν μὲν κατὰ βίαν γενομένην ἀπόκαρσιν ὡς μηδὲ γενομένην λογιζόμενος, ἐδικαίωσε συνοδικῶς (71) τὸν ἐπίσκοπον, καὶ μᾶλλον ὡς μηδὲ ἀναγκαζόμενον ὅλως μετὰ τῶν μοναχικῶν ἐμφανισθῆναι. Εἰ γὰρ, φησὶν, ἔβλεπε τοῦτο μετὰ τῶν μοναχικῶν παριστάμενον, οὐκ ἂν αὐτὸν ἀποκατέστησαν, ὡς καταδεξάμενον τὸ γεγονός· ὅτε καί τινων εἰπόντων, δεκτὰς εἶναι τὰς περιστατικὰς ἀποκάρσεις, αὐτὸς διέγνω τὴν κατὰ βίαν ἀπόκαρσιν μὴ εἶναι περιστατικὴν, ἀλλὰ τὴν διὰ νόσον. Καὶ τὴν μὲν ἀποκατάστασιν οὕτως ἐποιήσατο μετὰ σημειώ- B ματα· τὸν δὲ ἐπίσκοπον, ὡς ὀλιγωρήσαντα, καὶ ἑαυτὸν δικαιώσαντα, καιρικῆς ἀλειτουργησίας ἐπιτιμίῳ ὑπέβαλε. Καὶ ἄλλοι δὲ πολλοὶ κατὰ βίαν περιτμηθέντες παρὰ Ἀγαρηνῶν, καὶ ἄλλα τινὰ πεποιηκότες ἢ καὶ παθόντες ἀσεβῆ, μετὰ ἐξομολόγησιν καθαρὰν καὶ προσήκουσαν μετάνοιαν παρὰ τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐδέχθησαν, καὶ δι' ἐπιτιμίων ἐθεραπεύθησαν. Τὴν μέντοι Κομνηνὴν (72) κυρὰν Θεοδώραν τὴν χρηματίσασαν σύμβιον τοῦ Λαπαρδᾶ ἐκείνου κυροῦ Ἀνδρονίκου, ἀποκαρεῖσαν κατὰ βίαν τοῦ τυράννου, ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει σύνοδος οὐ παρεχώρησε μετασχηματισθῆναι, καὶ συζυγῆναι τῷ Κράτῃ Οὐγγρίας, ἐκθύμως τοῦτο ζητήσαντι, διὰ τὸ μετὰ θάνατον τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς στοι- C χῆσαι τῇ ἀποκάρσει, κἂν κατὰ βίαν ἐγένετο, καὶ ἐν κοινοβιακῇ διάγειν μονῇ. Ἑτέρας δὲ γυναῖκας εὐγενεῖς οὕτως ἀποκαρείσας ἐδικαίωσεν ἡ αὐτὴ σύνοδος μετὰ θάνατον τοῦ τυράννου μετασχηματισθῆναι, ἢ ὡς ἔτι περιόντων τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν, ἢ διὰ τὸ μὴ καταδέξασθαι ὅλως τὴν ἀπόκαρσιν μετὰ θάνατον τοῦ τυράννου.

ZONAR. Lex martyrii est, magni Theologi Gregorii testimonio, ut neque nos sponte certamini offeramus, et iis qui nobis infesti sunt, et imbecillioribus parcentes, etc. Proinde nonnulli, suæ sibi infirmitatis conscii, dum tyrannorum furor in Christianos baccharetur, fuga sibi et latebris prospiciebant, evangelicum in ea re præceptum secuti, dicente Domino: *Cum vos ex hac urbe persequentur, fugite in aliam.* Quicunque igitur in fuga comprehensi, vel a familiaribus proditi (nam id quoque Christus indicavit: *Tradet*, ait, *pater filium et frater fratrem*[94]), quique facultatibus spoliati,

ΖΩΝΑΡ. Νόμος μαρτυρίου, φησὶν ὁ μέγας ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριος, μήτε ἐθέλοντας εἰς τὸν ἀγῶνα χωρεῖν φειδοῖ τῶν διωκόντων καὶ τῶν ἀσθενεστέρων, καὶ τὰ ἑξῆς. Διὰ γοῦν τοῦτον τὸν λόγον τινὲς ἑαυτοῖς συνειδότες ἀσθένειαν, ἐν τοῖς διωγμοῖς ἔφευγον καὶ ἐκρύπτοντο, κἀνταῦθα εὐαγγελικὴν πληροῦντες διαταγὴν, τοῦ Κυρίου εἰπόντος· *Ὅταν διώκωσιν ὑμᾶς ἐκ τῆς πόλεως ταύτης, φεύγετε εἰς τὴν ἑτέραν.* Τοὺς οὖν φεύγοντας καὶ συλληφθέντας, ἢ D ὑπὸ οἰκείων παραδοθέντας (καὶ τοῦτο δὲ τοῦ Κυρίου ἀπόφασις φήσαντος· *Παραδώσουσι δὲ γονεῖς τέκνα, καὶ ἀδελφὸν ἀδελφός*), καὶ τοὺς ἀφαιρεθέν-

[94] Matth. x, 21.

Guill. Beveregii notæ.

(71) *Ἐδικαίωσε συνοδικῶς.* Hæc Balsamonis verba, usque ad μετὰ σημειώματα inclusive, codici nostro Bodleiano debemus: neque enim in Parisiensi editione, neque in ms. Amerbachiano habentur.

(72) *Τὴν μέντοι Κομνηνήν.* Hæc usque ad finem hujus interpretationis exstant in supplemento ad Parisiensem Balsamonis editionem; unde etiam huc translata sunt: sed in codice nostro Bodleiano paulo aliter leguntur, præsertim in initio, hoc videl. modo: Τὴν μέντοι Κομνηνὴν κυρὰν Θεοδώραν, τὴν τοῦ Λαπαρδοῦ χρηματίσασαν σύζυγον, ἀποκαρεῖσαν παρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Ἀνδρονίκου, ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει σύνοδος οὐ παρεχώρησε μετασχηματισθῆναι, etc. *Porro et Comnenam dominam Theodoram, conjugem Lapardæ dictam, ab imperatore domino Andronico tonsam, synodus Constantinopolitana habitum mutare non permisit.* De Laparda, cujus hic fit mentio, Nicetas Choniates etiam meminit in *Andronico Comneno*, l. 1. Hæc autem in codice Amerbachiano desiderantur; neque Balsamonis esse affirmare ausim.

τας τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῖς, ἢ ὑπομείναντας βασάνους, ἢ ἐγκλεισθέντας δεσμωτηρίοις, διόλου δὲ ὁμολογοῦντας ὅτι Χριστιανοί εἰσι, καὶ περισχισθέντας τοὺς χιτῶνας, καὶ γυμνωθέντας, καὶ ἢ εἰς τὰς χεῖρας αὐτῶν πρὸς βίαν ἀκόντων ἐκείνων ἐμβαλόντων τι τῶν βιαζομένων, οἷον λιβανωτὸν ἢ ἕτερόν τι εἰς θυσίαν τοῖς εἰδωλολάτραις προσαγομένων, ἢ βρῶμά τι τῶν εἰδωλοθύτων δεξαμένους εἰς τὸ στόμα, πρὸς ἀνάγκης αὐτὸ τῶν βιαστῶν ἐμβαλόντων, τοὺς τοιοῦτόν τι πεπονθότας, βοῶντας δὲ διόλου ὅτι εἰσὶ Χριστιανοὶ, καὶ διὰ τοῦτο πενθοῦντας, καὶ τῇ τε καταστολῇ καὶ τῷ σχήματι τὸ πένθος ἐνδεικνυμένους (καταστολὴ δὲ τὸ μέτριον καὶ κατεσταλμένον τοῦ ἤθους ἐστὶν), ἢ τὰ περιβλήματα καὶ ἡ στολή· σχῆμα δὲ, ἡ ἔξωθεν φαινομένη κατήφεια, τὴν λύπην δηλοῦσα, ὃ καὶ βίου ταπεινότητα ὠνόμασεν ὁ κανών· τούτους οὖν μηδὲν ἁμαρτῆσαι οἱ Πατέρες φασίν· οὔτε γὰρ τὸ εἰδωλόθυτόν τι ἄκοντας δέξασθαι εἰς τὸ στόμα, οὔτε τὸ ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν ἐκβληθῆναι λιβανωτὸν ἁμαρτία ἐστὶν, εἰ ἐκεῖνοι καὶ τούτων γινομένων ἐπεκαλοῦντο τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ, καὶ Θεὸν ὡμολόγουν αὐτόν· καὶ ὡς μηδὲν ἁμαρτάνοντας, μὴ κωλύεσθαι τῆς κοινωνίας παρεκελεύσαντο. Κἄν τινες ἴσως ἀγνοήσαντες τὸ προσῆκον, ἢ πλέον τοῦ δέοντος τῆς ἀκριβείας ἐχόμενοι, ἐκώλυσάν τινας τῆς κοινωνίας, εὐθὺς δεχθῆναι τούτους ἐγνωμοδότησαν, κἄν τε τῶν τοῦ κλήρου ἦσαν, κἄν τε τῶν τοῦ λαοῦ. Τοσοῦτον δὲ, φασὶν, οὐ λογισθήσεται τὰ ἄνω εἰρημένα εἰς ἁμάρτημα, ὥστε κἂν λαϊκός τις ᾖ ὁ ταῦτα ὑπομείνας, κωλυθήσεται διὰ ταῦτα εἰς ἱερωσύνην προβιβασθῆναι, εἰ ὁ βίος αὐτοῦ ὁ πρὸ τούτου ἀνεπίληπτος ἦν καὶ ὀρθῶς πεπολίτευτο.

ΑΡΙΣΤ. « Οἱ βασανισθέντες καὶ βιασθέντες ἀληθῶς « καὶ μετὰ τυραννίδος βρώματα λαβόντες εἰδώ« λου, τῆς κοινωνίας μὴ κωλυέσθωσαν. Καὶ « λαϊκοὶ δὲ τοῦτο παθόντες, ὡς οὐδὲν ἡμαρτηκό« τες, εἰ βούλοιντο χειροτονίας τυχεῖν, τυγχα« νέτωσαν, ἄλλως ἀνεπίληπτοι ὄντες. »

Οἱ μετὰ βασάνων εἰδωλόθυτον βρῶμα δέξασθαι βιασθέντες τῶν βιαζόντων τῷ στόματι αὐτῶν τοῦτο ἐμβαλόντων μετὰ ἀνάγκης, ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ τοιουτοτρόπως λιβανωτὸν εἰς τὰς χεῖρας αὐτῶν δεξάμενοι, καὶ πρὸς βίαν εἰς τὸν τρίποδα ἐπιρρῖψαι τοῦτο καταναγκασθέντες· ὁμολογοῦντες δὲ διόλου ὅτι εἰσὶ Χριστιανοὶ, καὶ τούτου συμβάντος πένθος ἀεὶ ἐπιδεικνύμενοι τῇ πάσῃ καταστολῇ καὶ τῷ σχήματι, καὶ τῇ τοῦ βίου ταπεινότητι, οὗτοι ὡς ἔξω ἁμαρτήματος ὄντες, τῆς κοινωνίας μὴ κωλυέσθωσαν, ἀλλ' ἐν τῇ οἰκείᾳ τιμῇ μενέτωσαν. Εἰ δὲ λαϊκοί εἰσιν οἱ τοιοῦτοι, καὶ βούλοιντο χειροτονίας τυχεῖν, τυγχανέτωσαν, ἐὰν ὁ προλαβὼν βίος αὐτῶν ἐστιν ἀνεπίληπτος· ἐκ τούτου μόνου οὐ κωλυθήσονται τῆς τοιαύτης ἐπιτυχεῖν τιμῆς.

ΚΑΝΩΝ Δ'.

« Περὶ τῶν πρὸς βίαν θυσάντων, ἐπὶ δὲ τούτοις καὶ « τῶν δειπνησάντων εἰς τὰ εἴδωλα ὅσοι μὲν ἀπαγό-

vel tormenta perpessi, vel in carcerem conjecti, perpetuo tamen, vestibus quoque dilaceratis corporique detractis, sese Christianos esse professi sunt; etiamsi vel aliquid per vim repugnantium manibus sit injectum, thus videlicet aut aliud quidpiam eorum, quæ in idolorum sacrificiis adhiberi solita sunt, vel cibi aliquid ex immolatis per vim a coactoribus immissum ore excepere, qui aliquid ejusmodi perpessi fuerint, Christianos se esse nihilominus interea clamitantes, atque ob id quod factum fuit dolentes, ac dolorem demissione habituque præ se ferentes (est autem remissio Græce καταστολὴ, æquabilis ac moderata morum compositio; quamvis eodem verbo amictus quoque ornatusque corporis significari queat : habitus vero, Græce σχῆμα, tristitia extrinsecus apparens, conditaque animo mœrorem indicans, quam etiam vitæ humilitatem canon appellavit); ab iis ergo nihil peccatum esse Patres asserunt. Neque enim, quod vel idolothytum ore vel quod thus aut aliquid simile manibus, nolentes exceperint, id criminis loco poni debet; si tamen illi interea quoque, dum hæc fierent, Christum appellabant, **377** Deumque ipsum esse profitebantur : ac tanquam nulli culpæ affines, nullo modo a communione arcendos esse definivere. Quod si nonnullos etiam, æquitatis forte ignoratione, aut plus justo diligentiores aliqui communione prohibuerint, sive e clero illi sive e populo fuerint, admittendos esse illico decrevere. Tantum porro abest, ut quæ supra commemoravimus, crimini sint ducenda, ut etiamsi laico homini cuipiam perferenda fuerint, nihil tamen, modo vitam alioqui suspicione vacuam ac probatam traduxerit, quominus ad sacros ordines evehi liceat, obstare velint.

ARIST. « Qui tormentis subjecti et vim vere passi « sunt, et post tyrannidem cibum idolis oblatum « sumunt, a communione ne prohibeantur. Et « laici hoc passi, ut nihil transgressi, si ordinationem velint consequi, consequantur, modo « aliter inculpati sint. »

Qui cum tormentis cibum idolis immolatum recipere coacti sunt, istis, qui eos cogunt, in os eorum illud violenter injicientibus; similiter et si thus eodem modo in manus suas recipiant, et illud per vim in tripodem injicere compulsi sint; sed confitentur omnino se esse Christianos, et cum hoc contigerit, luctum omni modestia et habitu et vitæ humilitate ostendunt, hi, ut qui sunt extra peccatum, a communione ne arceantur, sed in proprio honore maneant. Si autem tales sint laici et ordinationis compotes esse cupiunt, consequantur, si præcedens eorum vita inculpata fuerit; ex eo ejusmodi honoris participes esse ne prohibeantur.

CANON IV.

« De iis, qui vi sacrificarunt, et præterea ad idola « pransi sunt, quicunque abducti quidem, et

« lætiore habitu accesserunt, et veste sumptuo- A
« siore usi sunt, et parati prandii, non ægre id
« ferentes, participes fuerunt, visum est, anno
« audire, tribus autem annis substerni, orationi
« vero duobus annis communicare, et tunc ad
« id quod est perfectum accedere. »

ΒΑΛΣ. Τινὲς ἄπιστοι τὸ μὲν κήρυγμα ἐδέχοντο, καὶ ἐπίστευον τῷ Χριστῷ· βαπτίζεσθαι δὲ ὑπερετίθεντο. Ἐπεὶ οὖν οὗτοι κατὰ τοὺς λοιποὺς ἀπίστους (77) θύσαντες ἠξίουν, μετὰ τὸ βαπτισθῆναι, ἱερωθῆναι, καὶ οὐ παρεχωροῦντο, ὡς τινῶν λεγόντων μὴ ὀφεί-

« placuit, iis, quibus desponsæ erant, reddi, « etiam si vim passæ sint. »

BALS. De iis, qui quaslibet puellas rapiunt, ea quæ sunt consentanea tractata sunt in cap. 30 tit. 9 præsentis operis, et lege ipsum. Similiter lege et 92 canonem synodi in Trullo, et tit. 58 totum lib. LX. Cum autem audis canonem dicentem, raptas reddendas iis quibus desponsæ fuerant, ne dicas eos cogi illas accipere, sed ipsos quoque velle eas quærere. Hoc enim etiam in mulieribus adulteris dictum est, in lib. XXVIII, tit. 7, cap. 1, quod quidem est Justiniani Novella 117. Sin autem velis dicere, eas sponsos vel invitos accipere; canonem interpretare convenienter epistolæ sancti Gregorii Thaumaturgi; quam etiam lege in principio: itemque ea, quæ ad expositionem istius epistolæ scripta sunt, sed et vicesimum secundum canonem sancti Basilii sic expone.

ZONAR. Magnus quoque Basilius canone vicesimo secundo, qui mulierem raptam habet, non prius ad pœnitentiam admitti sinit, quam mulier ab eo abducta priori sponso, si tamen eam ducere adhuc ille in animo habeat, restituta sit. Eodem modo hic etiam canon intelligendus; raptas videlicet mulieres iis, quibus ante desponsæ fuerant, si nimirum illi ducere velint, esse reddendas. Inviti enim non cogentur.

ARIST. « Si desponsata sit puella, ab alio vero « rapta fuerit, priori restituitur. »

Hic quidem canon desponsam cuipiam puellam et postea ab alio raptam, priori sponso restitui jubet, etiamsi ab eo qui ipsam rapuit, virgo corrupta sit. At quinquagesimus octavus tit. lib. LX Basilic. magnis pœnis eum subjicit, qui mulierem rapuit, eumque qui opem isti in raptu tulit, eosque qui diligentiam quamcunque ei contulerunt. Et non permittit, quamvis ipsa mulier rapta et quamvis ipsius parentes voluerint, isti, qui eam rapuit, matrimonio conjungi. Sed et si parentes istiusmodi assentiantur conjugio, exterminantur.

385 CANON XII.

« Eos qui ante baptismum sacrificarunt, et postea « baptizati sunt, visum est ad ordinem promo« veri, ut qui abluti sunt. »

BALS. Infideles aliqui prædicationem quidem susceperunt, et Christo credebant, baptizari autem differebant. Quoniam ergo ii, ut reliqui infideles, sacrificantes, ubi baptizati fuerant, volebant sacris initiari, et non sinebantur, eo quod nonnulli dice-

Guill. Beveregii notæ.

(77) Ἐπεὶ οὖν οὗτοι κατὰ τοὺς λοιποὺς ἀπίστους. Ita quidem cum Bodleiano Amerbachianus quoque codex legit; sed in Parisiensi Balsamonis editione pro istis verbis legitur tantum, ἐπεὶ οὗτοι κατὰ τοὺς λοιπούς.

rent, eos non esse ad gradus ecclesiasticos provehendos, ex prædictis canonibus eos punientibus qui idolis sacrificarunt: statuerunt Patres, ut ii ad sacerdotium proveherentur, ut qui per sacrum baptismum abluti et omni peccati sorde mundati essent. Interrogaverit autem quispiam, Quamnam ob causam hos quidem, qui sua sponte et non vi sacrificarunt, suscipimus et baptizamus, et clero ordinamus; Christianos autem, qui vi sacrificarunt, non solum sacerdotio dignos non existimamus, sed pœnis etiam subjicimus, ut prius dictum est? *Solutio.* Illi quidem, cum sint Christiani, vim tormentorum non perferentes, sed immolantes, Deum abnegarunt, et, ut qui gravissime deliquissent, ad sacerdotium non admittuntur, sed puniuntur: hi autem, infideles cum essent a nativitate, et ante divinum baptismum sacrificarunt, Deum non negaverunt. Quomodo enim negassent quem nondum susceperant, quod baptizati non essent? et ideo non peccarunt, suæ superstitionis ritui convenienter facientes; proinde ad Ecclesiam accedentes suscipiuntur, ut infideles; et quoniam ii baptizati etiam sacerdotio digni habentur, cum episcopali examinatione, nec ipsi ad sacra admitti prohibebuntur, sed in iis fient omnia quæ a sanctis Patribus constituta sunt de infidelibus baptizatis, et volentibus ad sacros ordines promoveri.

Alia interpretatio.

Præsenti canone usus ille sanctissimus patriarcha dominus Polyeuctus, primum quidem ex sanctissimæ Dei Magnæ ecclesiæ sacris ambitibus imperatorem dominum Joannem Tzimiscem expulit, ut qui imperatorem Nicephorum Phocam interfecit; postea autem suscepit. Dixit enim cum sancta synodo, in synodalibus actis quæ tunc habita fuerunt, quæ in chartophylacio reponuntur, quod quoniam sancti baptismatis unctio omnia, quæ ante baptismum fuerunt, qualia et quantacunque sunt, peccata delet, omnino imperatoris quoque unctio cædem, quæ ante eam a Tzimisce facta est, delevit. Et ergo actioni consequenter, quicunque sunt paulo misericordiores, et Dei misericordiam ante judicium corripiunt, per episcopalem unctionem quæ ante eam commissa sunt peccata deleri dicunt, et pulchre instant de animæ peccatis ante sacerdotium commissis sacerdotes non postulari. Ut enim imperatores uncti Domini appellati sunt, sic etiam antistites et sunt et nominantur. Dictum autem suum ex hoc quoque confirmant, quod ejusdem virtutis sunt preces quæ leguntur quando imperatores coronantur, et quando ordinantur antistites. Pro oleo autem, quo antiqua lege inungebantur reges et antistites, dicunt antistitibus sufficere Evangelii jugum collis eorum impositum et ejus

A λειν τούτους εἰς βαθμοὺς ἐκκλησιαστικοὺς προαναβιβάζεσθαι κατὰ τοὺς προῤῥηθέντας κανόνας, τοὺς ἐπιτιμῶντας τοὺς θύσαντας τοῖς εἰδώλοις· διωρίσαντο οἱ Πατέρες τούτους εἰς ἱερωσύνην προάγεσθαι ὡς διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἀπολουσαμένους καὶ καθαρισθέντας ἀπὸ παντὸς ῥύπου ἁμαρτίας. Ἐρωτήσει δέ τις, Καὶ τίνος χάριν τούτους μὲν ἑκόντι καὶ μὴ κατὰ βίαν θύσαντας δεχόμεθα καὶ βαπτίζομεν, καὶ τῷ κλήρῳ συντάττομεν, τοὺς δὲ Χριστιανοὺς κατὰ βίαν θύσαντας οὐ μόνον ἱερωσύνης οὐκ ἀξιοῦμεν, ἀλλὰ ἐπιτιμίοις καθυποβάλλομεν, ὡς προείρηται; *Λύσις.* Ἐκεῖνοι μὲν, Χριστιανοὶ ὄντες καὶ τὰς βασάνους μὴ ἀναμείναντες, ἀλλὰ θύσαντες, ἀρνησίθεοι γεγόνασι, καὶ ὡς τὰ ἔσχατα ἐπταικότες εἰς ἱερωσύνην οὐ παραδέχονται, ἀλλὰ καὶ ἐπιτιμῶνται·
B οὗτοι δὲ, ἐκ γενετῆς ὄντες ἄπιστοι καὶ πρὸ τοῦ θείου βαπτίσματος θύσαντες, οὐκ ἠρνήσαντο τὸν Θεόν. Πῶς γὰρ, ὃν ἔτι οὐ παρεδέξαντο, διὰ τὸ μηδὲ βαπτισθῆναι, καὶ κατὰ τοῦτο οὐδὲ ἥμαρτον ποιήσαντες κατὰ τὴν οἰκείαν θρησκείαν; κἀντεῦθεν καὶ προσερχόμενοι τῇ Ἐκκλησίᾳ δέχονται ὡς ἄπιστοι· καὶ ἐπεὶ οἱ τοιοῦτοι βαπτιζόμενοι καὶ ἱερωσύνης ἀξιοῦνται μετὰ δοκιμασίας ἐπισκοπικῆς, οὐδὲ αὐτοὶ κωλυθήσονται ἱερωθῆναι, ἀλλὰ γενήσεται καὶ ἐπὶ τούτοις πάντα τὰ τοῖς θείοις Πατράσι διωρισμένα χάριν τῶν ἐξ ἀπίστων βαπτισθέντων καὶ θελόντων ἱερωθῆναι.

Ἑτέρα ἑρμηνεία (78).

Τῷ παρόντι κανόνι χρησάμενος ὁ ἁγιώτατος ἐκεῖνος
C πατριάρχης κῦρος Πολύευκτος πρῶτον μὲν ἐξώθησεν ἐκ τῶν ἱερῶν περιβόλων τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ Μεγάλης ἐκκλησίας τὸν βασιλέα κύριον Ἰωάννην τὸν Τζιμισκῆν ὡς φονεύσαντα τὸν βασιλέα κύριον Νικηφόρον τὸν Φωκᾶν· ὕστερον δὲ ἐδέξατο. Εἶπε γὰρ μετὰ τῆς ἁγίας συνόδου ἐν τῇ γενομένῃ τηνικαῦτα συνοδικῇ πράξει, τῇ ἐν τῷ χαρτοφυλακείῳ ἀποκειμένῃ, ὡς, ἐπεὶ τὸ χρίσμα τοῦ ἁγίου βαπτίσματος τὰ πρὸ τούτου ἁμαρτήματα ἀπαλείφει, οἷα καὶ ὅσα ἂν ὦσι, πάντως καὶ τὸ χρίσμα τῆς βασιλείας τὸν πρὸ ταύτης γεγονότα φόνον παρὰ τοῦ Τζιμισκῆ ἐξήλειψεν. Ἀκολούθως οὖν τῇ τοιαύτῃ πράξει λέγουσιν ὅσοι μᾶλλόν εἰσι συμπαθέστεροι καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ ἔλεον τῆς κρίσεως προαρπάζουσι, διὰ τοῦ χρίσματος
D τῆς ἀρχιερωσύνης τὰ πρὸ ταύτης ἀπαλείφεσθαι ἁμαρτήματα, καὶ διενίστανται τῶν πρὸ τῆς ἀρχιερωσύνης ψυχικῶν μολυσμάτων τοὺς ἀρχιερεῖς μὴ εὐθύνεσθαι· ὡς γὰρ οἱ βασιλεῖς χριστοὶ κύριοι λέγονται καὶ εἰσὶν, οὕτω καὶ ἀρχιερεῖς εἰσί τε καὶ ὀνομάζονται. Κατασκευάζονται δὲ τὸν οἰκεῖον λόγον καὶ ἀπὸ τοῦ εἶναι τὰς ἀναγινωσκομένας εὐχὰς, ὅτε στέφονται οἱ βασιλεῖς, τῆς αὐτῆς δυνάμεως καὶ ὅτε χειροτονοῦνται οἱ ἀρχιερεῖς. Ἀντὶ δὲ τοῦ χριομένου ἐλαίου τοῖς βασιλεῦσι καὶ τοῖς ἀρχιερεῦσι, κατὰ τὸν παλαιὸν νόμον, εἶπον ἀρκεῖν τοῖς ἀρχιερεῦσι τὸν ἐπικείμενον ζυγὸν

Guill. Beveregii notæ.

(78) *Ἑτέρα ἑρμηνεία.* Hanc alteram hujus canonis interpretationem codici nostro Bodleiano acceptam ferimus; exstat autem et in ms. Amerbachiano, necnon in Tiliano. Nam Gentianus Hervetus eam Latine vertit.

A τοῦ Εὐαγγελίου τῷ τραχήλῳ αὐτῶν, καὶ δι' ἐπικλήσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος σφραγῖδα τοῦ χειροτονοῦντος. Εἰς σύστασιν δὲ τούτων πάντων ἀναντίῤῥητον χρῶνται καὶ τῷ τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχή, Πάλιν ἐπ' ἐμὲ χρῖσμα καὶ πνεῦμα. Ἀφ' οὗ μάθῃς ὅτι οὐδὲν ἧττον ἀξιοῦται τῆς τοῦ παναγίου Πνεύματος χάριτος ὁ ἀναξίως χειροτονηθεὶς, καὶ ἐν καθαρότητι τὸν μετὰ τὴν χειροτονίαν βίον ἀνύσας, τοῦ ἀξίως χειροτονηθέντος, καὶ μετὰ τῆς αὐτῆς καθαρότητος τὸν ἐν ἡμῖν βίον ἀπολιπόντος. Ταῦτα περὶ ἀρχιερέων· περὶ γὰρ ἱερέων καὶ ἑτέρων κληρικῶν ζήτει συνόδου Νικαίας κανόνα ιθ', συνόδου Νεοκαισαρείας κανόνα θ', ια', Βασιλείου κανόνα κζ', καὶ Θεοφίλου ἐκ τοῦ ὑπομνηστικοῦ κανόνα δ', ε', η'. Καὶ σημείωσαι ἐκ τούτων ὅτι ἡ χειροτονία B τῶν ἀρχιερέων καὶ τὸ χρῖσμα τῶν βασιλέων ἀπαλείφουσι τὰ πρὸ τῆς χειροτονίας καὶ τοῦ χρίσματος ἁμαρτήματα, οἷα ἂν ὦσι· διὰ γὰρ τοῦτο ἔχουσιν οἱ ἐπίσκοποι ἐξουσίαν ἀφιέναι ἁμαρτήματα, ὡς ἀκούσαντες ἅμα τῷ χειροτονηθῆναι, *Ὅσα δήσετε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένα ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ὅσα λύσετε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένα ἐν τῷ οὐρανῷ.* Ἡ δὲ τῶν ἱερέων καὶ τῶν λοιπῶν χειροτονία μικρὰ ἁμαρτήματα ἀπαλείφει, οἷον συγκατάθεσιν, ψεῦδος καὶ τοιαῦτα, μὴ ἐπάγοντα καθαίρεσιν, πορνείαν δὲ οὐχί. Ὅθεν οὐδὲ ἀφιέναι ἁμαρτίας οἱ ἱερεῖς δύνανται. Καὶ ἀνάγνωσον τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου κανόνα θ', τὰ αὐτὰ περὶ ἱερέων λέγοντα. Μὴ ἐναντιωθῇ δέ σοι ὁ ιζ' κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων, λέγων· Ὁ δυσὶ γάμοις συμπλακεὶς μετὰ τὸ βάπτισμα, C ἢ παλλακὴν κτησάμενος, οὐ δύναται εἶναι ἐπίσκοπος, πρεσβύτερος ἢ διάκονος, ἢ ὅλως τοῦ ἱερατικοῦ καταλόγου, μηδὲ ὁ ιη' τὰ αὐτὰ σχεδὸν διοριζόμενος. Ἀλλ' ἐκλαβοῦ τὸ εἶναι εἰς τὸ γίνεσθαι, καὶ εἰπὲ, Οὐδεὶς οὕτως ὀλισθήσας ἀξιωθήσεται ἐπισκοπικοῦ ἢ ἱερατικοῦ ἀξιώματος. Ἀξιωθεὶς δὲ παρὰ τὰ δεδογμένα, εἰ μὲν ἐστιν ἐπίσκοπος, οὐκ ἀνακριθήσεται διὰ τὰς ῥηθείσας αἰτίας, καὶ οἱ ἀρχιερεῖς ἅμα τῷ χειροτονηθῆναι οὐ μόνον ἀποστολικοῦ χαρίσματος ἀξιοῦνται, ἀλλὰ καὶ προφητικοῦ. Οὕτω γὰρ καὶ Σαοὺλ ἐν προφήταις, καὶ Καϊάφας ἄκων προεφήτευσεν· ἦν γὰρ, φησὶν, ἀρχιερεὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου· εἰ δὲ ἱερεύς ἐστιν ἢ ἕτερος ἱερωμένος, καθαιρεθήσεται. Ἀνάγνωσον καὶ τὸ κθ' κεφ. τοῦ θ' τίτλου τοῦ παρόντος D συντάγματος, καὶ εὑρήσεις ἐν αὐτῷ νόμους διαφόρους πολλὰ περὶ ἱερέων καὶ ἑτέρων ἱερωμένων διαλαμβάνοντας, ἐπισκόπων δὲ ὅλως μνείαν μὴ ποιουμένους.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ παλαιὸν τὸ μὲν κήρυγμα ἐδέχοντο οἱ πλείους, καὶ ἐπίστευον τῷ Χριστῷ, βαπτίζεσθαι δὲ ὑπερετίθεντο. Διὸ καὶ ὁ Θεολόγος Γρηγόριος καὶ ὁ μέγας Βασίλειος τοὺς εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα προτρεπτικοὺς συνεγράψαντο λόγους. Ἦσαν οὖν ἐν τοῖς καιροῖς τῶν διωγμῶν τοιοῦτοι πολλοί, Χριστιανοὶ μὲν ὄντες, μήπω δὲ βαπτισθέντες. Φησὶν οὖν περὶ τούτων ὁ κανὼν ὅτι, ἐάν τινες ἔθυσαν κατασχεθέντες ὡς Χριστιανοὶ, ἀφώτιστοι δὲ ὄντες μετὰ ταῦτα ἐβαπτίσθησαν, οὐδὲν αὐτοὺς κωλύει τὸ θῦσαι εἰς τὸ προαρ-

qui ordinat characterem, cum sancti Spiritus invocatione. Ad irrefutabilem autem horum omnium comprobationem, magni quoque Gregorii Theologi sermone utuntur, cujus initium, Rursus super me unctio et spiritus. Unde discas, quod nihilominus sancti Spiritus gratia dignus censetur is, qui indigne electus in puritate post ordinationem vitam transigit, quam is qui digne electus, et post istam puritatem vitam nostram reliquit. Hæc de antistitibus. De sacerdotibus enim et aliis clericis quære synodi Nicænæ canonem decimum nonum, synodi Neocæsariensis canonem 9 et 11, Basilii 386 canonem 27 et Theophili ex commentario canones 4, 5 et 8. Et nota ex iis, quod antistitum quidem ordinatio et regum unctio, quæ ante ordinationem et unctionem fuerunt, delent. Propterea enim habent potestatem episcopi remittendi peccata; ut qui cum primum ordinati sunt audiverint: *Quæcunque ligaveritis super terram erunt ligata in cœlis, et quæcunque solveritis super terram erunt soluta in cœlis* [93]. Sacerdotum autem, et aliorum qui sunt in sacris, ordinatio, parva quidem peccata delet, consensum dico et mendacium, et similia quæ depositionem non inducunt; non autem fornicationem. Unde nec sacerdotes possunt peccata remittere. Et lege Neocæsariensis syn. canonem 9, qui eadem dicit de sacerdotibus. In his autem ne tibi contrarius videatur canon 17 sanctorum apostolorum, dicens, Qui duobus matrimoniis post baptismum fuit colligatus, vel habuit concubinam, non potest esse episcopus, aut presbyter, aut diaconus, vel omnino in catalogo sacerdotali; neque decimus octavus eadem fere statuens. Sed accipe illud, esse, pro, fieri; et dic, quod nemo, qui sic lapsus est, episcopali vel sacerdotali honori dignus habebitur. Qui autem præter decreta dignus habetur, siquidem est episcopus, non postulabitur propter dictas causas, et quod antistites cum primum sunt ordinati, non solum apostolica gratia digni sunt, sed etiam prophetica. Sic enim et Saul inter prophetas, et Caiphas invitus prophetizavit. Erat enim, inquit, pontifex anni illius. Sin sacerdos sit, aut alius sacris initiatus, deponetur. Lege et cap. 29 tit. 9 præsentis operis, et invenies in eo leges diversas, quæ multa de sacerdotibus et aliis qui sunt in sacris tractent; episcoporum autem omnino mentionem non faciunt.

ZONAR. Mysteria quidem olim nostræ religionis audita plures admittebant, ac fidei, quæ de Christo est, plane assentiebantur; sed baptismi diem longius nihilominus extrahebant. Ex quo et Gregorii Theologi et magni Basilii orationes, quibus ad baptismum hortabantur, exstitere. Erant itaque per ea tempora, quibus rem Christianam tyranni divexabant, ejusmodi homines haud pauci, qui cum Christiana professione censerentur, baptismo tamen nequaquam adhuc expiati fuissent. De his

[93] Matth. xvi, 19.

igitur hominibus, si nomine Christianæ religionis comprehensi immolavere, ac postea baptismo, quem antea non susceperant, initiati sunt; nihil ex eo quod sacrificaverint impediri, quominus eos ad ordinem, hoc est sacerdotii gradum, evehi liceat, canon decernit. Omnes enim antea contractæ sordes baptismo elui delerique creduntur.

ARIST. « Qui ante baptisma sacrificavit, post insons habeatur. »

Cum sanctum baptisma omnem animalem sordem abluat, merito quidem ille qui ante baptismum sacrificavit, post baptismum crimine vacabit, et ad gradum sacerdotalem promovebitur, si subsequens ejus vita inculpata inveniatur.

CANON XIII.

« Chorepiscopis non licere presbyteros vel diaconos « ordinare; sed neque urbis presbyteris, nisi « cum litteris ab episcopo permissum fuerit, in « aliena parochia. »

BALS. Si scire velis quinam sint chorepiscopi, et quænam eorum privilegia, lege Neocæsariensis synodi canonem 13, Antiochenæ canonem 10 et sancti Basilii ad chorepiscopos epistolam. Statuunt autem et præsentis synodi Patres chorepiscopum non ordinare presbyteros vel diaconos sine scripta epistola proprii episcopi, sed neque urbis presbyterum. Ac de præsenti **387** quidem canone quædam scribere volebamus; sed quoniam chorepiscoporum gradus omnino exolevit, neque nos inanem frustra laborem suscipere voluimus.

ZONAR. Eadem Antiochenæ quoque synodi canon decimus de chorepiscopis statuit, quibus presbyteri ac diaconi creatione interdicens, hypodiaconos tantum, lectores ac exorcistas creandi potestatem relinquit: sacerdotes vero, ac diaconos, absque eorum, quibus subjecti sunt, episcoporum facultate, creare, sed et sacerdotes in urbe aliqua constituere, omnino vetat. Si namque in iis regionibus, quarum episcopi sunt, dictos creandi potestatem non habent: multo magis id sibi sumere in urbibus vetabuntur. Facultatem porro ejusmodi per litteras, hoc est scriptis exaratam, ne quæ de ea re controversia oboriatur, chorepiscopo quidem factam ei potestatem asseverante, episcopo autem, vel non satis explicata ratione memoriæ, vel alia quacunque de causa, pernegante, canon concedi jubet.

ARIST. « Chorepiscopus non ordinat sine episcopi « permissione. »

Hic quidem canon sine distinctione chorepiscopos sine episcopi permissione ordinare prohibet. At decimus synodi Antiochenæ canon concedit eis lectores tantum, vel hypodiaconos vel exorcistas constituere, non autem presbyterum vel diaconum ordinare audere, sine episcopi civitatis illius cui et ille et regio subest voluntate. Magnus vero Basilius inveniens ministros Ecclesiæ a chorepiscopis sine examinatione factos, sæpenumero autem et a presbyteris et diaconis introductos, contra episcoporum suorum permissionem, non concedit chorepiscopis

A χθῆναι εἰς τάξιν, τουτέστιν εἰς ἱερωσύνης βαθμόν· τὸ γὰρ ἅγιον βάπτισμα ἅπαντα τὰ πρώην μολύσματα ἀπολοῦσαι καὶ ἐκκαθᾶραι πιστεύεται ὁποῖα ἂν εἶεν.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ πρὸ τοῦ βαπτίσματος θύσας ἀνεύθυνος « μετὰ τὸ βάπτισμα. »

Ἐπεὶ τὸ ἅγιον βάπτισμα πάντα ῥύπον ψυχικὸν ἀποπλύνει, εἰκότως ὁ πρὸ τοῦ βαπτίσματος θύσας μετὰ τὸ βάπτισμα ἔσται ἀνεύθυνος, καὶ εἰς ἱερατικὸν βαθμὸν προαχθήσεται, εἴπερ ὁ μετὰ ταῦτα βίος αὐτοῦ εὑρεθῇ ἀνεπίληπτος.

ΚΑΝΩΝ ΙΓ'.

« Χωρεπισκόπους μὴ ἐξεῖναι πρεσβυτέρους ἢ « διακόνους χειροτονεῖν· ἀλλὰ μὴν μηδὲ πρεσβυ-B « τέρους πόλεως, χωρὶς τοῦ ἐπιτραπῆναι « ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου μετὰ γραμμάτων, ἐν ἑτέρᾳ « παροικίᾳ. »

ΒΑΛΣ. Εἰ θέλεις μαθεῖν τίνες εἰσὶν οἱ χωρεπίσκοποι καὶ τίνα τὰ τούτων προνόμια, ἀνάγνωθι τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου κανόνα ιγ', τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ κανόνα ι', καὶ τὴν πρὸς τοὺς χωρεπισκόπους ἐπιστολὴν τοῦ ἁγίου Βασιλείου. Διορίζονται δὲ καὶ οἱ τῆς παρούσης συνόδου Πατέρες μὴ χειροτονεῖν χωρεπίσκοπον πρεσβυτέρους ἢ διακόνους χωρὶς ἐγγράφου ἐπιστολῆς τοῦ ἐγχωρίου ἐπισκόπου· ἀλλὰ μηδὲ πρεσβύτερον πόλεως. Περὶ μέντοι τοῦ παρόντος κανόνος ἠθέλομεν γράψαι τινά· ἐπεὶ δὲ ὁ τῶν χωρεπισκόπων βαθμὸς παντελῶς ἠπράκτησεν, οὐδὲ ἡμεῖς ματαιοπονῆσαι C ἠθελήσαμεν.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου δέκατος κανὼν τὰ αὐτὰ περὶ τῶν χωρεπισκόπων ὁρίζει, ἀπαγορεύων αὐτοῖς χειροτονίαν πρεσβυτέρου ἢ διακόνου, μόνους δὲ ἐπιτρέπων χειροτονεῖν ὑποδιακόνους καὶ ἀναγνώστας καὶ ἐφορκιστάς· ἄνευ δὲ ἐπιτροπῆς τῶν ἐπισκόπων οἷς ὑπόκεινται μὴ ἐξεῖναι αὐτοῖς πρεσβύτερον ἢ διάκονον χειροτονεῖν, ἀλλὰ μηδὲ πρεσβυτέρους ἐν πόλεσι καθιστᾷν. Εἰ γὰρ ἐν ταῖς χώραις ἐν αἷς ἐπισκοποῦσιν οὐ δύνανται χειροτονεῖν τοὺς εἰρημένους, μᾶλλον ἐν πόλεσι τοῦτο ποιεῖν κωλύονται. Τὴν δὲ ἐπιτροπὴν βούλεται ὁ κανὼν διὰ γραμμάτων γίνεσθαι, ἤτοι ἔγγραφον, ἵνα μή τις εἴη περὶ τούτου ἀμφιβολία, τοῦ μὲν χωρεπισκόπου λέγοντος ἐπιτραπῆναι, τοῦ δὲ ἐπι-D σκόπου ἀρνουμένου ἴσως ἢ διὰ λήθην ἢ ἄλλως.

ΑΡΙΣΤ. « Χωρεπίσκοπος οὐ χειροτονεῖ ἄνευ ἐπι« τροπῆς ἐπισκόπου. »

Ὁ μὲν κανὼν οὗτος ἀδιαστίκτως τοὺς χωρεπισκόπους κωλύει χειροτονεῖν ἄνευ ἐπιτροπῆς ἐπισκόπου· ὁ δὲ δέκατος κανὼν τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου συγχωρεῖ αὐτοῖς μόνον ἀναγνώστας, καὶ ὑποδιακόνους, καὶ ἐφορκιστὰς καθιστᾷν, μὴ μέντοι γε πρεσβύτερον ἢ διάκονον χειροτονεῖν τολμᾷν δίχα γνώμης τοῦ ἐν τῇ πόλει ἐπισκόπου ᾗ ὑπόκειται αὐτός τε καὶ ἡ χώρα. Ὁ δὲ μέγας Βασίλειος, εὑρὼν ἀνεξετάστως γινομένους τοὺς ὑπηρέτας τῆς Ἐκκλησίας παρὰ τῶν χωρεπισκόπων, πολλάκις δὲ καὶ παρὰ τῶν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων εἰσαγομένους,

κατ' ἐπιτροπὴν αὐτῶν ἐπισκόπων, οὐ συγχωρεῖ τοῖς χωρεπισκόποις ἄνευ γνώμης αὐτοῦ τινα εἰς ἐκκλησιαστικὴν ὑπηρεσίαν παραδέχεσθαι· ἀλλὰ κατεξετάζεσθαι μὲν τοὺς ἀξίους παρὰ τῶν χωρεπισκόπων, καὶ παραδέχεσθαι. μὴ συναριθμεῖν δὲ αὐτοὺς τῷ κλήρῳ πρὸ τοῦ ἀνενεγκεῖν αὐτῷ τὰ περὶ αὐτῶν. Χωρεπίσκοποι δέ εἰσιν οἱ σήμερον ἔν τισι κώμαις καὶ χώραις πρωτοπαπάδες λεγόμενοι.

ΚΑΝΩΝ ΙΔ'.

« Τοὺς ἐν κλήρῳ, πρεσβυτέρους ἢ διακόνους ὄντας, « ἀπεχομένους κρεῶν, ἔδοξεν ἐφάπτεσθαι, καὶ « οὕτως, εἰ βούλοιντο, κρατεῖν ἑαυτῶν· εἰ δὲ μὴ « βούλοιντο, ὡς μηδὲ τὰ μετὰ κρεῶν βαλλόμενα « λάχανα ἐσθίειν, καὶ μηδὲ ὑπείκοιεν τῷ κανόνι, « πεπαῦσθαι αὐτοὺς τῆς τάξεως. »

ΒΑΛΣ. Τὰ μὲν περιεχόμενα τῷ ἀποστολικῷ να' κανόνι χάριν τῶν ἀπεχομένων γάμου, οἴνου καὶ κρεῶν, προηρμηνεύθησαν ἐκεῖσε· ἐπεὶ δὲ διελήφθη ἐν τῷ τοιούτῳ κανόνι μὴ κολάζεσθαι τοὺς διὰ ἄσκησιν νηστεύοντας, ἀλλὰ τιμωρεῖσθαι τοὺς βλασφημοῦντας κατὰ τῶν οἰκονομιῶν τοῦ Θεοῦ· εἰκὸς δὲ εἰπεῖν τινας, Καὶ πόθεν ἀναφανήσονται οἱ διὰ ἀγαθὸν τρόπον καὶ οἱ διὰ φαῦλον νηστεύοντες; οἱ τῆς παρούσης συνόδου Πατέρες εὐμαρῶς καὶ τοῦτο διηυλήτωσαν. Ἔφασαν γὰρ, ὡς Εἰ βούλονται οἱ νηστεύοντες ἅπαν σκάνδαλον περιαιρῆσαι, ἐφαπτέσθωσαν μόνον τῶν κρεῶν, καὶ πάλιν νηστευέτωσαν, εἰ αἱροῦνται. Εἰ δὲ τοῦτο οὐ ποιήσουσιν, ἀλλ' οὐδὲ τὰ λάχανα τὰ μετὰ τῶν κρεῶν βαλλόμενα ἐσθίουσιν, ἀναγκαζόμενοι πάντως παρὰ τοῦ ἐπισκόπου ἐκ προσαγγελίας τινῶν, καταλαμβάνονται διὰ τρόπον οὐκ ἀγαθὸν ἀπέχεσθαι τῶν κρεῶν, καὶ καθαιρείσθωσαν, ὡς μὴ τῷ κανόνι ὑποτασσόμενοι. Καλῶς δὲ ἐκεῖσε μὲν ὁ κανὼν εἶπεν ἢ παύεσθαι ἢ καθαιρεῖσθαι τούτους· ἐνταῦθα δὲ παύεσθαι τῆς τάξεως οἱ Πατέρες διωρίσαντο. Ἔτι γὰρ τοῦ ἀμφιβόλου μὴ λυθέντος, ὤφειλε πάντως ὁ αἰτιώμενος παρεγγυηθῆναι περιαιρῆσαι διὰ τοῦ κρεωφαγῆσαι τὸ σκάνδαλον, καὶ οὕτω κατακριθῆναι. Ἐνταῦθα δὲ τῆς ὑποψίας περιαιρουμένης διὰ τῆς ὑποτυπωθείσης οἰκονομίας παρὰ τῶν Πατέρων, ἐξ ἀνάγκης ὁ μὴ κατὰ ταύτην ποιῶν καθαιρεῖται ἀπεντεῦθεν. Ἐπεὶ δὲ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων μόνων ἐμνήσθη ὁ παρὼν κανὼν, ὁ δὲ ῥηθεὶς ἀποστολικὸς κανὼν πάντων τῶν ἀνθρώπων μέμνηται, ὀφείλεις καὶ σὺ τὰ ἐνταῦθα διορισθέντα εἰς πάντας ἑλκῦσαι. Ὡς ἔοικεν οὖν, καὶ οἱ αἰτιώμενοι διὰ Βωγομιλικὴν αἵρεσιν ἀκολούθως τῷ παρόντι κανόνι ἀναγκάζονται κρεωφαγῆσαι ἢ τυροφαγῆσαι, καὶ περιαιρῆσαι τὴν ὑποψίαν τῆς Βωγομιλικῆς νηστείας· ἀλλὰ καὶ οἱ πλείους τῶν εὐλαβεστέρων μοναχῶν, μὴ θέλοντες καταλῦσαι εἰς ἰχθύας διὰ τὸ τῆς ἁγίας Τεσσαρακοστῆς αἰδέσιμον, κατὰ τοῦτον δῆθεν τὸν κανόνα τούτων μὲν ἀπέχονται, ἐσθίουσι δὲ τὰ ἀποβράσματα αὐτῶν καὶ τὰ σὺν αὐτοῖς ἑψόμενα λάχανα. Καὶ τὸ μὲν οὕτω γινόμενον εἰς τοὺς κατηγορουμένους διὰ Βωγομιλικὴν αἵρεσιν καλῶς εἴποι τις γίνεσθαι· ὥσπερ καὶ τὸ ἀπογεύσασθαί τινα κρέατος ἢ τυροῦ εἰς τὰς ἑβδομάδας καθ' ἃς Ἀρμένιοι ἢ ἄλλοι αἱρετικοὶ νηστεύουσι· καὶ

A sine illius sententia ad ecclesiasticum ministerium quempiam admittere; sed dignos quidem a chorepiscopis inquiri, et admitti, non autem clero eos connumerare, priusquam quæ ad eos spectant, ipsi episcopo retulerunt. Chorepiscopi autem sunt qui nunc in quibusdam vicis et regionibus protopapades nominantur.

CANON XIV.

« Eos qui in clero sunt, presbyteros vel diaconos, « a carnibus abstinentes, placuit illas attingere, « et sic, si velint, ab eis abstinere: sin autem « nolint, ut nec olera, quæ cum carnibus apponuntur, comedere, et canoni non cedant, ab « ordine cessare. »

B BALS. Quæ apostolico canone 51 continentur, de iis qui a nuptiis et vino et carnibus abstinent, illic sunt exposita. Quoniam autem in eo canone tractatum est, eos non puniendos qui propter exercitationem jejunent; sed eos esse coercendos, qui adversus Dei œconomiam maledice blasphemeque loquuntur; est autem verisimile dixisse nonnullos, Et undenam a nobis cognoscentur qui bono more et qui malo jejunant? præsentis synodi Patres hoc quoque facile dissolverunt. Dicunt enim, quod Si volunt, qui jejunant, omnem offensionem tolli, carnes tantum attingant, et jejunent si velint: si autem hoc non facient, sed neque olera quæ sunt cum carnibus injecta comedunt, omnino ab episcopo C coacti ex aliquorum denuntiatione, deprehenduntur non bono more a carnibus abstinere, et deponantur, ut qui canoni non obediant. Recte autem dixit illic canon, eos vel cessare, vel deponi. Hic autem eos ab ordine cessare Patres definiere. Cum enim dubium adhuc non esset solutum, debebat omnino, qui accusabatur, jubere vescendo carnem tollere scandalum, et sic condemnari. Hic autem ablata suspicione per œconomiam a Patribus descriptam, necessario, qui non facit ei convenienter, eo ipso deponitur. Quoniam autem **390** presbyterorum et diaconorum solorum meminit præsens canon, dictus autem canon apostolicus omnium hominum meminit: debes tu quoque, quæ illic dicta sunt, ad omnes extendere. D Ut est ergo verisimile, ii quoque, qui Bogomilicæ hæresis accusantur, præsenti canoni consentanee coguntur carnibus vel caseo vesci, et Bogomilici jejunii suspicionem tollere: quin et paulo religiosiores complures monachi, nolentes piscibus jejunium solvere, propter sanctæ Quadragesimæ honorem, huic utique canoni convenienter ab eis quidem abstinent; eorum autem jura comedunt, et olera quæ cum eis coquuntur. Et quod sic quidem fit in eos, qui Bogomilicæ hæreseos accusantur, recte fieri dixerit quispiam: quemadmodum et si quis carnem gustet vel caseum in hebdomadibus, in quibus Armenii vel alii hæretici jejunant; et maxime quando in suspecta regione versatur. Hoc enim facit, ne una cum hæreticis jejunare repute-

tur. Quod autem fit ab iis, qui in sancta Quadragesima jejunant, et jejunium solvunt, ut dictum est, non videtur mihi esse ignoscendum. Oportebat enim eos jejunantes in iis jejunium non solvere, et Quadragesimam despicatui habere. Canon autem dixit olera ejusmodi comedere, non ut suadens a carnibus quidem abstinere, quæ sunt autem in eis olera comedere; sed ut eos odio habens, qui propter carnium odium et abominationem, oleribus quoque vesci recusant, quæque coquuntur cum carnibus. Ut ubique ejus, qui jejunium solvit, vel non solvit, affectio consideretur. Latini vero monachi, qui a carnibus quidem abstinent, earum autem adipem cum oleribus indiscriminatim comedunt, non mihi videntur huic canoni consentanee facere. Non enim, ne accusentur quod a carnibus abstinent, adipe jejunium solvunt : sed ut ventrem impleant, et gulæ blandiantur.

ZONAR. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, a vino et carnibus, non exercendæ temperantiæ studio, sed quasi a damnatis rebus abstineat, eos sancti apostoli canone quinquagesimo tertio deponi jussere. Quoniam vero credibile erat aliquos carnem et vinum, tanquam impuros cibos, aversari, qui se ab illis studio exercendæ virtutis abstinere profiterentur : hæc synodus definivit, ut qui a carnibus abstinere soliti, quibus diebus fidelium conventus peragebantur, eas attingerent, hoc est, iis vescerentur ; atque ita rursum, si voluissent, ab iis postea temperarent. Quod si eousque a carnium esu abstineant, ut olera quoque cum iis decocta rejiciant, ab ordine cessare, hoc est ab eo, in quo sunt constituti, honoris gradu repelli jubet.

ABIST. « Sacerdos a carnibus abstinens, ubi tantum gustaverit, sic abstineat : si vero nec olera « quæ cum carnibus sunt, degustet, a fungendo « munere desistat. »

Presbyter vel diaconus a carnibus abstinens, degustet. Si autem non persuadeatur vel olera cum carne gustare, deponatur, ut Dei opificium improbans, illudque calumnia afficiens. Et quære sanctorum apostolorum canonem 51.

CANON XV.

« Ex iis, quæ pertinent ad Dominicum, quæcunque

μᾶλλον ὅταν εἰς ὕποπτον χώραν διάγῃ. Ποιεῖ γὰρ τοῦτο ἵνα μὴ λογισθῇ συννηστεύειν τοῖς αἱρετικοῖς. Τὸ δὲ γινόμενον παρὰ τῶν νηστευόντων ἐν ταῖς ἁγίαις τεσσαρακοσταῖς, καὶ καταλυόντων, ὡς εἴρηται, οὐ δοκεῖ μοι ἀκατάγνωστον. Ἔδει γὰρ τοὺς νηστεύοντας μὴ καταλύειν ἐν τοιούτοις καὶ ἀτιμάζειν τὴν νηστείαν. Ὁ δὲ κανὼν εἶπε τὸ ἐσθίειν τοιαῦτα λάχανα, οὐχ ὡς προτρέπων ἀπέχεσθαι μὲν τῶν κρεῶν, τὰ δ' ἐν αὐτοῖς λάχανα ἐσθίειν, ἀλλ' ὡς μισῶν τοὺς διὰ βδελυρίαν καὶ ἀποστροφὴν τῶν κρεῶν ἀποτασσομένους καὶ αὐτοῖς τοῖς λαχάνοις τοῖς μετὰ τῶν κρεῶν ἑψομένοις. Ὥστε πανταχοῦ ἡ διάθεσις σκοπεῖται τοῦ καταλύοντος καὶ μὴ καταλύοντος. Οἱ δὲ Λατῖνοι μοναχοὶ, τῶν κρεῶν μὲν ἀπεχόμενοι, τὸ δὲ στέαρ τούτων μετὰ λαχάνων ἀδιαφόρως ἐσθίοντες, οὐ δοκοῦσί μοι ποιεῖν κατὰ τὸν παρόντα κανόνα. Οὐ γὰρ, ἵνα μὴ αἰτιαθῶσιν ὡς ἀπεχόμενοι τῶν κρεῶν, καταλύουσιν εἰς τὸ στέαρ, ἀλλ' ἵνα τὴν γαστέρα ἐμπλήσωσι καὶ τὸν φάρυγγα θεραπεύσωσιν.

ΖΩΝΑΡ. Ἐν πεντηκοστῷ τρίτῳ κανόνι οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι διετάξαντο τοὺς μὴ μεταλαμβάνοντας κρεῶν καὶ οἴνου ἐπισκόπους ἢ πρεσβυτέρους ἢ διακόνους, ὡς βδελυσσομένους αὐτὰ, καὶ οὐ δι' ἄσκησιν, καθαιρεῖσθαι. Ἐπεὶ δὲ εἰκὸς ἦν τινας, βδελυττομένους τὸ κρέας καὶ τὸν οἶνον, ἀπέχεσθαι αὐτῶν, λέγειν δὲ, ὅτι Δι' ἄσκησιν αὐτῶν ἀπεχόμεθα· ὥρισεν ἡ σύνοδος αὕτη ἅπτεσθαι τῶν κρεῶν τοὺς ἀπεχομένους αὐτῶν, ἀντὶ τοῦ ἀπογεύεσθαι αὐτῶν, κατά τινας καιροὺς συνάξεων, καὶ οὕτως αὖθις, εἰ βούλοιντο, ἐγκρατεύεσθαι. Εἰ δὲ οὕτως βούλονται ἀπέχεσθαι αὐτῶν, ὡς μηδὲ λάχανα μετὰ κρεῶν ἑψόμενα ἐσθίειν, πεπαῦσθαι αὐτοὺς τῆς τάξεως, τουτέστιν, ἐξωθεῖσθαι τοῦ βαθμοῦ καὶ τῆς τιμῆς ἐν ᾗ τυγχάνουσιν.

ΑΡΙΣΤ. « Ἱερατικὸς, κρεῶν ἀπεχόμενος γευσάμενος μόνον, οὕτως ἀπεχέσθω· εἰ δὲ μηδὲ « τῶν μετὰ κρέατος γεύοιτο λαχάνων, πεπαύσθω. »

Ὁ ἀπεχόμενος κρεῶν πρεσβύτερος ἢ διάκονος ἀπογευσάσθω. Εἰ δὲ οὐ πείθεται, ὡς μηδὲ τῶν λαχάνων τῶν μετὰ κρέατος γεύσασθαι, καθαιρείσθω, ὡς τὴν τοῦ Θεοῦ ἀποδοκιμάζων δημιουργίαν, καὶ διαβάλλων αὐτήν. Καὶ ζήτει καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνα να'.

ΚΑΝΩΝ ΙΕ'.

« Περὶ τῶν διαφερόντων τῷ Κυριακῷ (79), ὅσα

Guill. Beveregii notæ.

(79) *Περὶ τῶν διαφερόντων τῷ Κυριακῷ*. Vox Κυριακὸν hoc in loco templum Domino Deoque nostro consecratum significat. Sic etiam usurpatur a concilio Neocæsariensi, Κατηχούμενος ἐὰν εἰσερχόμενος εἰς Κυριακόν, can. 5. Sic etiam synodus Laodicena, ἐν τοῖς Κυριακοῖς ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, syn. Laod. can. 28. Et Trullan. can. 74. Sic et apud Eusebium legimus, κατὰ τὰ Κυριακὰ δὲ τὰ οἰκεῖα ὅπως κατασκευάζοιεν, συγχωρεῖται. Euseb. *Eccl. Hist.* l. IX, c. 10. Qui alibi etiam rationem hujus nominis his verbis reddit, ἱερὰ καὶ τεμένη ἑνὶ τῷ πάντων βασιλεῖ Θεῷ τῷ δὴ καὶ τῶν ὅλων Δεσπότῃ καθιερῶσθαι, ἔνθεν καὶ τῆς τοῦ Δεσπότου προσηγορίας ἠξίωται τὰ καθιερωμένα· οὐκ ἐξ ἀνθρώπων τυχόντα τῆς ἐπικλήσεως, ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ τῶν ὅλων Κυρίου, παρὸ καὶ Κυριακῶν ἠξίωνται τῶν ἐπωνυμιῶν. Id. De laud. Constant. cap. 17. Hinc Latini *Dominicum* appellarunt : ut apud Ruffinum, *Surge et sequere me ad Dominicum, et hujus fidei signaculum suscipe*. Ruffin. *Hist.* l. I, c. 5. Et apud Hieronymum in Chronico, ad annum tertium Olymp. 276 : *In Antiochia Dominicum, quod appellatur Aureum, ædificari cæptum* ; et ad secundum Olym. 280 : *Antiochiæ Dominicum Aureum dedicatur*. De isto Dominico sic etiam Cedrenus ex Theophane : Τῷ κγ', καὶ δ', καὶ ε' ἔτει τὸ ἐν Ἀντιοχείᾳ ὀκτάγωνον Κυριακὸν ἤρξατο οἰκοδομεῖσθαι. Ab eodem autem et Κυριακαί appel-

A « ἐπισκόπου μὴ ὄντος πρεσβύτεροι ἐπώλησαν, ἀνακαλεῖσθαι τὸ Κυριακόν. Ἐν δὲ τῇ κρίσει τοῦ ἐπισκόπου εἶναι, εἴπερ προσήκει ἀπολαβεῖν τὴν τιμὴν, εἴτε καὶ μὴ, διὰ τὸ πολλάκις τὴν πρόσοδον τῶν πεπραμένων ἀποδεδωκέναι αὐτοῖς τούτοις πλείονα τὴν τιμήν. »

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ ιβ' κανόνι τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου τὸ δεύτερον ἱκανῶς διελάβομεν περὶ ἐκποιήσεως ἀκινήτων ἐκκλησιαστικῶν. Οἱ δὲ τῆς παρούσης συνόδου Πατέρες, μαθόντες παρὰ ἱερέων διαπραθῆναι, χηρευούσης τῆς ἐπισκοπῆς, ἀκίνητα ἐπισκοπικὰ, καὶ τὰ Κυριακὰ λεγόμενα, ὡς τῷ Κυρίῳ ἀνατεθειμένα, μὴ ἀνεκτὸν τὸ γεγονὸς ἡγησάμενοι, διωρίσαντο ἀνακαλεῖσθαι ταῦτα τὸ Κυριακὸν, ἤγουν τὸν τοῦ Κυρίου λαὸν, ὡς τῆς πράσεως οὔσης ἀνυποστάτου, καὶ δι' ἄλλα μὲν πολλὰ, οὐχ ἧττον δὲ καὶ B διὰ τὸ χηρεύειν τὴν Ἐκκλησίαν ἐπισκόπου κατὰ τὸν τῆς διαπράσεως καιρόν. Ὥσπερ δέ τινος εἰπόντος, Τί ἄρα καὶ γενήσεται εἰς τὸ δοθὲν τίμημα παρὰ τοῦ ἀγοραστοῦ; ἀπεφήναντο οἱ Πατέρες παρὰ τῇ διακρίσει τοῦ ἐπισκόπου τὰ περὶ τούτου εἶναι ἀνατεθειμένα, καὶ αὐτὸς δοκιμάζει, εἰ προσήκει τὸν ἀγοραστὴν λαβεῖν τὸ παρὰ τούτου δοθὲν τίμημα, εἴτε καὶ μή. Εἰ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς εἰσόδου τοῦ διαπραθέντος ἱκανώθη αὐτὸ, ἀναργύρως πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν ἀντιστραφήσεται τὸ ἀκίνητον· εἰ δ' οὔ, ἐξ ἀντιδιαστολῆς λάβῃ τοῦτο ἀπὸ τοῦ ἐπισκόπου. Καὶ τὰ μὲν τοῦ κανόνος ἐν τούτοις. Ἐρωτήσει δέ τις, Τίνος χάριν ὁ κανὼν πρεσβυτέρων μόνων ἐμνήσθη, καὶ οὐχὶ καὶ τῶν λοιπῶν κληρικῶν; Λύσις. Διὰ τοῦ C ὀνόματος τῶν πρεσβυτέρων τὸν ἅπαντα κληρικὸν ᾐνίξατο. Μνησθεὶς γὰρ αὐτῶν, ὡς ὑπερεχόντων ἐν τῷ βαθμῷ, ἔδοξε καὶ περὶ ἄλλων διαλαβεῖν. Ἂν γὰρ ἀνατρέπηται ἡ γεγονυῖα πρᾶσις παρὰ τῶν πρεσβυτέρων, πολλῷ πλέον ἀνατραπήσεται ἡ παρὰ ἑτέρων γινομένη κληρικῶν. Ὥστε μὴ κατὰ ἀντιδιαστολὴν νοήσῃς τὴν παρὰ ἄλλων κληρικῶν οὕτω γινομένην πρᾶσιν ἐῤῥωμένην εἶναι. Τῆς δὲ πράσεως ὡς ἀνυποστάτου ἀνατρεπομένης, πῶς οἱ Πατέρες λέγουσι τῆς ἐπισκοπικῆς εἶναι διακρίσεως τὸ ἀντιστραφῆναι τὸ τίμημα εἴτε καὶ μή; Πάντως ὤφειλεν ὁ ἀγοραστὴς μὴ ζητεῖν τὸ τίμημα, κατὰ τὸν καθόλου νομικὸν κανόνα τὸν λέγοντα· Ὁ ἐπὶ παρανόμῳ συναλλάγματι διδοὺς ἀγωγὴν οὐκ ἔχει εἰς τὸ

A « dum non esset episcopus presbyteri vendiderunt, revocare Dominicum : episcopi autem judicio relinqui, an oporteat pretium recipere annon, propterea quod rerum venditarum redditus majus pretium his ipsis sæpe reddiderit. »

BALS. In duodecimo canone synodi Nicænæ secundæ satis tractavimus de alienatione immobilium ecclesiasticorum. Cum autem præsentis synodi Patres intellexissent immobilia episcopalia, quæ etiam Dominica appellantur, ut quæ Domino sint dedicata, vacante episcopatu **391** fuisse a sacerdotibus alienata; rati non esse ferendum quod factum est, ea jusserunt revocare Dominicum, seu Domini populum, utpote cum venditio non potuerit B consistere, cum propter multa alia, tum etiam quod tempore venditionis vacasset Ecclesia. Perinde autem ac si dixisset quispiam, Et quid fiet de pretio quod datum est ab emptore? pronuntiarunt Patres id esse situm in judicio episcopi, et ipse examinabit, an oporteat emptorem accipere pretium quod ab eo datum est, an non. Si enim ex reditu ejus, quod venditum est, ei satisfactum fuerit, ipsum immobile non reddita pecunia ad episcopatum redibit : sin minus, argumento a contrario sumpto, pretium ab episcopo recipiet. Et in his quidem canon consistit. Interrogaverit autem quispiam, Quamobrem canon presbyterorum tantum meminit, et non etiam reliquorum clericorum? C *Solutio.* Nomine presbyterorum omnem quoque clericum innuit. Cum enim eorum meminerit, ut qui in gradu antecellant, de aliis quoque tractare visum est. Si enim subvertatur venditio facta a presbyteris, multo magis subvertetur quæ fit ab aliis clericis. Quamobrem ne existimaveris, per argumentum a contrario sumptum, venditionem, quæ hoc modo fit ab aliis clericis, esse validam. Cum autem subvertatur venditio, ut quæ consistere non possit, quomodo dicunt Patres, in judicio episcopi esse situm, an pretium reddatur an non? Debebat omnino emptor pretium non repetere, cum sit universalis in jure regula, quæ dicit : Qui dat ob contractum illegitimum, non habet actionem ad repetendum quod datum est. *Solutio.* Non statu-

Guill. Beveregii notæ.

lantur, ubi dicit, τότε καθιστᾷ Κωνσταντῖνος τοὺς ἰδίους παῖδας Καίσαρας, καὶ Κυριακὰς πρὸς ἐπιστροφὰς τῶν ἐθνῶν κατὰ τόπους εἰς τιμὴν τοῦ Θεοῦ ποιεῖν. Et quidem loca Dei cultui et sacris mysteriis celebrandis dedicata, a summa antiquitate Κυριακὰ sive *Dominica* nominata fuisse, ex divo Cypriano colligimus, dicente, *Et Dominicum celebrare te credis, quæ corbonam omnino respicis : quæ in Dominicum sine sacrificio venis.* Cyprian. *De opere et eleemosyn.* ubi vox Dominicum in priori loco *Dominicam cœnam*, in posteriori *Dominicam domum* aperte significat. Quæ etiam in Veteri Testamento בית יהוה *domus Domini* passim appellatur. A Latinis Germani basilicam quamvis aut cathedralem ecclesiam *Dom* vocant, et canonicos earum *Domherren*. Et quidem Κυριακὸν talem ecclesiam proprie denotare videtur decimo tertio

D synodi Neocæsariensis canone, quo cautum est, ne vicani presbyteri ἐν τῷ Κυριακῷ τῆς πόλεως offerant, si episcopus aut presbyteri civitatis adsint. Hanc saltem vocem ut *ecclesiam* in genere significantem alii Germani a Græcis mutuati sunt, ut docet Walafridus Strabo *De reb. eccles.* cap. 7. Sic etiam antiqui Saxones ecclesiam quamlibet Cypic *Kyrik* vocarunt. Unde in Scotia et septentrionalibus Angliæ partibus Kyrk, nobis vulgo, sed magis corrupto nomine *Church*, duplici aspiratione nuncupatur. Cum autem hæc communis fuerit majoribus nostris ecclesiæ cujuslibet templive denominatio, veri nobis simillimum videtur, prima Christianæ religionis semina a Græcis hic dispersa fuisse. Neque enim existimandum est, quod Latini Græcum nomen ecclesiis imponerent.

erunt Patres necessario reddendum pretium, adversus dictam legem; imo, si attentius legas canonem, invenies eos negavisse pretii redditum. Cum enim id episcopi judicio reliquerint, benigniori etiam ratione dixerunt, quod verus antistes et ad Ecclesiæ indemnitatem respiciet, et ad emptoris, et quod ei æquum bonum videbitur, quodque non sit condemnandum, faciet. Quod si id non fit accurate et exacte, visi sunt pronuntiare, non habere emptorem efficacem actionem, et propter ea debere ipsum admonere, non autem agere. Lege etiam caput 4 epistolæ sancti Cyrilli ad Domnum; Carthaginensis synodi canonem 26, Nicænæ synodi secundæ canonem 12; similiter et eorum interpretationes.

A ἀναλαβεῖν τὸ δοθέν. Λύσις. Οὐ διωρίσαντο οἱ Πατέρες ἐξ ἀνάγκης ἀντιστρέφεσθαι τὸ τίμημα ὑπεναντίως τῷ ῥηθέντι κανόνι· ἀλλὰ μᾶλλον ὁ ἐπιστατικώτερον ἀναγινώσκων τὸν κανόνα εὑρήσει τούτους ἀρνησαμένους τὴν ἀντιστροφὴν τοῦ τιμήματος. Ἐπεὶ γὰρ παρὰ τῇ ἐπισκοπικῇ διακρίσει τὰ περὶ τούτου ἀνέθεντο, κατὰ λόγον συμπαθέστερον καὶ εἶπον ὡς ἀληθὴς ἀρχιερεὺς καὶ πρὸς τὸ τῆς Ἐκκλησίας ἀποβλέψει ἀζήμιον, καὶ πρὸς τὸ τοῦ ἀγοράσαντος, καὶ ποιήσει τὸ δόξαν αὐτῷ ἀγαθοθελὲς καὶ ἀκατάγνωστον. Κἂν μὴ ἀκριβές ἐστιν, ἔδοξαν ἀποφαίνεσθαι μὴ ἔχειν ἐνδύναμον ἀγωγὴν τὸν ἠγορακότα (80), καὶ διὰ τοῦτο ὀφείλειν αὐτὸν παρακαλεῖν καὶ μὴ ἐνάγειν. Ἀνάγνωσον καὶ κεφάλαιον δʹ τῆς πρὸς Δόμνον ἐπιστολῆς τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου κανόνα κςʹ καὶ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου τὸ δεύτερον κανόνα ιβʹ, ὡσαύτως καὶ τὰς ἑρμηνείας τούτων.

ZONAR. Si quo tempore ecclesia suo episcopo destituta est, necessariam forte ob causam, ex immobilibus ejus bonis clerus quidpiam alienaverit (clerum siquidem presbyterorum nomine canon intelligit, eorumque potissimum, quod in superiori ordine collocati sint, meminit), id Ecclesia suo jure repetere, vel etiam episcopus poterit. Cujus quidem judicio, reddendum sit necne pretium, permitti placet. Fieri enim potest, ut ager forte admodum fertilis magno pretio emptori sit addictus. Carthaginensis vero synodi canon 26 infructuosas possessiones, si necessitas urgeat, sed cum aliquo id quoque discrimine, alienari sinit.

B ΖΩΝΑΡ. Ἐὰν μὴ ὄντος ἐπισκόπου ἐκποιήσωνταί τινα τῶν διαφερόντων ἀκινήτων τῇ Ἐκκλησίᾳ οἱ τοῦ κλήρου, διά τινα ἴσως κατεπείγουσαν χρείαν· διὰ γὰρ τῶν πρεσβυτέρων τὸν κλῆρον ᾐνίξατο ὁ κανὼν, μνησθεὶς αὐτῶν τὸ ὑπερέχον τοῦ βαθμοῦ· ἀνακαλεῖσθαι ταῦτα δύναται ἡ Ἐκκλησία, ἤτοι ὁ ἐπίσκοπος. Οὗ τῇ κρίσει ἀνατίθησιν ὁ κανὼν δοκιμάσαι εἰ χρὴ ἀντιστραφῆναι τὸ τίμημα, ἢ μή. Ἴσως γὰρ εὐπρόσοδον ὂν τὸ ἀκίνητον περιεποιήσατο τῷ ἀγοραστῇ πλείονα τὴν τιμήν. Ὁ δὲ τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου εἰκοστὸς ἕκτος κανὼν ἀπρόσοδα ἀκίνητα δίδωσιν ἐκποιεῖσθαι, ἀνάγκης ἐπικειμένης, ἀλλὰ καὶ τὰ τοιαῦτα μετὰ διαστίξεως.

ARIST. « Si presbyteri quippiam ad Ecclesiam « pertinens vendiderint, irritum sit, et penes epi« scopi judicium maneat. »

ΑΡΙΣΤ. « Ἐάν τι τῆς Ἐκκλησίας πρεσβύτεροι « διαπράσοιεν, ἔστω ἀβέβαιον, καὶ μενέτω τῇ « κρίσει τοῦ ἐπισκόπου.

C

Vita functo episcopo, Ecclesiæ bona imminuta a clericis custodiri debent. Vel si nulli sint clerici, a metropolitano, ut omnia episcopo qui postea ordinatus erit, reddantur, et neque a metropolitano neque a clericis in suum commodum eorum aliquid converti aut auferri, nec Ecclesiam diu vacantem manere oportet, sed intra tres menses episcopum ordinari; nisi forsitan inexorabilis aliqua necessitas tempus extendi **392** fecerit. Si quid itaque ex Ecclesiæ bonis tempore intermedio clerici vendant, quo Ecclesia episcopo vacat, infirmum erit, et penes episcopi potestatem erit, aut venditionem evertere, ipsumque bonum recipere, aut ea contentum esse, et pretium illius accipere; quære synodi Chalcedonensis canonem tricesimum quintum.

Τελευτήσαντος ἐπισκόπου τὰ τῆς Ἐκκλησίας πράγματα ἀμείωτα ὀφείλουσι φυλάττεσθαι παρὰ τῶν κληρικῶν· ἢ κληρικῶν μὴ ὑπόντων, παρὰ τοῦ μητροπολίτου· ὥστε πάντα ἀποδοθῆναι τῷ χειροτονηθησομένῳ ἐπισκόπῳ, καὶ μήτε παρὰ τοῦ μητροπολίτου, ἢ τῶν κληρικῶν σφετερίζεσθαί τι, ἢ ἀφαιρεῖσθαι τούτων· μήτε μὴν τὴν χηρεύουσαν ἐκκλησίαν ἐπὶ πολὺ ἀνεπίσκοπον μένειν· ἀλλ' ἐντὸς μηνῶν τριῶν, τὰς χειροτονίας τῶν ἐπισκόπων γίνεσθαι· εἰ μή πού τις ἀπαραίτητος ἀνάγκη τὸν καιρὸν ἐπιταθῆναι παρασκευάσει. Εἴ τι οὖν τῶν τῆς Ἐκκλησίας πραγμάτων ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ καιροῦ οἱ κληρικοὶ διαπράσωσι, καθ' ὃν ἐπισκόπου ἡ ἐκκλησία χηρεύει· ἔσται ἀβέβαιον, καὶ παρὰ τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ Ἐπισκόπου D κείσεται ἢ τὴν πρᾶσιν ἀνατρέψαι, καὶ ἐπαναλαβεῖν τὸ πρᾶγμα, ἢ στέρξαι ταύτην, καὶ ἀπολαβεῖν τὴν τιμήν. Ζήτει τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου κανόνα λεʹ.

CANON XVI.

« De iis, qui rationis expertia animalia inierunt, « vel ineunt, quicunque, prius quam viginti qui-

ΚΑΝΩΝ Ιϛʹ.

« Περὶ τῶν ἀλογευσαμένων, ἢ καὶ ἀλογευομέ« νων (81), ὅσοι πρὶν εἰκοσαετεῖς γενέσθαι ἡμαρ-

Guill. Beveregii notæ.

(80) *Ἀγωγὴν τὸν ἠγορακότα*. In Parisiensi Balsamonis editione, nec non in mss. Amerbachiano et Ætoniensi, post hæc verba additur κατὰ τῆς ἐκκλησίας *adversus ecclesiam*. Quod etiam sensui necessarium videtur.

(81) *Περὶ τῶν ἀλογευσαμένων ἤτοι ἀλογευομένων*. Dionysius Exiguus hæc verba interpretatur, *De his qui irrationabiliter versati sunt, sive versan-*

« τον, πέντε καὶ δέκα ἔτεσιν ὑποπεσόντες, κοι- A
« νωνίας τυγχανέτωσαν τῆς εἰς τὰς προσευχάς.
« Εἶτα καὶ ἐν τῇ κοινωνίᾳ διατελέσαντες ἔτη
« πέντε, τότε καὶ τῆς προσφορᾶς ἐφαπτέσθωσαν.
« Ἐξεταζέσθω δὲ αὐτῶν καὶ ὁ ἐν τῇ ὑποπτώσει
« βίος· καὶ οὕτως τυγχανέτωσαν τῆς φιλανθρω-
« πίας. Εἰ δέ τινες κατακόρως ἐν τοῖς ἁμαρτή-
« μασι (82) γεγόνασι, τὴν μακρὰν ἐχέτωσαν ὑπό-
« πτωσιν. Ὅσοι δὲ ὑπερβάντες τὴν ἡλικίαν ταύ-
« την, καὶ γυναῖκας ἔχοντες περιπεπτώκασι τῷ
« ἁμαρτήματι, πέντε καὶ εἴκοσι ἔτη ὑποπεσάτω-
« σαν, καὶ κοινωνίας τυγχανέτωσαν (83) τῆς εἰς
« τὰς προσευχάς· εἶτα, ἐκτελέσαντες πέντε ἔτη
« ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῶν εὐχῶν, τυγχανέτωσαν τῆς
« προσφορᾶς. Εἰ δέ τινες, καὶ γυναῖκας ἔχοντες B
« καὶ ὑπερβάντες τὸν πεντηκοστὸν χρόνον, ἥμαρ-
« τον, ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ τοῦ βίου τυγχανέτωσαν τῆς
« κοινωνίας. »

« dem annos nati essent, peccarunt, postquam quindecim annis substrati fuerint, communionem orationis assequantur. Deinde et cum in communione quinque annis perseveraverint, tunc etiam oblationem attingant. Examinetur autem et eorum in substratione vita; et ita humanitatem consequantur. Quod si qui perseverantius his peccatis adhæserint, longam substrationem habeant. Quicunque autem hanc ætatem transgressi, et habentes uxores in hoc peccatum inciderunt, quinque et viginti annis substrati, communionem orationis assequantur : deinde cum in precum communione quinque annos peregerint, oblationem assequantur. Si qui autem et uxores habentes, et quinquagesimum annum transgressi, peccaverunt, in vitæ exitu communionem assequantur. »

ΒΑΛΣ. Θαυμασίαν διαίρεσιν καὶ πολλοῦ ἀξίαν ἐπαίνου ποιοῦσιν οἱ Πατέρες ἐνταῦθα. Διατάττονται γὰρ ὡς οἱ μετὰ ἀλόγων ζώων συμφθαρέντες ἢ καὶ συμφθειρόμενοι, ῥητέον δὲ καὶ συμφθαρησόμενοι, εἰκοσαετεῖς μὲν μὴ ὄντες, πεντεκαίδεκα ἔτη ὑποπιπτέτωσαν, καὶ μετὰ τοῦτο τῆς μετὰ τῶν πιστῶν εὐχῆς ἀξιούσθωσαν ἐπὶ πενταετίαν· καὶ ταύτης δὲ πληρωθείσης, μεταλαμβανέτωσαν τῶν θείων ἁγιασμάτων, τοῦ ἐπισκόπου ὀφείλοντος φιλανθρωπότερόν τι ἐπ' αὐτοῖς ποιεῖν, εἴπερ ἴσως τοῦτο παρακαλεῖ ἡ κατὰ τὴν ὑπόπτωσιν θεάρεστος αὐτῶν ἀναστροφὴ καὶ μετάνοια. Ταῦτα δέ φασιν οὕτω γί- C νεσθαι εἰς τοὺς ἀπὸ φυσικῆς ἀνάγκης ἐνίοτε ἁμαρτάνοντας. Οἱ γὰρ κατακόρως, τουτέστιν ὑπὲρ τὴν χρείαν καὶ ἀδιαφόρως χρησάμενοι τῇ ἀλογίστῳ ταύτῃ ἁμαρτίᾳ, ἐπὶ μακρὸν χρόνον ὑποπιπτέτωσαν. Τοὺς μέντοι ὑπερβάντας τὸν εἰκοσαετῆ χρόνον, καὶ γυναῖκας ἔχοντας περιπεσόντας τῷ ἁμαρτήματι

BALS. Admirabilem et magna laude dignam divisionem hic Patres faciunt. Decernunt enim, ut qui cum ratione carentibus animalibus coierint, vel etiam coeunt, dicendum est autem, et etiam coituri sunt, si non sint quidem viginti annos nati, quindecim annis substernantur, et postea digni qui cum fidelibus orent quinquennio habeantur : eo autem expleto, divinorum quoque sint sacramentorum participes; debente episcopo se in eos humanius gerere, si forte pia eorum in substratione conversatio et pœnitentia id suadeat. Hæc autem dicunt in eos debere fieri, qui naturali quandoque necessitate peccant. Qui enim ad satietatem, id est, plusquam usus exigit, et indiscriminatim, ferino hoc et a ratione abhorrenti peccato usi sunt, longo tempore substernantur. Qui autem vicesimum annum excesserint, et uxores habentes in hoc peccatum inciderint, viginti quinque annis substerni

Guill. Beveregii notæ.

tur. Vetus interpres in titulo hujus canonis, *De his qui in animalibus coierunt.* In ipso canone, *Qui animaliter in animalibus tale aliquid committunt.* Et hic sane genuinus est horum verborum sensus. Nam ἀλογευόμενοι hoc in loco ii dicuntur, qui cum ἀλόγοις, brutis nimirum, ut equabus, aliisve bestiis rem habent; vel qui ἐν ἀλόγοις τὴν ἑαυτῶν ἀσέβειαν ἐξαγορεύουσι, ut eos describit sanctus Basilius, can. 63. Qui alibi etiam eos ζωοφθόρους vocat, can. 7, unde et ipse ille nefarius actus ζωοφθορία audit, Greg. Nyssen. can. 4. Dicti sunt autem et κτηνοβάται. In Basilicis enim legimus οἱ ἀλογευόμενοι ἤτοι κτηνοβάται καυλοπείσθωσαν. Basilic. l. LX, c. tit. 37, c. ult. nonnunquam etiam ἱπποπόρνοι dicuntur. Et in hac quidem canonis hujus interpretatione omnes scholiastes consentiunt. Quin etiam in canonibus sub Edgaro rege Angliæ editis eadem fere, quæ hoc canone sic intellecto constituta sunt, his nimirum verbis: *Si quis* 20 *annos natus se cum bestia coinquinaverit, vel masculus cum masculo, jejunet annos* 15. *Et si uxorem habeat, sitque ipse* 40 *annorum ætatis, et tale quid fecerit, abstineat jam et jejunet totius vitæ spatio, nec præsumat, donec moriturus sit, corpus Domini suscipere : juvenis et insipiens acriter flagellabuntur, qui simile quippiam perpetraverit.* Et paulo post, *Si quis cum bestia coierit, jejunet* 15 *annos, scilicet* 8, *pane et aqua, et in* 7 *reliquis* 3 *quadragesimas quolibet anno; diebus etiam Mercurii et Veneris, usque dum vixerit, et semper defleat iniquitatem istam.* Exstant hi canones inter priscas Anglorum leges a Gulielmo Lambardo editas pag. 77 et 80 edit. Cantabrig. an. 1644. Item in Henrici Spelmanni concil. tom. I, pag. 462 et 466 edit. Lond. an. 1639.

(82) *Εἰ δέ τινες κατακόρως ἐν τοῖς ἁμαρτή-* D *μασι.* Mss. Amerbachianus et Ætoniensis pro κατακόρως legunt κακούργως. Sed Joannes Antiochenus una cum Parisiensi Balsamonis editione Bodleianæ nostræ veræque lectioni suffragantur. Juxta quam etiam vetus interpres hæc verba reddit, *Si autem incessanter ad peccandum perseveraverint.* Et Dionysius Exiguus vertit, *Quod si inexplebiliter his hæsere criminibus.* Sed Gentianus Hervetus in codice Tiliano κακούργως legisse videtur; vertit enim, *si qui autem improbe et maligne in his peccatis fuerunt.*

(83) *Ὑποπεσάτωσαν καὶ κοινωνίας τυγχανέτωσαν.* Sic etiam ms. Ætoniensis una cum Parisiensibus Balsamonis et Zonaræ editionibus legit: sed Joannes Antiochenus, et mss. Amerbachianus et Gallandi, rectius legunt ὑποπεσόντες κοινωνίας τυγχανέτωσαν τῆς εἰς τὰς προσευχάς, *pœnitudinem gerentes in communionem suscipiantur orationum,* ut vertit Dionysius Exiguus.

oportere decernitur: et sic communione cum fidelibus quinquennio dignos haberi. His autem etiam impletis, divina quoque sacramenta assequi. Qui autem quinquagesimum annum transgressi, si et uxores habentes in tale quid inciderint, divina nunquam digni communione habebuntur, nisi in ipso vitæ exitu. Quoniam autem sancti Patres eos qui peccant in tria divisere, et jusserunt aliter puniri eos, qui ad vicesimum annum nondum pervenerunt; aliter eos, qui quinquagesimum attigere annum: aliterque qui illum excesserunt (iis enim, qui sunt ætate minores, peccantibus ignoscunt, propter naturæ necessitatem, et propter rationis et consilii infirmitatem; qui autem majoris sunt ætatis, et ideo firmioris et stabilioris rationis, eos magis puniunt; quemadmodum et ætate provectis, qui tale quid fecerunt, graviorem pœnam infligunt, ut sapientioribus, et qui non possint naturæ necessitatem prætexere): interrogaverit quispiam, Cur eos quidem, qui vicesimum annum et quinquagesimum excesserunt, uxores habentes, peccantesque, Patres puniunt: qui viginti autem annum nondum impleverunt, etiamsi uxores non habeant, puniunt? *Solutio.* In eos, qui ob florentem ætatem sunt in malum procliviores, iidemque insipientiores, Patres humanius affecti sunt; **393** nec de uxoribus distinctionem adhiserunt, nihil referre arbitrati an uxores habeant, an non: reliquos autem severius excipientes, ut quibus neque propter perturbationum vehementiam, nec ætatis instabilitatem venia detur; intulerunt eos etiam magis puniri, si quidem uxores habent. Scias tamen, quod etiam qui uxores non habent, pœnas non effugient: sed similiter punientur. Longam autem substrationem dixerunt nonnulli, tempus viginti annorum, hoc ex lege probantes, quæ dicit, longo tempore, id est, viginti annis, a bonæ fidei possessore usucapi et dominio acquiri absentis rem immobilem. Hoc autem dicentes non placuerunt, eo quod etiam longum tempus dicatur decennium, quo bonæ fidei possessor dominium acquirit rei immobilis, quæ ad præsentem pertinet: sed audierunt, longum esse tempus quod ab episcopo definitur. Cum autem audis canonem dicentem, per unam pœnam, scilicet, a sacramentis abstinentiam, eos puniri, qui sic in senectute deliquerunt; ne dicas alias pœnas non induci, ut quæ fuerint silentio præteritæ. Hanc enim horrendam pœnam reliquæ quoque necessario consequuntur, si non plures: quin et ad annos usque triginta ipsi pœnis servire cogentur. Non sunt autem a Patribus adjecti tot anni; quod pauci admodum homines vivant triginta annis post quinquaginta computatis.

ZONAR. Qui cum bestiis ratione carentibus rem habuere, non omnes eodem modo, sed varie pro ætatum varietate, puniendos esse canon decernit. Qui enim vicesimum annum nondum excessere,

Δύο εἴδη τῶν κατηχουμένων εἰσίν· οἱ μὲν γὰρ ἄρτι προσέρχονται· διὸ καὶ ὡς ἀτελέστεροι μετὰ τὴν ἀκρόασιν τῶν Γραφῶν, καὶ τῶν θείων Εὐαγγελίων εὐθὺς ἐξίασιν· οἱ δὲ πρὸ καιροῦ προσῆλθον, B καὶ γεγόνασι τελειότεροι· ὅθεν καὶ μετὰ τὸ Εὐαγγέλιον τὴν ἐπὶ τοῖς κατηχουμένοις εὐχὴν ἀναμένουσι· καὶ ἐν τῷ προσφωνεῖσθαι τὸ, Οἱ κατηχούμενοι, τὰς κεφαλὰς ὑμῶν τῷ Κυρίῳ κλίνατε, τὸ γόνυ κλίνουσιν. Οἱ γοῦν τελειότεροι, ὡς γευόμενοι καλοῦ Θεοῦ ῥήματα, καὶ παραπεσόντες, μετακινοῦνται τῆς στάσεως, καὶ τοῖς ἀκροωμένοις συντάττονται· εἰ δὲ καὶ ἀκροώμενοι ἁμαρτάνουσι, τῆς Ἐκκλησίας τέλεον ἐξωθοῦνται.

ΚΑΝΩΝ Ϛʹ.

« Περὶ κυοφορούσης, ὅτι δεῖ φωτίζεσθαι, ὁπότε « βούλεται. Οὐδὲν γὰρ ἐν τούτῳ κοινωνεῖ ἡ « τίκτουσα τῷ τικτομένῳ· διὰ τὸ ἑκάστου ἰδίαν « τὴν προαίρεσιν τὴν ἐπὶ τῇ ὁμολογίᾳ δείκνυ« σθαι. » C

ΒΑΛΣ. Τινὲς ἔλεγον μὴ ὀφείλειν βαπτίζεσθαι τὰς ἐξ ἀπίστων τῇ Ἐκκλησίᾳ προσερχομένας κυοφορούσας, ἀλλ' ἀναμένειν τὴν εἰς τὸ φῶς τοῦ τοκετοῦ ἐξέλευσιν, ἵνα μὴ, ταύτης βαπτιζομένης, δόξῃ συμβαπτίζεσθαι καὶ τὸ ἐγκυμονούμενον, ὡς ἡνωμένον διόλου αὐτῇ· κἀντεῦθεν μετὰ τὸ γεννηθῆναι, ἢ ἀφώτιστον καταλειφθῇ, ἢ βαπτιζόμενον λογισθῇ καὶ αὖθις βαπτίζεσθαι. Οἱ γοῦν Πατέρες, τὴν ἀντίθεσιν ταύτην μὴ παραδεξάμενοι, ὥρισαν ἀποχριματίστως βαπτίζεσθαι τὰς κυοφορούσας, ὅτε βούλοιντο, διὰ τὸ μηδεμίαν κοινωνίαν ὑπεῖναι τῇ τικτούσῃ μετὰ τοῦ τικτομένου, ὅσον εἰς τὸν λόγον τοῦ φωτίσματος. Ἄλλως τε, φασὶν, ἀναγκαία ἐστὶν ἡ ἑκάστου ὁμολογία ἐν τῷ βαπτίζεσθαι· τὸ δὲ ἔμβρυον ἐστερημένον διαθέσεως οὐ δύναται τὰς ἐπὶ τῷ βαπτίσματι D ὁμολογίας ποιῆσαι. Προσετέθη δὲ τῷ κανόνι τὸ, ὅτε βούλοιντο, διὰ τοὺς λέγοντας πρὸ μὲν τοῦ εἰδοποιηθῆναι τὸ ἔμβρυον εἰς ἄνθρωπον ἀκινδύνως βαπτίζεσθαι τὴν μητέρα ἐγκυμονοῦσαν, μετὰ δὲ τοῦτο μὴ καλῶς αὐτὴν βαπτίζεσθαι· διὰ τὸ εἶναι τοιαύτης διαθέσεως τὸ ἐγκυμονούμενον, οἷας εἰσὶ καὶ ἀρτιγέννητα νήπια, τὰ μὴ δυνάμενα ὁμολογεῖν. Διό τοι καὶ εἶπον οἱ Πατέρες ἐπ' ἀδείας ἔχειν τὴν ἐγκυμονοῦσαν, ὅτε θέλει βαπτίζεσθαι. Τὰ μὲν γὰρ ἔμβρυα, ὅπως ἔχουσι διαθέσεως, οὐδεὶς περιεργάσασθαι δύναται ἢ ἀναδέξασθαι· τὰ δὲ νήπια διὰ τῶν ἀναδεχομένων αὐτὰ κατατίθενται, καὶ πραγματικῶς φωτιζόμενα θείας καταξιοῦνται ἐλλάμψεως. Ἀνά-

A dem ex perfectiorum numero fuerit, eorum scilicet, qui in precatione genu flectunt, audiat, hoc est, cum iis qui auscultari tantummodo permittuntur, si modo finem peccandi fecerit, consistat; sin vero inter audientes agens adhuc tamen offenderit, expelli, hoc est, extra ecclesiam cum lugentibus stare, hic canon jubet.

ARIST. « Catechumenus peccans, si, dum genu « flectit, amplius peccaverit, inter audientes sit; « sin, dum inter audientes est, peccet, penitus « ejiciatur. »

Duæ sunt species catechumenorum : nonnulli enim modo accedunt; quocirca et ut imperfectiores post Scripturarum et Evangeliorum auditionem statim emittuntur. Alii autem ante tempus aliquod advenerunt, et perfectiores evaserunt. Quare et post Evangelium preces pro catechumenis factas exspectant; et cum illud dicitur, Catechumeni, capita vestra Domino flectite, genu flectunt. Perfectiores itaque ut qui bona Dei verba pergustarunt, si lapsi fuerint, statione sua moventur, et cum audientibus collocantur; si autem, et cum audientes sint, peccant, ab ecclesia perfecte expelluntur.

CANON VI.

« De ea quæ uterum gerit, quod oporteat eam « baptizari, quando velit. Nihil enim ea, quæ « parit, cum fetu, qui paritur, hac in re com« mune habet; quod proprium uniuscujusque « institutum ac propositum in confessione osten« datur.

BALS. Quidam dicebant, non debere baptizari gravidas, quæ ex infidelibus ad Ecclesiam accedunt, sed exspectare fetus in lucem exitum; ne dum ea baptizatur, videatur quoque una baptizari fetus, quem in utero gerit, ut qui sit ei omnino unitus : quo fit ut postquam natus fuerit, vel non baptizatus relinquetur, vel si baptizetur, rursus baptizari reputetur. Patres itaque, hac contradictione non admissa, statuerunt, ut sine ullo præjudicio baptizentur prægnantes mulieres, quando voluerint; eo quod nihil habeat commune puerpera cum fetu qui paritur, quod ad baptismum attinet. Maxime, inquiunt, cum sit unicuique sua in baptismate necessario promissio : fetus autem, qui est in utero, cum sit affectione destitutus, non potest quæ in baptismate requiruntur professiones et vota facere. **407** Adjectum est autem canoni illud, Quando velint, propter eos qui dicunt, antequam fetus formetur in hominem posse mulierem prægnantem sine periculo baptizari, non recte autem baptizari postea : quoniam id, quod habetur in utero, in ea est constitutione, in qua infantes modo nati qui polliceri non possunt; et ideo dixerunt Patres, esse in mulieris gravidæ potestate baptizari quando velit. Quomodo enim se habeant fetus, nemo potest perquirere, vel eos suscipere. Infantes autem per susceptores suos affirmant, et actu baptizati divina illuminatione digni censentur,

Lege et quæ in cap. 10 titul. 4 præsentis operis a nobis scripta sunt.

ZONAR. Mulieres, quæ uterum ferunt, quandocunque voluerint, canon baptizari oportere decernit. Quod autem nonnulli, fetum cum matre simul baptizari, ac proinde infantem, postquam in lucem datus esset, ne baptismus in eodem geminaretur, nullo modo baptizandum esse, asseverabant; propterea verba illa, Nihil enim ea quæ parit, cum fetu qui paritur ea in re commune habet, adjunxit, hoc est, sola etenim mater, non per eam filius quoque simul, sancti baptismatis consors efficitur. Ut enim, inquit, se quis Christi sectatorem profiteatur, propria uniuscujusque electio requiritur, ac per eam, quam libenti animo baptismum quisque amplectatur, facile apparet. Quoniam vero in fetu maternis adhuc visceribus incluso electio nulla est, nec baptismum quidem suscepisse putandus est, proindeque iterum baptizari, cum eligendi facultas penes illum fuerit, oportebit.

A γνῶθι καὶ τὰ ἐν τῷ ι' κεφαλ. τοῦ δ' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος παρ' ἡμῶν γραφέντα.

ΖΩΝΑΡ. Τὰς ἐν τῇ γαστρὶ φερούσας δεῖ βαπτίζειν, φησὶν ὁ κανὼν, ὅτε βούλονται. Τινῶν δὲ λεγόντων ὅτι λοιπὸν τὸ κυοφορούμενον συμβαπτίζεται τῇ μητρὶ, καὶ οὐ χρὴ αὐτὸ μετὰ τὸ γεννηθῆναι βαπτίζεσθαι, ἵνα μὴ δὶς δοκῇ βαπτίζεσθαι, ἐπήγαγε τὸ, Οὐδὲν γὰρ ἐν τούτῳ κοινωνεῖ ἡ τίκτουσα τῷ τικτομένῳ, ἀντὶ τοῦ, Αὐτὴ γὰρ μόνη τοῦ ἁγίου ἀξιοῦται βαπτίσματος, καὶ οὐχὶ κἀκεῖνο διὰ μέσης αὐτῆς. Ὅτι, φησὶν, ἐπὶ τῇ ὁμολογίᾳ συντάττεσθαι τῷ Χριστῷ ἡ ἑκάστου προαίρεσις ἀπαιτεῖται, καὶ ἐξ αὐτῆς δείκνυται εἰ προθύμως πρόσεισι τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι. Ἐπεὶ δὲ τὸ ἔμβρυον ἐστέρηται προαιρέσεως οὐδὲ βαπτίζεσθαι δοκεῖ, ὥστε αὐτὸ χρῄζει αὖθις βαπτίσματος B ὅτε προαιρεῖσθαι δυνήσεται. »

ARIST. « Prægnans quandocunque vult baptiza-« tur. Nam uniuscujusque voluntas judicatur. »

Gravida enim propter generatum baptizari non impedietur; nec enim fetus una cum gravida baptizatus reputatur, adeo ut si cum editus fuerit, baptizetur, secundo baptizatus existimaretur. Ille enim cum ad lucem nondum venerit, nec per seipsum substitit, nec voluntatem habet.

ΑΡΙΣΤ. « Ἡ κυοφοροῦσα, ὅτε θέλει, βαπτίζεται· « ἑκάστου γὰρ ἡ προαίρεσις κρίνεται. »

Οὐ γὰρ ἐμποδισθήσεται ἡ κυοφοροῦσα διὰ τὸ τικτόμενον βαπτισθῆναι· οὐδὲ γὰρ λογίζεται τὸ ἔμβρυον συμβαπτίζεσθαι τῇ τικτούσῃ, ὥστε, ἐὰν μετὰ τὸ γεννηθῆναι βαπτισθῇ, νομισθῆναι βαπτίζεσθαι δεύτερον. Ἐκεῖνο γὰρ, μήπω εἰς φῶς ἐλθὸν, οὔτε καθ' ἑαυτὸ ὕπεστιν, οὔτε προαίρεσιν ἔχει.

CANON VII.

« Presbyter in digamiam incuntis nuptiis ne « conviveiur. Cum enim requirat pœnitentiam « digamus, quis erit presbyter, qui, eo quod sit « convivio acceptus, nuptiis assentiatur? »

BALS. Laicus, qui digamus est affectus, hinc non permittitur, nisi anno præterito, esse divinorum sacramentorum particeps. Dicit ergo canon, quod quoniam hæc pœna a sacerdote digamo inducitur, non debet cum eo in nuptiis convivium inire. Videtur enim veluti per suam præsentiam consentire,

ΚΑΝΩΝ Ζ'.

C « Πρεσβύτερον εἰς γάμον διγαμοῦντος (97) μὴ « ἑστιᾶσθαι. Ἐπεὶ μετάνοιαν αἰτοῦντος τοῦ διγάμου (98), τίς ἔσται ὁ πρεσβύτερος, ὁ διὰ τῆς « ἑστιάσεως συγκατατιθέμενος τοῖς γάμοις. »

Ὁ διγαμήσας λαϊκὸς οὐ παραχωρεῖται μετασχεῖν τῶν θείων ἁγιασμάτων ἀπεντεῦθεν, ἀλλὰ μετὰ ἐνιαυτόν. Φησὶ γοῦν ὁ κανὼν ὡς, ἐπεὶ τὸ ἐπιτίμιον τοῦτο παρὰ τοῦ ἱερέως ἐπάγεται τῷ διγαμήσαντι, οὐκ ὀφείλει οὗτος συνεστιᾶσθαι αὐτῷ εἰς τὸν γάμον. Δοκεῖ γὰρ ὥσπερ διὰ τῆς παρουσίας συναινεῖν,

Guill. Beveregii notæ.

(97) *Πρεσβύτερον εἰς γάμον διγαμοῦντος*. Cautum est hoc canone, ne quis presbyter in ejus, qui digamiam init, nuptiis conviveiur. Hinc cum Constantinus quidam episcopus ad Nicetam metropolitanum Heracleæ hanc quæstionem proposuisset, Τοὺς εἰς δεύτερον συνοικέσιον ἐρχομένους εἰ δεῖ λαβεῖν τὴν τοῦ διγάμου εὐχὴν παρὰ τοῦ κατὰ χώραν ἀρχιερέως; *An qui ad secundas convolant nuptias accipere possint bigami precationem a regionis antistite?* respondit ille juris canonici peritissimus, Ἡ μὲν ἀκρίβεια τοὺς διγάμους οὐκ οἶδε στεφανοῦν· ἡ δὲ ἐν τῇ Μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ συνήθεια τὰ τοιαῦτα οὐ παρατηρεῖται· ἀλλὰ καὶ τοῖς διγάμοις τοὺς νυμφικοὺς στεφάνους ἐπιτίθησι, καὶ οὐδεὶς οὐδέποτε διὰ τοῦτο ἐνεκλήθη. Ὥστε οὐδέ τις φοβηθήσεται τὸ ἐπίκλημα, τοὺς τοιούτους στεφανώσας· πλὴν ὀφείλουσιν ἕνα ἢ καὶ δεύτερον ἐνιαυτὸν κωλυθῆναι τῆς τῶν ἁγίων μυστηρίων μεταλήψεως, καὶ οὐδὲ τὸν ἱερολογήσαντα χρὴ συνεστιαθῆναι τούτοις. *Accurata sane disciplina bigamos coronare non novit. Magnæ autem Ecclesiæ consuetudo hæc non observat; sed bigamis etiam sponsalitias coronas imponit; nec ullus unquam propter eam causam accusatus est: ideoque calumniam non formidabit quisquam, qui tales coronavit. Illi autem annum unum aut alterum a mysteriorum communione arceri debent: nec eum, qui* D *precationem concepit, simul cum iis convivari oportet.* In *Jur. Gr. Rom.* l. v, p. 310. Exstat hoc responsum etiam in Euchologio, ubi ultima ejus pars his verbis concipitur, Ἀλλὰ καὶ τὸν ἱερολογήσαντα τούτοις πρεσβύτερον συνδειπνεῖν αὐτοῖς οὐ νενόμισται, κατὰ τὸν ζ' κανόνα τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου. *Sed neque fas est presbyterum benedictionem iis impertientem, sive pro iis precantem, simul cum iis convivari, juxta septimum canonem Neocæsariensis synodi.* Ex hoc etiam canone desumpta videntur, quæ Ælfricus in Saxonicos ad Wulfinum episcopum canones de hac retulit, ubi statuit: *Ne liceat sacerdoti ulli iis interesse nuptiarum celebritatibus, in quibus aut secundæ vir uxori jungitur, aut secundo viro femina; nec vel iisdem benedicere, ut sic admoneat eos.* Et paulo post: *Canones autem jam tum prohibent benedictionem, et ejusmodi convubentibus imponunt etiam pœnitentiam.* Ælfric. can. 9.

(98) *Ἐπεὶ μετάνοιαν αἰτοῦντος τοῦ διγάμου*. Ex his verbis facile est colligere, quales digami hic intelligendi sunt; tales nimirum qui duas habent eodem tempore uxores. Laicis enim, qui post mortem unius aliam uxorem ducunt, pœna a nullo unquam canone imposita fuit, nec publica ab iis exacta pœnitentia. Sed de hac re alibi fusius agemus.

καὶ οὐ δυνήσεται ἐπιτιμῆσαι τὸν διγαμήσαντα. Καλῶς δὲ διωρίσαντο συνεστιᾶσθαι τούτῳ τὸν ἱερέα μετὰ τὸν καιρὸν τοῦ γάμου. Μετὰ γὰρ τὸν γάμον οὐ κωλυθήσεται συνανακεῖσθαι αὐτῷ, ὡς μηδὲ ἀκοινωνήτῳ ὄντι. Εἰπὼν δέ τις ποτε ὀφείλειν τὸν διγαμήσαντα μετὰ τὴν ἀπόστασιν τῆς διγαμίας δέχεσθαι εἰς μετάνοιαν, καὶ ἐπιτιμᾶσθαι (ἔτι γὰρ τοῦ γάμου συνισταμένου, ταῦτα χώραν οὐκ ἔχουσι, κατὰ τὸν καθόλου κανόνα), ἤκουσε μὴ εἶναι γάμον ἀθέμιτον, ὥστε διασπᾶσθαι. Καὶ διὰ τοῦτο ἔῤῥωται μὲν, ἐπιτιμᾶται δὲ μετρίως, ὡς εἴρηται.

A nec poterit eum, qui duas uxores duxit, punire. Recte autem definierunt, ne sacerdos cum eo conviveiur tempore nuptiarum. Post nuptias enim non prohibebitur cum eo accumbere, ut qui non sit omnino excommunicatus. Cum autem dixisset aliquando quispiam, debere eum qui secundam uxorem duxit, postquam a secundo matrimonio diverterit, ad pœnitentiam recipi et puniri (adhuc enim constante matrimonio, hæc locum non habent, secundum universalem regulam), audivit non esse illicitum matrimonium, ut separari debeat. Et propterea est quidem confirmatum, modice autem punitur, ut dictum est.

Ἑτέρα ἑρμηνεία (99).

Ὁ παρὼν κανὼν κωλύει τοὺς πρεσβυτέρους ἑστιᾶσθαι μετὰ διγάμων, καὶ παριστᾷ διὰ τούτου ἐπιτετιμημένον εἶναι τὸν δεύτερον γάμον. Τὸ αὐτὸ δὲ φαίνεται καὶ ἀπὸ τοῦ γ' καν. τῆς ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνόδου καὶ ἀπὸ δ' καν. τοῦ ἁγίου Βασιλείου. Ἐπεὶ δὲ βλέπομέν τινας σκανδαλιζομένους ἐκ τοῦ μηδένα τινα δευτερογαμήσαντα ἐπιτιμηθῆναί ποτε, μήτε τὴν τοιαύτην ἱερολογίαν ἐμποδίζεσθαι, μᾶλλον μὲν οὖν ἔστιν ὅτε ἐπιτρέπεται διὰ πιττακίου χαρτοφύλακος· εἴδομεν δὲ πατριάρχας καὶ ἀρχιερεῖς πολλοὺς συνεσθίοντας μετὰ βασιλέων διγαμούντων, καὶ ἄλλων μεγιστάνων, φαμὲν ὅτι κἂν ἐπιτιμίῳ καιρικῆς ἀκοινωνησίας ἐκ τοῦ ῥηθέντος κανόνος οἱ δευτερογαμοῦντες ὑπέκειντο, ἀλλ' ὁ τῆς ἑνώσεως τόμος, καταστρωθεὶς παρ' ἡμῶν εἰς τὸν δ' κανόνα τοῦ ἁγίου Βασιλείου, ἐξισώσει τῷ πρώτῳ γάμῳ διόλου τὸν δεύτερον· καὶ εἰπὼν πότε καὶ οὗτοι ἐπιτιμᾶσθαι ὀφείλουσιν, ἔλυσε τὸ ἐπιτίμιον. Φησὶ γὰρ ἐν μέρει ταῦτα μὲν περὶ τοῦ τρίτου γάμου· οὐ μὴν οὐδὲ τὸν δεύτερον οὐδὲ τὸν α' ἐκτὸς ἀσφαλείας ἐῶμεν· ἀλλὰ κἀκείνους ὁρίζομεν οὕτω συνίστασθαι, ὥστε μηδεμίαν ἔχειν πονηρὰν αἰτίαν ἢ ἐξ ἁρπαγῆς ἢ προηγησαμένης λαθραίας φθορᾶς, ἀλλὰ νομίμους καὶ καθαρεύοντας τῶν τοιούτων μολυσμάτων καὶ πονηρᾶς ἀκαθαρσίας· καὶ ἐφεξῆς ἐπιτιμῶμεν τούτους μόνους· τοὺς δὲ λοιποὺς ἀνεπιτιμήτους συντηρεῖ.

Altera interpretatio.

Præsens canon prohibet presbyteros cum digaB mis convivari, et per hoc secundum matrimonium puniri ostendit. Idem autem apparet et ex tertio canone syn. Neocæsariensæ, et ex canone 4 sancti Basilii. Quoniam autem videmus nonnullos offendi, eo quod nullus eorum, qui secundum matrimonium contraxit, unquam puniatur, nec iis sacramentorum participatio impediatur, sed potius etiam per chartophylacis pittacium permittatur; vidimus autem et patriarchas et multos alios antistites cum imperatoribus, qui secundas nuptias celebrant, et **408** cum aliis magnatibus comedentes; dicimus, quod etiamsi temporalis excommunicationis pœnæ ex prædicto can. digami subjecti sint, unionis tamen decisio, quæ a nobis sita est in can. 4 sancti Basilii, primo matrimonio secundum omnino æquavit; et dixit, C quando ii omnino punientur, pœnam dissolvit. Hæc etiam in particulari dicit de tertio matrimonio: at nec secundum nec primum sine securitate relinquimus: sed et illa sic constituenda decernimus, ut nullam improbam causam habeant, vel ex raptu, vel ex clandestino præcedente coitu; sed sint legitima et ab ejusmodi inquinamentis sordibusque malis aliena; et deinceps quæ sunt hujusmodi solum punimus; reliqua vero pœnis non obnoxia conservat.

ΖΩΝΑΡ. Ἡ διγαμία ὑπὸ ἐπιτίμιόν ἐστιν. Ἐνιαυτὸν γὰρ τῆς ἁγίας μεταλήψεως εἴργεται. Τὸ δὲ ἐπιτίμιον οἱ ἱερεῖς ἐπάγουσιν, εἰς μετάνοιαν ἐρχομένου τοῦ διγαμήσαντος. Ὁ γοῦν διὰ τῆς παρουσίας αὐτοῦ συναινεῖν δοκῶν τῷ δευτέρῳ γάμῳ ἱερεύς τίς ἔσται, φησὶν ὁ κανὼν, τουτέστι, πῶς οὐκ αἰδεσθήσεται ἐπιτιμῶν τῷ δευτερογαμοῦντι ὁ διὰ τῆς παρουσίας αὐτοῦ συνευδοκῶν τῇ δευτερογαμίᾳ; Ἀλλὰ ταῦτα ἐν γράμμασιν. Ἡμῖν δὲ καὶ πατριάρχης ὤφθη, καὶ μητροπολῖται διάφοροι συνεστιώμενοι δευτερογαμήσαντι βασιλεῖ.

ZONAR. Suam digamiæ multam can. statuere. Uno siquidem anno digamos a perceptione sacrorum munerum arceri jubent. Eam vero pœnam diD gamis, sibi a pœnitentia remedium quærentibus, sacerdotes injungunt. Quis ergo sacerdos, inquit canon, secundis nuptiis, ut eas vel hoc ipso, quod adest, probare videatur, intersit? hoc est, qui fieri potest ut pœnam a digamo exigere non pudor sit ei, qui digami factum a se non improbari, cum nuptiis secundis ipse interfuerit, satis ostendit? Verum hæc in libris scripta reperiuntur. Nos autem et patriarcham et metropolitanos complures in convivio imperatoris secundas nuptias celebrantes aspeximus.

Guill. Beveregii notæ.

(99) *Ἑτέρα ἑρμηνεία.* Hanc alteram hujus canonis interpretationem codici Bodleiano acceptam ferimus. Neque enim Græce exstat: sed Latina ejus versio in supplemento ad Parisiensem Balsamonis editionem habetur, e codice Tiliano per Gentianum Hervetum eruta. In codice Amerbachiano desideratur.

ARIST. « Presbyter digamorum nuptiis non debet A « interesse. Cum digamus enim veniam imploraverit, quis eum venia dignabitur? »

Sacerdos qui digamo benedixit, a mensa debet recedere et non cum eo convivari. Si enim pœnæ subjectus fuerit digamus, quænam presbytero concedatur venia qui, eo quod convivatus est, istiusmodi nuptiis assensum præbuit?

CANON VIII.

« Si alicujus uxor, cum esset laicus, adulterata « fuisse plane convicta fuerit, is non potest ad « ministerium accedere. Sin autem etiam post « ordinationem adulterata fuerit, debet eam di- « mittere. Quod si cohabitet, non potest sibi com- « missum ministerium exsequi. » B

BALS. Didicisti ex diversis legibus, licere sine periculo uxorem adulteratam recipere, et peccati veniam dare. Et lege librum Basil. XXVIII, tit. 7, cap. 1, qui dicit, maritum posse intra biennium, sine ullo periculo, suam uxorem ex monasterio recipere, quæ ut adultera condemnata est et inclusa: ab eo enim tempore tondetur. Dicit ergo etiam canon, quod, etsi vir hoc facere potest, nimirum veniam adulteratæ uxoris peccato dare, sed tamen quoniam can. apostolicus 18 non permittit, ut in sacerdotalem catalogum adscribatur, qui uxorem fornicatricem vel dimissam vel scenicam duxerit, ne hic quidem ad sacrum ordinem provehetur. Atque id quidem ita se habet, si laici uxor adulterata fuerit: sin autem ejus qui est sacratus, C ipse quidem, ut qui nihil deliquerit, si exinde ab ea separetur, erit in proprio gradu. Sin vero hoc facere noluerit, sed una cum adultera cohabitat, deponetur, ut qui sit inquinamenti particeps; eo quod cum adultera rem habuerit. Interrogaverit autem quispiam, Cur cum Patres de mulieris adulterio dixissent, non satis habuerunt, nisi etiam adderent adulterium fuisse aperte convictum? *Solutio.* Diversæ leges jubent mulierem non aliter condemnari ut adulteram, quam per apertas probationes, id est, per quinque testes jurantes se vidisse in ipso actu fieri adulterium. Hac ratione nec omnes possunt crimen adulterii intendere: sed quinque solum personæ, maritus, pater, frater, D patruus, avunculus. Sed nec ipsa mulier, se adulterium commisisse confessa, condemnatur, quod etiam est novum. Adjecerunt ergo Patres, eam damnari ut adulteram, quæ est apertis probationi-

ΑΡΙΣΤ. « Οὐχ ἑστιᾶται πρεσβύτερος ἐπὶ διγάμοις· « ἐκείνου γὰρ συγγνώμης δεομένου, τίς ἐκεῖνον « ἀξιώσει συγγνώμης; »

Ὁ ἱερεὺς, εὐλογήσας τὸν δίγαμον, τῆς τραπέζης ὀφείλει ὑπαναχωρεῖν, καὶ μὴ συνεστιαθῆναι αὐτῷ. Εἰ γὰρ ὑπὸ ἐπιτίμιόν ἐστιν ὁ δίγαμος, ποία ἔσται τῷ πρεσβυτέρῳ συγγνώμη, τῷ διὰ ἑστιάσεως τοῖς τοιούτοις συγκατατιθεμένῳ γάμοις;

ΚΑΝΩΝ Η'.

« Ἐὰν γυνή τινος (1) μοιχευθεῖσα λαϊκοῦ ὄντος ἐλεγχθῇ « φανερῶς, ὁ τοιοῦτος εἰς ὑπηρεσίαν ἐλθεῖν οὐ « δύναται. Ἐὰν δὲ καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν μοι- « χευθῇ, ὀφείλει ἀπολῦσαι αὐτήν. Ἐὰν δὲ συζῇ, « οὐ δύναται (2) ἔχεσθαι τῆς ἐγχειρισθείσης αὐτῷ B « διακονίας. »

ΒΑΛΣ. Ἔμαθες ἀπὸ διαφόρων νομίμων ὡς ἔξεστι τῷ ἀνδρὶ ἀκινδύνως λαμβάνειν τὴν μοιχευθεῖσαν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ συμπαθεῖν τὸ ἁμάρτημα. Ζήτει καὶ βιβλίον (3) τῶν Βασιλικῶν κη', τίτ. ζ', κεφ. α' λέγον, ἐντὸς διετίας δύνασθαι τὸν ἄνδρα λαμβάνειν ἀκινδύνως ἐκ τοῦ μοναστηρίου τὴν οἰκείαν γυναῖκα, καταδικασθεῖσαν ὡς μοιχαλίδα καὶ ἐγκλεισθεῖσαν. Ἔκτοτε γὰρ κουρεύεται. Φησὶ τοίνυν ὁ κανὼν ὡς, εἰ καὶ δύναται ὁ ἀνὴρ τοῦτο ποιεῖν, ἤγουν τὸ συμπαθεῖν (4) τὸ ἁμάρτημα τῆς μοιχευθείσης γυναικὸς, ἀλλ' ἐπεὶ ὁ ιη' ἀποστολικὸς κανὼν οὐ παραχωρεῖ ἱερατικῷ καταλόγῳ συναριθμηθῆναι τὸν λαβόντα γυναῖκα πόρνην ἢ ἐκβεβλημένην ἢ σκηνικὴν, οὐδὲ οὗτος εἰς βαθμὸν ἱερατικὸν ἀναχθήσεται. Καὶ τοῦτο C μὲν, ἐὰν λαϊκοῦ τινος γυνὴ μοιχευθῇ· ἐὰν δὲ ἱερωμένου, αὐτὸς μὲν ὡς μηδέν τι πταίσας, ἐὰν διαζυγῇ αὐτῆς ἀπεντεῦθεν, ἔσται εἰς τὸν οἰκεῖον βαθμόν. Εἰ δὲ οὐ θελήσει τοῦτο ποιῆσαι, ἀλλὰ συνδιάγει μετὰ τῆς μοιχαλίδος, καθαιρεθήσεται, ὡς μετασχὼν τοῦ μιάσματος διὰ τὸ συμμίγνυσθαι τῇ μοιχευθείσῃ. Ἐρωτήσει δέ τις, Διὰ τί εἰπόντες περὶ μοιχείας γυναικὸς οἱ Πατέρες οὐκ ἠρκέσθησαν, ἀλλὰ προσέθεντο τὴν μοιχείαν φανερῶς ἐλεγχθῆναι; *Λύσις.* Διάφοροι νόμοι παρακελεύονται μὴ ἄλλως τὴν γυναῖκα ὡς μοιχευθεῖσαν κατακρίνεσθαι, εἰ μὴ διὰ φανερῶν ἀποδείξεων, τοῦτ' ἔστι διὰ πέντε μαρτύρων ὀμνυόντων ἰδεῖν ἐπ' αὐτοφώρῳ τὴν μοιχείαν τελουμένην. Κατὰ τοῦτο γὰρ οὐδὲ πάντες δύνανται κινεῖν τὸ μοιχικὸν ἔγκλημα, ἀλλὰ πρόσωπα πέντε, D ἀνὴρ, πατὴρ, ἀδελφὸς, θεῖος πρὸς πατρὸς, καὶ θεῖος πρὸς μητρός. Οὐδὲ αὐτὴ ἡ γυνὴ ὁμολογοῦσα μοιχεῦσαι καταδικάζεται, ὅπερ ἐστὶ καὶ καινόν. Προσέθεντο οὖν οἱ Πατέρες ὡς μοιχαλίδα ἐκείνην κατα-

Guill. Beveregii notæ.

(1) *Ἐὰν γυνή τινος.* Joannes Antiochenus in Collect. can. tit. 41, legit, Γυνή τινος μοιχευθεῖσα λαϊκοῦ ὄντος, ἐὰν ἐλεγχθῇ φανερῶς. Sic etiam legit Dionysius Exiguus; vertit enim, *Mulier cujusdam adulterata laici constituti, si evidenter arguatur.* Et vetus interpres, *Mulier cujusque adulterata laico constituto, si doceatur.* Sic etiam legitur in Parisiensi Balsamonis editione: sed codex Amerbachianus cum Tiliano nostræ lectioni adstipulatur.

(2) *Οὐ δύναται.* Sic omnes codices mss.; sed Joannes Antiochenus legit, Οὐ δεῖ αὐτὴν δύναται ἔχεσθαι τῆς ἐγχειρισθείσης αὐτῷ ὑπηρεσίας. *Non potest propter eam commissum sibi ministerium exsequi.* Collect. can. tit. 41.

(3) *Ζήτει καὶ βιβλίον.* Hæc usque ad ἔκτοτε γὰρ κουρεύεται inclusive, ex ms. Bodleiano supplevimus. Exstant autem in Tiliano: Nam Gentianus Hervetus Latine ea vertit. In aliis codicibus desiderantur.

(4) *Ἤγουν τὸ συμπαθεῖν.* Hanc etiam pericopen ἐξηγητικὴν codici Bodleiano debemus: in nullo enim alio legitur.

δικάζεσθαι, την ἐλεγχθεῖσαν διὰ φανερῶν ἀποδείξεων, ὡς εἴρηται, οὐ μὴν τὴν ὑποπτευθεῖσαν ἀπὸ ὁμιλίας ἢ συνοικήσεως, ἢ ἄλλης τινὸς αἰτίας. Τί δὲ, ἐὰν ὁ λαϊκὸς, μετὰ τὸ μοιχευθῆναι τὴν γυναῖκα τούτου, ἀπολύσῃ αὐτὴν, προαναβιβασθήσεται εἰς βαθμὸν, ὥσπερ οὐ καθαιρεῖται ὁ ἱερωμένος, ὁ ἀπολύσας τὴν μοιχευθεῖσαν γυναῖκα αὐτοῦ; *Λύσις*. Ἀπὸ τοῦ ιη' ἀποστολικοῦ κανόνος κωλύεται προαναβιβασθῆναι εἰς βαθμὸν ὁ γυναῖκα πόρνην ἀγόμενος· πολλῷ γοῦν πλέον οὐ προαναβιβασθήσεται ὁ μετὰ μοιχαλίδος συμφθαρεὶς, κἂν ἐν ἀγνοίᾳ. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ οἱ Πατέρες ἐπὶ μὲν τοῦ λαϊκοῦ διαίρεσιν οὐ πεποιήκασι, χάριν τοῦ ἀπολυθῆναι τὴν μοιχαλίδα, καὶ μὴ ἀπολυθῆναι, ἀλλὰ ἀδιαστίκτως διωρίσαντο μὴ δύνασθαι τὸν ἄνδρα αὐτῆς εἰς ὑπηρεσίαν ἐλθεῖν· ἐπὶ δὲ τοῦ ἱερέως εἰσήγαγον τὴν διαίρεσιν. Ἔστι δὲ καὶ διαφορὰ τοῦ μήπω ἱερωθέντος καὶ τοῦ ἱερωθέντος, καὶ διά τι πταῖσμα καθαιρεθῆναι μέλλοντος. Ὁ μὲν γὰρ μὴ ἐπιτυχὼν πλείονός τινος οὐ τοσοῦτον βαρυθυμήσει, ἀλλ' εὐχαριστήσει μᾶλλον, ὡς τῷ κανόνι μὴ προσκρούσας· ὁ δὲ διά τι πταῖσμα ἑτέρου ἀφαιρούμενος τὸ προσὸν αὐτῷ ἀξίωμα μεγάλως δεινοπαθήσει. Τὸ γὰρ εἰς πεῖραν ἧκον ἀνιαρὸν εἰς ἀφαίρεσιν.

ΖΩΝΑΡ. Ἀνδρὸς λαϊκοῦ γυνὴ μοιχευθεῖσα, καὶ φανερῶς ἐλεγχθεῖσα, κωλύει τὸν ἄνδρα αὐτῆς εἰς ὑπηρεσίαν ἐλθεῖν, τουτέστιν εἰς βαθμὸν ἱερατικόν τινα· πλὴν ἡ φανερῶς ἐλεγχθεῖσα, οὐχ ἡ ἐν ὑποψίᾳ γενομένη ἢ καὶ κατηγορηθεῖσα παρά τινος τῶν κατηγορεῖν, ἀλλὰ ῥητοῖς προσώπων. Οὐ γὰρ τῷ βουλομένῳ ἐφεῖται περὶ μοιχείας κατηγορεῖν οὐ δυναμένων αὐτῆς προσώπων. Οὐ γὰρ τῷ βουλομένῳ ἐφεῖται περὶ μοιχείας κατηγορεῖν ἀλλὰ προσώποις. Ἐὰν δὲ καὶ ἱερωμένου γυνὴ μοιχευθῇ, ἀπολῦσαι αὐτὴν ὀφείλει, τουτέστι διαζυγῆναι αὐτῆς. εἰ δὲ συζῆν αὐτῇ βούλεται, κωλύεται τῆς ἐγχειρισθείσης αὐτῷ διακονίας, ἤτοι τοῦ βαθμοῦ εἰς ὃν κατετάχθη. Ἡ γὰρ μοιχευθεῖσα μεμίανται· ὁ δὲ ταύτῃ μιγνύμενος ἓν σῶμα γίνεται, καὶ λοιπὸν μετέχει κἀκεῖνος τοῦ μιάσματος. Ὁ δὲ μεμιασμένος πῶς δεχθήσεται εἴς τι θεῖον λειτούργημα;

bus convicta, ut dictum est; non autem eam, quæ fuit suspecta propter collocutionem, vel consuetudinem ac familiaritatem, vel aliquam aliam ob causam. Quid autem, an laicus, si postquam **409** ejus uxor fuit adulterata, dimiserit eam, ad gradum promovebitur; sicut non deponitur is qui est sacratus, dimissa uxore sua, quæ commisit adulterium? *Solutio*. A canone apostolico 18 prohibetur ad gradum promoveri, qui duxit uxorem fornicatricem: multo ergo magis non promovebitur, qui cum adultera vel insciens rem habuit. Propterea enim Patres nullam in laico divisionem fecere, de dimittenda adultera, vel non dimittenda: sed indistincte definierunt, non posse ejus maritum venire ad ministerium. In sacerdote autem divisionem introduxere. Est autem differentia ejus qui nondum est sacratus, et ejus qui est sacratus; sed propter delictum aliquod est deponendus. Qui enim non est majus aliquod assecutus, non tam ægre feret: sed æquo potius animo patietur et lætabitur, quod canonem non offenderit. Is autem, cui propter alterius delictum aufertur ea quam habet dignitas, admodum ægre feret. Id enim quod jam expertus est, molestum est si auferatur.

ZONAR. Si laici uxor adulterii manifesto convicta sit, ejus virum a ministerio, a sacrorum scilicet ordinum susceptione, arceri [canon] jubet; modo tamen manifestis indiciis convicta mulier, non autem vel suspicione tantum notata, vel ab iis, quibus nomen illius deferendi potestas non est, accusata fuerit. Nec enim cuicunque volenti, sed certis tantum quibusdam hominibus, mulierem adulterii reum agere concessum est. Quod si adulterium sacro ordine initiati hominis conjux patraverit, eam vir dimittat, hoc est, ab illius se consuetudine [commercioque sejungat; si vero cum illa vitæ societatem habere voluerit, ipsum a commisso ministerio, hoc est, a sui ordinis gradu, dimoveri decretum est. Patrato namque adulterio mulier polluta est; qui vero pollutæ commiscetur, unum corpus efficitur, eademque proinde contagione ipsum maculari necesse est. Hominem vero pollutum in sacro aliquo ministerio quis ferat?

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ λαϊκὸς, οὗ ἡ γυνὴ μεμοίχευται, οὐ « κληροῦται· καὶ ὁ ἐν κλήρῳ εἰ κατέχει μοιχευ« θεῖσαν αὐτὴν, ἐκδιώκεται. »

Εἰ ὁ κεκληρωμένος, τὴν γυναῖκα αὐτοῦ μοιχευθεῖσαν μὴ ἀπολύων, τῆς ἀξίας μετακινεῖται· πῶς ὁ λαϊκὸς, οὗ ἡ γυνὴ μεμοίχευται, εἰς κλῆρον παραδεχθήσεται;

ARIST. « Laicus cujus uxor adulterata est non fit « clericus, et clericus qui eam retinet postquam « adulterium commisit, expellitur. »

Si ille qui in clerum cooptatus est, uxorem suam adulteratam non dimittens, dignitate movetur: quomodo laicus cujus uxor adulterata est in clerum admittatur?

ΚΑΝΩΝ Θ'.

« Πρεσβύτερος, ἐὰν προημαρτηκὼς σώματι, προ« αχθῇ, καὶ ὁμολογήσῃ ὅτι ἥμαρτε πρὸ χειροτονίας, « μὴ προσφερέτω· μένων ἐν τοῖς λοιποῖς διὰ τὴν « ἄλλην σπουδήν. Τὰ γὰρ λοιπὰ ἁμαρτήματα ἔφα« σαν οἱ πολλοὶ καὶ τὴν χειροθεσίαν ἀφιέναι. Ἐὰν « δὲ αὐτὸς μὴ ὁμολογῇ, ἐλεγχθῆναι δὲ φανερῶς μὴ « δυνηθῇ, ἐπ' αὐτῷ ἐκείνῳ ποιεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν. »

ΒΑΛΣ. Ἱερεὺς, πορνεύσας πρὸ τῆς χειροτονίας,

CANON IX.

« Si presbyter, qui corpore prius peccaverat, promo« tus fuerit, et si ante ordinationem peccasse con« fessus fuerit, ne offerat: manens in aliis, pro« pter aliud ejus bonæ vitæ studium. Reliqua enim « peccata dicunt multi manuum impositione tolli. « Quod si ipse non confiteatur, aperte autem convin« ci non potuerit, illius quoque ei fiat potestas.

BALS. Sacerdos, qui ante ordinationem fornica-

ius erat, peccatum sua sponte post ordinationem confessus est. Dicunt ergo Patres, eum, ut qui sua sponte fassus sit, a sacrificii quidem celebratione cessare, habere autem alia sacerdotum privilegia, scilicet cum sacerdotibus cathedram, sacramentorum in altari participationem, et alia quædam : et maxime si sit virtutis studiosus. Perinde autem ac si dixisset quispiam, alia quoque peccata sequi fornicationis vitium, consensum, manus contrectationem, oscula, et hujusmodi alia; et ab iis impediri eum qui fassus est, ne habeat sacerdotis honorem: subjunxerunt Patres, quod quoniam ab hujusmodi delictis non impeditur quispiam, quominus ad sacerdotium provehatur, quia hæc ab ordinatione solvuntur, non impedietur ab iis, quominus alia habeat privilegia. Et hæc quidem, quando sacerdos suum peccatum confessus fuerit. Sin autem nec confessus nec aperte convictus fuerit, nullo modo labefactabitur, sed in ejus potestate erit sacra celebrare vel cessare, prout ei sua dictarit conscientia; quemadmodum si convictus fuerit, exinde deponetur, et nec honore nec alio privilegio dignus habebitur. **410** Adjecerunt autem Patres apertam probationem, eo quod nemo deponatur, nisi per apertas probationes, scilicet per affirmationem quinque testium jurantium. Dicit autem etiam lex civilis: Melius est peccata relinqui impunita, quam aliquos sine causa puniri. Lege et canonem sancti Basilii, 27 et novellam 29 domini Leonis Philosophi, et ex interrogationibus factis in synodo Constantinopolitana interpretationem responsi, dicentis laicorum loco censeri eos, qui depositi fuerint : et dic paucis, quod est differentia ejus qui peccavit ante ordinationem et confessus est et ejus qui propter crimen condemnatus est post ordinationem. Similiter et ejus qui fuit digamus post ordinationem, et ejus cui sacerdotium ablatum est. Qui enim, quod ante ordinationem commisit, peccatum confessus est, ab offerendo tantum removebitur, sed sacerdotali cathedra dignus habebitur, et reliquis ejusmodi, ut vult canon 89 sancti Basilii. Qui autem secundam uxorem duxit, et se eo modo sacerdotio movit, ministeriis, quæ sunt extra sacrum tribunal, dignus habebitur. Sed qui est condemnatus, ne hæc quidem exercebit, sed in laicorum locum rejicietur. Lege syn. in Trullo canonem 21 et 26, et quæ sunt in ipsis. 79 autem imp. domini Leonis Sapientis novella, sic se habet ad verbum : Quæ Deo semel sunt consecrata, ea non esse auferenda constitui oportet; idque non solum in rebus pretiosis consecratis, sed multo etiam magis in hominibus, quibus per clericatum Deo dedicatio accessit; etiamsi, cujusmodi multa sunt humana delicta, ab eo ordine, in quo, ut se honeste præclareque gererent, electi sunt, tyrannidem exercens eos peccatum detruserit. Veteris itaque legislatoris institutum non admittimus, qui vult presbyterum vel diaconum vel subdiaconum, qui postquam ei manus est imposita, cum muliere conjungi-

A ὡμολόγησεν ἐχὼν μετὰ τὴν χειροτονίαν τὴν ἁμαρτίαν. Φασὶν οὖν οἱ Πατέρες τὸν τοιοῦτον ὡς αὐτοθελῶς ἐξομολογησάμενον τῆς μὲν ἱερουργίας παυθῆναι, ἔχειν δὲ τἄλλα προνόμια τῶν ἱερέων, δηλονότι τὴν μετὰ τῶν ἱερέων καθέδραν, τὴν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ τῶν ἁγιασμάτων μετάληψιν, καὶ ἕτερά τινα, καὶ μάλιστα ἐὰν πρὸς ἀρετὴν σπουδαῖός ἐστιν. Ὡς τινος δὲ εἰπόντος ἐπακολουθεῖν τῷ πάθει τῆς πορνείας καὶ ἄλλα τινὰ ἁμαρτήματα, συγκατάθεσιν, ἀφὴν χειρὸς, φιλήματα, καὶ τοιαῦτα, καὶ ἀπὸ τούτων ἐμποδίζεσθαι τὸν ἐξομολογούμενον, ὥστε ἔχειν τιμὴν ἱερέως, ἐπήγαγον οἱ Πατέρες ὡς, ἐπεὶ ἀπὸ τοιούτων ἁμαρτημάτων οὐκ ἐμποδίζεταί τις εἰς ἱερωσύνην προαναβιβασθῆναι, διὰ τὸ λύεσθαι ταῦτα ὑπὸ τῆς χειροτονίας, οὐ κωλυθήσεται ἐξ αὐ-
B τῶν ἔχειν τὰ ἄλλα προνόμια. Καὶ ταῦτα μὲν, ὅταν ὁ ἱερεὺς ἐξομολογήσηται τὸ ἁμάρτημα· ἐὰν δὲ μήτε ὁμολογήσῃ μήτε ἐλεγχθῇ φανερῶς, οὐδεπωσοῦν παρασαλευθήσεται· ἀλλὰ παρ' αὐτῷ κείσεται ἐξουσία τοῦ ἱερουργεῖν ἢ παύσασθαι πρὸς τὸ οἰκεῖον συνειδός· ὥσπερ ἐὰν ἐλεγχθῇ, ἀπεντεῦθεν καθαιρεθήσεται, καὶ οὐδὲ τιμῆς ἢ ἄλλου προνομίου ἀξιωθήσεται. Προσέθεντο δὲ οἱ Πατέρες τὸν φανερὸν ἔλεγχον, διὰ τὸ μηδένα καθαιρεῖσθαι εἰ μὴ διὰ φανερῶν ἀποδείξεων, ἤτοι διὰ καταθέσεως μαρτύρων πέντε ὀμνυόντων. Φησὶ δὲ καὶ ὁ νόμος· Κρεῖττόν ἐστι τὰ ἁμαρτήματα ἀνεκδίκητα καταλιμπάνεσθαι, ἢ τινας ἀναιτίους κολάζεσθαι. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν κζ' κανόνα τοῦ ἁγίου Βασιλείου καὶ τὴν
C κθ' νεαρὰν τοῦ βασιλέως κυρίου Λέοντος τοῦ Φιλοσόφου, καὶ ἀπὸ τῶν γεγονυιῶν ἐρωτήσεων εἰς τὴν ἑρμηνείαν τῆς ἀποκρίσεως, τῆς λεγούσης εἰς τὸν τόπον τάττεσθαι τῶν λαϊκῶν τοὺς καθαιρεθέντας· καὶ συναγαγὼν εἰπὲ ὅτι διαφορά ἐστι τοῦ πρὸ τῆς χειροτονίας ἡμαρτηκότος καὶ ἐξομολογησαμένου, καὶ τοῦ καταδικασθέντος διὰ ἔγκλημα μετὰ τὴν χειροτονίαν· ὡσαύτως καὶ τοῦ διγαμήσαντος μετὰ τὴν χειροτονίαν, καὶ ἀφαιρεθέντος τὴν ἱερωσύνην. Ὁ μὲν γὰρ ἐξομολογησάμενος τὴν πρὸ τῆς χειροτονίας ἁμαρτίαν μόνου τοῦ προσφέρειν στερηθήσεται· καθέδρας δὲ ἱερατικῆς ἀξιωθήσεται καὶ λοιπῶν τοιούτων, κατὰ τὸν πθ' κανόνα τοῦ ἁγίου Βασιλείου. Ὁ δὲ διγαμήσας, καὶ ἑαυτὸν τοιουτοτρόπως ἐκ τῆς ἱερωσύνης μετακινήσας, τῶν ἔξω τοῦ βήματος
D διακονιῶν ἀξιωθήσεται. Ὁ δὲ καταδικασθεὶς οὐδὲ ταῦτα ἐνεργήσει, ἀλλ' εἰς τὸν τόπον τῶν λαϊκῶν ῥιφήσεται. Ἀνάγνωθι καὶ τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου κανόνα κα' καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς. Ἡ δὲ οθ' νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Σοφοῦ ἔχει κατὰ ῥῆμα οὕτως· Τὰ ἅπαξ ἀνατεθειμένα τῷ Θεῷ ἀναφαίρετα δεῖν εἶναι καθίστασθαι, καὶ τοῦτο οὐ μόνον ἐπὶ κειμηλίων ἀνιερωμένων, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἐπ' ἀνθρώπων, οἷς διὰ τοῦ κλήρου προσγένηται ἡ πρὸς τὸ θεῖον ἀνάθεσις, κἂν, οἷα πολλὰ τὰ ἀνθρώπινα πταίσματα, τῆς τάξεως ἐν ᾗ διαπρέπειν κατεκληρώθησαν, ἡ τύραννος αὐτοὺς ἐξωθήσειεν ἁμαρτία. Οὐκ ἀποδεχόμενοι οὖν τῆς προαιρέσεως τὸν παλαιὸν νομοθέτην, ὃς βούλεται πρεσβύτερον ἢ διάκονον ἢ ὑποδιάκονον, μετὰ τὴν ἐπ' αὐτῷ χειροθεσίαν συνα-

πτόμενον γαμετῇ, παντελῶς τοιούτου ὑπεξίστασθαι σχήματος, καὶ πρὸς τὸν λαϊκὸν βίον ἐπαναστρέφεσθαι, ἀκυροῦμεν τὸ δόγμα. Θεσπίζομεν δὲ μόνον τῇ ὑποχωρήσει τῆς τάξεως ἐφ' ᾗ πρὸ τοῦ γάμου ἐγνωρίζοντο, ἀρκεῖσθαι τὴν δίκην αὐτοῖς· τοῦ δὲ κληρικοῦ σχήματος καὶ τῆς ἄλλης ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ὑπηρεσίας, ἧς ἐφάπτεσθαι οὐκ ἀθέμιτον, μὴ παντάπασι τὴν ἀλλοτρίωσιν καταδικάζεσθαι.

tur, ab eo habitu omnino excidere, et ad vitam laicam redire: et decretum infirmamus. Decernimus autem solum ut ordinis cessione, in quo ante matrimonium cognoscebatur, supplicii satis sit: clerici autem habitus, et alius in ecclesiis ministerii, quod nefas non est attingere, alienatione non omnino condemnetur.

ΖΩΝΑΡ. Ἐάν τις πρὸ τῆς εἰς ἱερωσύνην χειροτονίας ἁμάρτῃ σώματι, ἤγουν μέχρι μίξεως σαρκικῆς ἔλθῃ, εἶτα προαχθῇ, ἀντὶ τοῦ, πρεσβύτερος χειροτονηθῇ, καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν ὁμολογήσῃ τὴν ἁμαρτίαν, προσφέρειν μὲν οὐ συγχωρεῖται, τουτέστιν ἱερουργεῖν· μενεῖ δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις, τουτέστιν ἐν τῇ τιμῇ τῶν ἱερέων, ἐν τῇ καθέδρᾳ, καὶ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ τῶν ἁγιασμάτων μεταλήψεται, καὶ ἄλλα ἕξει προνόμια διὰ τὴν ἄλλην σπουδὴν σπουδαῖος. Ἁμαρτήματα γὰρ τὰ ἐλάττω, τὰ πρὸ τῆς μίξεως δηλαδὴ, οἷον τὴν συγκατάθεσιν, τὸ ἅψασθαι χειρὶ γυναικὸς, τὸ μέχρι φιλήματος προελθεῖν, ἡ χειροθεσία λύει, φησί. Καὶ οὐδὲ τοῦτο ὡς ὁμολογούμενον εἶπε, ἀλλὰ κεκολασμένως, ἔφασαν, εἰπὼν, οἱ πολλοὶ, ἀντὶ τοῦ, ὡς παρά τινων λέγεται. Εἰ μὲν οὖν αὐτὸς ὁμολογεῖ τὸ ἁμάρτημα, τὰ εἰρημένα γενήσεται· εἰ δὲ οὐχ ὁμολογεῖ οὔτε προφανῶς ἐλέγχοιτο, τότε χρὴ τὴν ἐξουσίαν τοῦ ἱερουργεῖν ἢ παύσασθαι ἐκεῖνον ἔχειν, ἵνα, εἰ σύνοιδεν ἑαυτῷ τὸ ἁμάρτημα, παύσηται τῆς λειτουργίας· κρεῖσσον γάρ, φησί που ὁ νόμος, τὰ ἁμαρτήματα καταλιμπάνεσθαι ἀνεκδίκητα, ἢ τινας ἀναιτίως κολάζεσθαι.

ZONAR. Si, priusquam sacris ordinibus initiaretur, corpore quispiam peccaverit, hoc est, ad libidinosam usque corporum commistionem progressus fuerit, deinde vero admissum crimen promotus, hoc est, ubi sacerdos creatus fuerit, confiteatur, offerre, hoc est, sacra celebrare homini nequaquam licebit: cæterum alia, scilicet sacerdotum honorem, cathedræ prærogativam, jusque præterea in altari communicandi, retinebit, aliisque ob alias virtutes, si nimirum vitæ integer ac virtutis exercendæ studiosus sit, privilegiis cohonestabitur. Nam reliqua minora crimina, quæ videlicet conjunctionem corporum comitantur, quale est facinori assentiri, contrectare manu feminam, osculum quoque eidem impertiri, hæc, inquit, manuum impositione tolluntur. Verum ne id quidem tanquam omnino certum, sed cum ea moderatione dixere multi, hoc est, ut a quibusdam dicitur, asseveravit. Atque hæc quidem, eo scelus non inficiente, tenenda sunt. Quod si nec ille crimen fateri velit, neque manifesto convinci potest; tunc sacra ministeria obeundi, vel ab eis cessandi potestas illius arbitrio permitti debet; ut si quidem conscientia flagitii premitur, sua sponte a sacrorum munerum functione desistat. Maleficia namque, alicubi lex ita, potius impunita dimitti, quam innocentibus quibuscunque pœnam irrogari, decet.

ΑΡΙΣΤ. « Ἐὰν ὁμολογήσῃ πρεσβύτερος ὅτι προημάρτε, μὴ προσφερέτω, καὶ μόνον. Τινὰ γὰρ τῶν ἁμαρτημάτων αἱ χειροτονίαι ἀφιᾶσιν. Εἰ δὲ μήθ' ὁμολογοίη, μήτ' ἐλέγχοιτο, αὐτὸς ἐχέτω τὴν ἐξουσίαν. »

Τὰ μὲν ἄλλα πάντα ἁμαρτήματα ἡ χειροθεσία λύει· μόνης δὲ τῆς σωματικῆς ἁμαρτίας ἡττᾶται. Ἐὰν οὖν τις, πορνείαν προημαρτηκὼς, εἰς ἱερωσύνην παραδεχθῇ, καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν ὁμολογήσῃ τὰ ἁμαρτήματα· τῆς μὲν καθέδρας καὶ τιμῆς τῶν πρεσβυτέρων μεθέξει· ἱερατικὸν δέ τι οὐκ ἐνεργήσει. Εἰ δὲ μήτε αὐτὸς ὁμολογοίη, μήτε παρ' ἄλλου ἐλέγχοιτο φανερῶς, παρὰ τῇ αὐτοῦ ἐξουσίᾳ κείσεται τῆς ἱερωσύνης παυθῆναι, εἴτε καὶ μή.

ARIST. « Si presbyter confessus fuerit se pecasse, ab oblatione abstineat, et ab ea tantum. Quædam enim peccata ordines remittunt. Si vero nec confiteatur nec convincatur, ipse sui potestatem habeat. »

Omnia quidem alia peccata manuum impositio tollit, solo autem corporali peccato inferior est. Si quis itaque **411** qui fornicationem antea commisit, in sacerdotium recipitur, et post ordinationem peccata sua confessus est, cathedræ quidem et honoris presbyterorum particeps erit; at sacerdotale aliquod munus non obeat. Si autem nec ipse confessus fuerit, nec ab alio manifeste convincatur, in sua relinquitur potestate an a sacerdotio cessabit necne.

ΚΑΝΩΝ Ι'.

« Ὁμοίως καὶ διάκονος, ἐὰν ἐν τῷ αὐτῷ ἁμαρτήματι περιπέσῃ, τὴν τοῦ ὑπηρέτου τάξιν ἐχέτω. »

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ θ' κανόνι τὰ περὶ πρεσβυτέρων ἡμαρτηκότων διελέχθησαν· ἐν δὲ τῷ παρόντι περὶ διακόνων. Καὶ οὗτοι γὰρ, ἐξομολογούμενοι, τοῦ μὲν διακονικοῦ ἀξιώματος ἐκπεσοῦνται, εἰς ὑπηρέτου δὲ τάξιν καταβιβασθήσονται, ἤτοι ἀχειροτονήτου ὑποδιακόνου ἢ ἀναγνώστου.

ΖΩΝΑΡ. Ἐκπεσεῖται γὰρ τῆς διακονίας, καὶ εἰς ὑπηρέτου τόπον καταβιβασθήσεται. Οἱ γὰρ ὑπηρέται οὐ προσφέρουσιν.

CANON X.

« Similiter et diaconus, si in idem peccatum inciderit, ministri ordinem habeat. »

BALS. In canone 9 de presbyteris qui peccarunt tractatum est: in præsenti autem de diaconis: nam et ii confessi a diaconi dignitate excident: in ministri autem ordinem deprimentur, hypodiaconi scilicet, qui non est ordinatus, vel lectoris.

ZONAR. Excidet enim a diaconatu, et in ministri locum dejicietur. Ministri namque non offerunt.

ARIST. « Diaconus etiam eodem crimine obstri- « ctus, minister maneat. »

Et diaconus si in idem inciderit peccatum panem et poculum afferre, aut populum docere, aut omnino aliquid sacerdotale peragere cessabit. Sed tantum ecclesiæ minister erit.

CANON XI.

« Presbyter ante triginta annos non ordinetur, « etiamsi fuerit homo valde dignus; sed reser- « vetur. Dominus enim Jesus Christus in trice- « simo anno baptizatus est et cœpit docere. »

BALS. Præsens canon sine ulla mutatione in canone 14 synodi in Trullo situs est, et illic est expositus.

ZONAR. Est hic canon sextæ synodi decimus quartus, ibique ejus explicatio allata.

ARIST. « Nisi triginta annos natus ne fiat presby- « ter, etiamsi dignus habeatur, exemplum ha- « bens Servatoris baptisma. »

De eo quod nemo, qui non est triginta annos natus, fiat presbyter, etiamsi omni modo dignus sit homo, et præsens canon dicit, et decimus quartus sextæ in Trullo synodi.

CANON XII.

« Si quis ægrotans fuerit baptizatus, non potest « in presbyterum evehi : fides enim ejus non est « ex instituto, sed ex necessitate : nisi forte « propter consequens ejus studium et fidem « hominumque raritatem. »

BALS. Infidelis quidam, cum esset sanus, baptismum non postulabat : cum autem ægrotaret, baptizatus est. Dicunt ergo sancti Patres, quod quoniam iste non ex bono instituto baptizatus est, sed quasi a morbi necessitate stimulatus, ut fidelis quidem, postquam convaluerit, recipietur, sed ad sacerdotii gradum non promovebitur, nisi forte et virtutis studiosus et Dei mandatorum egregius observator fuerit, et hominum aptorum sacerdotio magna fuerit penuria; tunc enim sacerdos efficietur. Nota ergo, quod utrumque debet concurrere, virtutis scilicet studium, et raritas hominum. Si enim unum eorum desit, canon observabitur. Præterea nota ex hoc præsenti canone, quod, sicut in baptismate, ita etiam in tonsura, qui in extremo spiritu tonsus est, in aliquo quidem ut monachus reputabitur : in aliquo autem tanquam monachus non admittetur; eo quod tonsura secundus baptismus existimatur. Si enim supervixerit is, qui in hunc morem tonsus est, et tonsura dignam pœnitentiam 412 servitutemque ostenderit, pro non sponte tonso minime reputabitur. Si autem cum primum tonsus fuerit, commune mortis poculum hauserit, apud Deum quidem certe, ut ego existimo, ut qui in sanitate monachus factus est recipietur. Sancti enim etiam, quæ casu vel ex aliqua circumstantia dantur, tonsuras

A ΑΡΙΣΤ. « Καὶ ὁ διάκονος, τῷ αὐτῷ ἁμαρτήματι συσχεθεὶς, ὑπηρέτης μενέτω. »

Καὶ διάκονος, τῷ αὐτῷ περιπεσὼν ἁμαρτήματι, παυθήσεται τοῦ ἄρτον ἢ ποτήριον ἀναφέρειν, ἢ τὸν λαὸν διδάσκειν, ἢ ὅλως τι τῶν ἱερατικῶν λειτουργεῖν. Ὑπηρέτης δὲ μόνον ἔσται τῆς ἐκκλησίας.

ΚΑΝΩΝ ΙΑ'.

« Πρεσβύτερος πρὸ τῶν τριάκοντα ἐτῶν μὴ χειρο- « τονείσθω, ἐὰν καὶ πάνυ ᾖ ὁ ἄνθρωπος ἄξιος· « ἀλλὰ ἀποτηρείσθω. Ὁ γὰρ Κύριος Ἰησοῦς Χρι- « στὸς ἐν τῷ τριακοστῷ ἔτει ἐβαπτίσθη, καὶ ἤρξατο « διδάσκειν. »

ΒΑΛΣ. Ὁ παρὼν κανὼν ἀπαραλλάκτως κεῖται ἐν τῷ ιδ' κανόνι τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου, καὶ ἐξη-
B γήθη ἐκεῖσε.

ΖΩΝΑΡ. Τοῦτον τὸν κανόνα ἡ ἕκτη σύνοδος οὕτω τίθησι, καὶ ἐξηγήθη ἐκεῖ τεσσαρεσκαιδέκατος ὤν.

ΑΡΙΣΤ. « Εἰ μὴ τριακονταέτης, μὴ γινέσθω πρε- « σβύτερος, κἂν ᾖ ἀξιόλογος, ἔχων παράδειγμα « τοῦ Σωτῆρος βάπτισμα. »

Περὶ τοῦ μὴ γίνεσθαι τὸν ἥττονα τῶν τριάκοντα χρόνων πρεσβύτερον, κἂν πάνυ ἄξιος ᾖ ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὁ παρὼν διαγορεύει κανὼν καὶ ὁ τεσσαρακαιδέκατος τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ ἕκτης συνόδου.

ΚΑΝΩΝ ΙΒ'.

« Ἐὰν νοσῶν τις φωτισθῇ, εἰς πρεσβύτερον ἄγεσθαι « οὐ δύναται. Οὐκ ἐκ προαιρέσεως γὰρ ἡ πίστις
C « αὐτοῦ ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης· εἰ μὴ τάχα διὰ τὴν μετὰ « ταῦτα αὐτοῦ σπουδὴν καὶ πίστιν, καὶ διὰ σπάνιν « ἀνθρώπων. »

ΒΑΛΣ. Ἄπιστός τις, ὑγιαίνων μὲν, οὐκ ἐπέσπευδε τὸ βάπτισμα, νοσήσας δὲ ἐφωτίσθη. Φασὶν οὖν οἱ ἅγιοι Πατέρες ὡς, ἐπεὶ οὐκ ἀγαθῆς προαιρέσεως οὗτος ἐβαπτίσθη, ἀλλ' οἷον ὑπὸ τῆς ἀνάγκης τῆς νόσου νυττόμενος, ὡς μὲν πιστὸς μετὰ τὴν ὑγείαν δεχθήσεται· εἰς ἱερωσύνης δὲ βαθμὸν οὐ προαναβιβασθήσεται· εἰ μήπω σπουδαῖός ἐστι περὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν φυλακὴν τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ σπάνις εἴη ἀνθρώπων πρὸς ἱερωσύνην ἐπιτηδείων· τότε γὰρ ἱερωθήσεται. Σημείωσαι οὖν ὅτι καὶ ἀμφότερα ὀφείλουσι συνδραμεῖν, ἡ περὶ τὴν ἀρετὴν σπουδὴ, καὶ ἡ σπάνις τῶν ἀνθρώπων. Ἑνὸς γὰρ λείποντος
D ἐξ αὐτῶν, οὐ παραβαθήσεται ὁ κανών. Ἔτι σημείωσαι ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος, ὅτι ὥσπερ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ἀποκάρσεως, ὁ ἐν ταῖς τελευταίαις ἀναπνοαῖς ἀποκαρεὶς, εἴς τι μὲν ὡς μοναχὸς λογισθήσεται, εἴς τι δὲ οὐ παραδεχθήσεται κατὰ μονάσαντας· ὅτι καὶ ἡ ἀπόκαρσις δεύτερον λογίζεται βάπτισμα. Εἰ μὲν γὰρ ἐπιζήσει ὁ οὕτως ἀποκαρεὶς, καὶ ἀξίαν ἐπιδείξεται μετάνοιαν καὶ δουλείαν τῆς ἀποκάρσεως, οὐ λογισθήσεται ὡς ἀκουσίως ἀποκαρείς. Εἰ δ' ἅμα τῇ ἀποκάρσει τὸ κοινὸν τοῦ θανάτου πίῃ ποτήριον, παρὰ μὲν τῷ Θεῷ, ὡς ἐγὼ τέως νομίζω, ὡς ὁ ἐν ὑγιείᾳ μονάσας δεχθήσεται. Ἀσπάζονται γὰρ οἱ ἅγιοι καὶ τὰς περιστατικὰς ἀποκάρσεις· καὶ ὡς ἐκ θείας φωνῆς, φασὶν, Ἐν ᾧ σε εὕρω, κρινῶ σε· παρὰ δὲ ἀνθρώ-

ποις οὐδὲ δόξει ἀποκαρῆναι. Ὥστε, ἐὰν ὑπὸ αἵρεσιν ἀποκάρσεως κατελείφθη αὐτῷ τόδε τι, καὶ ἐν ζωῇ ὢν οὐκ ἀπεκάρη, ἀλλ' ἐν ταῖς τελευταίαις ἀναπνοαῖς τὸν μονήρη βίον εἵλετο, καὶ εὐθὺς ἀπέθανεν, οὐ λήψεται ὁ κληρονόμος αὐτοῦ τὰ καταλειφθέντα, διὰ τὸ πληρωθῆναι τάχα τὴν αἵρεσιν· ἀλλὰ καταδικασθήσεται ὡς μηδὲ δόξαντος ἀποκαρῆναι τοῦ τελευτήσαντος, κἀντεῦθεν ἀτονησάσης καὶ τῆς αἱρέσεως. Ἀνάγνωθι καὶ τοῦ α' τίτλου τοῦ δ' βιβλίου κεφ. ε' ὅπερ συνωψίσθη περὶ τὰ μέσα τοῦ α' κεφ. τοῦ ια' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τὰ περὶ τὸ τέλος τοῦ α' κεφ. τοῦ β' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ κατὰ τὴν παροῦσαν ἑρμηνείαν ἑρμήνευσον καὶ ἐκεῖνο τὸ κεφάλαιον, καὶ εἰπὲ ὅτι, εἰ μὲν ὁ ἐπὶ αἱρέσει παιδοποιίας λαβὼν πρᾶγμα βεβαρημένον ἐν ὑγείᾳ ἀποκαρῇ ἀγαθῇ χάριτι, καλῶς ἵνα καταλείψῃ αὐτὸ εἰς εὐσεβεῖς αἰτίας, καὶ ἡ ὑποκατάστασις ἀπρακτήσει· εἰ δὲ ἐν τῷ καιρῷ τῆς τελευταίας ἀναπνοῆς αὐτοῦ οὐ παραπέμψει τοῦτο εἰς εὐσεβεῖς αἰτίας, διὰ τὸ ἀτονῆσαι τὴν αἵρεσιν, καὶ ἕξουσι χώραν τὰ τῆς ὑποκαταστάσεως.

ΖΩΝΑΡ. Ὃς ὑγιαίνων μὲν ὑπερετίθετο βαπτισθῆναι, νοσήσας δὲ καὶ κίνδυνον περὶ τὴν ζωὴν ὑφορώμενος ἐβαπτίσθη, οὗτος εἰς ἱερωσύνην οὐ προαχθήσεται. Δοκεῖ γὰρ ἀναβάλλεσθαι τὸ φώτισμα διὰ τὸ φιλήδονον καὶ φιλόσαρκον, καὶ τὸ θέλειν ἀνέτως ζῆν, καὶ ὑπαχθῆναι τῷ ζυγῷ τοῦ Εὐαγγελίου (5), καὶ ἐξ ἀνάγκης ἡ πίστις αὐτοῦ, ἀλλ' οὐκ ἐκ προαιρέσεως γενέσθαι φαίνεται. Εἰ δὲ σπουδαῖος μετὰ τὸ βάπτισμα φανῇ περὶ τὴν τῶν θείων ἐντολῶν φυλακὴν, καὶ περὶ τὴν πίστιν βέβαιος, καὶ σπάνις εἴη ἀνθρώπων πρὸς ἱερωσύνην ἐπιτηδείων, τότε γενήσεται.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ διὰ νόσον βαπτισθεὶς μὴ γινέσθω « πρεσβύτερος, εἰ μὴ διὰ τὸν ἀγῶνα τὸν ἑξῆς, « καὶ σπάνιν ἀνθρώπων. »

Ὁ μὲν μή τινος ἀνάγκης κατεπειγούσης ἐπιζητήσας τὸ βάπτισμα, ἐπειδὴ πάντα ῥύπον ψυχικὸν ἱκανόν ἐστιν ἀποπλῦναι αὐτὸ, καὶ εἰς πρεσβύτερον, καὶ εἰς ἐπίσκοπον προαχθήσεται, καθὼς ὀγδοηκοστὸς κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ὁ δεύτερος τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, ὁ τρίτος τῆς ἐν Λαοδικείᾳ, καὶ ὁ δέκατος τῆς ἐν Καρθαγένῃ διαγορεύει· ὁ δὲ διὰ νόσον βαπτισθεὶς, ὡς μὴ ἐκ προαιρέσεως, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης προσελθὼν τῷ φωτίσματι, οὐκ ἄλλως εἰς ἱερωσύνην παραδεχθήσεται, εἰ μὴ συνδράμωσι καὶ ἀμφότερα, τὸ σπάνιν τε ἀξιολόγων ἀνθρώπων εἶναι, καὶ τὸ ἀγωνίσασθαι αὐτὸν μετὰ τὸ βάπτισμα.

ΚΑΝΩΝ ΙΓ'.

« Ἐπιχώριοι δὲ πρεσβύτεροι (6) ἐν τῷ κυριακῷ τῆς

amplectuntur : et veluti voce divina incitati, dicunt, Ubi te invenero, illic te judicabo. Apud homines autem non videbitur esse tonsus. Quare si ei aliquid relictum esset, sub hac conditione, si tonsus esset, et cum in vita esset, tonsus non est, sed in extremo spiritu vitam monasticam elegit, et sic mortuus est ; non accipiet ejus hæres quæ ei relicta sunt, tanquam impleta fuerit conditio : sed condemnabitur, utpote quod defunctus non tonsus fuisse visus sit, et ideo conditio nullas vires habuerit. Lege et tit. 1 lib. IV, cap. 5, in medio primi cap. 11 tit. præsentis operis in compendium redactum ; et quæ sunt circa finem primi capitis secundi tituli præsentis operis et secundum præsentem interpretationem illud caput expone : et dic, quod si is, qui sub liberorum conditione rem aliquam gravatam acceperit, in sanitate tonsus fuerit bona gratia, recte eam ad pias causas relinquat, et restitutio cessabit : sin autem in extremi spiritus tempore, eam ad pias causas non transmittet, quod invalida fuerit conditio, et locum habebit restitutio.

ZONAR. Quicunque incolumis baptismi diem longius extraxit, deinde vero morbo grassante salutique metuens salutari lavacro ablutus est, ad sacerdotii gradum non promovebitur. Ut enim voluptati ac libidinibus indulgeret, vitamque dissolute ageret, atque a jugo Evangelii immunis esset, idcirco baptismo moram interposuisse censendus est ; proindeque ab illo fides, necessitate quadam, non libera animæ voluntate, suscepta videri potest. Quod si postea baptismo initiatus in exhauriendis strenue Dei mandatis operam suam fideique constantiam probaverit, et vero sic eorum, qui ad sacerdotale munus idonei sunt, paucitas suadeat, tunc admittatur.

ARIST. « Propter morbum baptizatus ne fiat « presbyter, nisi ob certamen quod postea subierit, aut hominum raritatem. »

Qui quidem nulla urgente necessitate baptisma quæsivit, quandoquidem istud ad omnem spiritualem diluendam sordem sufficiens sit, et in presbyterum et in episcopum promovebitur, ut octogesimus sanctorum apostolorum canon, secundus synodi Nicænæ, tertius Laodicensis, et decimus Carthaginensis pronuntiant. Qui autem propter morbum baptizatus est, ut non ex proposito sed necessitate ad illuminationem veniens, non aliter ad sacerdotium admittetur, nisi ambo hæc concurrant, et paucos esse dignos homines, et ipsum post baptisma multum certasse.

CANON XIII.

« Vicani autem presbyteri in urbis dominico of-

Guill. Beveregii notæ.

(5) *Τῷ ζυγῷ τοῦ Εὐαγγελίου.* Legendum juxta mss. Amerbachianum et Gallandi, Ζυγῷ τοῦ Κυρίου, τῷ νόμῳ, λέγω, τῷ εὐαγγελικῷ.

(6) *Ἐπιχώριοι δὲ πρεσβύτεροι.* Hoc est, *Presbyteri ruris*, ut Dionysius Exiguus recte vertit. In hoc enim et sequenti canone (vel potius hoc solo, siquidem in plerisque editionibus is huic conjungitur) de episcopis et presbyteris ruris agitur,

« ferre non possunt, præsente episcopo, vel « urbis presbyteris : neque panem dare in « oratione, neque calicem. Sin autem absint, « et solus ad precationem vocatus fuerit, « dat. »

BALS. Ecclesiasticæ pacis constitutio Patribus ubique curæ fuit. Et ideo inquiunt, quoniam alii presbyteri ad ecclesias, quæ sunt extra civitatem, ordinantur, et alii in dominico civitatis, sive in episcopatu, non debent regionis episcopi civitatis presbyterorum et episcopi auctoritatem sibi vindicare, nec præsente episcopo, vel sacerdotibus in civitatis dominico consecratis, sacra celebrare. Hoc enim spectat ad confusionem, et ad episcopi et presbyterorum contemptum et injuriam, ut qui exinde condemnentur. Sed si peregre absint presbyteri et episcopus, et regionis sacerdos a populo vocatus fuerit, citra ullam prohibitionem sacra celebrabit. Et sic quidem expositus est canon. **413** Sic autem scriptum est, propter eos qui dicunt : Quoniam statutum est unumquemque debere ordinari in aliqua ecclesia, et non absolute ; vicani autem sacerdotes in ecclesiis, quæ sunt extra civitatem, ordinati sunt ; non debent sine permissione episcopi in urbana ecclesia sacra celebrare, etiamsi accersiti fuerint : sicut nec alterius diœcesis antistites. Hanc ergo dubitationem solventes Patres, dicunt, quod præsentibus quidem episcopis vel presbyteris, non potest regionis sacerdos in urbe sacra celebrare : absentibus autem potest, etiam sine episcopali permissione. Hæc autem de solis sacerdotibus intellige : quia et hi sunt ex illa parœcia et sunt sub illius regionis episcopo. Alius autem parœciæ episcopus in urbe, quæ non est diœcesis, non celebrat, nisi permittente ejus regionis episcopo; etiamsi ab ejus populo accersatur. Existimo autem, quod neque sacerdos in aliena diœcesi celebraverit, præter regionis episcopi sententiam.

ZONAR. Sextus Chalcedonensis synodi canon neminem absolute ordinibus insigniri jubet. Quicunque igitur in alicujus vici aut oppidi ecclesia descripti sunt, qua ratione iis in urbana ecclesia offerendi, præsertim ejus urbis episcopo, aut sacerdotibus, qui in ea consecrati sunt, astantibus, facultas erit? Neque ergo ejusmodi hominibus

« πόλεως προσφέρειν οὐ δύνανται, παρόντος « ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρων πόλεως (7), οὔτε « μὴν ἄρτον διδόναι ἐν εὐχῇ, οὐδὲ ποτήριον. « Ἐὰν δὲ ἀπῶσι, καὶ εἰς εὐχὴν κληθῇ μόνος, « δίδωσιν. »

ΒΑΛΣ. Πανταχοῦ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρηναίας καταστάσεως τοῖς Πατράσιν ἐμέλησε. Διό φασιν ὡς, ἐπεὶ ἕτεροι πρεσβύτεροι χειροτονοῦνται εἰς τὰς ἔξω τῶν πόλεων ἐκκλησίας, καὶ ἕτεροι ἐν τῷ κυριακῷ τῆς πόλεως, ἤγουν ἐν τῇ ἐπισκοπῇ, οὐκ ὀφείλουσιν οἱ ἐπιχώριοι πρεσβύτεροι καταυθαδιάζειν τῶν τῆς πόλεως ἱερέων καὶ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ ἱερουργεῖν ἐν τῷ κυριακῷ, παρόντος καὶ ταῦτα τοῦ ἐπισκόπου ἢ τῶν πρεσβυτέρων τῶν καθιερωθέντων ἐν τῷ κυριακῷ. Τοῦτο γὰρ εἰς ἀταξίαν ἀφορᾷ, καὶ εἰς καταφρόνησιν καὶ ὕβριν τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν πρεσβυτέρων, ὡς δῆθεν καταγινωσκομένων. Εἰ μέντοι ἀποδημοῦσιν οἱ πρεσβύτεροι καὶ ὁ ἐπίσκοπος, καὶ κληθῇ ἱερεὺς ἐπιχώριος παρὰ τοῦ λαοῦ, ἀκωλύτως ἱερουργήσει. Καὶ τὰ μὲν τοῦ κανόνος ἐν τούτοις. Ἐγράφησαν δὲ οὕτω, διὰ τοὺς λέγοντας, Ἐπεὶ κεκανόνισται ἕνα ἕκαστον χειροτονεῖσθαι εἰς τήνδε τὴν ἐκκλησίαν, καὶ μὴ ἀπολελυμένως· οἱ ἐπιχώριοι δὲ ἱερεῖς εἰς τὰς ἔξω τῆς πόλεως ἐκκλησίας ἐχειροτονήθησαν· οὐκ ὀφείλουσι χωρὶς ἐπιτροπῆς τοῦ ἐπισκόπου ἐν ἐκκλησίᾳ πολιτικῇ ἱερουργεῖν, κἂν μετακληθῶσιν· ὥσπερ οὐδὲ οἱ παρ' ἐνορίαν ἀρχιερεῖς. Τὴν τοιαύτην οὖν ἀμφιβολίαν λύοντες οἱ Πατέρες, φασὶν, ὅτι παρόντων μὲν τῶν ἐπισκόπων ἢ τῶν πρεσβυτέρων οὐ δύναται εἰς πόλιν ἱερουργεῖν ἐπιχώριος ἱερεύς· ἀπόντων δὲ δύναται καὶ χωρὶς ἐπιτροπῆς ἐπισκοπικῆς. Ταῦτα δὲ περὶ ἱερέων νόει μόνων· ὅτι καὶ οὗτοι ἐκ τῆς παροικίας ἐκείνης εἰσὶ, καὶ ὑπὸ τὸν ἐγχώριον ἐπίσκοπον τελοῦσιν. Ἑτέρας γὰρ παροικίας ἐπίσκοπος εἰς τὴν μὴ ὑποκειμένην αὐτῷ πόλιν οὐ λειτουργεῖ, μὴ ἐπιτρέποντος τοῦ ἐγχωρίου ἐπισκόπου, κἂν μετακαλῆται ὑπὸ τοῦ ταύτης λαοῦ. Νομίζω δὲ ὅτι οὐδὲ ἱερεὺς ἵνα λειτουργήσῃ παρ' ἐνορίαν παρὰ γνώμην τοῦ ἐγχωρίου ἐπισκόπου.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου ἕκτος κανὼν μηδένα ἀπολελυμένως χειροτονεῖσθαι διακελεύεται. Οἱ γοῦν ἐν χωρίων ἢ κωμῶν ἐκκλησίαις χειροτονηθέντες, πῶς ἐν ἐκκλησίᾳ πόλεως δυνήσονται προσφέρειν, καὶ ταῦτα παρόντος τοῦ ἐπισκόπου τῆς πόλεως ἢ πρεσβυτέρων ἐν αὐτῇ καθιερωθέντων; Οὔτε οὖν προσφέρειν δύνανται οἱ τοιοῦτοι, ἤγουν

Guill. Beveregii notæ.

quatenus ab iis distinguuntur, qui in urbibus constituti sunt ; et tales quidem presbyteri, ἐπιχώριοι πρεσβύτεροι, et episcopi χωρεπίσκοποι appellantur. Et illis in urbis Dominico, præsente episcopo, aut presbyteris urbis, offerre prohibetur ; his autem permittitur. Adeo ut si nullum aliud suppeteret argumentum, hinc saltem clare satis evincatur chorepiscopos non fuisse ἐπιχωρίους πρεσβυτέρους, utpote a quibus hic apertissime distinguuntur. Neque sane ulla reddi potest ratio, quare illi χωρεπίσκοποι, hi ἐπιχώριοι πρεσβύτεροι dicerentur : nisi quod illi vere episcopi, et hi vere presbyteri in rure constituti essent.

(7) *Παρόντος ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρων πόλεως*. Hæc verba in ms. Amerbachiano desiderantur. Sed omnes alii codices Græci, una cum Joanne Antiocheno legunt, παρόντος ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου πόλεως. Adeo ut noster solus Bodleianus πρεσβυτέρων legat. Sed veteres Latinos interpretes ita etiam legisse ex eorum versionibus patet. Namque vetus interpres vertit, *præsente episcopo aut presbyteris civitatis*. Dionysius Exiguus, *episcopo præsente, vel presbyteris urbis ipsius*. Sic etiam Hervetus ex codice Tiliano, *præsente episcopo vel urbis presbyteris*. Sed Isidorus Mercator, *præsentibus episcopis vel presbyteris civitatis*, ac si ἐπισκόπων æque ac πρεσβυτέρων legisset. Et hæc quidem verba necessaria esse ex sequentibus patet, ubi dicitur, ἐὰν δὲ ἀπῶσι.

προσκομίζειν ἐπὶ λειτουργίᾳ, οὔτε ἄρτον ἢ ποτήριον διδόναι ἐν εὐχῇ, τουτέστιν οὐδὲ τῶν ἁγίων δώρων ἔξεστιν αὐτοῖς μεταδιδόναι τῷ λαῷ ἐν εὐχῇ, ἤτοι ἐν ἱερουργίας καιρῷ. Οἱ γὰρ προσφέρειν οὐ δυνάμενοι οὐδὲ τὰ ἄλλα τὰ τοῖς προσφέρουσιν ἀνήκοντα πράξουσιν. Ἐὰν δὲ ἀπῶσιν ὁ τῆς πόλεως ἐπίσκοπος καὶ οἱ ἐν αὐτῇ ἱερεῖς, καὶ κληθῇ χωρίου ἢ κώμης ἱερεὺς εἰς εὐχὴν, τότε καὶ τῶν ἁγιασμάτων μεταδίδωσιν.

A offerre, eo fine videlicet, ut sacris operentur, quidpiam afferre; neque panem aut calicem in precatione tradere, hoc est, populo sancta munera in precatione, interea scilicet dum sacra peraguntur, impertiri concessum est. Quibus namque aliquo in loco offerendi facultas non est, cætera quoque offerentium propria munera illis eodem in loco obire nequaquam licebit. Absentibus vero tum urbano episcopo tum ejusdem urbis sacerdotibus, si ex vico aut oppido ad precationem presbyter advocetur; ei tunc temporis sacra quoque munera impertiri licere decretum est.

ΚΑΝΩΝ ΙΔʹ.

« Οἱ δὲ χωρεπίσκοποι εἰσὶ μὲν εἰς τύπον τῶν ἑβδομήκοντα· ὡς δὲ συλλειτουργοὶ, διὰ τὴν σπουδὴν τὴν εἰς τοὺς πτωχοὺς, προσφέρουσι τιμώμενοι. »

CANON XIV.

« Chorepiscopi autem sunt quidem imitatione septuaginta. Ut autem comministri, propter studium in pauperes, offerunt honorati. »

B

ΒΑΛΣ. Εἰς τύπον τῶν μαθητῶν τοῦ Κυρίου, τῶν δώδεκα δηλαδὴ ἀποστόλων, τῶν καὶ λαβόντων τὴν χάριν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὥστε δεσμεῖν καὶ λύειν, προεβλήθησαν οἱ ἑκάστης χώρας ἐπίσκοποι. Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ σωτηριώδους κηρύγματος μὴ ἐξαρκούντων τῶν δώδεκα ἀποστόλων εἰς τε τὴν διδασκαλίαν τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ εἰς τὰς λοιπὰς διακονίας των προσερχομένων τῷ Θεῷ, παρελήφθησαν καὶ οἱ ἑβδομήκοντα ἄνδρες οἵτινες διακονηταὶ μὲν ἐλέγοντο καὶ μαθηταὶ τοῦ Κυρίου, ἐξουσίαν δὲ οὐκ εἶχον ἀφιέναι ἁμαρτίας, ὡς μηδὲ λαβόντες τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος· ἔδοξε τοῖς Πατράσι εἰς τύπον τῶν τοιούτων ἑβδομήκοντα μαθητῶν χωρεπισκόπους παρὰ τῶν ἐπισκόπων προβάλλεσθαι ἐφ' ᾧ διὰ τούτων γίνεσθαι τὴν εἰς τοὺς πτωχοὺς διανομὴν καὶ δαπάνην τῶν Κυριακῶν χρημάτων καὶ πτωχικῶν λεγομένων. Τῷ τοι οὐδὲ δύναται πρεσβυτέρους ἢ διακόνους χειροτονεῖν· ἀλλ' οὐδὲ ἀφιέναι ἁμαρτίας, ὥσπερ οὐδὲ οἱ ἑβδομήκοντα μαθηταί. Ὅτι δὲ χρεὼν ἦν τούτους τιμᾶσθαι διὰ τοὺς κόπους αὐτῶν, ὥρισαν οἱ Πατέρες μηδὲν ἕτερον τούτους ποιεῖν, ἀλλ' ἢ ὡς συλλειτουργοὺς μόνον ἱερουργεῖν. Ἐν δὲ τῷ δεκάτῳ κανόνι τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου κεκανόνισται, τοὺς χωρεπισκόπους ποιεῖν ἀναγνώστας καὶ ὑποδιακόνους καὶ ἐξορκιστάς. Σημείωσαι οὖν καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος, ὅτι καὶ οἱ ἱερεῖς οὐ δύνανται δέχεσθαι λογισμοὺς καὶ ἀφιέναι ἁμαρτίας, εἰ μὴ ἐκχωρηθῶσι ταῦτα παρὰ τοῦ ἐπισκόπου· ἐπεὶ οὐδὲ οἱ χωρεπίσκοποι τοῦτο δύνανται, πλείονα καὶ ταῦτα προνόμια παρὰ τοὺς ἱερεῖς ἔχοντες. Ὅτι δὲ οἱ ἑβδομήκοντα μαθηταὶ τοῦ Κυρίου οὐκ εἶχον ἐξουσίαν ἀφιέναι ἁμαρτίας, δῆλόν ἐστιν ἐκ τῆς βίβλου τῶν ἀποστολικῶν Πράξεων· ἐν ᾗ ἱστόρηται ὁ Φίλιππος, ὁ τῶν ἑπτὰ διακόνων εἷς καταβὰς εἰς Σαμάρειαν, καὶ βαπτίσας πολλούς· ἐφ' οὓς ἀπεστάλκασιν οἱ ἀπόστολοι Πέτρον καὶ Ἰωάννην, οἵτινες ἀπελθόντες ἐπετίθουν τὰς χεῖρας τοῖς βαπτισθεῖσι, καὶ ἐλάμβανον Πνεῦμα ἅγιον. Οὔπω γὰρ ἦν ἐπ' οὐδενὶ αὐτῶν ἐπιπεπτωκός.

BALS. In locum discipulorum Domini, duodecim scilicet apostolorum, qui etiam Spiritus sancti gratiam acceperunt, ut ligarent et solverent, promoti sunt uniuscujusque regionis episcopi. Quia autem salutaris prædicationis tempore non sufficiebant 12 apostoli ad doctrinam Evangelii, et reliqua ministeria eorum, qui ad Deum accedebant, assumpti sunt etiam septuaginta viri, qui dicebantur quidem ministri et discipuli Domini, non habebant autem facultatem dimittendi peccata, ut qui neque Spiritus gratiam accepissent: visum est Patribus, ad exemplum eorum septuaginta discipulorum, chorepiscopos ab episcopis promoveri: C ut per eos fieret pauperibus distributio et expensa Dominicarum pecuniarum, et eorum quæ πτωχικὰ, seu pauperum bona, dicuntur. Quamobrem nec possunt quidem presbyteros vel diaconos ordinare; sed nec peccata dimittere, quemadmodum nec septuaginta discipuli. Quia autem æquum erat, ut ii propter suos labores honorarentur, statuerunt Patres ut ii nihil aliud facerent, quam ut tanquam comministri sacra solum celebrarent. In decimo autem canone synodi Antiochenæ cautum est, ut chorepiscopi faciant lectores et subdiaconos et exorcistas. Nota ergo et ex hoc præsenti canone quod etiam sacerdotes non possunt peccatorum confessiones excipere, et peccata remittere, nisi ea ab episcopo illis concessa fuerint: quandoquidem nec hoc possunt chorepiscopi; qui tamen D plura habent privilegia quam sacerdotes. Quod autem septuaginta discipuli Domini non habebant facultatem remittendi peccata, clarum est ex libro Actorum apostolorum: in quo scribitur Philippum ex septem diaconis unum, descendisse in Samariam et baptizasse multos; ad quos miserunt **414** apostoli Petrum et Joannem; qui quidem eo profecti, imposuerunt manus iis qui baptizati fuerant, et acceperunt Spiritum sanctum. In nullum enim eorum adhuc descenderat.

ΖΩΝΑΡ. Οἱ μὲν ἐπίσκοποι εἰς τύπον τῶν ιβʹ ἀποστόλων εἰσὶν, οἷς ἐμφυσήσας ὁ Κύριος ἔφησε, *Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον· ἄν τινων ἀφῆτε τὰς*

ZONAR. Episcopi quidem in duodecim apostolorum locum suffecti sunt, quibus cum sufflasset Dominus, *Accipite*, inquit, *Spiritum sanctum, quo-*

rum remiseritis peccata remittuntur eis[86], et cætera: quibus præterea Spiritus sancti gratiam aliis quoque communicare concessum est. Chorepiscopi vero 70 apostolorum imitatione constituti; quibus Spiritus sancti gratiam aliis impertire nequaquam permissum. Quod quidem ex Actorum libro facile apparet, in quo commemoratur Philippus unus ex septem diaconis descendisse in Samariam, et baptizasse multos, ad quos mittunt apostoli Petrum et Joannem, qui venientes baptizatis manus imponebant, accipiebantque Spiritum sanctum. Nondum enim in quemquam illorum descenderat. Cum ergo in 70 locum chorepiscopi successerint, proinde illis neque presbyteros neque diaconos creandi, quippe qui sancti Spiritus gratiam largiri non possent, facultas data: offerre autem, ob eam curam, quam in pauperes juvandos conferebant, in honore habiti haud prohibentur. Quippe redditus ecclesiarum, quibus præerant, pauperibus elargiri, eorumque commodis prospicere, chorepiscopi debebant; ac in honore, qui id facerent, habebantur. Quod si pecuniam Dominicam in pauperes conferri a chorepiscopis oportuit: quanto id magis, tanquam debitum et justum, ab episcopis exigi arbitrabimur?

ARIST. « Presbyter ruri degens in civitatis templo « ne offerat, nisi episcopus et totus presbyterorum cœtus abfuerit. Si vero abfuerint, et ipse vocetur, offert. Chorepiscopi « autem ut comministri offerunt, septuaginta « locum obtinentes. »

Qui in parœciis ab episcopis ordinantur presbyteri in civitatis templo sacra facere non permittuntur, si episcopus aut presbyteri civitatis adsint. Sin omnes absint, et aliquis vicanorum presbyterorum ad precationem vocetur, et offerre et sacra facere non prohibetur. Chorepiscopi autem tanquam comministri episcoporum, et honorati, quia etiam septuaginta typum ferunt, quamvis civitatis episcopus et presbyteri adsint, vel non adsint, in civitatis templo sine prohibitione ministrabunt.

CANON XV.

« Diaconi septem esse debent ex canone, etiam si sit « magna civitas. Hujus autem rei fidem faciet liber « Actorum. »

BALS. Præsens canon est expositus in canone 16 sextæ synodi et non oportet de eodem amplius incassum laborare.

ZONAR. De hoc canone sextus decimus sextæ synodi canon disserit. Eo enim loci diaconorum nomen, quod in Actis habetur, ab hujus synodi Patribus haud ita accommodate explicatum esse diximus. Iterum eadem hic dicere aut scribere necesse non est.

A ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς, καὶ τὰ ἑξῆς· οἷς ἐδόθη καὶ ἡ τῆς χάριτος τοῦ ἁγίου Πνεύματος πρὸς ἄλλους διανομή. Οἱ δὲ χωρεπίσκοποι εἰς τύπον τῶν ο' ἀποστόλων εἰσίν· οἷστισιν οὐκ ἐδόθη ἡ τῆς χάριτος τοῦ ἁγίου Πνεύματος διανέμησις. Καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τῆς βίβλου τῶν Πράξεων, ἐν ᾗ ἱστόρηται ὁ Φίλιππος ὁ τῶν ἑπτὰ διακόνων εἷς, καταβὰς εἰς Σαμάρειαν, καὶ βαπτίσας πολλοὺς, ἐφ' οὓς ἀπεστάλκασιν οἱ ἀπόστολοι Πέτρον καὶ Ἰωάννην, οἵτινες ἀπελθόντες ἐπετίθουν τὰς χεῖρας τοῖς βαπτισθεῖσι, καὶ ἐλάμβανον Πνεῦμα ἅγιον. Οὔπω γὰρ ἦν ἐπ' οὐδενὶ αὐτῶν ἐπιπεπτωκός. Εἰς τύπον οὖν τῶν ο' ὄντες οἱ χωρεπίσκοποι, διὰ τοῦτο οὐδὲ πρεσβυτέρους ἢ διακόνους χειροτονοῦσιν, οἷα μηδὲ τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος παρέχειν δυνάμενοι· προσφέρειν δὲ οὐ
B κωλύονται διὰ τὴν σπουδὴν τὴν εἰς τοὺς πτωχοὺς τιμώμενοι. Τὰς γὰρ τῶν ἐκκλησιῶν, ὧν προΐσταντο, προσόδους εἰς πτωχοὺς ἀναλίσκειν ὤφειλον, καὶ προνοεῖσθαι αὐτῶν, καὶ τοῦτο ποιοῦντες ἐτιμῶντο. Εἰ δὲ τοῖς χωρεπισκόποις ὀφείλημα ἦν τὰ κυριακὰ χρήματα εἰς πτωχοὺς δαπανᾷν, πόσῳ μᾶλλον τοῦτο τοῖς ἐπισκόποις ὀφείλεται;

ΑΡΙΣΤ. « Ἐπιχώριος πρεσβύτερος εἰς ναὸν πόλεως οὐ προσφέρει, εἰ μὴ ἄπεστιν ὁ ἐπίσκοπος, « καὶ τὸ πρεσβυτέριον ὅλον. Ἐὰν δὲ ἀπῶσι, καὶ « καλοῖτο, προσάγει. Οἱ μέντοι χωρεπίσκοποι, « ὡς συλλειτουργοὶ προσφέρουσι, τῶν ἑβδομή-
C « κοντα τὸν τόπον ἐπέχοντες. »

Οἱ χειροτονούμενοι πρεσβύτεροι ἐν παροικίαις παρὰ τῶν ἐπισκόπων λειτουργεῖν οὐ συγχωροῦνται εἰς ναὸν πόλεως, παρόντος ἐπισκόπου καὶ τῶν πρεσβυτέρων τῆς πόλεως. Ἐὰν δὲ πάντες ἀπῶσι καὶ καλοῖτό τις τῶν ἐπιχωρίων πρεσβυτέρων εἰς εὐχὴν, προσφέρειν τότε καὶ λειτουργεῖν οὐ κεκώλυται. Οἱ μέντοι χωρεπίσκοποι, ὡς συλλειτουργοὶ τῶν ἐπισκόπων, καὶ τιμώμενοι διὰ τὸ ἐπέχειν καὶ τὸν τύπον τῶν ἑβδομήκοντα, κἂν ἐνδημῇ ὁ ἐπίσκοπος τῆς πόλεως, καὶ οἱ πρεσβύτεροι, κἂν μὴ, λειτουργήσουσιν ἀκωλύτως ἐν τῷ ναῷ τῆς πόλεως.

ΚΑΝΩΝ ΙΕ'.

« Διάκονοι ἑπτὰ ὀφείλουσιν εἶναι κατὰ τὸν κανόνα,
D « κἂν πάνυ μεγάλη ᾖ ἡ πόλις. Πεισθείσῃ δὲ ἀπὸ « τῆς βίβλου τῶν Πράξεων. »

ΒΑΛΣ. Ὁ παρὼν κανὼν (8) ἡρμηνεύθη ἐν τῷ ις' κανόνι τῆς ἕκτης συνόδου, καὶ οὐ χρὴ περὶ τῶν αὐτῶν ματαιοπονεῖν.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ ἑξκαιδέκατος κανὼν τῆς ἕκτης συνόδου περὶ τούτου τοῦ κανόνος διαλαμβάνει. Εἴρηται οὖν ἐκεῖ ὅπως οὐκ εὐστόχως οἱ τῆς συνόδου ταύτης τὸ ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν διακόνων ὄνομα ἐξειλήφασι. Τὰ αὐτὰ οὖν καὶ πάλιν λέγειν ἢ γράφειν οὐκ ἀναγκαῖον.

[86] Matth. xx, 23.

Guill. Beveregii notæ.

(8) *Ὁ παρὼν κανών*. Hæc Balsamonis interpretatio in codice Amerbachiano tota desideratur; sed in aliis omnibus codicibus æque ac in Bodleiano exstat.

ΑΡΙΣΤ. « Ἑπτὰ διάκονοι, κατὰ τὰς Πράξεις, καὶ εἰς μεγάλην πόλιν ἔστωσαν. »

Ὡς ὁ ἑξκαιδέκατος τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ ἕκτης συνόδου παρίστησιν, οὐ περὶ τῶν τοῖς μυστηρίοις διακονουμένων ἀνδρῶν ὁ παρὼν προστάττει κανὼν, ἀλλὰ περὶ τῶν τὴν οἰκονομίαν πεπιστευμένων τῆς πρὸς τοὺς δεομένους φιλανθρωπίας τε καὶ σπουδῆς. Ὅτι καὶ ἡ βίβλος τῶν Πράξεων περὶ τῶν τοιούτων διαλαμβάνει, τῶν ἐν ταῖς χρείαις τῶν τραπεζῶν ὑπουργούντων. Πλείονες γοῦν τῶν ἑπτὰ τοιούτων ὑπηρετῶν, κἂν μεγάλη ἡ πόλις ᾖ, οὐκ ὀφείλουσιν εἶναι· διάκονοι δὲ, οἱ ἐν τοῖς μυστηρίοις ὑπηρετοῦντες, καὶ ὁ λοιπὸς τῶν κληρικῶν κατάλογος, πρὸς τὴν εἴσοδον τῆς ἐκκλησίας ταχθήσονται.

A ARIST. « Septem diaconi secundum Acta apostolorum etiam in magna civitate constituantur. »

Ut decimus sextus sextæ in Trullo synodi contendit, hic præsens canon non loquitur de viris qui mysteriis inserviunt, sed de iis quibus concredita est administratio humanitatis et diligentiæ in egenos. Quandoquidem et liber Actuum de talibus disserit qui in mensarum necessitatibus ministrant. Plures itaque septem ejusmodi ministris licet magna sit civitas esse non debent. Diaconi autem qui in mysteriis ministrant, et reliquus clericorum catalogus juxta ecclesiæ reditum constituentur.

ΚΑΝΟΝΕΣ

ΤΗΣ ΕΝ ΓΑΓΓΡΑ ΣΥΝΟΔΟΥ (9).

CANONES SYNODI GANGRENÆ.

ΒΑΛΣ. καὶ ΖΩΝΑΡ. Ἡ ἐν Γάγγρᾳ τῇ μητροπόλει (10) τῶν Παφλαγόνων γεγονυῖα σύνοδος συνέστη μετὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ (11) πρώτην σύνοδον κατὰ Εὐ-

B 415 BALS et ZONAR. Synodus, quæ in Gangra Paphlagonum metropoli est habita, post Nicænam primam synodum, adversus quemdam Eustathium

Guill. Beveregii notæ.

(9) *Κανόνες τῆς ἐν Γάγγρᾳ συνόδου*. Hæc est Bodleiana hujus synodi inscriptio, cui Amerbachiana addit εἴκοσι. In Parisiensi Zonaræ editione sic inscribitur, Κανόνες τῶν ἐν Γάγγρᾳ συνελθόντων ἁγίων Πατέρων, οἵτινες μετὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον ἐξετέθησαν. *Canones sanctorum Patrum Gangræ congregatorum, qui post synodum Nicænam expositi sunt*. In Parisiensi Balsamonis editione duplex est inscriptio, una præfationi, nimirum ἡ ἐν Γάγγρᾳ σύνοδος, altera canonibus præfixa est, quæ est, Κανόνες τῶν ἐν Γάγγρᾳ συνελθόντων ἁγίων Πατέρων.

(10) *Ἡ ἐν Γάγγρᾳ τῇ μητροπόλει*. Gangra urbs est et metropolis in Paphlagonia, regione Minoris Asiæ; cujus etiam Plinius, Strabo, Stephanus, aliique meminerunt. Hujus metropolitano in notitia episcopatuum, throno Constantinopolitano subjectorum, tres episcopi subesse dicuntur, ὁ Ἰννουπόλεως, ὁ Δαδύβρων, καὶ ὁ Σωρῶν. Subinde *Theodosia Gangrorum* appellatur.

(11) *Μετὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ*. Hanc synodum post Nicænam, sive primam generalem, habitam fuisse, præter Balsamonem et Zonaram hoc in loco, alii etiam diserte testati sunt. Sic enim Dionysius Exiguus hos canones inscribit, *Incipiunt regulæ Gangrenses, quæ post Nicænum concilium expositæ sunt*, xx. Et ante eum vetus interpres in præfatione ad hos canones ait, *Hi canones post sanctam synodum Nicænam expositi sunt in Gangram, titulos* (leg. *titulis*) xx. Verum in nonnullis horum canonum editionibus, ut Severini Binii, Bartholomæi Carranzæ, aliisque, hæc synodus tempore Sylvestri papæ I, circa annum Domini 324, celebrata dicitur, hoc est anno Nicænam præcedente. Et quidem Baronius ad an. 361, et ex eo Binius, eam Constantini Magni et Sylvestri papæ temporibus habitam fuisse contendit, ex eo quod Osius episcopus Cordubensis ei interfuisse dicatur; nimirum in inscriptione epistolæ ab hac synodo ad Armenos conscriptæ, quæ sic se habere creditur, *Dominis honorabilibus consacerdotibus in Armenia constitutis coepiscopi Eusebius, Hypatius, Eulalius, Gregorius, Ælianus, Bithynicus, Olympius, Bassianus, Basilius, Philetus, Heraclius, Pappus, Eugenius, Osius Cordubensis, Proæresius, Bassus, qui convenerunt in Gangrensi concilio, in Domino salutem*. Sed in Græca ipsa inscriptione, cui hanc Binius tanquam Latinam ejus versionem apposuit, nulla fit omnino Osii Cordubensis mentio. Verum ea etiam in Biniana editione eadem est, quæ in hoc opere isti epistolæ præfigitur. Quinetiam nec a veteri Latino interprete, nec ab alio quovis canonum horum C editore, Osius iste inter episcopos hac synodo congregatos, commemoratur. Adeo ut ista Baronii opinio nulla prorsus ratione nitatur. Et, ut ingenue fatear, quoto post Nicænam anno præsens hæc synodus celebrata fuerit minus adhuc compertum habemus: hoc saltem verisimile est, hanc ante Antiochenam habitam fuisse; quod etiam Sozomenus innuere videtur, ubi de Eustathio ab hac synodo damnato loquens, ait, Ἔπειτα δὲ ὡς οὐ δέον διδάσκων τε καὶ πράττων καὶ φρονῶν ἀφῃρέθη τῆς ἐπισκοπῆς παρὰ τῶν ἐν Γάγγραις συνεληλυθότων, ἐπὶ δὲ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου ἐπαρχίας ἑάλω. Sozom. *Hist. Eccles.* l. IV, c. 24, ubi, ut videre est, Eustathium a synodo Gangrensi prius depositum, quam ab Antiochena perjurii convictum fuisse commemorat. Et sic quidem in omnibus conciliorum canonumque editionibus Gangrensis prior collocatur. Habita est autem Antiochena anno Domini 341. Ergo paulo ante illud D tempus præsentem etiam synodum celebratam fuisse non immerito suspicamur.

et eos qui erant ejusdem cum illo sententiæ, cuncta est: qui legitimas nuptias criminantes, dicebant, nulli eorum, qui matrimonio juncti sunt, a Deo ullam esse spem salutis. Quibus fidem habentes viri et mulieres, illi quidem suas uxores ejiciebant, hæ vero proprios maritos relinquentes, continenter vivere volebant. Deinde vitam conjugis expertem non ferentes, in adulterium prolabebantur. Docebant autem Eustathiani, tum alia præter ecclesiasticam traditionem et consuetudinem, tum etiam ecclesiarum fructus sibi vindicabant; et mulieres virilibus apud eos vestibus induebantur, et comam tondebant: quin et diebus Dominicis jejunandum esse tradebant, et jejunia Ecclesiæ decreta aspernabantur, et carnes abhorrebant; et in ædibus ejus qui uxorem duxit neque orare, neque communicare permittebant, et sacerdotes, qui uxores duxerant, aversabantur; et loca, in quibus martyrum positæ erant reliquiæ, ut communia, contemnebant; et eos, qui pecunias habentes eas non contempsere, condemnabant, perinde ac si nulla eis relicta esset spes salutis; et multa alia decernebant et docebant. Adversus eos ergo sancti Patres congregati hic subjectos canones exposuerunt: et ideo unicuique canoni anathema adjecerunt ad subversionem hæresis, docentes, sic oportere Eustathianos ad Ecclesiam accedentes, unamquamque suam opinionem anathematizare.

BALS. Ac præsens quidem synodus occasione malorum, quæ fiebant ab Eustathio, adversus ea quæ recte decreta sunt ab universali Ecclesia, statuit, ut ii anathematizentur, qui sunt ejusdem cum illo sententiæ. Sancta autem Chalcedonensis synodus in secundo et septimo canone, statuit laicos anathematizandos, qui, ut aliqui pecuniis ordinentur, intercedunt: similiter monachos et clericos qui militant, et non agunt pœnitentiam. Lingua autem aureus, et orbis terrarum doctor,

σταθίου τινὸς (12) καὶ τῶν ὁμοδόξων ἐκείνῳ· οἵτινες, τὸν ἔννομον γάμον (13) διαβάλλοντες, ἔλεγον μηδενὶ τῶν ἐν γάμῳ τυγχανόντων σωτηρίας ἐλπίδα εἶναι παρὰ Θεῷ. Οἷς πειθόμενοι ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες, οἱ μὲν τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας ἐξώθουν, αἱ δὲ, τοὺς ἰδίους ἄνδρας καταλιμπάνουσαι, σωφρόνως ζῇν ἤθελον. Εἶτα τὸν ἄζυγον βίον μὴ φέροντες εἰς μοιχείαν ἐξώλισθον. Ἐδίδασκον δὲ οἱ περὶ τὸν Εὐστάθιον καὶ ἄλλα παρὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν παράδοσιν καὶ συνήθειαν, καὶ τὰς τῶν ἐκκλησιῶν καρποφορίας ᾠκειοῦντο· καὶ γυναῖκες παρ' αὐτοῖς ἀνδρῴας στολὰς ἠμφιέννυντο, καὶ τὴν κόμην ἀπέκειρον· παρεδίδουν δὲ καὶ ἐν ταῖς Κυριακαῖς νηστεύειν, καὶ τὰς τῇ Ἐκκλησίᾳ τεταγμένας νηστείας ἠθέτουν, καὶ τὰ κρέα ἐβδελύσσοντο, καὶ ἐν οἴκοις γεγαμηκότος οὔτε εὔχεσθαι ἠνείχοντο, οὔτε μεταλαμβάνειν, καὶ ἱερεῖς γεγαμηκότας ἀπεστρέφοντο, καὶ τῶν τόπων ἐν οἷς μαρτύρων ἀπέκειντο λείψανα, ὡς κοινῶν, κατεφρόνουν, καὶ τῶν χρήματα ἐχόντων, καὶ μὴ ἀναχωρούντων αὐτῶν, κατεγίνωσκον, ὡς ἀνελπίστου σφίσιν οὔσης τῆς σωτηρίας, καὶ ἄλλα πολλὰ ἐδογμάτιζον καὶ ἐδίδασκον. Κατὰ τούτων οὖν ἱεροὶ ἀθροισθέντες Πατέρες ἐξέθεντο τοὺς ὑποτεταγμένους κανόνας (14)· διὸ καὶ ἐφ' ἑκάστῳ κανόνι τὸ ἀνάθεμα προσετίθουν εἰς ἀνατροπὴν τῆς αἱρέσεως, ἐκδιδάσκοντες ὡς οὕτω δεῖ τοὺς περὶ τὸν Εὐστάθιον προσερχομένους τῇ Ἐκκλησίᾳ ἑκάστην τῶν οἰκείων δοξῶν ἀναθεματίζειν.

ΒΑΛΣ. Καὶ ἡ μὲν παροῦσα σύνοδος προφάσει τῶν γιγνομένων παρὰ τοῦ Εὐσταθίου κακῶν ὑπεναντίως τοῖς δογματισθεῖσιν ὀρθῶς παρὰ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἀναθεματίζεσθαι τοὺς ὁμόφρονας ἐκείνῳ διορίζεται· ἡ δὲ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία σύνοδος ἐν β' καὶ ζ' κανόνι ἀναθεματίζεσθαι διορίζεται τοὺς μεσιτεύοντας λαϊκοὺς ἐπὶ χρήμασι χειροτονεῖσθαί τινας· ὡσαύτως καὶ τοὺς μοναχοὺς καὶ τοὺς κληρικοὺς στρατευομένους, καὶ μὴ μεταμελομένους. Ὁ δὲ χρυσοῦς τὴν γλῶτταν καὶ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος, παρακε-

Guill. Beveregii notæ.

(12) *Κατὰ Εὐσταθίου τινός.* Recte hic additur τινός, neque enim pro certo habemus quisnam hic Eustathius fuit, qui a præsenti concilio damnatus, et anathemate percussus est. Non equidem diffiteor, quin Socrates et Sozomenus consentiant, eumdem esse Eustathium, qui Sebastiæ in Armenia episcopus fuit: sed Baronius ad an. 361 multa congessit, quibus verisimile saltem redditur, Eustathium hic commemoratum alium esse ab eo, qui Sebastenus episcopus dictus est; cui proinde Eustathius mendose pro Eutachus scriptus videtur, de quo Epiphanius hæresi 40 meminit. Cum autem in omnibus Græcis pariter atque Latinis hujus synodi codicibus tam mss. quam impressis Eustathius constanter legatur, vero propius est, ita eum nominatum esse, etiamsi satis non liqueat, quisnam ille fuerit: nisi quod eum hæresiarcham fuisse, atque absurdorum magistrum dogmatum, hæc ipsa synodus abunde testatum fecerit.

(13) *Οἵτινες τὸν ἔννομον γάμον.* Omnes hæ absurdæ Eustathii et discipulorum ejus opiniones, non modo in synodica epistola proxime ante canones posita, verum etiam a Socrate et Sozomeno recensentur; tanquam ab Eustathio Sebasteno introductæ. Socrat. lib. II, cap. 43; Sozom. lib. III, cap. 14. Quos lector consulat.

(14) *Ἐξέθεντο τοὺς ὑποτεταγμένους κανόνας.* Scholiastes hic impressi, Balsamon, Zonaras, atque Aristenus canones 21 huic synodo attribuunt, sed alii omnes 20 tantum numerant. Sic enim Joannes Antiochenus in sua ad Collectionem canonum præfatione, Τῶν ἐν Γάγγραις συνελθόντων Πατέρων, ὑφ' ὧν ἐξετέθησαν κανόνες κ'. Et Photius in suo itidem ad Nomocanonem proœmio, Συνόδου τῆς ἐν Γάγγρᾳ κανόνες κ'. Quibus Nomocanonis Arabici in Bibliotheca nostra Bodleiana auctor suffragatur, dicens: *Septimus est liber canonum tertii concilii in Gangra, quo quindecim numero episcopi congregati sunt, eorum causa qui esum carnis et conjugium improbabant, de quibus aliisque rebus viginti canones ediderunt.* Nec plures sane quam viginti a veteri aliisque Latinis interpretibus, ut Dionysio Exiguo, Isidoro Mercatore, agnoscuntur; quibus nimirum omnibus qui ultimus hic habetur canon, in canonum hujus concilii censum non refertur, sed tanquam epilogus ad omnes canones, nec immerito, existimatur.

λευόμενος (15) μὴ ἀναθεματίζεσθαι ἄνθρωπον πιστὸν, A φησὶ ταῦτα ῥητῶς· Τί οὖν ἐστι τοῦτο ὃ λέγεις; τὸ ἀνάθεμα, ἀλλ' ὅτι Ἀνατιθέσθω οὗτος τῷ διαβόλῳ, καὶ μηκέτι σωτηρίας χώραν ἐχέτω, γινέσθω ἀλλότριος τοῦ Χριστοῦ; Καὶ τίς εἶ σύ; Ταῦτα τῆς ἐξουσίας καὶ τῆς μεγάλης δυνάμεως. Τότε γὰρ καθίσει ὁ Βασιλεὺς, καὶ στήσει τὰ μὲν πρόβατα ἐκ δεξιῶν, τὰ δὲ ἐρίφια ἐξ εὐωνύμων. Τί οὖν τῆς τοσαύτης ἐπελάβου ἀξίας; καὶ μετ' ὀλίγα· Τοιγαροῦν ὁ Ἀπόστολος ἐν δυσὶ μόνοις τόποις ἐξ ἀνάγκης τὴν φωνὴν ταύτην φαίνεται εἰπὼν· οὐχ ὁριστικῷ δὲ τρόπῳ ταύτην προσήγαγεν· ἐν μὲν τῇ πρὸς Κορινθίους εἰπὼν, *Εἴ τις οὐ φιλεῖ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἤτω ἀνάθεμα*· καὶ, *Εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω*. Τί οὖν; B ἃ μηδεὶς τῶν εἰληφότων ἐξουσίαν πεποίηκεν, εἰ μὴ μόνος ὃς ἔλαβε, σὺ τολμᾷς ταῦτα ποιεῖν ἐναντίως τῷ Δεσποτικῷ παραγγέλματι, καὶ προλαμβάνεις τὴν κρίσιν (16) τοῦ Βασιλέως; Τὸ γὰρ ἀνάθεμα παντελῶς τοῦ Χριστοῦ ἀποκόπτει. *Δίδαξον ἐν πραότητι* καὶ τὰ ἑξῆς. Διὰ γὰρ τοῦτο, ὡς ἔοικεν, ἀπρακτεῖ καὶ ὁ γεγονὼς συνοδικὸς τόμος ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ Πορφυρογεννήτου κυρίου Κωνσταντίνου καὶ τῆς ἐφημερίας τοῦ πατριάρχου κυρίου Ἀλεξίου χάριν τοῦ ἀναθεματίζεσθαι τοὺς ἀποστάτας καὶ μουλταρίους (17), καὶ κατὰ τῶν βασιλέων ὅπλα ἐγείροντας, καὶ τυραννίδα μελετῶντας. Εἰ δὲ τὰ παρὰ τοῦ μεγάλου Πατρὸς καὶ διδασκάλου ἡμῶν τοῦ Χρυσοστόμου γραφέντα ὑπερτερεῖν ὀφείλουσι κατὰ τὰ διορισθέντα παρὰ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, καὶ τῆς ἐν Γάγγρᾳ, τί ἐροῦσι C πάντως οἱ τὰ τοιαῦτα διευθετεῖν ἐξουσίαν ἔχοντες; Ὁ τοιοῦτος δὲ τόμος, μᾶλλον δὲ ἡ δύναμις τούτου κατεστρώθη εἰς τὴν ἑρμηνείαν τοῦ τρίτου κανόνος τῆς παρούσης συνόδου.

præcipiens, ne homo fidelis anathematizetur, hæc dicit expresse: Quid autem aliud est hoc, quod dicis anathema, quam, Diabolo hic dedicetur, et nullum salutis locum habeat? Sit a Christo alienus? Et quis es tu? Hæc sunt auctoritatis et magnæ potentiæ. Tunc enim sedebit Rex et statuet, oves quidem a dextris, hœdos vero a sinistris. Cur hanc ergo dignitatem arripuisti? Et paulo post: Apostolus quidem certe in duobus tantum locis necessario hanc vocem dixisse videtur: sed non eam definitivo modo protulit. In Epistola quidem ad Corinthios dicit: *Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema*; et, *Si quis vobis evangelizet aliud, quam accepistis, sit anathema* [17]. Quid ergo, quæ nullus eorum qui potestatem acceperunt, fecit, nisi solus qui accepit, tu ea facere audes adversus Domini præceptum, et imperatoris judicium anticipas? Anathema enim a Christo penitus exscindit. *Doce in lenitate*, et quæ sequuntur. Propterea ergo, ut est verisimile, exolevit etiam synodalis decisio facta sub imperio domini Constantini Porphyrogennetæ, et tempore patriarchæ domini Alexii, de anathematizandis defectoribus et multariis, et qui adversus imperatores arma excitant, et tyrannidem **416** moliuntur. Si autem, quæ a magno Patre et doctore nostro Chrysostomo scripta sunt, debent esse superiora iis, quæ a Chalcedonensi synodo et Gangrensi definita sunt, quid omnino dicent ii, qui horum ordinandorum et componendorum potestatem habent? Hæc autem decisio, vel potius effectus ejus situs est in expositione tertii canonis præsentis synodi.

ΖΩΝΑΡ. Κυρίοις τιμιωτάτοις ἐν Ἀρμενίᾳ συλλειτουργοῖς Εὐσεβίῳ, Αἰλιανὸς, Εὐγένιος, Ὀλύμπιος Βιθυνικὸς, Γρηγόριος, Φιλητὸς, Πάππος, Εὐλάλιος, Ὑπάτιος, Προαιρέσιος, Βασίλειος, Βάσσος, οἱ συνελθόντες εἰς τὴν κατὰ Γάγγραν ἁγίαν σύνοδον, ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

ZONAR. Dominis honorabilibus consacerdotibus in Armenia, Eusebius, Ælianus, Eugenius, Olympius Bithynicus, Gregorius, Philetus, Pappus Eulalius, Hypatius, Proæresius, Basilius, Bassus, qui convenerunt in sanctum Gangrense concilium, in Domino salutem.

[17] I Cor. xvi, 22; Galat. i, 11.

Guill. Beveregii notæ.

(15) *Καὶ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος, παρακελευόμενος*. Sic se habet codex Bodleianus. Amerbachianus legit Διδάσκαλος Ἰωάννης παρακελ. Quomodo etiam codex Parisiis editus legisse videtur; utpote in quo lacuna inter διδάσκαλος et παρακελευόμενος relinquitur, nisi quod particula εἰς interponatur, mendose forsitan pro Ἰωάννης. Quæ tamen vox in codice Tiliano juxta cum Bodleiano desideratur. Nam Hervetus Latine vertit *Lingua autem aureus, orbis terrarum doctor præcipiens*. Verba autem divi Chrysostomi, quæ hic laudantur, etiamnum exstant in homilia ejus, Περὶ τοῦ μὴ δεῖν ἀναθεματίζειν ζῶντας ἢ τεθνεῶτας, quæ inter Opera ejus habetur, tom. VI, pag. 349 edit. Savil.

(16) *Καὶ προλαμβάνεις τὴν κρίσιν*. In Parisiensi Balsamonis editione lacuna hoc in loco relinquitur, pro προλαμβάνεις nihilo præter προλαμ. lecto. Lacunam nos ex ms. Bodleiano supplevimus, cui etiam Amerbachianus astipulatur; necnon D ipsa Opera divi Chrysostomi, unde hæc verba citata sunt, et ubi melius, quam hoc in loco, leguntur in hunc modum; Τί οὖν; ὃ μηδεὶς τῶν εἰληφότων τὴν ἐξουσίαν τοῦτο πεποίηκεν, ἢ ἀποφήνασθαι τετόλμηκε, σὺ τολμᾷς ταῦτα ποιεῖν ἐναντία τοῦ Δεσποτικοῦ θανάτου διαπραττόμενος, καὶ προλαμβάνεις τοῦ βασιλέως τὴν κρίσιν; Chrysost. tom. VI, p. 441 ed. Savil.

(17) *Καὶ μουλταρίους*. In novella Constantini Porphyrogennetæ, quæ in scholiis Balsamonis ad tertium hujus concilii canonem habetur, Μοῦλτον pro *tumultu* legitur, τοῖς μέλλουσιν ἢ ἐπιβουλῇ ἀπό γε τοῦ νῦν ἐπιχειρεῖν ἢ μούλτῳ ἀνάθεμα. Sic etiam Achmes, Ἐπεὶ ἡ ὁδός σου μετ' αὐτοῦ μίλιον ἦν, οὐ μὴ παρέλθῃ ὁ μεὶς οὗτος, καὶ σφαγήσει ἐν πολέμῳ μούλτου. Καὶ ἐγένετο μοῦλτον Ἀράβων, καὶ ἐσφάγη ὁ ἰδὼν πρὸ τελευτῆς τοῦ μηνός. Achm. cap. 154. A voce igitur μοῦλτον, Balsamon hoc loco μουλτάριον format, quemadmodum Latini *tumultuarium* a *tumultu* deducunt.

« Quoniam sancta synodus episcoporum in ecclesiam Gangrensem conveniens propter quasdam ecclesiasticas et necessarias causas et quæ ex Eustathii mente gesta sunt inquirenda, ab ipsis Eustathianis multa nefarie fieri invenit; necessario decrevit, et palam omnibus facere studuit, ut amputentur universa, quæ ab eodem male commissa sunt. Ex eo enim, quod nuptias accusent, et doceant, neminem in statu conjugali positum spem habere apud Deum; multæ mulieres seductæ proprios viros reliquerunt, virique suas uxores: interim se continere non valentes adulterium commiserunt, et ob eam etiam causam probro affecti sunt. Reperti sunt itidem dissensiones ac separationes a domibus Dei et Ecclesia facere, Ecclesiam et quæ in ea sunt contemptui habentes privatis conventiculis institutis et concionibus ac doctrinis diversis, aliisque, tam contra Ecclesiam, quam contra ea quæ in Ecclesia fiunt, ad hæc vestibus communibus spretis novos et insolitos habitus sumere, primitias quoque fructuum et eorum oblationes, quas veterum institutio Ecclesiis tribuit, sibimet et suis tanquam sanctis, dispensandas vindicare. Servi præterea a dominis recedentes, per hunc inusitatum habitum, eos contemnunt; mulieres quoque hinc se justificari credentes, pro muliebribus vestimentis, præter consuetudinem, virilem habitum suscipiunt, pluresque earum pietatis prætextu tonsæ, genuini decoris comas penitus amputant. Jejunia porro die Dominico peragunt, et sanctitatem liberæ diei contemptui habent, et jejunia, quæ in Ecclesiis constituta sunt, despiciunt, ac comedunt; et eorum nonnulli cibos carnium tanquam illicitos reputant. In domibus deinde conjugatorum orationes celebrare nolunt, et celebratas contemnunt, ac sæpe oblationibus in ædibus nuptorum factis non communicant, et presbyteros, qui matrimonia contraxere, spernunt, nec sacramenta, quæ ab iis conficiuntur, attingunt. Martyrum tandem congregationes, et omnes qui illuc conveniunt et sacra faciunt; ut et divites, qui non omnibus, quæ possident, renuntiant, tanquam spem apud Deum non habentes, reprehendunt. Et alia præterea multa, quæ enumerare nulli possibile est. Unusquisque enim eorum, postquam ab ecclesiastico canone recessit, sibi proprias ac privatas quasi leges conditas habuit. Nec enim communis his omnibus et una sententia fuit: sed quilibet, quidquid sibi in mentem venit, adjecit, in calumniam Ecclesiæ et sui ipsius damnum. Propterea ergo coactum est sanctum concilium Gangris habitum illos condemnare, et canones edere, quibus extra Ecclesiam esse decernuntur. Quod si resipuerint, et omnia hæc, quæ male senserunt, tanquam a se non bene prolata, ana-

« Ἐπειδὴ συνελθοῦσα ἡ ἁγιωτάτη σύνοδος τῶν ἐπισκόπων ἐν τῇ κατὰ Γάγγραν ἐκκλησίᾳ διά τινας ἐκκλησιαστικὰς χρείας, ζητουμένων καὶ τῶν κατ' Εὐστάθιον, εὕρισκεν πολλὰ ἀθέσμως γινόμενα ὑπὸ τούτων αὐτῶν τῶν περὶ Εὐστάθιον· ἀναγκαίως ὥρισεν, καὶ πᾶσι φανερὸν ποιῆσαι ἐσπούδασεν, εἰς ἀναίρεσιν τῶν ὑπ' αὐτοῦ κακῶς γενομένων. Καὶ γὰρ ἐκ τοῦ καταμέμφεσθαι αὐτοὺς τὸν γάμον, καὶ ὑποτίθεσθαι ὅτι οὐδεὶς τῶν ἐν γάμῳ ὄντων ἐλπίδα παρὰ Θεῷ ἔχει· πολλαὶ γυναῖκες ὕπανδροι, ἀπατηθεῖσαι, τῶν ἑαυτῶν ἀνδρῶν ἀνεχώρησαν, καὶ ἄνδρες τῶν ἰδίων γυναικῶν· εἶτα ἐν τῷ μεταξὺ μὴ συνηθεῖσαι ἐγκρατεῖν, ἐμοιχεύθησαν, καὶ διὰ τὴν τοιαύτην ὑπόθεσιν ὠνειδίσθησαν. Εὑρίσκοντο δὲ καὶ ἀναχωρήσεις ἐκ τῶν οἴκων τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς Ἐκκλησίας ποιούμενοι, καταφρονητικῶς διακείμενοι κατὰ τῆς Ἐκκλησίας καὶ τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ ἰδίᾳ συνάξεις ποιούμενοι, καὶ ἐκκλησιάσεις, καὶ διδασκαλίας ἑτέρας, καὶ τὰ ἄλλα καὶ κατὰ τῶν ἐκκλησιῶν καὶ τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, ξένα ἀμφιέσματα ἐπὶ καταπτώσει τῆς κοινότητος τῶν ἀμφιεσμάτων συνάγοντες· καρποφορίας τε τὰς ἐκκλησιαστικὰς, τὰς ἀνέκαθεν διδομένας τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἑαυτοῖς καὶ τοῖς σὺν αὐτοῖς ὡς ἁγίοις, τὰς διαδόσεις ποιούμενοι, καὶ δοῦλοι δεσποτῶν ἀναχωροῦντες, καὶ διὰ τοῦ ξένου ἀμφιέσματος καταφρόνησιν κατὰ τῶν δεσποτῶν ποιούμενοι, καὶ γυναῖκες παρὰ τὸ σύνηθες ἀντὶ ἀμφιεσμάτων γυναικείων ἀνδρικὰ ἀμφιέσματα ἀναλαμβάνουσαι, καὶ ἐκ τούτων οἰόμεναι δικαιοῦσθαι, πολλαὶ δὲ καὶ ἀποκείρονται προφάσει θεοσεβείας τὴν φύσιν τῆς κόμης τῆς γυναικείας· νηστείας τε ἐν Κυριακῇ ποιούμενοι, καὶ τῆς ἁγιότητος τῆς ἐλευθέρας ἡμέρας καταφρονοῦντες καὶ τῶν νηστειῶν τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τεταγμένων ὑπερφρονοῦντες καὶ ἐσθίοντες, καί τινες αὐτῶν μεταλήψεις κρεῶν βδελυττόμενοι, καὶ ἐν οἴκοις γεγαμηκότων εὐχὰς ποιεῖσθαι μὴ βουλόμενοι, καὶ γινομένων εὐχῶν καταφρονοῦντες, καὶ πολλάκις προσφορῶν, ἐν αὐταῖς ταῖς οἰκίαις τῶν γεγαμηκότων γινομένων, μὴ μεταλαμβάνοντες, καὶ πρεσβυτέρων γεγαμηκότων ὑπερφρονοῦντες, καὶ τῶν λειτουργιῶν, τῶν ὑπ' αὐτῶν, γενομένων, μὴ ἁπτόμενοι· καὶ τὰς συνάξεις τῶν μαρτύρων καὶ τῶν ἐκεῖ συνερχομένων καὶ λειτουργούντων καταγινώσκοντες, καὶ πλουσίων δὲ, τῶν μὴ πάντων τῶν ὑπαρχόντων ἀναχωρούντων, ὡς ἐλπίδα παρὰ Θεῷ μὴ ἐχόντων· καὶ πολλὰ ἄλλα, ἃ ἀριθμῆσαι οὐδεὶς ἂν δυνηθείη. Ἕκαστος γὰρ αὐτῶν, ἐπειδὴ τοῦ κανόνος τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ ἐξῆλθεν, ὥσπερ νόμους ἰδιάζοντας ἔσχεν. Οὔτε γὰρ κοινὴ γνώμη αὐτῶν ἁπάντων ἐγένετο· ἀλλ' ἕκαστος, ὅπερ ἂν ἐνεθυμήθη, τοῦτο προσέθηκεν ἐπὶ διαβολῇ τῆς Ἐκκλησίας καὶ ἑαυτοῦ βλάβῃ. Δι' οὖν ταῦτα ἠναγκάσθη ἡ παραγινομένη ἐν Γάγγραις ἁγία σύνοδος καταψηφίσασθαι αὐτῶν, καὶ ὅρους ἐκθέσθαι, ἐκτὸς αὐτοὺς εἶναι τῆς Ἐκκλησίας· εἰ δὲ μεταγνοῖεν, καὶ ἀναθεματίζοιεν ἕκαστον τούτων τῶν κακῶς λεχθέντων, δεκτοὺς αὐτοὺς γίνεσθαι· καὶ διὰ τοῦτο ἐξέθετο ἡ ἁγία σύνοδος ἕκαστον, ὃ ὀφεί-

« λουσιν ἀναθεματίσαντες δεχθῆναι. Εἰ δέ τις μὴ A πεισθείη τοῖς λεχθεῖσιν, ὡς αἱρετικὸν αὐτὸν ἀναθεματισθῆναι, καὶ εἶναι ἀκοινώνητον καὶ κεχωρισμένον τῆς Ἐκκλησίας· καὶ δεήσει τοὺς ἐπισκόπους ἐπὶ πάντων τῶν εὑρισκομένων παρ' αὐτοῖς τοιοῦτον παραφυλάξασθαι. »

ΚΑΝΩΝ Α'.

« Εἴ τις γάμον μέμφοιτο (18), καὶ τὴν καθεύδουσαν μετὰ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, οὖσαν πιστὴν καὶ εὐσεβῆ, βδελύσσοιτο ἢ μέμφοιτο, ὡς ἂν μὴ δυναμένην εἰς βασιλείαν εἰσελθεῖν, ἀνάθεμα ἔστω. »

ΒΑΛΣ. Φησὶν ὁ μέγας Ἀπόστολος (19)· *Τίμιος ὁ γάμος καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος*· καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν· B *Ἐν ὑστέροις καιροῖς ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων, κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν, κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, ἃ ὁ Θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν*· καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ αὖθις· *Πάντα καθαρὰ τοῖς καθαροῖς· τοῖς δὲ μεμιασμένοις καὶ ἀπίστοις οὐδὲν καθαρόν· ἀλλὰ μεμίανται αὐτῶν καὶ ἡ ψυχὴ καὶ ἡ συνείδησις*. Τούτοις ἑπομένη καὶ ἡ παροῦσα σύνοδος, τοὺς ἀκάθαρτον ἡγουμένους τὸν γάμον καὶ τὴν ἔννομον μίξιν βδελυσσομένους ἀναθεματίζει. Ἀνάγνωθι καὶ τὸν να' κανόνα τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ εἰπὲ ἐξ ἀντιδιαστολῆς μὴ κολάζεσθαι τοὺς μυσαττομένους καὶ διώκοντας τὰς μοιχαλίδας καὶ ἀπίστους γυναῖκας αὐτῶν.

C ΖΩΝΑΡ. Φησὶν ὁ μέγας ἀπόστολος Παῦλος· *Τίμιος ὁ γάμος, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος*· καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν· *Ἐν ὑστέροις ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων, κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν, κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, ἃ ὁ Θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν*, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ αὖθις· *Πάντα καθαρὰ τοῖς καθαροῖς, τοῖς δὲ μεμιασμένοις καὶ ἀπίστοις οὐδὲν καθαρόν· ἀλλὰ μεμίανται αὐτῶν καὶ ἡ ψυχὴ καὶ ἡ συνείδησις*. Τούτοις ἑπομένη τῶν Πατέρων ἡ σύνοδος, τοὺς ἀκάθαρτον ἡγουμένους τὸν γάμον, καὶ τὴν ἔννομον μίξιν βδελυσσομένους, ἀναθεμάτισεν. D

ΑΡΙΣΤ. « Τῷ ἀθετοῦντι τὸν νόμιμον γάμον ἀνάθεμα. »

« thematizarent, admittendos eos esse placet: atque ideo singula exposuit synodus, quæ anathematizare debent, antequam sunt admittendi. Si quis vero dictis non obtemperaverit, tanquam hæreticus condemnetur, et sit excommunicatus et ab Ecclesia **417** segregatus: et in omnibus, quæ penes eos delecta et deprehensa sunt, talem observare oportebit episcopos. »

CANON I.

« Si quis matrimonium vituperet, et eam, quæ cum marito suo dormit, fidelis cum sit et religiosa, abhorreat aut insimulet, tanquam quæ non possit regnum ingredi, sit anathema. »

BALS. Dicit magnus Apostolus: *Honorabiles nuptiæ et cubile immaculatum* [88]. Et alibi rursus: *In postremis temporibus deficient quidam a fide in simulatione mentientium, qui cauteriatam habent conscientiam, prohibent matrimonia contrahere, et jubent a cibis abstinere, quæ Deus creavit ad participationem* [89], etc. Et rursus: *Omnia munda mundis: inquinatis autem et infidelibus nihil purum; sed polluta est eorum anima et conscientia.* Hæc sequens præsens quoque synodus eos, qui nuptias immundas existimant, et legitimum coitum abhorrent, anathematizat. Lege et 51 canonem sanctorum apostolorum, et dic argumento sumpto a contrario, non puniri eos qui abhorrent et persequuntur adulteras et infideles eorum uxores.

ZONAR. *Honorabile connubium, et torus immaculatus*, verba sunt magni apostoli Pauli; cujus et illa alibi: *In postremis temporibus deficient quidam a fide, in simulatione mentientium, cauteriatam habentium conscientiam, prohibentium nubere, et jubentium a cibis abstinere, quos Deus creavit ad participationem*; et cætera. Et rursus: *Omnia munda mundis, inquinatis autem et infidelibus nihil purum; sed polluta est eorum anima et conscientia.* Ad hæc respiciens Patrum synodus eos, qui nuptias impuras existimarent, legitimamque conjunctionem aversarentur, anathemati obnoxios esse decernit.

ARIST. « Legitimum improbanti matrimonium anathema.

[88] Hebr. XIII, 4. [89] I Timoth. IV, 2, 3.

Guill. Beveregii notæ.

(18) *Εἴ τις τὸν γάμον μέμφοιτο.* Ante Eustathium Saturninus matrimonium usque adeo condemnavit, ut a Satana esse pronuntiaverit: Τὸ γαμεῖν δὲ καὶ τὸ γεννᾷν ὁ αὐτὸς ἀγύρτης ἐκ τοῦ Σατανᾶ ὑπάρχειν λέγει. Epiphan. hær. 23. Sic etiam Irenæus ait, quod Saturnini sectatores, *Nubere et generare a Satana dicunt esse.* Iren. adv. hær. l. I, c. 22. *Apostolicos* etiam in eadem fuisse opinione docet Epiphanius, hæres. 60. Unde Origenes nonnullos prohibuisse observat, Οὐ πορνεύειν μόνον, ἀλλὰ καὶ γαμεῖν. Orig. in Matth. p. 357, ed. Rothom. Hieracam etiam, et ex eo Hieracitas, dixisse nuptias in Veteri quidem Testamento licitas esse, sed post adventum Christi eas rejiciendas esse, quippe a regno cœlorum arcentes, Epiphanius docet, Καὶ συγκεχωρῆσθαί φησιν ἐν τῇ Παλαιᾷ Διαθήκῃ τῷ γάμῳ συνάπτεσθαι, ἀπὸ δὲ τῆς ἐνδημίας τοῦ Χριστοῦ μηκέτι τὸν γάμον παραδέχεσθαι, μήτε δύνασθαι αὐτὸν κληρονομεῖν βασιλείαν οὐρανῶν. Epiphan. hær. 67. Et hæc sane sententia, ab Eustathio resuscitata, hoc canone disertis verbis damnatur. Hanc autem hæresim in ultimis fore diebus ipse divus Paulus prædixit in prima Epistola ad Tim., cap. IV, 3.

(19) *Φησὶν ὁ μέγας Ἀπόστολος.* Hæc Balsamonis interpretatio, usque saltem ad ἀναθεματίζει, eadem fere est, quæ Zonaræ. In codice sane Amerbachiano tota Zonaræ, eique soli hæc interpretatio tribuitur, ut nulla ibi sit Balsamonis in hunc canonem ἑρμηνεία.

CANON II.

« Si quis eum, qui carnem sine sanguine et idolothyto et suffocato cum pietate et fide comedit, tanquam, propter hujusmodi perceptionem, spem non habentem condemnat, sit anathema. »

BALS. Scriptum est in libro Actuum, quod cum orta esset controversia de circumcisione et observatione legis, an fidelibus essent necessariæ; Petrus quidem apostolorum summus ea dixit, quæ illic divinus scripsit Lucas: Dei autem frater Jacobus dixit non esse molestia afficiendos eos, qui erant ex gentibus, sed oportere eos abstinere ab idolothytis et fornicatione et suffocato et sanguine. Consequenter ergo, qui condemnant eos, qui carnes sine condito sanguine idolothyto vel suffocato comedunt, præsens quoque canon anathematizat. Lege et canonem 63 sanctorum apostolorum et sextæ synodi canonem 67.

ZONAR. Scriptum exstat in Actis apostolorum, cum de cirumcisione ambigeretur, an a fidelibus admittenda, atque ab iisdem servanda lex esset, Petrum quidem apostolorum principem eam concionem habuisse, quam divinus Lucas ibidem enarrat: Dei vero fratrem Jacobum censuisse, non esse molestia afficiendos eos, qui erant ex gentibus, **418** sed tantum, ut ab idolothytis, fornicatione, suffocato et sanguine abstinerent, præcipiendum. Hanc apostolicam constitutionem servantes hujus quoque synodi Patres, si quis tantum carnes comederit, non autem sanguinem de industria decoctum et coagulatum, neque idolothytum, neque suffocatum, eum nec odio habendum, neque damnandum esse decrevere; ac si quis hominem eum damnarit, anathematis pœna teneri jussere.

ARIST. « Et condemnanti carnes manducantem, excepto suffocato, et idolis immolato], anathema. »

A

ΚΑΝΩΝ Β'.

« Εἴ τις ἐσθίοντα κρέα χωρὶς αἵματος καὶ εἰδωλοθύτου καὶ πνικτοῦ μετὰ εὐλαβείας καὶ πίστεως καταχρίνοι, ὡς ἂν διὰ τὸ μεταλαμβάνειν ἐλπίδα μὴ ἔχοντα, ἀνάθεμα ἔστω. »

ΒΑΛΣ. Γέγραπται ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Πράξεων ὅτι, ἀμφιβολίας γενομένης εἰ δεῖ τοὺς πιστεύοντας περιτέμνεσθαι καὶ τηρεῖν τὸν νόμον, ὁ μὲν τῶν ἀποστόλων κορυφαιότατος Πέτρος ἐδημηγόρησεν, ὅσα ἐκεῖ ὁ θεῖος Λουκᾶς ἱστόρησεν· ὁ δὲ ἀδελφόθεος Ἰάκωβος ἔφη μὴ δεῖν παρενοχλεῖν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, ἀλλ' ἀπέχεσθαι αὐτοὺς τῶν εἰδωλοθύτων καὶ τῆς πορνείας καὶ τοῦ πνικτοῦ καὶ τοῦ αἵματος. Ἀκολούθως οὖν καὶ ὁ παρὼν κανὼν ἀναθεματίζει τοὺς κατακρίνον-
B
τας τὸν ἐσθίοντα κρέα χωρὶς ἐπιτηδευτοῦ αἵματος ἢ εἰδωλοθύτου ἢ πνικτοῦ. Ἀνάγνωθι καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κανόνα ξγ' καὶ τῆς ϛ' συνόδου κανόνα ξζ'.

ΖΩΝΑΡ. Γέγραπται ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Πράξεων, ὅτι, ἀμφιβολίας γενομένης εἰ δεῖ τοὺς πιστεύοντας περιτέμνεσθαι καὶ τηρεῖν τὸν νόμον, ὁ μὲν τῶν ἀποστόλων κορυφαιότατος Πέτρος ἐδημηγόρησεν, ὅσα ἐκεῖ ὁ θεῖος Λουκᾶς ἱστόρησεν· ὁ δὲ ἀδελφόθεος Ἰάκωβος ἔφη μὴ δεῖν παρενοχλεῖν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, ἀλλ' ἀπέχεσθαι αὐτοὺς τῶν εἰδωλοθύτων, καὶ τῆς πορνείας, καὶ τοῦ πνικτοῦ, καὶ τοῦ αἵματος. Ταύτην τὴν ἀποστολικὴν διαταγὴν τηροῦντες καὶ οἱ
C
τῆς παρούσης συνόδου, τὸν ἐσθίοντα κρέα, καὶ οὐχ αἷμα ἐξ ἐπιτηδεύσεως ἑψόμενον καὶ πηγνύμενον, οὔτε μὴν εἰδωλόθυτον, οὔτε πνικτὸν, μὴ βδελύττεσθαι, μηδὲ κατακρίνεσθαι ὥρισε· τὸν δὲ κατακρίνοντα αὐτὸν ὑπὸ ἀνάθεμα ἐποιήσατο.

ΑΡΙΣΤ. « Καὶ τῷ κατακρίνοντι τὸν κρεωφαγοῦντα δίχα πνικτοῦ καὶ εἰδωλοθύτου ἀνάθεμα. »

CANON III.

« Si quis doceat servum pietatis prætextu dominum contemnere, et a ministerio recedere, et non cum benevolentia et omni honore domino suo inservire, sit anathema. »

BALS. Magnus Paulus scribens ad Timotheum, inquit: *Quicunque sunt sub jugo servi, dominos suos omni honore dignos putent. Qui autem fideles habent dominos, ne contemnant, quod fratres sint; sed magis serviant, quoniam sunt fideles, qui bono eorum opere fruuntur*[1]. Et ad Titum rursus, præcipiens quid docere oporteat, præter alia hoc quoque dicit: *Servos suis dominis subjici, et in omnibus bene placentes non contradicentes, non arrogantes,*

ΚΑΝΩΝ Γ'

« Εἴ τις δοῦλον προφάσει θεοσεβείας διδάσκει καταφρονεῖν δεσπότου, καὶ ἀναχωρεῖν τῆς ὑπηρεσίας καὶ μὴ μετ' εὐνοίας καὶ πάσης τιμῆς τῷ ἑαυτοῦ δεσπότῃ ἐξυπηρετεῖσθαι, ἀνάθεμα ἔστω. »

ΒΑΛΣ. Ὁ μέγας Παῦλος (20), ἐπιστέλλων Τιμο-
D
θέῳ, φησίν· *Ὅσοι εἰσὶν ὑπὸ ζυγὸν δοῦλοι, τοὺς ἰδίους δεσπότας πάσης τιμῆς ἀξίους ἡγείσθωσαν. Οἱ δὲ πιστοὺς ἔχοντες δεσπότας μὴ καταφρονείτωσαν, ὅτι ἀδελφοί εἰσιν· ἀλλὰ μᾶλλον δουλευέτωσαν, ὅτι πιστοί εἰσιν οἱ τῆς εὐεργεσίας ἀντιλαμβανόμενοι.* Καὶ τῷ Τίτῳ δὲ αὖθις ἐντελλόμενος τίνα διδάσκειν χρεὼν, πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ταῦτά φησι· *Δούλους ἰδίοις δεσπόταις ὑποτάτ-*

[1] I Timoth. vi, 1, 2.

Guill. Beveregii notæ.

(20) *Ὁ μέγας Παῦλος*. Hæc Balsamonis in hunc canonem scholia in Parisiensi editione quamplurimis lacunis scatent, quas omnes ex ms. nostro Bodleiano supplevimus; cui etiam Antiochenus in omnibus consentit.

τεσθαι, καὶ ἐν πᾶσιν εὐαρέστους εἶναι μὴ ἀντι- A λέγοντας, μὴ νοσφιζομένους, ἀλλὰ πίστιν πᾶσαν ἐνδεικνυμένους ἀγαθήν. Τοὺς γοῦν τἀναντία τούτοις ὑποτιθέντας τοῖς δούλοις τάχα διὰ ἄσκησιν, ἀναθεματίζει ὁ κανών. Ἡ μέντοι ξς' νεαρὰ τοῦ βασιλέως κυρίου Λέοντος τοῦ φιλοσόφου παρακελεύεται τὸν ἀνδραποδιστὴν μὴ κεφαλικὴν τιμωρίαν ὑφίστασθαι κατὰ τὸν παλαιὸν νόμον, ἀλλὰ σὺν τῇ ἀναστροφῇ τοῦ δούλου διδόναι χάριν ποινῆς εἰς τὸ διπλάσιον τὴν διατίμησιν τῶν κλαπέντων παρὰ τοῦ δούλου ἴσως καὶ παντὸς διαφέροντος τῷ δεσπότῃ· ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν ἀποδιατίμησιν αὐτοῦ. Καὶ ὁ μὲν κανὼν οὕτω κολάζει τοὺς ὑποτιθεμένους δούλους μὴ ὑπείκειν τοῖς δεσπόταις, κἂν κατ' εὐλαβείας πρόφασιν τοῦτο γίνηται· ἡ δὲ κατὰ τὸν Ἰούλιον μῆνα τῆς θ' ἰνδικτιῶνος τοῦ ςφλδ' ἔτους γενομένη νεαρὰ παρὰ τοῦ βασιλέως B κυροῦ Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου, συμπράξαντος καὶ τοῦ τότε ἁγιωτάτου πατριάρχου κυρίου Ἀλεξίου, καὶ τῆς συνόδου, ἡ καὶ τάξιν τόμου ἐπέχουσα, ὡς ὑπογραφεῖσα παρὰ τοῦ βασιλέως καὶ τῆς συνόδου, καὶ διοριζομένης ἀναθεματίζεσθαι τοὺς ἐπιχειροῦντας ἀποστασίαν κατὰ βασιλέως ποιῆσαι ἢ τυραννίδα, κἀντεῦθεν τοὺς ὑπηκόους κατὰ τῶν αὐθεντῶν αὐτῶν ἀναστατοῦντας, διορίζεται μετὰ τῶν ἄλλων περὶ τὸ τέλος καὶ ταῦτα ῥητῶς· Τοῖς μέλλουσιν ἢ ἐπιβουλῇ ἀπό γε τοῦ νῦν ἐπιχειρεῖν, ἢ τουμούλτῳ, ἀνάθεμα· τοῖς συμπράττουσιν αὐτοῖς καὶ συγκοινωνοῦσιν ἐν τῇ ἀποστασίᾳ ἀνάθεμα. Τοῖς συμβουλεύουσιν ἢ παρορμῶσιν εἰς τὰ τοιαῦτα ἀνάθεμα. Τοῖς συνεκστρατεύουσι τούτοις ἀνάθεμα. Τοῖς δεχομένοις αὐτοὺς ἐν μετανοίᾳ, μὴ μεταμελομένους ἀπὸ τῆς ἀποστασίας, καὶ καταλιμπάνοντας αὐτήν, ἀνάθεμα.

A *sed fidem omnem bonam ostendentes* [a]. Eos ergo, qui servis contraria suggeruut, ob exercitationem forte spiritualem, canon anathematizat. Jam vero imperatoris domini Leonis philosophi novella 66, jubet, ut plagiarius non subeat pœnam capitis, ut volebat lex antiqua: sed cum servi restitutione det loco pœnæ in duplum pretium eorum quæ a servo forte furto surrepta sunt, et omnis ejus rei, quæ domini interest; quinetiam et ejus pretium. Et canon quidem eos sic punit, qui servis suggerunt, non esse parendum dominis: etiamsi hoc fiat prætextu religionis. Quæ autem mense Julio, indict. 9, anno 6534, ab imperatore domino Constantino Porphyrogenneta facta est novella, sanctissimo quoque patriarcha domino Alexio, et synodo B assentiente, quæ decisionis locum obtinet, ut quæ ab imperatore et synodo subscripta est, et quæ decernit eos anathematizari, qui defectionem ab imperatore moliuntur, vel tyrannidem invadere, et ea ratione subjectos adversus eorum magistratus incitant et ad insurgendum provocant; inter alia hoc quoque circa finem expresse definit: Iis, qui ab hoc deinceps tempore insidias sunt machinaturi vel tumultum excitaturi, anathema. Iis, qui opem illis ferunt, et in defectione sunt socii, anathema. Iis, qui consulunt vel ad hujusmodi incitant, anathema. Iis, qui expeditiones cum his suscipiunt, anathema. Iis, qui ipsos ad pœnitentiam suscipiunt, cum a defectione non resipiscant nec eam relinquant, anathema.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ μέγας Παῦλος ἐπιστέλλων Τιμοθέῳ, C φησίν· *Ὅσοι εἰσὶν ὑπὸ ζυγὸν δοῦλοι, τοὺς ἰδίους δεσπότας πάσης τιμῆς ἀξίους ἡγείσθωσαν. Οἱ δὲ πιστοὺς ἔχοντες δεσπότας μὴ καταφρονείτωσαν, ὅτι ἀδελφοί εἰσιν, ἀλλὰ μᾶλλον δουλευέτωσαν, ὅτι πιστοί εἰσιν οἱ τῆς εὐεργεσίας ἀντιλαμβανόμενοι.* Καὶ τῷ Τίτῳ δὲ αὖθις ἐντέλλεται (21), τίνα διδάσκειν χρεών, καί φησι· *Δούλους ἰδίοις δεσπόταις ὑποτάσσεσθαι, καὶ ἐν πᾶσιν εὐαρέστους εἶναι*, καὶ τὰ ἑξῆς (22). Ἀλλ' ὁ Εὐστάθιος καὶ οἱ περὶ ἐκεῖνον τοὐναντίον ἅπαν ἐδίδασκον, καὶ τοῖς δούλοις παρῄνουν καταλιμπάνειν τοὺς δεσπότας, καὶ τῆς τούτων ὑπηρεσίας καταφρονεῖν τάχα δι' ἄσκησιν. Οὓς ἡ σύνοδος διὰ τὴν διδαχήν, στοιχοῦσα τῇ ἀποστολικῇ διδασκαλίᾳ, ἀνεθεμάτισεν.

C ZONAR. *Quicunque*, inquit magnus Paulus ad Timotheum scribens, *sunt sub jugo servi, dominos suos omni honore dignos putent. Qui autem fideles dominos habent ne contemnant, quod fratres sint; sed magis serviant, quoniam sunt fideles qui bono eorum opere fruuntur.* Et ad Titum rursus, dum ea quæ docere oporteat exsequitur, præter alia, hæc quoque habet, *Servos suis dominis subjici, in omnibus bene placentes*, et quæ sequuntur. At Eustathius ejusque asseclæ contraria prorsus disseminabant, ac servis, ut se dominorum imperio subtraherent, muniaque **419** ab illis imposita negligerent, forte spiritualis exercitationis obeundi causa, suadebant. Quos quidem hæc synodus ob ejusmodi doctrinam, apostolicæ disci- D plinæ vestigiis insistens, anathemate irretitos esse decernit.

ΑΡΙΣΤ. « Τῷ πείθοντι δοῦλον ἀναχωρεῖν τοῦ δεσπότου εὐσεβείας προφάσει ἀνάθεμα. »

ARIST. « Ei qui servo persuadet a domino religionis prætextu recedere anathema. »

[a] Tit. II, 9, 10.

Guill. Beveregii notæ.

(21) *Αὖθις ἐντέλλεται.* Legendus est hic Zonaræ locus, juxta codicem Amerbachianum, Αὖθις ἐντελλόμενος τίνα διδάσκειν χρεών, πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ταῦτά φησιν.

(22) *Καὶ τὰ ἑξῆς.* Pro his verbis in codice Amerbachiano locus sacræ Scripturæ hic citatus plene sic legitur, Μὴ ἀντιλέγοντας, μὴ νοσφιζομένους, ἀλλὰ πίστιν πᾶσαν ἐνδεικνυμένους ἀγαθήν, *Non contradicentes, non fraudantes, sed omnem bonam fidem ostendentes.* Quæ etiam verba in Gallandi codice leguntur.

CANON IV.

Si quis de presbytero conjugato contendat, non « oportere eo sacra celebrante oblationi communi« nicare, sit anathema. »

BALS. Præsens canon eos anathematizat, qui non sine hæsitatione communicant sacris sacerdotum qui habent uxores.

ZONAR. Si quis, sacerdote conjugato sacra faciente, incruentumque sacrificium celebrante, communicare ambigat, hoc est, subducat se ac recuset, eum canon anathemati subjici jubet.

ARIST. « Ei qui communionem a presbyteris « matrimonio junctis accipere dubitat, anathema. »

CANON V.

« Si quis docet domum Dei esse contemnendam, « et quæ fiunt in ea congregationes, sit ana« thema. »

BALS. Hæreticus ille Eustathius docuit ab ecclesia recedere, et seorsum orare. Canon ergo eos anathematizat, qui propter divinarum congregationum contemptum privatos secessus permittunt.

ZONAR. Hoc quoque ex Eustathii disciplina est, procul ab Ecclesiis abesse, et conventus qui in iis celebrantur, quasi precationi intentum esse ubique liceat, negligere. Nam omnibus quidem in locis magnus Paulus precari jubet; sed non ita tamen ut congregationes contemnamus, nec sacris interesse dignemur. Proindeque Patres, qui hæc docuerint, anathematis pœna teneri volunt.

ARIST. « Qui Dei domum contemptibilem nuncupat, « sit anathema. »

CANON VI.

« Si quis extra ecclesiam privatim conciones habet, « et contemnens Ecclesiam, vult ea quæ sunt « Ecclesiæ agere non conveniente presbytero, de « episcopi sententia, sit anathema. »

BALS. Tricesimus primus canon sanctorum apostolorum et secundus canon synodi Antiochenæ, et alii, valde puniunt separatas congregationes: præsens autem canon eos anathematizat, et qui in domo oratoria sacra celebrare aggrediuntur, sine episcopi sententia.

ZONAR. Eustathiani, contemnentes Ecclesiam, hoc est, fidelium cœtum (id namque proprie est Ecclesia; nam templum ipsum, ut asserit sanctus Isidorus Pelusiota, ἐκκλησιαστήριον dicitur; cujus simile exemplum videre est in verbis θυμίαμα et θυμιατήριον, θυσία et θυσιαστήριον) privatim coi-

A KANΩN Δ'.

« Εἴ τις διακρίνοιτο περὶ πρεσβυτέρου γεγαμηκότος, « ὡς μὴ χρῆναι, λειτουργήσαντος αὐτοῦ, προσ« φορᾶς μεταλαβεῖν, ἀνάθεμα ἔστω. »

ΒΑΛΣ. Ὁ παρὼν κανὼν ἀναθεματίζει τοὺς μὴ ἀδιστάκτως μεταλαμβάνοντας ἀπὸ ἱερέων ἐχόντων γυναῖκας.

ΖΩΝΑΡ. Τὸν διακρινόμενον, ἤτοι ὑποστελλόμενον, καὶ μὴ θέλοντα μεταλαβεῖν, πρεσβυτέρου γεγαμηκότος λειτουργήσαντος, καὶ τὴν ἀναίμακτον θυσίαν τελέσαντος, ὁ κανὼν ἀναθέματι ὑπάγει.

ΑΡΙΣΤ. « Τῷ διακρινομένῳ μεταλαβεῖν ἀπὸ πρεσβυτέρων ὑπογυναίων ἀνάθεμα. »

KANΩN E'.

B « Εἴ τις διδάσκει τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ εὐκαταφρόνη« τον εἶναι, καὶ τὰς ἐν αὐτῷ συνάξεις, ἀνάθεμα « ἔστω. »

ΒΑΛΣ. Ὁ αἱρετικὸς ἐκεῖνος Εὐστάθιος ἐδίδασκεν ἀναχωρεῖν τῆς ἐκκλησίας, καὶ κατ' ἰδίαν εὔχεσθαι. Ἀναθεματίζει οὖν ὁ κανὼν τοὺς διὰ καταφρόνησιν τῶν θείων συνάξεων τὰς κατ' ἰδίαν ἀναχωρήσεις ἐπιτρέποντας.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ τοῦτο τῆς διδασκαλίας τοῦ Εὐσταθίου, τὸ τῆς ἐκκλησίας ἀναχωρεῖν, καὶ καταφρονητικῶς διακεῖσθαι πρὸς τὰς ἐν αὐτῇ συνάξεις, ὡς ἐν παντὶ τόπῳ δυνατοῦ ὄντος εὔχεσθαι. Ἐν παντὶ μὲν γὰρ τόπῳ εὔχεσθαι ὁ μέγας Παῦλος διατάττεται, ἀλλ' οὐχ ὥστε καταφρονεῖν τῶν συνάξεων, μηδὲ προσιέναι τοῖς ἱεροῖς. Διὸ καὶ τοῖς τοῦτο διδάσκουσιν
C οἱ Πατέρες ἐπιτίμιον τὸ ἀνάθεμα ἐποιήσαντο καὶ ἔθεντο.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ τὸν θεῖον οἶκον εὐκαταφρόνητον ὀνομάζων, εἴη ἀνάθεμα. »

KANΩN ς'.

« Εἴ τις παρὰ τὴν ἐκκλησίαν κατ' ἰδίαν ἐκκλη« σιάζει (23), καὶ καταφρονῶν τῆς Ἐκκλησίας, « τὰ τῆς Ἐκκλησίας ἐθέλει πράττειν, μὴ συνόν« τος τοῦ πρεσβυτέρου κατὰ γνώμην τοῦ ἐπι« σκόπου, ἀνάθεμα ἔστω. »

ΒΑΛΣ. Ὁ λα' κανὼν τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ ὁ δεύτερος κανὼν τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ, καὶ ἕτεροι, μεγάλως κολάζουσι τὰς παρασυνάξεις· ὁ δὲ παρὼν ἀναθεματίζει τοὺς τοιούτους καὶ τοὺς ἐπιχειροῦντας
D ἱερουργεῖν ἐν εὐκτηρίῳ οἴκῳ (24) χωρὶς εἰδήσεως ἐπισκόπου.

ΖΩΝΑΡ. Οἱ περὶ τὸν Εὐστάθιον τῆς Ἐκκλησίας καταφρονοῦντες, ἤτοι τοῦ ἀθροισμοῦ τῶν πιστῶν (οὗτος γάρ ἐστι κυρίως ἡ Ἐκκλησία· ὁ γὰρ ναὸς, κατὰ τὸν ἅγιον Ἰσίδωρον τὸν Πηλουσιώτην, ἐκκλησιαστήριον λέγεται, ὡς θυμίαμα καὶ θυμιατήριον, καὶ θυσία καὶ θυσιαστήριον), ἰδίᾳ ἐκκλησιάζειν, ἀντὶ

Guill. Beveregii notæ.

(23) *Εἴ τις παρὰ ἐκκλησίαν ἰδίᾳ ἐκκλησιάζοι.* Gentianus Hervetus vertit, *Si quis præter Ecclesiam vult ecclesiam habere.* Quæ versio cum minime placeret, ejus loco substituimus, *Si quis extra ecclesiam privatim conciones habet.* Sic etiam Dionysius Exiguus, *Si qui extra ecclesiam seorsum conventus celebrat.* Hic enim ἰδίᾳ ἐκκλησιάζειν, ut recte observat Zonaras, idem est ac συνάξεις ποιεῖν, vel potius παρασυνάξεις, nimirum privata conventicula religionis causa celebrata hoc canone perstringuntur.

(24) *Ἐν εὐκτηρίῳ οἴκῳ.* In Parisiensi Balsamonis editione hoc in loco lacuna est, quam ex ms. Bodleiano supplevimus: sed hæc lectio ab Amerbachiano etiam codice confirmatur.

τοῦ συνάξεις ποιεῖν ἢ μᾶλλον παρασυνάξεις, ἤθελον, A πράττειν τε τὰ τῆς Ἐκκλησίας, ἱερουργίας δηλαδὴ, μὴ συνόντος τοῦ πρεσβυτέρου κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου. Ἐν εὐκτηρίῳ γὰρ ἐντὸς οἰκίας ὄντι οὐκ ἐχωρεῖται πρεσβύτερος ἱερουργεῖν, εἰ μὴ τοῦ ἐπισκόπου τῆς πόλεως ἐπιτρέποντος. Διὸ καὶ ἀναθέματι κατεδικάσθησαν.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ ἐκκλησιάζων ἰδίᾳ εἴη ἀνάθεμα. »

ΚΑΝΩΝ Ζ'.

« Εἴ τις καρποφορίας ἐκκλησιαστικὰς ἐθέλει λαμβάνειν, ἢ διδόναι ἔξω τῆς Ἐκκλησίας παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου ἢ τοῦ ἐγκεχειρισμένου τὰ τοιαῦτα, καὶ μὴ μετὰ γνώμης αὐτοῦ ἐθέλει πράττειν, ἀνάθεμα ἔστω. »

B ΒΑΛΣ. Αἱ προσαγόμεναι καρποφορίαι ταῖς ἐκκλησίαις διὰ τῶν ἐπισκόπων μερίζονται. Ἐπεὶ οὖν εἰς καταφρόνησιν τούτων τινὲς ἐμέριζον ταύτας ἑαυτοῖς, διορίζεται ὁ κανὼν ἀναθεματίζεσθαι τοὺς χωρὶς ἐπισκοπικῆς εἰδήσεως τοιοῦτόν τι ποιοῦντας.

ΖΩΝΑΡ. Μετὰ τῶν ἄλλων, ὧν ἐτόλμων οἱ περὶ τὸν Εὐστάθιον, καὶ καρποφορίας τὰς συνήθως ταῖς ἐκκλησίαις προσαγομένας λαμβάνοντες διένεμον ἀλλήλοις. Τοῦτο οὖν ὁ κανὼν κωλύων, χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου ἢ τοῦ ἐμπεπιστευμένου τὴν τῆς ἐκκλησίας οἰκονομίαν ὁρίζει μὴ ἐξεῖναί τινι λαμβάνειν ἢ διδόναι καρποφορίαν. Τῶν δὲ τὸν κανόνα παραβαινόντων ἀνάθεμα κατεψηφίσατο.

C ΑΡΙΣΤ. « Ὁ παρὰ γνώμην ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου τὰ τῆς Ἐκκλησίας τελῶν εἴη ἀνάθεμα. »

ΚΑΝΩΝ Η'.

« Εἴ τις διδοῖ ἢ λαμβάνοι καρποφορίαν παρεκτὸς τοῦ ἐπισκόπου ἢ τοῦ ἐπιτεταγμένου εἰς οἰκονομίαν εὐποιίας, καὶ ὁ διδοὺς καὶ ὁ λαμβάνων, ἀνάθεμα ἔστω. »

ΒΑΛΣ. καὶ ΖΩΝΑΡ. Ἰσοδυναμεῖ καὶ οὗτος ὁ κανὼν τῷ πρὸ αὐτοῦ.

ΑΡΙΣΤ. « Διδούς τις ἢ λαμβάνων καρποφορίαν ἐκτὸς τοῦ ἐπισκόπου καὶ τοῦ οἰκονομεῖν ταχθέντος εἰς εὐποιίαν· καὶ ὁ διδοὺς, καὶ ὁ λαμβάνων, ἔστω ἀνάθεμα. »

D

ΚΑΝΩΝ Θ'.

« Εἴ τις παρθενεύοι ἢ ἐγκρατεύοιτο, ὡς ἂν βδελύττων τῶν γάμων ἀναχωρῶν, καὶ μὴ δι' αὐτὸ τὸ καλὸν καὶ ἅγιον τῆς παρθενίας, ἀνάθεμα ἔστω. »

ΒΑΛΣ. Περὶ τῶν ἀποστρεφομένων τὸν νόμιμον γάμον μὴ διὰ ἀρετὴν καὶ εὐλάβειαν ἐγράψαμεν ἐν τῷ πρώτῳ κανόνι· καὶ ἀνάγνωθι ταῦτα.

ΖΩΝΑΡ. Κάλλιστον μὲν ἡ παρθενία, καλὸν δὲ καὶ ἡ σωφροσύνη· ἀλλ' εἰ δι' αὐτὸ τὸ καλὸν γίνοιντο, καὶ διὰ τὸν ἐξ αὐτῶν ἁγιασμόν. Εἰ δέ τις παρθενεύει, τὸν γάμον ὡς ἀκάθαρτον βδελυττόμενος, καὶ σωφρονεῖ καὶ ἐγκρατεύεται μίξεως ἀπεχόμενος τοῦ

bant, id est, conventus aut conventicula potius peragebant, **420** ibique quæ in ecclesia fieri debuerant, sacra videlicet mysteria, nullo ex episcopi sententia delecto sacerdote celebrabant. In oratorio enim quod est intra domum presbyter sacra celebrare non permittitur, nisi venia prius ab episcopo civitatis impetrata. Proinde, et in eos damnatio anathematis constituta.

ARIST. « Qui privatim conventicula celebrat, sit anathema. »

CANON VII.

« Si quis vult fructus ecclesiæ oblatos accipere, vel dare extra ecclesiam, præter episcopi sententiam, vel ejus cui cura eorum commissa est, et non cum ejus sententia ea vult agere, sit anathema. »

BALS. Fructus, qui ecclesiis offeruntur, per episcopos dividuntur. Quoniam ergo in eorum contemptum quidam illos sibi diviserunt, canon eos anathematizari statuit, qui sine scientia episcopi tale quid faciunt.

ZONAR. Præter alia crimina Eustathiani fructus quoque, qui ecclesiæ offerri consueverant, invadentes inter se invicem partiebantur. Id igitur canon prohibet, ac ne cuiquam absque episcopi auctoritate, vel ejus cui ecclesiæ administratio mandata est, fructus qui offeruntur dare aut accipere liceat, decernit. Qui secus fecerit, anathemate plecti jubet.

ARIST. « Qui præter episcopi vel presbyteri sententiam ecclesiastica peragit, sit anathema. »

CANON VIII.

« Si quis det vel accipiat fructus oblatos, præter episcopum, vel eum qui est constitutus ad beneficentiæ dispensationem: et qui dat, et qui accipit, sit anathema. »

BALS. et ZONAR. Hic canon præcedenti æquivalet.

ARIST. « Quisquis dat, vel accipit fructus oblatos, præter episcopum et eum qui ad bona opera dispensare constituitur, et qui dat, et qui accipit, sit anathema. »

CANON IX.

« Si quis virginitatem custodiat vel continentiæ studeat, a matrimonio tanquam abominando recedens, et non propter ipsam virginitatis pulchritudinem et sanctitatem, sit anathema. »

BALS. De iis qui legitimas nuptias aversantur non propter pietatem et virtutem, scripsimus in primo canone; et lege ea.

ZONAR. Pulcherrima quidem res est virginitas, honesta vero et continentia, si tamen eas ob honestatem ipsam, quæque illas comitatur, sanctitatem sequamur. Quod si quis idcirco virginitatem amplectitur, quia nuptias ut im-

A puras detestetur, et castum se ideo servat, atque a congressu feminarum et nuptiis abstinet, quod in iis aliquid inesse sceleris arbitretur; anathematis pœnam ex hujus canonis decreto subit.

ARIST. « Item qui virginitatem colit non virtutis « causa, sed quod matrimonium abominatur, sit « anathema. »

CANON X.

« Si quis eorum, qui virginitatem servant propter « Dominum, in conjugatos insultet, sit ana- « thema. »

BALS. Et nonus et præsens canon continentiam, quæ est propter virtutem et virginitatem, suscipiunt: verumtamen legitimum matrimonium non aversantur. Unde et eos, qui propter inso- B lentiam in conjugatos invehuntur, anathemati subjiciunt.

421 ARIST. « Qui in matrimonio junctos insul- « tat, sit anathema. »

CANON XI.

« Si quis contemnat eos, qui agapas ex fide faciunt, « et propter Dei honorem fratres convocant, et « nolit vocationibus communicare, id quod fit « vilipendens, sit anathema. »

BALS. Aliis canonibus vetitum est fieri agapas, id est, fraternitates et convivia. Quia autem nonnulli, ut est verisimile, eos etiam reprehendebant, qui bono instituto, et propter Dei honorem, faciebant agapas, et egentium fratrum miserebantur; et C nolebant eis communicare bona opera agentibus, vilipendentes id quod fit in Dei honorem: statuerunt Patres eos anathematizari. Quare ex hac dispositione condemnatur quispiam qui facit agapas, vel non. Et hinc fit, ut qui in ecclesiis faciunt fraternitates, et modicum panis et fructuum recreandi animi gratia gustant, non sint puniendi.

ZONAR. Antiqui moris olim fuit apud fideles, ut sacrorum mysteriorum participatione refecti, simul ad epulandum postea convenirent, ita scilicet, ut cibis e ditiorum penu ministratis, ad

γάμου, ὡς τινος τάχα μιάσματος, οὗτος ἀναθέματος τῷ κανόνι κέκριται ἄξιος.

ΑΡΙΣΤ. « Καὶ ὁ μὴ διὰ τὸ καλὸν παρθενεύων, « ἀλλὰ διὰ τὸ τὸν γάμον βδελύττεσθαι, εἴη ἀνά- « θεμα. »

ΚΑΝΩΝ Ι'.

« Εἴ τις τῶν παρθενευόντων διὰ τὸν Κύριον (25) « κατεπαίροιτο τῶν γεγαμηκότων, ἀνάθεμα « ἔστω. »

ΒΑΛΣ. Καὶ ὁ ἔννατος κανὼν (26) καὶ ὁ παρὼν τὴν δι' ἀρετὴν σωφροσύνην καὶ τὴν παρθενίαν ἀποδέχονται (27)· πλὴν οὐδὲ τὸν νόμιμον γάμον μυσάττονται. Ὅθεν καὶ τοὺς κατεπαιρομένους (28) κατὰ τῶν ἐχόντων ὁμοζύγους διὰ ὑπερηφανίαν ἀναθέματι καθυποβάλλουσιν.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ κατεπαιρόμενος τῶν γαμούντων εἴη « ἀνάθεμα. »

ΚΑΝΩΝ ΙΑ.

Εἴ τις καταφρονοίη τῶν ἐκ πίστεως ἀγάπας ποιούν- « των, καὶ διὰ τιμὴν τοῦ Κυρίου συγκαλούντων « τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ μὴ ἐθέλοι κοινωνεῖν ταῖς « κλήσεσι, διὰ τὸ ἐξευτελίζειν τὸ γινόμενον, ἀνά- « θεμα ἔστω. »

ΒΑΛΣ. Ὑπὸ ἑτέρων κανόνων κεκώλυται γίνεσθαι ἀγάπας, τουτέστιν ἀδελφοσύνας καὶ συμπόσια. Ἐπεὶ δέ τινες, ὡς ἔοικεν, ἐμέμφοντο καὶ τοὺς μετὰ ἀγαθῆς προαιρέσεως καὶ διὰ τιμὴν τοῦ Θεοῦ ποιοῦντας ἀγάπας, καὶ ἐλεοῦντας πενομένους ἀδελφοὺς, καὶ οὐκ ἤθελον συγκοινωνεῖν τοῖς οὕτως ἀγαθοεργοῦσιν, ἐξευτελίζοντες τὸ γινόμενον εἰς τιμὴν τοῦ Θεοῦ, ὥρισαν οἱ Πατέρες τούτους ἀναθεματίζεσθαι. Ὥστε ἀπὸ τῆς διαθέσεως καταδικάζεταί τις τὰς ἀγάπας ποιῶν, εἴτε καὶ μή. Κἀντεῦθεν καὶ οἱ τὰς ἀδελφοσύνας ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ποιοῦντες, καὶ ἄρτου μετρίου καὶ ὀπωρῶν διὰ ψυχαγωγίαν ἀπογευόμενοι, οὐκ ἐπιτιμηθήσονται.

ΖΩΝΑΡ. Εἴθιστο ἐξ ἔθους ἀρχαίου τοῖς πιστοῖς μετὰ τὴν τῶν ἁγιασμάτων μετάληψιν συνέρχεσθαι καὶ συνεσθίειν, τῶν πλουσίων χορηγούντων τὰ βρώματα, συγκαλούντων δὲ καὶ τοὺς πένητας· οὐ καὶ

Guill. Beveregii notæ

D (25) *Εἴ τις τῶν παρθενευόντων διὰ τὸν Κύριον.* Gentianus Hervetus vertit, *Si quis eorum, qui sunt virgines propter Dominum.* Rectius Dionysius Exiguus, *Si quis eorum, qui virginitatem propter Dominum servant.* Vetus interpres totum canonem sic vertit: *Si quis virginitatem custodiens, exaltat se ab his qui nubunt, sit anathema*; ac si verba διὰ τὸν Κύριον non legisset. Hic præterea notetur, ab hoc demum canone usque ad ultimum, ordinem eorum in codice Amerbachiano immutari, in hunc modum:

ι'. ια'. ιβ'. ιγ'. ιδ'. ιε'. ις'. ιζ'. ιη'. ιθ'. κ'.
ιθ'. ις'. ι'. ια'. ιβ'. ιγ'. ιδ'. ιε'. ιζ'. ιη'. κ'.

adeo ut præsens hic decimus, in isto codice sit undevicesimus canon. Sed ordo horum canonum juxta Bodleianum codicem hic impressus idem est, qui non modo ab omnibus Latinis interpretibus, verumetiam a Joanne Antiocheno, et universis Balsamonis et Zonaræ codicibus, excepto Amerbachiano, observatur.

(26) *Καὶ ὁ ἔννατος κανών.* Hæc interpretatio in codice Amerbachiano utrique Balsamoni et Zonaræ, communis est, neutrius nomine præfixo, sed simpliciter ἑρμηνεία dicitur.

(27) *Καὶ τὴν παρθενίαν ἀποδέχονται.* Vocem ἀποδέχονται in Parisiensi Balsamonis editione desideratam ex ms. Bodleiano supplevimus; sed legitur etiam in Amerbachiano.

(28) *Καὶ τοὺς κατεπαιρομένους.* Post hæc etiam verba in Parisiensi editione lacuna relicta est, quam supplevimus ex ms. Bodleiano, voces κατὰ τῶν ἐχόντων interserendo: quæ etiam in codice Amerbachiano habentur.

ὁ μέγας Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους μέμνηται, αἰτιώμενος ἐκείνους, ὡς τὸ ἔθος παραχαράσσοντας, καὶ οὐχὶ κοινῶς δειπνοῦντας, ἀλλ' ἑκάστου τὸ ἴδιον δεῖπνον ἐσθίοντος, λέγων· *Καὶ ὃς μὲν πεινᾷ, ὃς δὲ μεθύει.* Κατὰ τοῦτο τὸ ἔθος ἐποίουν οἱ πιστοὶ καὶ τότε συσσίτια καὶ συμπόσια, ἃ καὶ ἀγάπας ἐκάλουν, ὡς δι' ἀγάπην ἐκ πίστεως γινόμενα. Ὅτι δὲ τὰ συμπόσια καλεῖ ὁ κανὼν ἀγάπας, δηλοῖ ὁ μβ' τῆς ἐν Καρθαγένῃ συνόδου κανὼν περιέχων οὕτως, περὶ τοῦ μηδαμῶς συμπόσια ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐπιτελεῖσθαι, καὶ ὥστε τοὺς ἐπισκόπους καὶ κληρικοὺς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ μὴ συμποσιάζεσθαι. Συμποσίων οὖν ἐκ πίστεως καὶ διὰ τιμὴν τοῦ Κυρίου γινομένων, καὶ ἐν αὐτοῖς συγκαλουμένων τῶν ἀδελφῶν, εἰ μὴ βούλοιντό τινες μετέχειν αὐτῶν καλούμενοι, ὡς ὑπερηφανευόμενοι, καὶ ἐξευτελίζοντες τὸ γινόμενον, ἀναθεματίζει αὐτοὺς ὁ κανών.

A convivium ipsi quoque pauperes ab iisdem advocarentur. Cujus quidem rei magnus etiam Paulus Epistola ad Corinthios meminit; eosque, quod abolita pristina consuetudine, jam non una omnes epularentur, sed unusquisque suam cœnam privatim absumeret, objurgans, alium quidem esurire, alium ebrium esse [1], conqueritur. Hanc consuetudinem tunc quoque retinentes, mutua inter se convivia fideles curabant, quas quidem, eo quod ob charitatem ex fide celebrarent, agapas vocitabant. Porro convivia, agapes nomine, hunc canonem significare voluisse, quadragesimo secundo synodi Carthaginensis canone indicatur; quo in ecclesiis convivia quomodocunque celebrari vetantur, neve episcopis aut clericis convivia in B ecclesia instituere liceat interdicitur. Ad hæc ergo convivia, si quando ex fide atque in Domini honorem instituantur, fratresque, advocentur; quicumque ab elatione animi rem ipsam contemnentes vocati accedere recusarint, anathematis pœna in eos canon animadvertit.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ τοὺς καλοῦντας εἰς ἀγάπην ἀθετῶν, καὶ τούτοις οὐ κοινωνῶν κεκλημένος, ἀνάθεμα. »

ARIST. « Qui spernit eos qui ad agapas vocant, « et vocatus cum iis non communicat, ana« thema. »

ΚΑΝΩΝ ΙΒ'.

« Εἴ τις ἀνδρῶν διὰ νομιζομένην ἄσκησιν περιβο« λαίῳ (29) χρῆται, καὶ ὡς ἂν ἐκ τούτου τὴν δι« καιοσύνην ἔχων καταψηφίσοιτο τῶν μετ' εὐλα« βείας τοὺς βήρους (30) φορούντων, καὶ τῇ ἄλλῃ « κοινῇ καὶ ἐν συνηθείᾳ οὔσῃ ἐσθῆτι κεχρημένων, « ἀνάθεμα ἔστω. »

CANON XII.

« Si quis vir, propter eam quæ existimatur pietatis « exercitationem, amiculo utatur, et tanquam ex « eo justitiam habens condemnet eos qui cum « pietate beros ferunt, et alia communi et con« sueta veste utuntur, sit anathema. »

ΒΑΛΣ. Οἱ πρὸς τὸν Εὐστάθιον πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ῥακενδυτεῖν ἐδίδασκον, ὡς ἐκ τούτου ἁγιάζεσθαι μέλλοντας τοὺς μαθητευομένους αὐτοῖς. Περιβόλαιον γὰρ τὸ ἐπάνω τῶν ἄλλων ἐπίβλημα ἐκάλουν. Τοὺς γοῦν διὰ ὑπερηφανίαν καὶ ὑπόκρισιν ῥακενδυτοῦντας, καὶ κατηγοροῦντας τῶν φορούντων τοὺς βήρους ἤτοι τὰ σηρικὰ ὑφάσματα διὰ τὸ τίμιον τοῦ ἐπαγγέλματος, καὶ μὴ διὰ βλακείαν ἢ δι' ἀλαζονείαν, ἀναθέματι ὁ κανὼν καθυποβάλλει.

C BALS. Eustathiani præter alia pannos quoque induere docebant: tanquam eorum discipuli sint ex eo sanctificandi. Pallium enim sive amiculum quæ aliis superponitur, vestem vocabant. Eos ergo, qui propter arrogantiam et hypocrisin pannos induunt, et illos contemnunt, qui beros, seu ex serico contextas vestes, ob professionis honorem, non propter mollitiem vel arrogantiam ferunt, canon anathemati subjicit.

ΖΩΝΑΡ. Οἱ περὶ τὸν Εὐστάθιον πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ῥακοδυτεῖν ἐδίδασκον, ὡς ἐκ τούτου ἁγιάζεσθαι μέλλοντας τοὺς μαθητευομένους αὐτοῖς. Περιβόλαιον γὰρ τὸ ἐπάνω τῶν ἄλλων ἐπίβλημα ἐκάλουν, ἵνα φαίνοιτο, καὶ ἐκ τούτου θηρῶνται δόξας ἀσκήσεως, καὶ κατηγοροῖεν τῶν φορούντων τοὺς βήρους, τὰ σηρικὰ δηλονότι ὑφάσματα, καὶ τὴν ἄλλην ἐσθῆτα τὴν συνήθη. Ὁ βῆρος δὴ εἶδός ἐστιν ἐργασίας ὑφάσματος· ὅθεν καὶ νῦν εἰσι τὰ λεγόμενα ὁλόβηρα (31).

ZONAR. Eustathiani, præter cætera pannosa quoque ac lacera veste sectatores suos uti volebant, quasi ex eo videlicet sanctitate ornandi forent (pallium enim sive amiculum, quæ aliis superinduitur, vestem vocabant) ut appareret, ac ex D eo gloriam exercitationis pietatis aucuparentur, ac eos, qui beris, sericis nimirum indumentis, aliave usitatiore veste uterentur, contemnerent. Est vero berus textile quoddam indumentum, unde

[1] I Cor. xi, 21.

Guill. Beveregii notæ.

29) *Περιβολαίῳ.* Vide Suicerum.

30) Vide eumdem.

(31 *Τὰ λεγόμενα ὁλόβηρα.* Postquam dixisset Zonaras βήρους vestes ex serico contextas esse, addit potius, ὅθεν καὶ νῦν εἰσι τὰ λεγόμενα ὁλόβηρα, nimirum ac si vox ὁλόβηρον ex ὅλον et βῆρον composita sit. Verum si demus βῆρον nonnunquam ex serico contextum esse, ipsum sane sericum in genere nunquam significat; ac propterea quo demum pacto vestis quævis hoc sensu ὁλόβηρον, quasi, *totus berus dicatur?* Et præterea si demus βῆρον etiam *sericum esse*, tunc ὁλόβηρον idem esset quod ὁλοσηρικὸν, cum tamen constet, tantum esse inter ea discriminis, ut τῶν ὁλοσηρικῶν, usus omnibus communis fuerit, sed τῶν ὁλοβήρων principibus peculiaris; ὁλόβηρον itaque vox hybrida potius censenda est, ex Græca ὅλον et Latina *verum* composita, nimirum purpureus sive coccineus, *verus color* antiquitus dictus fuit. Hesychius, Κιννάβαρι, εἶδος χρώματος ἀληθινοῦ ὃ λέγομεν κόκκινον, καὶ παρὰ τοῖς ζωγράφοις. Hinc fit quod Ἀληθινὸς *verus* pro *purpureo* sæpe usur-

et nunc quoque in usu sunt vestimenta, quæ holobera appellentur. 422 Ejusmodi vestes igitur, si qui ita gestant, ut interea modestiæ non obliviscantur, neque vel tenuioribus insultent, vel splendido vestium ornatu ad lasciviam molliorem lascivosque amores abutantur, a culpa immunes sunt. Proinde qui eos ut culpæ obnoxios damnant, qui sericis vestibus, modestiæ ratione servata, utuntur, anathematis pœna canon teneri jubet.

ARIST. «Qui contemptui habet eos qui beros gestant, sit anathema.»

CANON XIII.

«Si qua mulier, propter eam quæ existimatur pietatis exercitationem, vestem mutet, et pro consueto muliebri indumento virile accipiat, sit anathema.»

A Οἱ οὖν μετ' εὐλαβείας ταῦτα φοροῦντες καὶ οὐχ ὥστε ἢ τῶν πενεστέρων κατεπαίρεσθαι, ἢ κεχρῆσθαι τῇ λαμπρότητι τῶν περιβλημάτων εἰς βλακείαν, καὶ ἐρωτικῶν ἔχειν ταῦτα ὑποθέσεων ἀφορμὰς ἀναίτιοι. Τοὺς γοῦν καταψηφιζομένους ἤτοι καταδικάζοντας, ὡς ἁμαρτάνοντας, τοὺς σηρικαῖς ἐσθῆσι χρωμένους εὐλαβῶς, ἀναθέματι καταδικάζει ὁ κανών.

ΑΡΙΣΤ. «Ὁ φαυλίζων τοὺς φοροῦντας βήρους, ἀνάθεμα.»

ΚΑΝΩΝ ΙΓ'.

«Εἴ τις γυνὴ (32) διὰ νομιζομένην ἄσκησιν μεταβάλλοιτο ἀμφίεσμα, καὶ ἀντὶ τοῦ εἰωθότος γυναικείου ἀμφιάσματος ἀνδρῷον ἀναλάβοι, ἀνάθεμα ἔστω.»

B

Guill. Beveregii notæ.

netur : ut cum Anastasius Bibliothecarius in Vita Zachariæ ait : *Simulque fecit vela serica alithina quatuor, quæ ornavit rotis et ornamentis variis auro textis*. Et in Leone III : *Super altare majus fecit tetravela holoserica alithina quatuor cum astillis, et rosis chrysoclavis*. Utrobique *Alithina* est ipsa vox ἀληθινὰ, *Purpurea* denotans. Ergo ὁλόβηρον *Holoverum*, nihil aliud fuit quam vestis serica, quæ tota *vero* sive purpureo colore tincta est, adeo ut stamen, æque ac trama, eodem colore inficeretur : ac propterea non *Holoberum*, sed *holoverum* a Latinis recte dicitur; ut Anastasius supradictus in Gregorio IV : *Fecit et aliam vestem de holovero*. Sic et sæpe alibi : et raro aliter scriptum reperias; nisi in codice l. IV, de vestibus holoberis. Nec mirum sane cuipiam videatur, vocem hanc ex Græco pariter et Latino sermone formatam esse : quamplures enim ejusdem generis occurrunt, etiam apud probatissimos auctores : ut *Artigraphus ex arte*, et γράφος, *dextrocherium* ex *dextra* et χέριον. Epitogium ex ἐπὶ et toga : quibus etiam adnumerentur, *Epirhedium*, *monolores*, et *pentelores* vestes, *chrysoclavus*, et multa alia nomina, quæ hic non opus est recenseantur.

(32) *Εἴ τις γυνή*. Mulieres quædam ab Eustathio seductæ pro muliebri virilem susceperunt habitum, ex eo se justificari judicantes, ut ex epistola synodica discimus, in qua legimus, Καὶ γυναῖκες παρὰ τὸ σύνηθες ἀντὶ ἀμφιεσμάτων γυναικείων, ἀνδρικὰ ἀμφιέσματα ἀναλαμβάνουσαι, καὶ ἐκ τούτων οἰόμεναι δικαιοῦσθαι. Idem a Sozomeno traditur, qui de mulieribus ab eo deceptis loquens, ait : Τὰς δὲ προφάσει θεοσεβείας τὴν κεφαλὴν ἀποκείρασθαι, καὶ ἀλλοίως ἢ γυναικὶ πρέπει, ἀνδράσι δὲ σύνηθες ἀμφιέννυσθαι, Sozom. *Hist. Eccl.* lib. III, cap. 14. Hinc Patres in præsenti synodo congregati eas, quæ pro consueto muliebri indumento virile acceperint, anathemati hoc canone subjiciunt; cujus mentem Regino abbas Prumiensis breviter sic exprimit : *Si qua mulier pro solito muliebri amictu virilem sumit, anathema sit*. Regin. ab. de *Eccles. discipl. append.* pag. 386. De iis sic etiam concilium Bracarense statuit : *Si quis balationes ante ecclesias sanctorum fecerit, seu qui faciem suam transformaverit in habitu muliebri, et mulier in habitu viri, emendatione pollicita, tres annos pœniteat*. Concil. Brachar. apud Burchard. l. x, c. 39. Hoc autem a lege Mosaica primo prohibitum fuit his verbis, לא יהיה כלי גבר על אשה ולא ילבש גבר שמלת אשה כי תועבת יהוה אלהיך כל־עשה אלה. Hoc est juxta versionem vulgarem : *Non induetur mulier veste virili, nec vir utetur veste feminea : abominabilis enim apud Deum est, qui facit hæc. Deut.* XXII. V.

Hujus legis meminerunt Tertullianus, lib. *De spectaculis* cap. 23, et Cyprianus epist. 61 ad Euchratium. Item Josephus his verbis : Φυλάσσετε δὲ μάλιστα ἐν ταῖς μάχαις, ὥστε μήτε γυναῖκα ἀνδρικῇ σκευῇ χρῆσθαι, μήτε ἄνδρα στολῇ γυναικείᾳ. Joseph. *Antiq. Jud.* lib. IV, cap. 8. Ubi miror unde hauserit ille ista verba, μάλιστα ἐν ταῖς μάχαις. Neque enim ulla eorum vestigia in textu occurrunt : nisi forsitan vocem כלי militare præcipuè instrumentum significare existimaverit. Philo Judæus hoc a lege definitum contendit, ut hominum animos ad fortitudinem incitaret, ut nec umbra nec vestigium effeminationis in iis appareret. Τοσαύτη, inquit, δέ τίς ἐστι τῷ νόμῳ σπουδὴ καὶ φιλοτιμία περὶ τοῦ γυμνάσαι καὶ συγκροτῆσαι C ψυχὴν πρὸς ἀνδρίαν, ὥστε καὶ περὶ ἐσθημάτων, ὁποῖα ἐχρῆν ἀμπέχεσθαι, διετάξατο, ἀπειπὼν ἀνὰ κράτος ἀνδρὶ γυναικὸς ἀμπεχόνην ἀναλαμβάνειν, ἕνεκα τοῦ μηδὲν ἴχνος ἢ σκιὰν αὐτὸ μόνον τοῦ θήλεος ἐπὶ λύμῃ τῆς ἄρσενος γενεᾶς προσάψασθαι. Phil. Περὶ ἀνδρίας. Sed audiamus divum Ambrosium de hac re eleganter disputantem : *Sic enim scriptum est*, inquit, *Non erit res viri super mulierem, neque induetur vir stolam muliebrem; quia immundus est Domino omnis qui fecerit hoc. Et si vere discutias, incongruum est, quod ipsa abhorret natura. Cur enim, homo, non vis videri quod natus es? Cur alienam tibi assumis speciem? Cur mentiris feminam, vel in femina virum? Suis unumquemque sexum induit natura indumentis. Denique diversus usus, diversus color, motus, incessus, diversæ vires, diversa vox est in viro et femina. Sed etiam in reliqui generis animantibus, alia species leonis, alia leænæ, alia vis, alius sonus : alia tauri, alia vitulæ.* D *In cervis quoque quantum distat sexus, tantum discrepat species, ut eos etiam eminus possis discernere. In avibus vero etiam propria ad vestitum inter eos et homines comparatio. In illis enim sexum naturalia ipsa indumenta discernunt. Pavi mares speciosi, feminæ non item pennarum vario pinguntur decore. Fasianis quoque diversus color, qui distinguat sexus discretionem. Quid in pullis? Quam canora vox galli nocturnisque vicibus solenne munus ad excitandum et canendum? Nunquid illa mutant speciem suam? Cur nos mutare desideramus?* Ambros. lib. IV epist. 15 ad Irenæum. Quinetiam summa observatione dignum est, quod apud ipsos etiam Romanos adhuc gentiles vir muliebribus vestimentis vix sine vituperio uti potuit; adeo ut hoc juris naturalis esse videatur : sic enim in Pandectis sive Digestis legimus : *Muliebria vestimenta sunt, quæ matrisfamiliæ causa sunt comparata, quibus vir non facile uti potest sine vituperatione*. l. 23. ff. De auro, argento, etc.

A ΒΑΛΣ. Τὰς στολὰς ἀνδρῴας ἀμφιεννυμένας γυναῖκας διὰ ἄσκησιν τάχα, καὶ ἀποῤῥιπτούσας τὴν κατάλληλον τῇ γυναικείᾳ φύσει στολὴν, ἀναθεματίζει ὁ κανών. Καλῶς δὲ ἐπήγαγον οἱ Πατέρες τὸ, διὰ νομιζομένην ἄσκησιν· ἡ γὰρ μὴ διὰ ὑπόκρισιν καὶ ἀπάτην, ἀλλ' ἐν ἀληθείᾳ καὶ διὰ τρόπον ἀληθοῦς ἀσκήσεως καὶ καθαρᾶς τοιοῦτόν τι ποιήσασα, οὐ μόνον οὐκ ἀναθεματισθήσεται, ἀλλὰ καὶ εὐχαριστηθήσεται· πολλαὶ γὰρ γυναῖκες διὰ ἀνδρῴου σχήματος τὸν ἀσκητικὸν ἤνυσαν δρόμον, καὶ εἰς τὸ τῆς σωτηρίας ὑπέρτατον ἔφθασαν, ὡς ἡ ἁγία Μελάνη, ἡ ἁγία Εὐγενία, καὶ ἕτεραι.

ΖΩΝΑΡ. *Ἕκαστος ἐν ᾗ ἐκλήθη τάξει μενέτω*, φησὶν ὁ Ἀπόστολος. Τὰς οὖν γυναῖκας οὐ βούλεται B ὁ κανὼν μεταλλάττειν τὸ σχῆμα, καὶ ἀνδρῴαν στολὴν ἀμφιέννυσθαι, δι' ἄσκησιν τάχα, τὴν οἰκείαν καὶ κατάλληλον τῇ φύσει αὐτῶν ἐπιῤῥιψάσας. Ταῖς δὲ τοῦτο ποιούσαις ἐπιφέρει τὸ ἀνάθεμα.

ΑΡΙΣΤ. « Ὅσαι γυναῖκες ἀνδρῶν ὑποκρίνονται « ἱμάτια, ἀνάθεμα. »

ΚΑΝΩΝ ΙΔ'.

« Εἴ τις γυνὴ καταλιμπάνοι τὸν ἄνδρα, καὶ ἀναχωρεῖν ἐθέλοι, βδελυττομένη τὸν γάμον, ἀνάθεμα « ἔστω. »

ΒΑΛΣ. Ὁ μέγας Παῦλός φησι πρὸς τοὺς ὁμοζύγους, *Μὴ ἀποστερῆτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἐκ συμφώνου*· καὶ πάλιν· *Γυνὴ οὐκ ἐξουσιάζει τοῦ ἰδίου σώματος, ἀλλ' ὁ ἀνήρ, καὶ ὁ ἀνὴρ οὐκ ἐξουσιάζει* C *τοῦ ἰδίου σώματος, ἀλλ' ἡ γυνή*. Ὥστε ἡ καταλιποῦσα τὸν ἄνδρα, ὡς βδελυττομένη τὸν ἔννομον γάμον, ἀναθεματίζεται, ὡς ἐναντιουμένη τῷ τοῦ Θεοῦ παραγγέλματι τῷ ἑνώσαντι τοὺς συνεύνους εἰς σάρκα μίαν, καὶ ταῖς λοιπαῖς θείαις Γραφαῖς. Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ ἀνδρῶν. Καὶ ταῦτα μὲν, ὅταν τις ἀποστῇ τῆς συζύγου αὐτοῦ διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν· εἰ γὰρ δι' ἔφεσιν τοῦ μονήρους βίου τοῦτο ποιήσει, οὐκ αἰτιαθήσεται.

ΖΩΝΑΡ. Οὐ καλὸν τὸ καλὸν, ὅταν μὴ καλῶς γίνοιτο. Καλὸν μὲν γὰρ ἡ σωφροσύνη καὶ τὸ ἐγκρατεύεσθαι τῆς ἐν γάμῳ μίξεως· ἀλλ' ὅταν κατὰ τὸν μέγαν Παῦλον γίνοιτο, λέγοντα· *Μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἐκ συμφώνου*· καὶ πάλιν· D *Ἡ γυνὴ οὐκ ἐξουσιάζει τοῦ ἰδίου σώματος, ἀλλ' ὁ ἀνήρ· καὶ ὁ ἀνὴρ οὐκ ἐξουσιάζει τοῦ ἰδίου σώματος, ἀλλ' ἡ γυνή*. Εἰ δὲ ἀφίησιν ἡ γυνὴ τὸν ἄνδρα μὴ βουλόμενον τὸν ἐξ αὐτῆς χωρισμὸν, ἢ ὁ ἀνὴρ τὴν γυναῖκα μὴ βουλομένην τὸ διαζύγιον, καὶ λύειν τὸν γάμον ἐθέλει ἕν τῶν συνοικούντων προσώπων, φεῦγον τὴν ἔννομον συνουσίαν ὡς βδελυκτὴν, ἀνάθεμα γίνεται.

ΑΡΙΣΤ. « Καὶ ὅσαι τῶν ἀνδρῶν διαζεύγνυνται, « βδελυσσόμεναι τὸν γάμον, ἀνάθεμα. »

ΚΑΝΩΝ ΙΕ'.

« Εἴ τις καταλιμπάνει τὰ ἑαυτοῦ τέκνα, καὶ μὴ « τεκνοτροφεῖ καὶ τὸ ὅσον ἐπ' αὐτῷ πρὸς θεο-

BALS. Mulieres, quæ viriles vestes forte propter exercitationem pietatis induunt, et muliebri sexui vestem convenientem abjiciunt, canon anathematizat. Pulchre autem subjunxerunt Patres illud, propter eam quæ existimatur pietatis exercitationem. Ea enim, quæ non propter hypocrisin et fraudem, sed vere, et propter puræ ac sinceræ exercitationis modum tale quid fecerit, non solum non anathematizabitur, sed etiam laude digna censebitur. Multæ enim mulieres per virilem habitum exercitatorium curriculum peregerunt, et ad salutis fastigium pervenerunt; ut sancta Melane, sancta Eugenia, et aliæ.

ZONAR. *Unusquisque in quo vocatus est ordine permaneat* [a], ait Apostolus. Mulieres igitur mutato habitu incedere, virilemque ornatum, abjecta veste sexus propria atque naturæ ipsarum congruente, studio forte exercendæ virtutis, assumere hic canon vetat. Quæ vero id fecerunt, anathematis pœna teneri constituit.

ARIST. « Quæcunque mulieres virorum abutuntur « vestimentis, anathema. »

CANON XIV.

« Si qua mulier relinquat maritum, et recedere « velit, matrimonium abhorrens, sit ana« thema. »

BALS. Magnus Paulus dicit conjugibus: *Ne privetis vos invicem, nisi utique ex consensu* [b]. Et rursus: *Mulier non habet potestatem proprii corporis, sed vir; et vir non habet potestatem proprii corporis, sed mulier* [c]. Quamobrem, quæ virum reliquit, ut legitimum matrimonium abhorrens, anathematizatur; ut quæ Dei præcepto adversatur, quod tori consortes in carnem unam uniit, et cæteris divinis Scripturis. Idem etiam de viris. Et hæc quidem, quando quis a sua conjuge defecerit, propter ejusmodi causam: si enim propter monasticæ vitæ desiderium hoc fecerit, ei vitio non dabitur.

ZONAR. Bonum non est bonum, si non bene fiat. Procul dubio enim temperantiam sectari, seque a nuptiali congressu castum servare, laudabile est; sed ita tamen, ut ne quid contra illud magni Pauli admittatur: *Nolite*, inquit, *fraudare invicem, nisi forte ex consensu*, et rursum: *Mulier non habet potestatem sui corporis, sed vir; et vir potestatem non habet sui corporis, sed mulier*. Quod si mulier virum suum abjungi nolentem dimittit, aut vir mulierem a divortio abhorrentem, atque alter conjugum nuptias dissolvi velit, quippe legitimam conjunctionem, ut detestabilem, fugiens; anathemati obnoxium esse decernunt.

ARIST. « Item quæ a viris recedunt matrimonium « abominantes, anathema. »

423 CANON XV.

« Si quis suos liberos relinquit, nec eos alit, et « quantum in se est ad convenientem pietatem

[a] I Cor. xv, 23. [b] I Cor. vii, 5. [c] Ibid. 4.

« religionemque adducit, sed exercitationis prætextu negligit, sit anathema. »

BALS. Ecclesiæ doctor magnus Paulus, de viduis præcipiens, hæc dicit : *Si qua autem vidua habet filios, discant primum in domum suam esse pii. Hoc est enim Deo acceptum* [1]. Et paulo post : *Si quis autem suorum, et maxime domesticorum curam non gerit, fidem negavit, et est infideli deterior* [2]. Deinde quasnam oportet viduas in Ecclesiæ catalogum referri docens, præter alia dicit : Si liberos nutrierint. Et rursus alibi de vetulis loquens, vult eas recta docere, ut juvenes instituant ad diligendos maritos et liberos. Et alibi, *Patres, nutrite filios in disciplina et admonitione Domini* [3]. Quia autem Eustathiani legem ferebant, ut qui liberos habebant, eos relinquerent, et ad exercitationem abirent, eos qui hoc agunt canon anathemate percussit. Et hoc quidem definitum est propter pios mores, et propter eos, qui ficte ac per hypocrisin, ut dictum est, pietatem docent, et qui in mundo ubique versantur. Si quis autem tonsus, et in monasterio habitare coactus, dicit se habere liberos, et non posse abstinere quominus in mundo versetur, et ipsos nutriat, et præsentem canonem in auxilium producit, non exaudietur ; sed audiet se hæc non recte dicere : Deo enim curæ erit, qui est Pater orphanorum, filiorum ejus educatio.

A « σέβειαν τὴν προσήκουσαν ἀνάγῃ, ἀλλὰ προφάσει τῆς ἀσκήσεως ἀμελοίη, ἀνάθεμα ἔστω. »

ΒΑΛΣ. Ὁ τῆς Ἐκκλησίας διδάσκαλος ὁ μέγας Παῦλος περὶ χηρῶν διατατιόμενός φησιν· *Εἰ δέ τις χήρα τέκνα ἢ ἔγγονα ἔχει, μανθανέτωσαν πρῶτον τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν. Τοῦτο γάρ ἐστιν ἀποδεκτὸν τῷ Θεῷ.* Καὶ μετ' ὀλίγα· *Εἰ δέ τις τῶν ἰδίων καὶ μάλιστα τῶν οἰκείων οὐ προνοεῖται, τὴν πίστιν ἤρνηται, καὶ ἔστιν ἀπίστου χείρων.* Εἶτα, οἵας χρὴ τὰς χήρας τῇ Ἐκκλησίᾳ καταλέγεσθαι διδάσκων, πρὸς τοῖς ἄλλοις, *Εἰ ἐτεκνοτρόφησαν*, φησί. Καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν περὶ πρεσβυτίδων διατατιόμενος, καλοδιδασκάλους αὐτὰς εἶναι θέλει, ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέας φιλάνδρους εἶναι καὶ φιλοτέκνους. Καὶ ἐν ἄλλῳ· *Οἱ πατέρες,* B *ἐκτρέφετε τὰ τέκνα ἐν παιδείᾳ καὶ ἐν νουθεσίᾳ Κυρίου.* Ἐπεὶ δὲ οἱ περὶ τὸν Εὐστάθιον ἐνομοθέτουν τοὺς ἔχοντας παῖδας καταλιμπάνειν αὐτούς, καὶ ἀπιέναι πρὸς ἄσκησιν, ἀναθεμάτισεν ὁ κανὼν τοὺς τοῦτο ποιοῦντας. Καὶ τοῦτο μὲν ὡρίσθη διὰ τὸν τρόπον θεοσεβῆ, καὶ διὰ τοὺς διδάσκοντας, ὡς εἴρηται, τὴν καθ' ὑπόκρισιν εὐλάβειαν, καὶ τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ ἀναστρεφομένους· εἰ δέ τις, ἀποκαρεὶς καὶ ἀναγκαζόμενος ἐν μονῇ διάγειν, λέγει τέκνα ἔχειν, καὶ μὴ δύνασθαι ἀποστῆναι τοῦ διάγειν ἐν τῷ κόσμῳ καὶ τεκνοτροφεῖν αὐτά, καὶ τὸν παρόντα κανόνα προστίθησιν εἰς βοήθειαν, οὐκ εἰσακουσθήσεται· ἀλλ' ἀκούσει μὴ καλῶς ταῦτα λέγειν. Μελήσει γὰρ τῷ Θεῷ τῷ Πατρὶ τῶν ὀρφανῶν καὶ τῆς τῶν τέκνων τούτου ἀναγωγῆς.

ZONAR. Feræ quoque partus suos nutriunt curantque proque his tuendis pericula suscipiunt. Ergo si hoc pacto feræ erga fetus suos sunt affectæ, quanto magis qui rationis munere ornati sunt, filiis educandis curam ac studium præstare debent ! Quamobrem magnus quoque Paulus, dum præcepta vivendi viduis præscribit, *Si qua vero*, inquit, *vidua filios aut nepotes habet, discant primum in domum suam esse pii. Hoc enim Deo est acceptum.* Et paulo post : *Si quis autem suorum, et maxime domesticorum, curam non habet, fidem negavit, et est infideli deterior.* Deinde quales viduas ab Ecclesia eligi oporteat docens, præter alia etiam, si liberos enutriverint, inquiri jubet. Et alibi rursus, de senioribus præcipiens, eas recta docere jubet, ut prudentiam doceant adolescentulas, ut viros suos ament, ac filios diligant. Et alibi : *Patres, enutrite filios in disciplina ac eruditione Domini.* Verum Eustathiani nihil horum audientes, quibus liberi essent, ab iis, ut se ad studium exercendæ virtutis conferrent, deseri volebant. Quapropter synodus canonem hunc edidit, eumque qui filios deseruerit, nec eis educandis atque in pietate erudiendis operam impenderit, anathematis pœna teneri decrevit.

C ΖΩΝΑΡ. Καὶ οἱ θῆρες τοὺς σκύμνους τοὺς ἑαυτῶν τρέφουσί τε καὶ περιέπουσι, καὶ προκινδυνεύουσιν αὐτῶν. Εἰ δ' οὕτως διάκεινται τὰ θηρία περὶ τὰ ἔκγονα, πόσῳ μᾶλλον χρὴ τοὺς λόγῳ τιμηθέντας τῶν τέκνων ἐπιμελεῖσθαι καὶ φροντίζειν αὐτῶν; Διὸ καὶ ὁ μέγας Παῦλος περὶ χηρῶν διατατιόμενός φησιν· *Εἰ δέ τις χήρα τέκνα ἢ ἔκγονα ἔχει, μανθανέτωσαν πρῶτον τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν. Τοῦτο γάρ ἐστιν ἀποδεκτὸν Θεῷ.* Καὶ μετ' ὀλίγα· *Εἰ δέ τις τῶν ἰδίων καὶ μάλιστα τῶν οἰκείων οὐ προνοεῖται, τὴν πίστιν ἤρνηται, καὶ ἐστιν ἀπίστου χείρων.* Εἶτα οἵας χρὴ τὰς χήρας τῇ Ἐκκλησίᾳ καταλέγεσθαι διδάσκων, πρὸς τοῖς ἄλλοις καί, Εἰ ἐτεκνοτρόφησαν, φησί. Καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν περὶ πρεσβυτίδων διατατιόμενος, καλοδιδασκάλους D αὐτὰς εἶναι θέλει, ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέας φιλάνδρους εἶναι, φιλοτέκνους. Καὶ ἐν ἄλλῳ· *Οἱ πατέρες, ἐκτρέφετε τὰ τέκνα ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ Κυρίου.* Ἀλλὰ τούτων οὐδενὸς οἱ περὶ Εὐστάθιον ἐπιστρεφόμενοι, ἐνομοθέτουν τοὺς ἔχοντας παῖδας, καταλιμπάνειν αὐτούς, καὶ ἀπιέναι πρὸς ἄσκησιν. Διὸ καὶ ἡ σύνοδος τὸν κανόνα τοῦτον ἐξεφώνησεν, ἀναθέματι καταδικάσασα τοὺς καταλιμπάνοντας τὰ οἰκεῖα τέκνα, καὶ μὴ τεκνοτροφοῦντας, καὶ διδάσκοντας αὐτὰ θεοσέβειαν.

ARIST. « Item qui liberos relinquunt, eosque ad pietatem non instruunt, anathema. »

ΑΡΙΣΤ. « Καὶ οἱ τὰ τέκνα καταλιμπάνοντες, καὶ οὐχὶ πρὸς θεοσέβειαν ὑπαλείφοντες, ἀνάθεμα. »

CANON XVI.

« Si qui filii a parentibus, maxime fidelibus, præ-

ΚΑΝΩΝ ΙϚ'.

« Εἴ τινα τέκνα γονέων, μάλιστα πιστῶν, ἀναχω-

[1] I Tim. v, 4. [2] ibid. 8. [3] Ephes. vi, 4.

« ροίη προφάσει θεοσεβείας, καὶ μὴ τὴν καθήκουσαν τιμὴν τοῖς γονεῦσιν ἀπονέμοι, προτιμωμένης δηλονότι παρ' αὐτοῖς τῆς θεοσεβείας, ἀνάθεμα ἔστω. »

ΒΑΛΣ. Ὥσπερ τοὺς γονεῖς ἀναγκάζει ὁ κανὼν ἀνάγειν καὶ τρέφειν τοὺς παῖδας, οὕτω καὶ τοὺς παῖδας θέλει γηροβοσκεῖν καὶ τιμᾷν τοὺς γονεῖς. Διὸ καὶ τοὺς παῖδας, τοὺς μὴ τοῦτο ποιοῦντας, ἀλλὰ προφάσει θεοσεβείας ἀναχωροῦντας ἐκ τοῦ κόσμου, καὶ καταλιμπάνοντας ἀπρονοήτως τοὺς πενομένους γονεῖς αὐτῶν, ἀναθέματι καθυποβάλλει. Προστίθησι δὲ προτιμᾶσθαι τὴν θεοσέβειαν, ἤγουν τὴν ὀρθοδοξίαν. Ἐὰν γὰρ κακόδοξοι ὦσιν οἱ γονεῖς, φεύγειν δεῖ τούτους καὶ προτιμᾷν τῆς τιμῆς ἐκείνων τὴν θεοσέβειαν.

ΖΩΝΑΡ. Οὐ μόνον οἱ γονεῖς ἀπαιτοῦνται φροντίζειν τῶν τέκνων καὶ ἐπιμελεῖσθαι αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ οἱ παῖδες αὖθις χρεωστοῦσι τιμᾷν τοὺς γονεῖς. Τιμῆς δὲ εἶδός ἐστι καὶ τὸ γηροβοσκεῖν αὐτοὺς ἀποροῦντας ἢ διὰ γῆρας ἐνδεεῖς ὄντας. Καὶ οὐ μόνον πιστοῖς τοῦτο χρεωστοῦσι γονεῦσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀπίστοις. Ἐκ γὰρ τοῦ εἰπεῖν, *μάλιστα πιστῶν*, δείκνυται, ὅτι καὶ περὶ ἀπίστων ὁ κανὼν λέγει. Τοὺς γοῦν προφάσει θεοσεβείας τοὺς οἰκείους γονεῖς ἀπρονοήτους ἐῶντας, καὶ μὴ τὴν ἐνδεχομένην τιμὴν αὐτοῖς ἀπονέμοντας, ἧς μέρος καὶ τὸ τρέφειν αὐτοὺς ἀποροῦντας, ἀναθεματίζει οὗτος κανών· ἐπάγει δὲ, *προτιμωμένης τῆς θεοσεβείας*. Εἰ γὰρ οἱ γονεῖς ἄπιστοι ὄντες ἢ κακόδοξοι τοὺς παῖδας εἰς ἀπιστίαν ἢ εἰς αἱρέσεις συνωθοῦσι, φεύγειν δεῖ αὐτοὺς, καὶ προτιμᾷν τῆς ἐκείνων τιμῆς τὴν θεοσέβειαν.

ΑΡΙΣΤ. « Καὶ τέκνα, ὅσα πιστῶν ἀποσκιρτῶσι γονέων, ἀνάθεμα. »

ΚΑΝΩΝ ΙΖ'.

« Εἴ τις γυναικῶν διὰ τὴν νομιζομένην θεοσέβειαν ἀποκείροιτο τὰς κόμας (33), ἃς ἔδωκεν ὁ Θεὸς εἰς ὑπόμνησιν τῆς ὑποταγῆς, ὡς ἂν παραλύουσα τὸ πρόσταγμα τῆς ὑποταγῆς, ἀνάθεμα ἔστω. »

ΒΑΛΣ. Ὁ μέγας (34) Παῦλος, Κορινθίοις ἐπιστέλλων, *Κεφαλὴ*, φησὶ, *γυναικὸς ὁ ἀνήρ*. Τοῦτο δὲ εἶ-

[10] I Cor. xi, 3.

« textu pietatis recesserint, et parentibus quem par est honorem non tribuerint, apud eos scilicet præposita in Deum pietate, sint anathema,

BALS. Quemadmodum parentes cogit canon liberos educare et nutrire: sic etiam vult filios parentes in senectute alere et honorare. Et ideo filios, qui hoc non faciunt, sed prætextu religionis e sæculo recedunt, et egentes suos parentes nulla de eis cura habita relinquunt, anathemati subjicit. Adjicit autem præferri pietatem, seu orthodoxam sententiam. Si enim parentes 424 male sentiant, eos fugere oportet, et illorum honori divinum cultum præferre.

ZONAR. Non solum a parentibus, ut in educandis liberis sedulo elaborent, sed a filiis quoque vicissim, ut parentibus honorem exhibeant, postulatur. Honoris autem genus est ipsos in senectute alere, si egeant, vel si ob affectam ætatem inopia premantur. Neque solum hæc officia parentibus, si fideles sint, sed etiam a fide alienis præstari debent. Ex illis enim verbis, *maxime si fideles sint* de infidelibus quoque canon loqui facile apparet. Qui ergo pietatis simulatione parentes deserunt, nec debitum honorem, ad quem spectat egentes alere, illis impertiunt, pœnam anathematis ejusmodi hominibus canon infligit: addit tamen ut præcipua religionis ratio sit habenda. Si namque infideles aut hæretici parentes ad infidelitatem aut hæresim liberos impellant, tum vero fugiendos, eorumque honori religionem præferri oportere decernit.

ARIST. « Item liberi quicunque a fidelibus recedunt parentibus, anathema. »

CANON XVII.

« Si qua mulier, propter eam quæ existimatur pietatem, tondeat comam, quam Deus et dedit ad recordationem subjectionis, ut quæ subjectionis præceptum dissolvat, sit anathema. »

BALS. Magnus Paulus ad Corinthios scribens dicit, *Maritus est mulieris caput* [10]. Hoc autem

Guill. Beveregii notæ.

(33) *Ἀποκείροιτο τὰς κόμας*. Consequenter huic canoni Theodosius imperator hanc legem tulit, *Feminæ, quæ crinem suum contra divinas humanasque leges instinctu persuasæ professionis absciderint, ab ecclesiæ foribus arceantur, non illis fas sit sacrata adire mysteria, etc. Adeo ut episcopus tonso capite feminam si introire permiserit, dejectus loco, etiam ipse cum hujusmodi contuberniis arceatur, ac non modo si fieri suaserit, verum etiam si hoc ab aliquibus exigi, factum denique esse quacunque ratione compererit, nihil sibi intelligat opitulari.* Sozomenus etiam de hac lege meminit, eique a Theodosio ferendæ occasionem dedisse conjicit matronam illam, quæ pœnitentiam agens a diacono in ecclesia stuprata est. Ἐκ ταύτης, inquit, δὲ τῆς αἰτίας συμβάλλω καὶ Θεοδόσιον τὸν βασιλέα προνοούμενον τῆς τῶν ἐκκλησιῶν εὐκλείας τε καὶ σεμνότητος, νομοθετῆσαι τὰς γυναῖκας, εἰ μὴ παῖδας ἔχοιεν, καὶ ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη γένοιντο, διακονίαν θεοῦ μὴ ἐπιτρέπεσθαι, κατὰ τὸ ἀποστόλου Παύλου ῥητὸν πρόσταγμα· τὰς δὲ κειρομένας τὰς κεφαλὰς ἀπελαύνεσθαι τῶν ἐκκλησιῶν· τοὺς δὲ ταύτας προσιεμένους ἐπισκόπους ἀφαιρεῖσθαι τῆς ἐπισκοπῆς. Sozom. *Hist. Eccl.* l. vii, c. 16. Verum imperator in ista lege præsentem tantum sua autoritate canonem confirmare videtur; cui a synodo hac Gangrensi sanciendæ Eustathium et sectatores ejus materiam præbuisse ex epistola synodica palam est, ubi Patres de mulierculis ab Eustathio seductis loquentes aiunt, Πολλαὶ δὲ καὶ ἀποκείρονται τῆς θεοσεβείας τὴν φύσιν τῆς κόμης τῆς γυναικείας. Sozomenus etiam de iisdem disserens, scribit: Τὰς δὲ προφάσει θεοσεβείας τὴν κεφαλὴν ἀποκείρασθαι. Sozom. *Hist. Eccl.* l. iii, cap. 14. Canon autem ipsis divi Apostoli verbis nititur, dicentis, Αἰσχρὸν γυναικὶ τὸ κείρασθαι ἢ ξυρᾶσθαι. I Cor. xi, 6.

(34) *Ὁ μέγας Παῦλος*. Hæc Balsamonis interpretatio, quantum ad majorem ejus partem, eadem

dixit, quoniam is ipsius auctor et causa est, ut quæ ex eo facta sit. Ex Adam enim Eva. Et post nonnulla : *Si enim non veletur mulier, tondeatur. Si autem turpe est mulieri tonderi vel radi, veletur* [11]. Et paulo post : *Mulier si comam nutriat, gloria est ipsi, quia coma pro amiculo illi data est* [12]. Et hæc quidem magnus Paulus. Eustathius autem mulieres tonderi docuit, perinde ac si ipsa tonsura ad pietatem conferat, et ne adversus quidem naturam legem ferre eum puduit. Natura enim comam mulieribus adeo esse convenientem novit, ut nec eis unquam calvitium naturaliter insit. Si ergo tondeatur mulier, ut quæ se aliquid facere existimet, quod Deo acceptum sit et subjectionis recordationem tollat (et hoc etiam ex Epistola ad Corinthios sumptum est a synodi Patribus. Dicit enim illic Apostolus : Debet mulier habere potestatem in capite, scilicet symbolum subjectionis, id est, tectum habere caput), anathema sit illi, ut quæ solvat et transgrediatur subjectionis præceptum. His ita se habentibus, ne dixeris ex præsenti canone prohiberi mulierem, si tonsuram monasticam elegerit. Ea enim, vel invito marito, si vitam tori expertem elegerit, exaudietur, et tondebitur.

ZONAR. Magnus Paulus ad Corinthios scribens dicit, *Maritus est mulieris caput*. Hoc autem dixit, quoniam is ipsius auctor et causa est, ut quæ ex eo facta sit. Ex Adam enim Eva. Et post nonnulla : *Si enim non veletur mulier, tondeatur. Si autem turpe est mulieri tonderi vel radi, veletur*. Et paulo post : *Mulier si comam nutriat, gloria est ipsi*. Et hæc quidem magnus Paulus. Eustathius autem mulieres tonderi docuit, perinde ac si ipsa tonsura ad pietatem conferat; et ne adversus quidem naturam legem ferre eum puduit. Natura enim comam mulieribus adeo esse convenientem novit, ut nec eis unquam calvitium naturaliter insit. Si ergo tondeatur mulier, ut quæ se aliquid facere existimet, quod Deo acceptum sit, et subjectionis recordationem tollat (et hoc etiam ex Epistola ad Corinthios sumptum est a synodi Patribus. Dicit enim illic Apostolus, Debet mulier habere potestatem in capite, scilicet symbolum subjectionis, id est, tectum habere caput, mariti potestatem **425** appellans), anathema sit illi, ut quæ solvat et transgrediatur subjectionis præceptum.

ARIST. « Quæcunque mulieres, pietatem simulantes, comas tondent, anathema. »

A πεν, ὅτι αἴτιος αὐτῆς ἐστιν, ὡς ἐξ αὐτοῦ γενομένης. Ἐκ τοῦ Ἀδὰμ γὰρ ἡ Εὔα. Καὶ μετά τινα· *Εἰ γὰρ οὐ κατακαλύπτεται γυνὴ, καὶ κειρέσθω. Εἰ δὲ αἰσχρὸν γυναιξὶ τὸ κείρεσθαι ἢ ξυρᾶσθαι, κατακαλυπτέσθω*. Καὶ μεθ' ἕτερα· *Γυνὴ, ἐὰν κομᾷ, δόξα αὐτῇ ἐστιν, ὅτι ἡ κόμη ἀντὶ περιβολαίου δέδοται αὐτῇ*. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ μέγας Παῦλος· ὁ δὲ Εὐστάθιος κείρεσθαι τὰς γυναῖκας ἐδίδασκεν, ὡς τάχα πρὸς θεοσέβειαν συμβαλλομένου τοῦ κείρεσθαι, καὶ οὐδὲ τῇ φύσει ἀντινομοθετῶν ᾐδεῖτο. Τοσοῦτον γὰρ οἰκεῖον οἶδεν ἡ φύσις ταῖς γυναιξὶ τὴν κόμην, ὡς οὐδὲ φαλάκρωμα ταύταις ἐγγίνεται (35) φυσικῶς. Εἰ γοῦν κείροιτο γυνὴ, ὡς τάχα τι δοκοῦσα ποιεῖν πρὸς Θεοῦ εὐαρέστησιν, καὶ περιαιρεῖ τὴν ὑπόμνησιν τῆς ὑποταγῆς (καὶ τοῦτο B δὲ ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους εἴληπται τοῖς τῆς συνόδου Πατράσι. Λέγει γὰρ ἐκεῖ ὁ Ἀπόστολος ὅτι ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ἤτοι τὸ σύμβολον τῆς ὑποταγῆς, τουτέστι τὸ κατακεκαλυμμένην ἔχειν τὴν κεφαλὴν), ἀνάθεμα ἔστω αὐτῇ, ὡς λυούσῃ καὶ παραβαινούσῃ τὸ πρόσταγμα τῆς ὑποταγῆς. Τούτων οὕτως ἐχόντων, μὴ εἴπῃς ἐκ τοῦ παρόντος κανόνος κωλύεσθαι τὴν γυναῖκα, ἐὰν ἐπιλέγηται μοναδικὴν ἀπόκαρσιν. Αὕτη γὰρ, καὶ ἄκοντος τοῦ ἀνδρὸς, τὸν ἄζυγα βίον αἱρετισαμένη, εἰσακουσθήσεται, καὶ ἀποκαρήσεται.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ μέγας Παῦλος Κορινθίοις ἐπιστέλλων, *Κεφαλὴ*, φησὶ, *γυναικὸς ὁ ἀνήρ*. Τοῦτο δὲ εἶπεν, ὅτι αἴτιος αὐτῆς ἐστιν, ὡς ἐξ αὐτοῦ γενομένης. Καὶ γὰρ ἡ Εὔα ἐκ τοῦ Ἀδάμ. Καὶ μετά C τινα· *Εἰ γὰρ οὐ κατακαλύπται γυνὴ, καὶ κειράσθω. Εἰ δὲ αἰσχρὸν γυναικὶ τὸ κείρεσθαι ἢ ξυρᾶσθαι, κατακαλυπτέσθω*. Καὶ μεθ' ἕτερα· *Γυνὴ, ἐὰν κομᾷ, δόξα αὐτῇ*. Ταῦτα μὲν ὁ μέγας Παῦλος· ὁ δὲ Εὐστάθιος κείρεσθαι τὰς γυναῖκας ἐδίδασκεν, ὡς δή τι πρὸς θεοσέβειαν συμβαλλομένου τοῦ κείρεσθαι, καὶ οὐδὲ τῇ φύσει ἀντινομοθετῶν ᾐδεῖτο. Τοσοῦτον γὰρ οἰκεῖον οἶδεν ἡ φύσις ταῖς γυναιξὶ τὴν κόμην, ὅτι οὐδὲ φαλάκρωμα ταύταις ἐγγίνεται φυσικῶς. Εἰ γοῦν κείροιτο γυνὴ, ὡς τάχα τι δοκοῦσα ποιεῖν πρὸς Θεοῦ εὐαρέστησιν, καὶ περιαιρεῖ τὴν ὑπόμνησιν τῆς ὑποταγῆς (καὶ τοῦτο ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους εἴληπται τοῖς τῆς συνόδου Πατράσι. Λέγει γὰρ ὁ Ἀπόστολος, ὅτι ὀφείλει ἡ γυνὴ ἐξουσίαν ἔχειν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ἤτοι τὸ σύμ- D βολον τῆς ὑποταγῆς τὸ κατακεκαλυμμένην ἔχειν τὴν κεφαλὴν ἐξουσίαν τοῦ ἀνδρὸς καλῶν), ἀνάθεμα ἔστω αὐτῇ, ὡς λυούσῃ καὶ παραβαινούσῃ τὸ πρόσταγμα τῆς ὑποταγῆς.

ΑΡΙΣΤ. « Ὅσαι γυναῖκες τὰς κόμας τίλλουσι, θεοσέβειαν ὑποκρινόμεναι, ἀνάθεμα. »

[11] I Cor. XI, 6. [12] Ibid. 15.

Guill. Beveregii nota.

est quæ Zonaræ. In qua ista verba ὅτι ἡ κόμη ἀντὶ περιβολαίου δέδοται αὐτῇ, etiamsi in Zonaræ Scholiis hic impressis non exstent, exstant tamen in Amerbachiano etiam Zonaræ codice manuscripto.

(35) *Οὐδὲ φαλάκρωμα ταύταις ἐγγίνεται*. Asserit hic Balsamon cum Zonara calvitium in mulieres naturaliter non incidere; quod sane rarum esse ipse etiam Plinius observavit, dicens, *Defluvium eorum* (crinium) *in muliere rarum, in spadonibus non visum, nec in ullo ante Veneris usum*. Plin. *Nat. Hist*. lib. II, cap. 37.

A

ΚΑΝΩΝ ΙΗ'.

« Εἴ τις διὰ νομιζομένην ἄσκησιν ἐν τῇ Κυριακῇ « νηστεύσῃ, ἀνάθεμα ἔστω. »

ΒΑΛΣ. Πολλαχοῦ κεκανόνισται μὴ νηστεύειν καὶ σκυθρωπάζειν ἡμᾶς κατὰ τὴν χαρμόσυνον ἡμέραν τῆς Κυριακῆς διὰ τὴν ἔγερσιν τοῦ Κυρίου, ἀλλὰ πανηγυρίζειν καὶ εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ, ὡς ἀναστάντας ἐκ τοῦ πτώματος τῆς ἁμαρτίας. Τοὺς γοῦν τὸν Εὐστάθιον διδάσκοντας νηστεύειν ἐν ταῖς Κυριακαῖς διὰ ἄσκησιν δῆθεν, ἀναθεματίζει ὁ κανών. Ὁ δὲ ξδ' ἀποστολικὸς κανὼν ἀφορίζει τοὺς οὕτω νηστεύοντας λαϊκούς, ὥσπερ καὶ τοὺς κληρικοὺς καθαιρεῖ. Ζήτει καὶ τὸν νε' κανόνα τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ συνόδου.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ ἐν ταῖς Κυριακαῖς νηστείαν ἐκήρυττεν ὁ Εὐστάθιος, ὅτε διὰ τὴν ἔγερσιν τοῦ Κυρίου, B καὶ τὴν τῆς βροτείας φύσεως ἐκ τοῦ πτώματος τῆς ἁμαρτίας ἀνάστασιν, εὐχαριστεῖν ἡμᾶς δεῖ τῷ Θεῷ καὶ χαίρειν. Ἡ δὲ νηστεία συντριβῆς καὶ λύπης ἐστὶ σύμβολον. Διὸ καὶ τοῖς νηστεύουσιν ἐν Κυριακαῖς ἐτάχθη ἀνάθεμα.

ΑΡΙΣΤ. « Ὁ τὴν Κυριακὴν ἢ τὸ Σάββατον ἀσιτῶν, « ἀνάθεμα. »

ΚΑΝΩΝ ΙΘ'.

« Εἴ τις τῶν ἀσκουμένων χωρὶς σωματικῆς ἀνάγ« κης ὑπερηφανεύοιτο, καὶ τὰς παραδεδομένας « νηστείας εἰς τὸ κοινὸν, καὶ φυλασσομένας ὑπὸ « τῆς Ἐκκλησίας, παραλύοι, ὑποκυροῦντος ἐν « αὐτῷ τελείου λογισμοῦ, ἀνάθεμα ἔστω. »

C ΒΑΛΣ. Αἵρεσις Βογομιλική ἐστιν ἐπί τινας χρόνους κατὰ πᾶσαν ἡμέραν νηστεύειν καὶ μηδέποτε καταλύειν, ὡς μετὰ τὸν τοσοῦτον καιρὸν λέγειν ἐν τελειότητι γενέσθαι τοὺς νηστεύοντας, καὶ καταλύειν καὶ ἁμαρτάνειν ἀδιαφόρως, καὶ πᾶσαν κακίαν διὰ τῆς τελειότητος ὡς ὑπὸ πυρὸς κατακαίεσθαι. Τοιαῦτα γοῦν ἐδίδασκον, ὡς ἔοικε, καὶ οἱ περὶ τὸν Εὐστάθιον· διὸ καὶ ἀνεθεματίσθησαν. Ὀφείλομεν γὰρ οἱ πιστοὶ νηστεύειν κατὰ τὰς παραδεδομένας νηστείας, ἤτοι Τετράδα, καὶ τὴν Παρασκευὴν, τὴν μεγάλην Τεσσαρακοστὴν καὶ τὰς λοιπὰς νηστείας, καὶ αὖθις πανηγυρίζειν κατὰ τὰς ἑορτασίμους ἡμέρας, εἰ μήπω διὰ νόσον καταλῦσαι ἀναγκασθῶμεν. Ὅτι φησὶ καὶ ὁ ξθ' ἀποστολικὸς κανὼν, κατὰ πᾶσαν Τετράδα καὶ Παρασκευὴν καὶ τὴν τεσσαρακοστὴν D τοῦ Πάσχα μὴ καταλύειν ἡμᾶς, εἰ μὴ δι' ἀσθένειαν σωματικήν.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ ἀποστολικὸς ἑξηκοστὸς τέταρτος κανὼν τοῦτο ῥητῶς φησιν· Εἴ τις κληρικὸς εὑρεθείη τὴν Κυριακὴν ἡμέραν νηστεύων, ἢ τὸ Σάββατον, πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. Καὶ ὁ ξθ' τὴν τεσσαρακοστὴν τοῦ Πάσχα νηστεύειν παρεγγυᾷ, καὶ Τετράδα καὶ Παρασκευήν· εἰ μὴ δι' ἀσθένειάν τις ἐμποδίζοιτο. Τῶν δὲ περὶ τὸν Εὐστάθιον τὰς παραδεδομένας νηστείας λυόντων, ὡς τάχα φθασάντων πρὸς τελειότητα, καὶ οὐκέτι δεομένων νηστείας, τὸν κανόνα τοῦτον ἡ σύνοδος ἐξεφώνησεν, ἀνάθεμα καταψηφιζόμενον τῶν λυόντων τὰς παραδεδομένας νηστείας, καὶ ὑπὸ τῆς

CANON XVIII.

« Si quis propter eam, quæ existimatur, exercitationem in Dominico jejunet, sit anathema. »

ZONAR. Totum Quadragesimæ tempus, Sabbatis tamen ac Dominicis diebus exceptis, canon jejunio transigi jubet. Jejunium autem aridorum esum constituit. At vero quidam quinta postremæ hebdomadæ feria, qua Christus cum apostolis cœnavit, violato jejunio, lautioribus epulis vescebantur; quod eodem die forte Christus Dominus cœna ex præscripto legis refectus, eumdem quoque morem discipulis prodidisset. Id ergo fieri, ac totam Quadragesimam unius diei illius neglecto jejunio dehonestari, præsens canon vetat.

ΑΡΙΣΤ. « Οὐ δεῖ ἐν τῇ Τεσσαρακοστῇ τῇ ὑστεραίᾳ « ἑβδομάδι τὴν Πέμπτην λύειν, καὶ ὅλην τὴν Τεσ« σαρακοστὴν ἀτιμάζειν, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν Τεσσα« ρακοστὴν νηστεύειν ξηροφαγοῦντα. »

ARIST. « Non oportet in ultima Quadragesimæ « septimana quintæ feriæ jejunium solvere, et « totam Quadragesimam injuria afficere: sed « totam Quadragesimam jejunare aridis vescen« tem. »

Δεῖ πάσας τὰς τοῦ σωτηρίου πάθους ἡμέρας ἐν νηστείᾳ καὶ προσευχῇ καὶ κατανύξει καρδίας ἐπιτελεῖν· καὶ μὴ καταλύειν τὴν νηστείαν ἐν τῇ Πέμπτῃ τῆς ὑστέρας ἑβδομάδος τῆς Τεσσαρακοστῆς, ἀλλὰ δεῖ καὶ ἐν αὐτῇ νηστεύειν τε καὶ ξηροφαγεῖν.

Omnes salutaris passionis dies cum jejunio et oratione, et cordis compunctione peragere oportet, et non jejunium solvere quinta ultimæ hebdomadis quadragesimæ feria, sed et in ea jejunare et cibis siccioribus uti.

ΚΑΝΩΝ ΝΑ'.

« Ὅτι οὐ δεῖ ἐν Τεσσαρακοστῇ (72) μαρτύρων γενέ« θλια ἐπιτελεῖν, ἀλλὰ τῶν ἁγίων μαρτύρων μνή« μας ποιεῖν ἐν τοῖς Σαββάτοις καὶ Κυριακαῖς. »

CANON LI.

« Quod non oportet in Quadragesima martyrum « natalitia celebrare: sed sanctorum martyrum « facere commemorationes in Sabbatis et Do« minicis. »

ΒΑΛΣ. Ἀνάγνωθι τὸν νβ' κανόνα τῆς ς' συνόδου καὶ τὸν μθ' τῆς παρούσης συνόδου διδάσκοντας κατὰ μόνα τὰ Σάββατα καὶ τὰς Κυριακὰς τελείαν θυσίαν γίνεσθαι ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ὅλης Τεσσαρακοστῆς· κατὰ δὲ τὰς λοιπὰς διὰ προηγιασμένων τελεῖσθαι

BALS. Lege canonem 52 sextæ synodi, et 49 præsentis synodi, qui docent solis Sabbatis et diebus Dominicis fieri perfectum sacrificium tempore totius Quadragesimæ: in reliquis autem per prius sanctificata peragi divinum mysterium. Per-

Guill. Beveregii notæ.

(72) *Ὅτι οὐ δεῖ ἐν Τεσσαρακοστῇ.* Constantinus Harmenopulus hunc et sequentem canonem in unam epitomen his verbis contrahit: Οὐ δεῖ μνείας μαρτύρων τελεῖν ἐν Τεσσαρακοστῇ, εἰ μὴ Σάββασι καὶ Κυριακαῖς, οὐδὲ γάμους ἢ γενέθλια. *Recordationes martyrum in Quadragesima non sunt celebrandæ, nisi Sabbatis et diebus Dominicis; item nec nuptiæ vel natales.* Ubi ad vocem γάμους duplex notatur scholium; primum quidem: Οἱ πεποιηκότες γαμικὰς ἱερολογίας τῇ μεγάλῃ Τεσσαρακοστῇ ἐπιτιμῶνται ἱερεῖς, μετρίως μὲν εἰ ἐξ ἀφελείας, μειζόνως δὲ, εἰ ἐκ σκαιοτροπίας καὶ κρύφα. Τὸ μέντοι συνοικέσιον μένει ὡς ἱερολογίας δεξάμενον. *Sacerdotes, qui nuptiales benedictiones in magna Quadragesima peregerunt, puniuntur: mediocriter quidem, si ex simplicitate, gravius autem, si ex perversitate, et clanculum. Matrimonium tamen consistit veluti quod benedictionem accepit.* Alterum autem: Πρὸ τῆς ἑορτῆς τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων, τῆς Γενήσεως τοῦ Χριστοῦ, τῆς Μεταμορφώσεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς Κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, ἐξ ἀνάγκης ἑπταήμεροι προηγοῦνται νηστεῖαι· εἰ δέ τις καὶ πλέον τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν κατὰ τὰς ἑορτὰς τούτων, ἢ ἑκοντὶ, ἢ κτητορικοῦ τυπικοῦ συνωθούμενος νηστεύσει, οὐ καταισχυνθήσεται. *Ante festum Sanctorum Apostolorum, Natalis Christi, Transfigurationis Christi, et Obdormitionis sanctissimæ Deiparæ, necessario septem dierum jejunia præcedunt. Quod si quis etiam ultra dies illos septem in festis horum, vel sponte sua, vel municipali statuto compulsus jejunet, non confundetur.* Harmenop. epit. can. sect. 2, tit. 6.

inde autem ac si dixisset quispiam, non debere prohiberi per totam Quadragesimam ne fiant per sacrificia sanctorum martyrum memoriæ, ut quæ lætitiam non afferant; sed prohiberi tantum ne eorum natalitia celebrentur, ut quæ lætitiam afferant, et ut frequentes hominum conventus fiant, incitent: definierunt Patres, ut neque in commemorationibus martyrum, neque in eorum natalitiis, in tota Quadragesima per sacrificia festum celebrent, sed in solis Sabbatis et Dominicis eorum festa peragant. Nota ergo, ex præsenti canone quod nec defunctorum quidem fiunt memoriæ tota Quadragesima, præterquam solo Sabbato. Propterea quod sancta Quadragesima luctus est ob peccata nostra, sanctorum commemorationes non celebrantur, præterquam Sabbato; si sanctorum ergo commemorationes non fiunt; multo magis nuptiæ prohibebuntur.

ARIST. « Neque martyrum commemorationes celebrare, præterquam Dominicis et Sabbatis. »

In Quadragesima, exceptis Sabbato et Dominico, nec martyrum commemorationes celebrantur.

CANON LII.

« Quod non oportet in Quadragesima nuptias vel natalitia celebrare. »

BALS. Propter easdem rationes quas superius diximus.

ARIST. « Quadragesima non celebrantur nuptiæ, neque natalitia. *Perspicuus.* »

478 CANON LIII.

« Quod non oportet Christianos ad nuptias venientes tripudiare vel saltare: sed modeste cœnare et prandere, ut decet Christianos. »

BALS. Canon clarus est: cum vero et penitus exolevit, nec interpretatione eget. Βαλλίζειν autem est cum cymbalis vel aliis ejusmodi saltare.

ZONAR. *Sive comeditis*, inquit divinus apostolus Paulus, *sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite* [19]: fideles vero qui vitam petulanter agunt, nihil minus quam Dei gloriam propositam habent. Ne igitur fideles ad nuptias vocati minus honeste se gerant, saltentque ac tripudient; sed modeste appositis cibis vescantur, nec quidquam Christiano homine indignum admittant, hic canon decernit. Est porro βαλλίζειν concrepantibus cymbalis saltationem ad illorum sonitum accommodare.

ARIST. « Tripudiare in nuptiis vel saltare indignum. »

CANON LIV.

« Quod non oportet sacratos, aut clericos in nuptiis vel conviviis aliqua spectacula videre: sed priusquam ingrediantur thymelici, surgere et secedere. »

τὴν θείαν ἱεροτελεστίαν. Ὡς δέ τινος εἰπόντος μὴ ὀφείλειν κωλύεσθαι δι' ὅλης τῆς Τεσσαρακοστῆς διὰ θυσίας γίνεσθαι τὰς τῶν ἁγίων μαρτύρων μνήμας, ὡς μηδὲ χαροποιοὺς (75) οὔσας, ἀλλὰ μόνα κωλύεσθαι τὰ γενέθλια τούτων ὡς χαροποιὰ καὶ πανηγύρεων πρόξενα· ὥρισαν οἱ Πατέρες μήτε ἐν ταῖς μνήμαις μήτε ἐν τοῖς γενεθλίοις τῶν μαρτύρων καθ' ὅλην τὴν Τεσσαρακοστὴν διὰ θυσίας πανηγυρίζειν, ἀλλὰ κατὰ μόνα τὰ Σάββατα καὶ τὰς Κυριακὰς τὰς ἑορτὰς τούτων ποιεῖν. Σημείωσαι τοίνυν ὅτι ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος οὐδὲ μνῆμαι κατοιχομένων δι' ὅλης τῆς Τεσσαρακοστῆς ἄνευ Σαββάτου καὶ μόνου. Διὰ τὸ εἶναι πένθος ὑπὲρ ἁμαρτιῶν ἡμῶν τὴν ἁγίαν Τεσσαρακοστὴν, οὐχ ἁγίων μνῆμαι γίνονται ἄνευ Σαββάτου· ἐὰν οὖν ἁγίων μνῆμαι οὐ γίνονται, πολλῷ πλέον κωλυθήσεται ὁ γάμος.

ΑΡΙΣΤ. « Μηδὲ μνείας μαρτύρων τελεῖν εἰ μὴ Κυριακαῖς τε καὶ Σάββασιν. »

Ἐν τῇ Τεσσαρακοστῇ ἄνευ Σαββάτου καὶ Κυριακῆς οὐδὲ μαρτύρων μνεῖαι τελοῦνται.

ΚΑΝΩΝ ΝΒ'.

« Ὅτι οὐ δεῖ ἐν Τεσσαρακοστῇ γάμους ἢ γενέθλια ἐπιτελεῖν. »

ΒΑΛΣ. Διὰ τοὺς αὐτοὺς λόγους οὓς ἄνωθεν εἴπομεν.

ΑΡΙΣΤ. « Οὐ τελεῖται τῇ Τεσσαρακοστῇ γάμος, οὐδὲ γενέθλιον. *Σαφής.* »

ΚΑΝΩΝ ΝΓ'.

« Ὅτι οὐ δεῖ Χριστιανοὺς εἰς γάμους ἀπερχομένους βαλλίζειν ἢ ὀρχεῖσθαι, ἀλλὰ σεμνῶς δειπνεῖν καὶ ἀριστᾷν, ὡς πρέπει Χριστιανοῖς. »

ΒΑΛΣ. Ὁ κανὼν σαφής ἐστιν· ὅτι δὲ ἠπράκτησε παντελῶς, οὐδὲ ἑρμηνείας δεῖται. Βαλλίζειν δέ ἐστι τὸ μετὰ κυμβάλων ἢ ἄλλων τοιούτων ὀρχεῖσθαι.

ΖΩΝΑΡ. Ὁ θεσπέσιος ἀπόστολος Παῦλός φησιν· *Εἴτε ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε*· τὸ δὲ ἀσέμνως βιοῦν τοὺς πιστεὺς εἰς τοὐναντίον τὸ πρᾶγμα περιστᾷ. Διὸ καὶ ὁ παρὼν κανὼν τοὺς ἀπερχομένους πιστοὺς εἰς γάμον κωλύει ἀπρεπῶς διαγίνεσθαι, καὶ ὀρχεῖσθαι ἢ βαλλίζειν· ἐσθίειν δ' ἐπιτρέπει σεμνῶς, μηδὲν ἀνάξιον ποιοῦντας Χριστιανῶν. Βαλλίζειν δ' ἐστὶ τὸ κύμβαλα κτυπεῖν, καὶ πρὸς τὸν ἐκείνων ἦχον ὀρχεῖσθαι.

ΑΡΙΣΤ. « Βαλλίζειν ἐν γάμοις ἢ ὀρχεῖσθαι ἀνάξιον. »

ΚΑΝΩΝ ΝΔ'.

« Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς ἢ κληρικούς τινας θεωρίας θεωρεῖν ἐν γάμοις ἢ δείπνοις, ἀλλὰ πρὸ τοῦ εἰσέρχεσθαι τοὺς θυμελικοὺς ἐγείρεσθαι αὐτοὺς καὶ ἀναχωρεῖν. »

[19] I Cor. x, 31.

Guill. Beveregii notæ.

(75) Ὡς μηδὲ χαροποιούς. Hæc Balsamonis verba usque ad ὥρισαν οἱ Πατέρες in codice Amerbachiano desiderantur.

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ κδ' καὶ νϛ' κανόνι τῆς ϛ' συνόδου A διελάβομεν καὶ περὶ τῶν ἐν τῷ παρόντι κανόνι διειλημμένων. Καὶ ἀνάγνωθι ταῦτα· μέμνηται γὰρ καὶ τούτου.

ΖΩΝΑΡ. Καὶ ὁ κδ' κανὼν τῆς ἕκτης συνόδου τὰ αὐτὰ διατάττεται. Κωλύει γὰρ κἀκεῖνος τοὺς ἱερωμένους καὶ τοὺς μοναχοὺς ἐν ἱπποδρομίαις ἀπιέναι. Οὗτος δὲ γενικώτερον οὐδέ τινας θεωρίας διακελεύεται θεωρεῖν, οὔτε ἐν γάμοις, οὔτε ἐν δείπνοις. Οὐ γὰρ ἐν γάμοις μόνον γίνονται συμπόσια, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑορταῖς, καὶ ἐν γενεθλίοις, καὶ ἄλλοις ὁμοίοις, ἃ δείπνους ὠνόμασαν. Ὅταν οὖν, φησὶ, κληθῶσιν εἰς τοσαῦτα συμπόσια ἱερατικοὶ καὶ κληρικοὶ, καὶ ἴδωσιν ὅτι θυμελικοὶ μέλλουσιν εἰσελθεῖν, ἐγειρέσθωσαν, καὶ ἀναχωρείτωσαν πρὸ τοῦ ἐκείνους τῶν παιγνίων B καὶ γελωτοποιῶν ἀπάρξασθαι.

ΑΡΙΣΤ. « Τὸν μέντοι ἱερατικὸν, ἢ κληρικὸν δεῖ καὶ πρὸ τῆς θυμέλης ἀπέρχεσθαι. »

Ἀπαιτοῦνται οἱ Χριστιανοὶ εἰς γάμον ἀπερχόμενοι σεμνῶς δειπνεῖν ἐν αὐτοῖς, καὶ μὴ ὀρχεῖσθαι, ἢ βαλλίζειν, τοῦτ' ἔστι τὰς χεῖρας κροτεῖν, καὶ δι' αὐτῶν κτύπον ἀποτελεῖν· τοῦτο γὰρ ἀνάξιον Χριστιανικῆς καταστάσεως· τοὺς μέντοι ἱερατικοὺς μηδὲ θεωρίας τινὰς ἐν γάμοις θεωρεῖν, ἀλλὰ πρὸ τοῦ εἰσελθεῖν τοὺς θυμελικοὺς ἐκεῖθεν ἀναχωρεῖν.

ΚΑΝΩΝ ΝΕ'.

« Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικοὺς ἢ κληρικοὺς ἐκ συμβολῆς « συμπόσια ἐπιτελεῖν, ἀλλ' οὐδὲ λαϊκούς. » C

ΒΑΛΣ. Τὸ συμποσιάζειν παραίτιόν ἐστι μέθης. Τῇ δὲ μέθῃ παρέπονται ἀταξίαι καὶ ἀσχημοσύνη, καὶ ταύταις ἔριδες καὶ Θεοῦ καταφρόνησις. Διορίζονται οὖν οἱ Πατέρες μήτε ἱερωμένους, μήτε κληρικοὺς, μήτε λαϊκοὺς ἀπὸ συνδοσίας ποιεῖν συμπόσια. Τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ συμβολὴ, ἀπὸ τοῦ συμβάλλω, ἤτοι συμπονῶ.

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς ἱερωμένους, καὶ πάντα δὲ Χριστιανὸν σεμνῶς χρὴ βιοῦν. Τὸ δὲ ἐκ συμβολῆς ποιεῖν συμπόσια, ἤγουν πολλῶν διδόντων νομίσματα, ὥστε δι' αὐτῶν γενέσθαι τραπέζας ἁβράς, κωλύει ὁ κανὼν, ὡς μέθης καὶ ἀδηφαγίας καὶ ἄλλων ἀσχημοσυνῶν αἴτιον. D

ΑΡΙΣΤ. « Ἐράνους οὔτε λαϊκὸς οὔτε κληρικὸς « ἐκτελέσει. »

Χάριν συμποσίου οὔτε κληρικὸς οὔτε λαϊκὸς ποιήσονται ἔρανον.

ΚΑΝΩΝ ΝϚ'.

« Ὅτι οὐ δεῖ πρεσβυτέρους πρὸ τῆς εἰσόδου τοῦ ἐπι« σκόπου εἰσιέναι καὶ καθέζεσθαι ἐν τῷ βήματι, « ἀλλὰ μετὰ τοῦ ἐπισκόπου εἰσιέναι· πλὴν εἰ μὴ « ἀνωμαλοίη ἢ ἀποδημοῖ ὁ ἐπίσκοπος. »

ΒΑΛΣ. Καὶ πανταχοῦ τὸ τῆς εὐταξίας καλὸν πολιτεύεσθαι ἄξιον· πολλῷ δὲ πλέον ἐν ἱερωμένοις. Διὸ καὶ κωλύουσιν οἱ Πατέρες τοὺς πρεσβυτέρους καταφρονεῖν τοῦ ἐπισκόπου, καὶ πρὸ τῆς εἰσόδου εἰσέρχεσθαι ἐν τῷ βήματι, καὶ καθέζεσθαι· ἀλλὰ εἰσοδεύειν

BALS. In vicesimo quarto et quinquagesimo primo canone sextæ synodi de iis quoque tractavimus, quæ in præsenti canone tractata sunt. Et lege ea : hujus enim meminerunt.

ZONAR. Eadem sextæ quoque synodi vicesimo-quarto canone præcipiuntur. Quippe sacris initiatos homines ac monachos in hippodromum convenire is canon vetat. Hic vero magis universe eos nullis omnino spectaculis, nec in nuptiis nec in cœnis, interesse licere decernit. Nec enim in nuptiis tantummodo, sed in festis quoque celebritatibus et natalitiis et aliis hujusmodi, quæ cœnæ vocabulo significavere convivia instituuntur. Ad hujusmodi igitur convivia, inquit, quandocunque sacri ordinis homines et clerici advocati fuerint, ubi primum thymelicos ingressuros animadverterint, ipsi consurgant, seque illico, priusquam ludicra illa et scurrilia inchoentur, inde subducant.

ARIST. « Sacratum quidem et clericum oportet « etiam ante scenam exire. »

Christiani ad nuptias venientes modeste in illis cœnare monentur, et non saltare aut ballare, hoc est, manus plaudere et per eas strepitum facere. Hoc enim Christiana constitutione est indignum. At sacratos neque spectacula ulla in nuptiis videre, sed priusquam ingrediantur thymelici, illinc recedere oportet.

CANON LV.

« Quod non oporteat sacratos et clericos ex collatione « convivia peragere, sed neque laicos. »

BALS. Convivar ebrietatis causa est. Eam autem consequuntur petulantia et insolentia : eas vero, lites et Dei contemptus. Statuunt ergo Patres, ut neque sacrati, neque clerici neque laici, ex collatione convivia faciant. Συμβολὴ enim est collatio, a verbo συμβάλλω, quod significat confero.

ZONAR. Et eos qui in sacrum ordinem cooptati sunt, et Christianos omnes, honeste graviterque vitam instituere par est. Igitur ex symbolæ collatione, hoc est, a pluribus, ut mensæ exquisitis epulis instruantur, **479** pecunia collata convivia apparari ; quod ea res ebrietatis voracitatisque ac aliorum criminum causam præbeat ; nullo modo hic canon licere decernit.

ARIST. « Convivia ex collatis symbolis neque laicus « neque clericus celebrabit. »

Compotationis gratia nec clericus nec laicus collationem faciat.

CANON LVI.

« Quod non oportet presbyteros ante episcopi in« troitum ingredi et sedere in sacrario, sed cum « episcopo ingredi ; nisi forte infirmitate deti« neatur, vel peregre profectus sit episcopus. »

BALS. Bonum quidem ordinem ubique esse pulchrum est ; sed multo magis in iis qui sunt sacrati Et ideo Patres prohibent presbyteros, ne episcopum contemnant, et ante ejus introitum sacrarium ingrediantur et sedeant ; sed una cum episcopo in-

troeant. Quod si quis infirmitatem obtendat vel episcopi peregrinationem: dixerunt ejusmodi causas esse justas, et sacerdotis in chorum priorem adventum non impediunt.

ZONAR. Summam a sacri ordinis hominibus modestiæ rationem haberi maxime decet. Presbyteros porro, quo tempore episcopus ad altare accessurus est, ante illum ingredi ibique sedere, et illum solum relinquere, aut paulo post introitum facere, petulantiæ quiddam summique sacerdotii contemptum ostendit. Id ergo canon fieri vetat: cum episcopo vero simul ingredi sacerdotes, nisi quis forte intemperie, hoc est, ægritudine aliqua teneatur, neque longiorem standi moram ferre queat, decernit. Quod si etiam peregre profectus fuerit antistes, quamvis alii alios, dum ad altare ingrediuntur, antevertant, nulla ex eo summo sacerdoti irrogata injuria existimabitur.

ARIST. « Presbyter tribunal ante episcopum ne « ingrediatur, neque sedeat. »

Episcopo præsente et ministrante ante ejus introitum presbyter tribunal non ingredietur, et sedebit. Hoc enim est ordinis conturbatio et confusio.

CANON LVII.

« Quod non oportet in vicis et regionibus episco« pos constitui, sed circuitores: eos autem, qui « prius constituti fuerunt, nihil agere sine con« sensu episcopi civitatis. Similiter autem et « presbyteros nihil agere sine consensu epi« scopi. »

BALS. Alii quidem canones in vicis et regionibus chorepiscopos et presbyteros constituendos definierunt: præsens autem canon jubet circuitores fieri, et non episcopos; ne dignitas episcopalis vilis et contempta evadat, utpote cum non habeat regio, in qua ordinatus est episcopus, hominum multitudinem ad Dei et episcopatus honorem. Si qui autem, inquit, ante canonem sunt in his locis constituti episcopi, ne ejiciantur; sed omnia exerceant cum scientia metropolitani, qui eos ordinavit. Sed et presbyteri, inquit, nihil agant sine consensu episcopi. Hæc decernente canone, dixerit quispiam ex ejus intelligentia conjecturam faciens, quod quoniam ad Dei et episcopatus vergit dedecus, si episcopus exiguo populo præsit, et ideo contemnatur: multo magis non est ad Dei honorem, si antistes propter paupertatem eat pedes, et privetur necessariis. Quocirca in Ecclesiis Orientalibus, in quibus non admodum multi inveniuntur Christiani, episcopus eligi tutum non est. Sunt autem circuitores, qui hodie ab episcopis promoventur **480** exarchi. Hi enim circumcursant, et delicta animæ observant, et fideles perficiunt. Lege etiam sextum canonem Sardicensis synodi.

ZONAR. Eximia est summi sacerdotis dignitas: at si in vico, aut in regione, in qua neque urbes

A μετὰ τοῦ ἐπισκόπου. Ὡς δέ τινος ἀῤῥωστίαν προβαλλομένου ἢ ἀποδημίαν τοῦ ἐπισκόπου, εἶπον τὰ τοιαῦτα αἴτια εὔλογα εἶναι, καὶ τὴν πρόοδον τὴν εἰς τὸ βῆμα τοῦ ἱερέως οὐκ ἐμποδίζουσιν.

ΖΩΝΑΡ. Πᾶσαν εὐταξίαν ἐν τοῖς ἱερωμένοις δεῖ πολιτεύεσθαι. Τὸ δὲ, τοῦ ἐπισκόπου μέλλοντος εἰσοδεύειν εἰς τὸ θυσιαστήριον, τοὺς πρεσβυτέρους προεισέρχεσθαι καὶ καθῆσθαι ἐκεῖ, κἀκεῖνον μόνον ἐᾷν, ἢ μετ' ὀλίγον τὴν εἴσοδον ποιεῖν, ἀταξίας ἐστὶ, καὶ εἰς καταφρόνησιν τοῦ ἀρχιερέως. Διὸ κωλύει τοῦτο ὁ κανών· συνεισιέναι δὲ τῷ ἐπισκόπῳ τοὺς ἱερεῖς διορίζεται, εἰ μή πού τις ἀνωμάλως ἔχει, ἤγουν νοσηλεύεται, καὶ οὐ δύναται ἐπὶ πολὺ ἵστασθαι. Καὶ ὅτε δὲ ἀποδημεῖ ὁ ἀρχιερεὺς, οὐκ εἰς καταφρόνησιν αὐτοῦ γίνεται τό τινας τῶν ἀρχιερέων ἴσως προεισ-
B ελθεῖν τῶν ἄλλων εἰς τὸ θυσιαστήριον.

ΑΡΙΣΤ. « Πρεσβύτερος εἰς βῆμα πρὸ τοῦ ἐπισκόπου « οὐκ εἴσεισιν, οὐδὲ κάθηται. »

Παρόντος τοῦ ἐπισκόπου καὶ λειτουργοῦντος πρὸ τῆς εἰσόδου αὐτοῦ οὐκ εἰσέλθῃ πρεσβύτερος ἐν τῷ βήματι, καὶ καθίσει. Τοῦτο γὰρ ἀταξία ἐστὶ καὶ σύγχυσις.

ΚΑΝΩΝ ΝΖ'.

« Ὅτι οὐ δεῖ ἐν ταῖς κώμαις καὶ ἐν ταῖς χώραις « καθίστασθαι ἐπισκόπους, ἀλλὰ περιοδευτάς· « τοὺς μέντοι ἤδη προκατασταθέντας μηδὲν πράτ« τειν ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τοῦ ἐν τῇ πό-
C « λει. Ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς πρεσβυτέρους μηδὲν « πράττειν ἄνευ τῆς γνώμης τοῦ ἐπισκόπου. »

ΒΑΛΣ. Ἄλλοι μὲν κανόνες ἐν ταῖς κώμαις καὶ ἐν τοῖς χωρίοις χωρεπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους καθίστασθαι διωρίσαντο· ὁ δὲ παρὼν κανὼν περιοδευτὰς παρακελεύεται γίνεσθαι, καὶ μὴ ἐπισκόπους, ἵνα μὴ γένηται εὐκαταφρόνητος ἡ ἀρχιερωσύνη, ὡς μὴ ἐχούσης τῆς χώρας ἐν ᾗ ἐχειροτονήθη ὁ ἐπίσκοπος, πλῆθος ἀνθρώπων εἰς τιμὴν τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ἀρχιερωσύνης. Εἰ δέ τινες, φησὶ, πρὸ τοῦ κανόνος κατεστάθησαν ἐν τοῖς τοιούτοις ἐπίσκοποι, μὴ ἐκβληθήτωσαν· ἀλλ' ἔστωσαν ἐνεργοῦντες τὰ πάντα μετὰ εἰδήσεως τοῦ χειροτονήσαντος αὐτοὺς μητροπολίτου. Ἀλλὰ καὶ οἱ πρεσβύτεροι, φησὶ, μηδὲν ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου πραττέτωσαν. Ταῦτα τοῦ κανόνος
D διοριζομένου, εἴποι τις, τῆς ἐννοίας τούτου κατεστοχαζόμενος, ὡς, ἐπεὶ ἀτιμία τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ἀρχιερωσύνης ἐστὶ τὸ προΐστασθαι τὸν ἐπίσκοπον λαοῦ ὀλίγου, κἀντεῦθεν εἶναι εὐκαταφρόνητον· πολλῷ πλέον οὐκ ἔσται πρὸς τιμὴν τοῦ Θεοῦ τὸ πεζῇ βαδίζειν ἀρχιερέα διὰ πενίαν καὶ στερεῖσθαι τῶν ἀναγκαίων. Ὅθεν τὸ ψηφίζεσθαι ἐπισκόπους εἰς ἐκκλησίας ἀνατολικὰς, εἰς ἃς μέτριοι πάνυ εὑρίσκονται Χριστιανοὶ, οὐκ ἀσφαλές. Περιοδευταὶ δέ εἰσιν οἱ σήμερον προβαλλόμενοι παρὰ τῶν ἐπισκόπων ἔξαρχοι. Οὗτοι γὰρ περιοδεύουσι καὶ ἐπιτηροῦσι τὰ ψυχικὰ σφάλματα, καὶ καταρτίζουσι τοὺς πιστούς· ἀνάγνωθι καὶ τὸν ς' κανόνα τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου.

ΖΩΝΑΡ. Τὸ ἀρχιερατικὸν ἀξίωμα ἔντιμόν ἐστι· τὸ δὲ ἐν κώμῃ ἢ ἐν χώρᾳ, ἔνθα μὴ πόλις ἐστὶ μηδὲ

πλῆθος ἀνθρώπων, γίνεσθαι ἐπισκόπους καταφρόνητον τὴν ἀρχιερωσύνην ποιεῖ. Διὸ καὶ ὁ κανὼν οὗτος κωλύει τοῦτο, ὃ καὶ ὁ ἕκτος κανὼν τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου διετάξατο· γίνεσθαι δὲ περιοδευτὰς ἐν κώμαις καὶ χώραις διακελεύεται. Περιοδευταὶ δὲ λέγονται, διὰ τὸ περιέρχεσθαι καὶ καταρτίζειν τοὺς πιστούς, μὴ ἔχοντες καθέδραν οἰκείαν. Εἰ δέ τινες, φησὶ, πρὸ τοῦ κανόνος κατεστάθησαν ἐν τοῖς τοιούτοις τόποις ἐπίσκοποι, μηδὲν πραττέτωσαν ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τῆς πόλεως, δι' οὗ ἐχειροτονήθησαν. Καὶ οἱ πρεσβύτεροι δέ φησι, μηδὲν ἄνευ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου πραττέτωσαν.

ΑΡΙΣΤ. « Εἰς κώμην ἢ εἰς χωρίον ἐπίσκοπος οὐ καθίσταται, ἀλλὰ περιοδευτής· εἰ δέ τις κατέστη, μή τι διοικείτω τοῦ ἐπισκόπου δίχα τῆς πόλεως. »

Ἐν κώμῃ τινὶ ἢ καὶ βραχείᾳ πόλει, ἐν ᾗ καὶ εἷς πρεσβύτερος ἐπαρκεῖ, οὐκ ἀναγκαῖον ἐπίσκοπον γίνεσθαι, ἵνα μὴ τὸ τοῦ ἐπισκόπου κατευτελίζηται ὄνομα, ἀλλὰ περιοδευτὰς, οὓς καὶ ἐξάρχους σήμερον ὀνομάζουσιν, εἰς διόρθωσιν τῶν ψυχικῶν σφαλμάτων στέλλεσθαι ἐν αὐταῖς. Εἰ δέ τινες προεγένοντο, τῆς τιμῆς μὲν μετακινείσθωσαν, μηδὲν δέ τι ἐπισκοπικὸν διοικείτωσαν δίχα γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τῆς πόλεως ᾗ ὑπόκεινται αὗται.

ΚΑΝΩΝ ΝΗ'.

« Ὅτι οὐ δεῖ ἐν τοῖς οἴκοις προσφορὰν γίνεσθαι παρὰ ἐπισκόπων ἢ πρεσβυτέρων. »

ΒΑΛΣ. Τοῦτο ἐξεχωρήθη ἀπὸ Νεαρᾶς τοῦ βασιλέως κυροῦ Λέοντος τοῦ Σοφοῦ. Ἀνάγνωθι καὶ συνόδου ς' κανόνα λα' καὶ νθ'.

ΖΩΝΑΡ. Εὔχεσθαι μὲν πανταχοῦ τοὺς πιστοὺς οὐ κεκώλυται, καὶ ἐν οἴκοις, καὶ ἐν ἀγροῖς, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ τῆς δεσποτείας αὐτοῦ· προσφέρειν δὲ, ἤγουν προσκομιδὴν ποιεῖν, εἰ μὴ ἐν ναῷ καὶ θυσιαστηρίῳ οὐ δεῖ. Οὔτε οὖν ἐπισκόποις οὔτε πρεσβυτέροις παραχωρεῖ τοῦτο ποιεῖν.

ΑΡΙΣΤ. « Ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος εἰς οἶκον μὴ προσφερέτω. »

Εἰς οἶκον ἡ ἀναίμακτος οὐ τελεῖται θυσία οὔτε παρ' ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου· ἀλλ' ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ προσφέρειν δεῖ. Πλὴν ὁ τριακοστὸς πρῶτος κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ ἕκτης συνόδου συγχωρεῖ κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου καὶ ἐν τοῖς εὐκτηρίοις οἴκοις τοῖς ἔνδον οἰκίας τυγχάνουσι λειτουργίας τελεῖσθαι· βάπτισμα δὲ μηδ' ὅλως· ἀλλ' ἐν ταῖς καθολικαῖς καὶ μόναις ἐκκλησίαις τοῦ ἀχράντου καταξιοῦσθαι φωτίσματος τοὺς μέλλοντας βαπτισθῆναι· ὡς ὁ πεντηκοστὸς ἔννατος κανὼν τῆς αὐτῆς συνόδου διαλαμβάνει.

ΚΑΝΩΝ ΝΘ'.

« Ὅτι οὐ δεῖ ἰδιωτικοὺς ψαλμοὺς (74) λέγεσθαι ἐν

neque ulla hominum frequentia est, episcopi constituantur, ex eo summi sacerdotii dignitatem vilescere necesse fuerit. Proinde id ne fiat, tum hujus canonis decreto, tum sexto quoque Sardicensis synodi canone constitutum est: circuitores vero in pagis et regionibus designari placet. Circuitores autem ex eo dicti, quod nullibi propriam sedem cathedramque habentes, huc et illuc fidelibus in officio continendis vagentur. Quod si ante hunc canonem, inquit, in ejusmodi locis episcopi aliqui constituti sunt, nihil eis exsequi, absque ejus, a quo creati sunt, urbani episcopi facultate concessum sit. Quod idem, ut ne quid scilicet inconsulto episcopo faciant, a sacerdotibus quoque servari placet.

ARIST. « In vico vel pago episcopus non constituitur, sed circuitor. Si quis autem constituitur, sine episcopo civitatis nihil administret. »

In vico et urbe exigua in qua et unus presbyter sufficiat, non necesse est episcopum fieri, ne episcopi nomen elevetur, sed periodeutas sive circuitores, quos et exarchos hodie nominant, ad spiritualium peccatorum correctionem in eas mitti. Si qui autem antea facti fuerant, honore quidem amoveantur, nec aliquid episcopale administrent sine episcopi, qui civitati cui istæ subjacent præest, voluntate.

CANON LVIII.

« Quod non oportet in domibus fieri oblationem ab episcopis vel presbyteris. »

BALS. Hoc permissum est a novella imperatoris domini Leonis Sapientis. Lege et synodi canones 31 et 59.

ZONAR. Deo supplicare, precationibusque intentos esse, ubicunque tum in domibus, tum in agro, tum in omni loco dominationis ejus, fidelibus concessum est: offerre autem sive oblationem, præterquam in templo et altari, peragere nequaquam oportet. Proinde ea facultate pariter episcopis et presbyteris interdictum esse canon decernit.

ARIST. « Episcopus vel presbyter in privatis ædibus ne offerat. »

In domo incruentum non peragitur sacrificium, nec ab episcopo nec presbytero, sed in catholica ecclesia offerre oportet. Sed tricesimus primus sextæ in Trullo synodi canon permittit, episcopo volente, et in ædibus oratoriis quæ sunt intra domos, sacra ministeria peragere, baptismum autem non omnino; sed eos qui baptizandi sunt, in catholicis et solis ecclesiis impolluta illuminatione dignos haberi, et quinquagesimus nonus ejusdem synodi statuit.

CANON LIX.

« Quod non oportet privatos psalmos in Ecclesia

Guill. Beveregii notæ.

(74) Ὅτι οὐ δεῖ ἰδιωτικοὺς ψαλμούς. Balsamon et Zonaras hæc verba de nescio quibus Solomoni aliisque ascriptis psalmis interpretantur; sed quandoquidem ἰδιωτικοὶ vocentur, psalmi potius a privatis personis, vel ipsius concilii tempore vel antea compositi, intelligendi sunt. Primitivæ enim Ec-

« legi, nec libros non canonicos, sed solos cano- A
« nicos Veteris et Novi Testamenti. »

BALS. Inveniuntur quidam psalmi præter centum quinquaginta psalmos David, qui dicuntur esse Salomonis et quorumdam aliorum. Patres ergo eos privatos nominantes statuerunt, ut neque ii, neque aliquid aliud in ecclesia legatur, quod non sit ex iis quæ sunt enumerata in canone apostolico 85.

481 ZONAR. Præter centum et quinquaginta Davidis psalmos nonnulli præterea exstant, qui Salomonis et aliorum quorumdam esse perhibentur, qui etiam privati a Patribus dicti sunt, neque aut illos, aut ex non canonicis quidquam, sed canonicos tantum libros in ecclesia recitari licere decernunt. Canonicos porro libros, eos qui sanctorum apostolorum octogesimo quinto canone recensentur : non B canonicos, quorum nulla in eo canone mentio est, nominarunt. Deinde vero ipsa quoque Veteris et Novi Testamenti volumina suo quæque nomine referuntur.

« τῇ Ἐκκλησίᾳ, οὐδὲ ἀκανόνιστα βιβλία, ἀλλὰ μόνα
« τὰ κανονικὰ τῆς παλαιᾶς καὶ καινῆς Διαθήκης. »

ΒΑΛΣ. Εὑρίσκονταί τινες ψαλμοὶ παρὰ τοὺς ρν' ψαλμοὺς τοῦ Δαβὶδ, λεγόμενοι τοῦ Σολομῶντος εἶναι καὶ ἄλλων τινῶν. Τούτους οὖν ὀνομάσαντες οἱ Πατέρες ἰδιωτικοὺς, διετάξαντο μήτε τούτους μήτε ἄλλο τι ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινώσκεσθαι, μὴ ὂν ἀπὸ τῶν ἀπαριθμηθέντων ἐν τῷ πε' ἀποστολικῷ κανόνι.

ΖΩΝΑΡ. Ἐκτὸς τῶν ρν' ψαλμῶν τοῦ Δαβὶδ εὑρίσκονται καί τινες ἕτεροι λεγόμενοι τοῦ Σολομῶντος εἶναι καὶ ἄλλων τινῶν, οὓς καὶ ἰδιωτικοὺς ὠνόμασαν οἱ Πατέρες, καὶ μὴ λέγεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διετάξαντο, μήτε μὴν βιβλία ἀναγινώσκεσθαι ἀκανόνιστα, μόνα δὲ τὰ κανονικά. Κανονικὰ δ' ἐκάλεσαν τὰ τῷ πε' κανόνι τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἀπαριθμούμενα· ὥσπερ ἀκανόνιστα, ὧν ὁ κανὼν οὐκ ἐμνήσθη. Εἶτα καὶ αὐτὰ τὰ βιβλία τῆς παλαιᾶς καὶ νέας Γραφῆς ἀπηρίθμησαν εἰπόντες.

CANON LX.

« Ili sunt libri quos legi oportet ex Veteri Testamento : Genesis, Exodus, id est exitus ex Ægypto, Leviticum, Numeri, Deuteronomium, Jesu Nave, Judices, Ruth, Esther, Regum primus, secundus, tertius et quartus, Paralipomenon primus et secundus, Esdræ primus et secundus, Liber psalmorum 150, Proverbia Solomonis, C Ecclesiastes, Cantica canticorum, Job, Duodecim prophetæ, Isaias, Jeremias et Baruch, Lamentationes et Epistolæ, Ezechiel, Daniel. Novi autem Testamenti hi : Evangelia quatuor secundum Matthæum, secundum Marcum, secundum Lucam, secundum Joannem, Actus apostolorum, Epistolæ catholicæ septem, Jacobi una, Petri duæ, Joannis tres, Judæ una, Epistolæ Pauli 14, ad Romanos una, ad Corinthios duæ, ad Galatas una, ad Ephesios una, ad Philippenses una, ad Colossenses una, ad Thessalonicenses duæ, ad Hebræos una, ad Timotheum duæ, ad Titum una et ad Philemonem una. »

ZONAR. Hos quidem libros hic canon legendos D proponit. Sanctorum vero apostolorum octogesimus

ΚΑΝΩΝ Ξ'.

« Ὅσα δεῖ βιβλία ἀναγινώσκεσθαι τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης, Γένεσις κόσμου, Ἔξοδος Αἰγύπτου, Λευϊτικὸν, Ἀριθμοὶ, Δευτερονόμιον, Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, Κριταὶ, Ῥοὺθ, Ἐσθὴρ, Βασιλειῶν πρώτη καὶ δευτέρα, τρίτη τε καὶ τετάρτη, Παραλειπόμενα πρῶτον καὶ δεύτερον, Ἔσδρα πρῶτον καὶ δεύτερον, βίβλος Ψαλμῶν ρν', Παροιμίαι Σολομῶντος, Ἐκκλησιαστὴς, Ἆσμα ᾀσμάτων, Ἰὼβ, Δωδεκαπρόφητον, Ἡσαΐας, Ἱερεμίας καὶ Βαροὺχ, Θρῆνοι καὶ Ἐπιστολαὶ, Ἰεζεκιὴλ, Δανιήλ. Τὰ δὲ τῆς Καινῆς Διαθήκης ταῦτα, Εὐαγγέλια τέσσαρα, κατὰ Ματθαῖον, κατὰ Μάρκον, κατὰ Λουκᾶν, κατὰ Ἰωάννην, Πράξεις ἀποστόλων, Ἐπιστολαὶ Καθολικαὶ ζ', Ἰακώβου μία, Πέτρου δύο, Ἰωάννου τρεῖς, Ἰούδα μία, Ἐπιστολαὶ Παύλου δεκατέσσαρες, πρὸς Ῥωμαίους μία, πρὸς Κορινθίους δύο, πρὸς Γαλάτας μία, πρὸς Ἐφεσίους μία, πρὸς Φιλιππησίους μία, πρὸς Κολοσσαεῖς μία, πρὸς Θεσσαλονικεῖς δύο, πρὸς Ἑβραίους μία, πρὸς Τιμόθεον δύο, πρὸς Τίτον μία, καὶ πρὸς Φιλήμονα μία. »

ΖΩΝΑΡ. Ταῦτα μὲν ἀναγνωστέα βιβλία ὁ παρὼν κανὼν ἀνεγράψατο· ὁ δὲ τῶν ἁγίων ἀποστόλων πε'

Guill. Beveregii notæ.

clesiæ in more positum fuit, psalmos quosdam et hymnos in honorem Dei Christique componere : ut ex istis Eusebii verbis probe constat, Ψαλμοὶ δὲ ὅσοι καὶ ᾠδαὶ ἀδελφῶν ἀπαρχῆς ὑπὸ πιστῶν γραφεῖσαι τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ τὸν Χριστὸν ὑμνοῦσι θεολογοῦντες, *Quot etiam psalmi atque cantica fratrum jam pridem a fidelibus conscripta, Christum Verbum Dei concelebrant, dibinitatem ei tribuendo.* Euseb. *Hist. Eccles.* lib. 5, cap. 28. Hujusmodi Psalmus a Clemente Alexandrino compositus est, et inscriptus, Ὕμνος τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ, τοῦ ἁγίου Κλήμεντος, exstat autem ad calcem tertii ejus libri Pædagogi dicti. Et hujusmodi sane hymnus in publicis ipsorum conventibus a Christianis olim decantari solitos fuisse, Plinius secundus fidem facit, qui eos tradidit solitos esse *stato die ante lucem convenire, carmenque Christo quasi Deo dicere secum invicem* Plin. lib. x, ep. 97. Cum progressu autem temporis hujusmodi psalmi et hymni ab hæreticis conficti, vel ab aliis depravati essent, visum est præsenti synodo usum eorum ab ecclesia arcere; nec permittere, ut quid præter canonicos sacræ Scripturæ libros, proximo canone recensitos, publice in ecclesia recitaretur. Verum cum Paulus Samosatenus psalmos in honorem Christi conscriptos tanquam novellos sustulisset, hoc synodus contra eum coacta ei vitio vertit, dicens, inter alia crimina ei objecta, ψαλμοὺς δὲ τοὺς μὲν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν παύσας, ὡς δὴ νεωτέρους καὶ νεωτέρων ἀνδρῶν συγγράμματα. Euseb. *Hist. Eccl.* l. vii, c. 30. Nimirum iste eos sustulit, ut in Christi honorem scriptos. Hæc autem synodus eos in ecclesia legi prohibet, ne quid de Christi honore derogetur.

κανὼν τούτοις καὶ τὰς διὰ τοῦ Κλήμεντος συγγραφείσας διατάξεις τοῖς ἀναγνωστέοις βιβλίοις συναπηρίθμησεν, ἃς ἡ ἕκτη σύνοδος ἐν δευτέρῳ κανόνι μὴ ἀναγινώσκεσθαι διετάξατο, ὡς ὑπὸ αἱρετικῶν νοθευθείσας, ὡς προσθεμένων αὐταῖς παρέγγραπτά τινα καὶ διάστροφα.

ΑΡΙΣΤ. « Ἰδιωτικοὶ ψαλμοὶ, ἢ ἀκανόνιστα βιβλία, ἐν « ναοῖς οὐ ψάλλονται, ἢ ἀναγινώσκονται· ἀλλὰ τὰ « κεκανονισμένα τῆς Παλαιᾶς τε καὶ Νέας. »

Ἅτινά ἐστι ταῦτα· Γένεσις, Ἔξοδος, Λευϊτικὸν, Ἀριθμοὶ, Δευτερονόμιον, Ἰησοῦς, Κριταὶ, Ῥοὺθ, Ἐσθὴρ, Βασιλειῶν τέσσαρα, Παραλειπομένων δύο, Ἔσδρα δύο, Ψαλμοὶ, Παροιμίαι Σολομῶντος, Ἐκκλησιαστὴς, Ἆσμα ᾀσμάτων, Ἰὼβ, Δωδεκαπρόφητον, Ἡσαΐας, Ἱερεμίας, Ἰεζεκιὴλ, καὶ Δανιήλ. Ὁμοῦ εἰκοσιδύο τὰ βιβλία τῆς Παλαιᾶς.

ΑΡΙΣΤ. « Τῆς δὲ Καινῆς Εὐαγγέλια τέσσαρα, Ματ« θαίου, Μάρκου, Λουκᾶ, Ἰωάννου, Πράξεις, « Ἐπιστολαὶ Καθολικαὶ ἑπτὰ, ἤγουν Ἰακώβου μία, « Πέτρου δύο, Ἰωάννου τρεῖς, Ἰούδα μία, Παύλου « ιδ', ἤγουν πρὸς Ῥωμαίους μία, πρὸς Κορινθίους « δύο, πρὸς Γαλάτας μία, πρὸς Ἐφεσίους μία, « πρὸς Φιλιππησίους μία, πρὸς Κολοσσαεῖς μία, « πρὸς Θεσσαλονικεῖς δύο, πρὸς Ἑβραίους μία, « πρὸς Τιμόθεον δύο, πρὸς Τίτον μία, καὶ πρὸς « Φιλήμονα μία. »

A quintus canon conscriptas quoque a Clemente constitutiones iis adjungit : quas tamen sexta synodus in secundo canone, quippe ab hæreticis, qui multa eis subdole et perverse interseruerunt, depravatas, legi prohibuit.

ARIST. in can. 59. « Privati psalmi vel libri non « canonici in templis non recitantur, sed qui in « canone Veteris ac Novi Testamenti recensen« tur. »

Qui quidem sunt hi: Genesis, Exodus, Leviticum, Numeri, Deuteronomium, Jesus, Judices, Ruth, Esther, Regum quatuor, Paralipomenon duo, Esdræ duo, Psalmi, Proverbia Solomonis, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Job, Duodecim prophetæ, B Isaias, Jeremias, Ezechiel et Daniel. Simul sunt viginti duo libri Veteris Testamenti.

ARIST. in can. 60. « Novi autem, Evangelia qua« tuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Joannis, Actus, « Epistolæ catholicæ septem, hoc est, Jacobi una, « Petri duæ, Joannis tres, Judæ una, Pauli qua« tuordecim, hoc est, ad Romanos una, ad Co« rinthios duæ, ad Galatas una, ad Ephesios una, « ad Philippenses una, ad Colossenses una, ad « Thessalonicenses duæ, ad Hebræos una, ad « Timotheum duæ, ad Titum una, ad Philemo« nem una. »

ΚΑΝΟΝΕΣ

ΤΗΣ ΕΝ ΣΑΡΔΙΚΗ ΚΑ'.

CANONES

SYNODI SARDICENSIS XXI.

ΒΑΛΣ. καὶ ΖΩΝΑΡ. Ἡ ἐν Σαρδικῇ σύνοδος (75) C γέγονε βασιλεύοντος Κωνσταντίου τοῦ υἱοῦ τοῦ με-

482 BALS. et ZONAR. Constantio magni Constantini filio regnante habita fuit Sardicensis synodus.

Guill. Beveregii notæ.

(75) *Ἡ ἐν Σαρδικῇ σύνοδος*. Sardica urbs Illyrici fuit, in Mysiæ Superioris confinio, centum millia passuum plus minus a Philippopoli distans. In hac olim celebri urbe præsens concilium celebratum est; de quo acerrime disputatum est, utrum œcumenicum fuerit, an non. Et primo quidem, nemo inficias eat, quin ab imperatoribus Constante et Constantio ea mente convocatum fuerit, ut œcumenicum esset; ac propterea utriusque imperii, Occidentalis scilicet et Orientalis, episcopi illuc accersiti sunt, Ruffino et Eusebio Coss. an. Dom. 347. Hoc enim Socrates diserte asseruit dicens, Κηρύσσεται οὖν αὖθις οἰκουμενικὴ σύνοδος, ὡς ἐπὶ τὴν Σαρδικὴν, πόλις δὲ αὕτη Ἰλλυριῶν, γνώμῃ τῶν δυεῖν βασιλέων, τοῦ μὲν διὰ γραμμάτων αἰτήσαντος, τοῦ δὲ τῆς Ἑῴας ἑτοίμως ὑπακούσαντος· ἑνδέκατον ἔτος ἦν ἀπὸ τῆς τελευτῆς τοῦ πατρὸς τῶν δύο Αὐγούστων· Ὕπατοι δὲ ἦσαν Ῥουφῖνος καὶ Εὐσέβιος, ὅτε ἡ ἐν Σαρδικῇ συνεκροτήθη σύνοδος. Socrat. *Hist. Eccl.* l. II, c. 20. Verumenim vero etiamsi episcopi ex utroque imperio convocati fuerint, concilium tamen ex occidentalibus solis constitutum est. Cum omnes enim Sardicam convenissent, orientales negabant se ad concilium venturos, nisi Paulus et Athanasius ab occidentalibus prius ejicerentur : quod cum hi respuissent, orientales Philippopolim illico se conferentes, ibi concilium seorsim ab occidentalibus habebant, καὶ γενόμενοι ἐν τῇ Φιλίππου πόλει τῆς Θρᾴκης, ἰδιάζον ποιοῦντες συνέδριον. Ut Socrates ibidem tradidit; necnon Sozomenus lib. 3,

Ille enim cum ad Arianorum hæresin se contulisset, magnopere contendebat ea, quæ in prima synodo decreta et definita fuerant, evertere. Quod cum frater ejus Constans, qui veteri Romæ imperabat, ex papa, qui tunc erat, didicisset, fratri bellum per litteras minatus est, nisi Ecclesiam perturbare et fidem orthodoxam labefactare desineret. Ille vero id quod est fidei perfectum quærens, ad fratrem suum rescripsit, ut id quoque confirmetur, sibi curæ magnopere esse. Utrisque ergo imperatoribus visum est, ut fieret antistitum synodus, et quæ ab illis examinata ac probata esset fides, valeret. Dictorum ergo fratrum et imperatorum jussu congregati sunt episcopi numero trecenti quadraginta et unus Sardicæ, quæ nunc Triaditze dicitur; qui cum de iis, quæ Nicææ decreta erant, disceptassent, ea confirmarunt, edito decreto, quod sanctum symbolum Patrum, qui Nicææ convenerunt, corroborat et confirmat, et hoc observari et immutabile manere statuit: eos autem, qui præter hæc sentiunt, abdicat et anathemati subjicit. Hujus itaque Sardicensis synodi Patres canones quoque ediderunt, ad statum ecclesiasticum respicientes; qui sunt hi:

γάλου Κωνσταντίνου. Ἐκεῖνος γὰρ, προσθέμενος τῇ τῶν Ἀρειανῶν αἱρέσει, σπουδὴν ἐποιεῖτο τὰ ἐν τῇ πρώτῃ συνόδῳ δογματισθέντα καὶ ὁρισθέντα ἀνατρέψαι. Ὕπερ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Κώνστας, τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης κρατῶν, μαθὼν ἐξ ἀναφορᾶς τοῦ τότε πάππα, ἠπείλησε πόλεμον διὰ γραμμάτων τῷ ἀδελφῷ, εἰ μὴ παύσοιτο κυμαίνων τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν παρασαλεύων. Ὁ δὲ, τὸ ἀκριβὲς τῆς πίστεως ζητῶν, τῷ ἀδελφῷ ἀντεπέστειλε κἀκεῖνο βεβαιωθῆναι διὰ σπουδῆς τυγχάνειν αὐτῷ. Συνέδοξεν οὖν τοῖς αὐτοκράτορσι ἀμφοτέροις σύνοδον γενέσθαι ἀρχιερέων, καὶ τὴν παρ' ἐκείνων δοκιμασθεῖσαν πίστιν κρατεῖν. Διὸ κελεύσει τῶν εἰρημένων αὐταδέλφων καὶ βασιλέων συνηθροίσθησαν ἐπίσκοποι τὸν ἀριθμὸν τριακόσιοι τεσσαράκοντα καὶ εἷς ἐν Σαρδικῇ, τῇ νῦν λεγομένῃ Τριαδίτζῃ, οἳ, διαγνωμονήσαντες περὶ τῶν ἐν Νικαίᾳ δογματισθέντων, ἐβεβαίωσαν ταῦτα, ὅρον ἐκθέμενοι κυροῦντα τὸ ἅγιον σύμβολον τῶν ἐν Νικαίᾳ Πατέρων, καὶ κρατεῖν αὐτὸ καὶ ἀπαραποίητον μένειν διοριζόμενον· τοὺς δὲ παρὰ τοῦτο φρονοῦντας ἀποκηρύττοντα καὶ ποιοῦντα ὑπὸ ἀνάθεμα. Οἱ γοῦν ἐν τῇ Σαρδικῇ ταύτῃ συνόδῳ Πατέρες καὶ κανόνας ἐξέθεντο εἰς ἐκκλησιαστικὴν ἀφορῶντας κατάστασιν, οἵπερ εἰσὶν οὗτοι (76)·

CANON I.

« Osius urbis Cordubæ episcopus dixit: Non tantum mala consuetudo, quantum perniciosissima rerum corruptela, est ex ipsis fundamentis penitus exstirpanda; ne cui episcopo liceat a parva civitate in aliam civitatem migrare: ejus enim causæ prætextus est manifestus, propter quem talia aggreditur. Nullus enim episcopus adhuc inveniri potuit, qui a majori

ΚΑΝΩΝ Α'.

« Ὅσιος ἐπίσκοπος πόλεως Κορδούβης εἶπεν· Οὐ τοσοῦτον ἡ φαύλη συνήθεια, ὅσον ἡ βλαβερωτάτη τῶν πραγμάτων διαφθορὰ ἐξ αὐτῶν τῶν θεμελίων ἐστὶν ἐκριζωτέα, ἵνα μηδενὶ τῶν ἐπισκόπων ἐξῇ ἀπὸ πόλεως μικρᾶς εἰς ἑτέραν πόλιν μεθίστασθαι. Ἡ γὰρ τῆς αἰτίας ταύτης πρόφασις φανερὰ, δι' ἣν τὰ τοιαῦτα ἐπιχειρεῖται. Οὐδεὶς γὰρ πώποτε εὑρεθῆναι ἐπίσκοπος δεδύνη-

Guill. Beveregii notæ.

cap. 11. Ac proinde Sardicense illud œcumenicum nequaquam dici potest concilium, quia ab occidentalibus solis episcopis habitum fuit: unde et *Occidentalium concilium* ab antiquis Patribus sæpe audit; neque unquam à Græcis vel vetustioribus Patribus œcumenicum vocatum est. Numerus episcoporum, qui ex utroque imperio ad urbem, licet non ad concilium, conveniebant, erat circiter centum septuaginta; ut Athanasius, cujus causa indicta est synodus, et qui ipse intererat, testatus est, dicens, Συνέρχονται τοίνυν ἀπό τε τῆς ἀνατολῆς καὶ τῆς δύσεως ἐν τῇ Σαρδῶν πόλει πλέον ἢ ἔλαττον ρο' τὸν ἀριθμὸν ἐπίσκοποι. Athanas. ad Solitar. tom. 1, pag. 818, edit. Paris. Ubi etiam observatum velim, hic dici tot convenisse ἐν τῇ πόλει, non εἰς τὴν σύνοδον. Socrates, fateor, et multi e recentioribus asseruerunt, ipsum etiam Athanasium dixisse trecentos plus minus episcopos in hac synodo congregatos esse. Verum Athanasius nuspiam hoc dixit, sed tantum asseruit, τμδ' *trecentos quadraginta quatuor* episcopos suæ ipsius restitutioni subscripsisse; ut ex ipsius constat Apologia secunda pag. 767 et 768, quorum etiam nonnulli ante, alii post synodum subscripserunt. Verus itaque numerus omnium tam occidentalium quam orientalium, qui Sardicam conveniebant, episcoporum, is erat, qui verbis ejus ante citatis asseritur, nimirum 170 plus minus. Cum autem omnes orientales ab urbe secessissent, ad synodum nunquam convenientes, ea vix a pluribus quam 80, iisque omnibus occidentalibus, episcopis celebrata fuit.

(76) *Οἵπερ εἰσὶν οὗτοι*. Post hæc ultima præfationis in canones hujus concilii verba in codice nostro Bodleiano hæc habentur, Εἰ βούλει μαθεῖν τὰ περὶ τῆς τοιαύτης συνόδου, ἀνάγνωθι τὸν Βίον τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, ἐν ᾧ εὑρήσεις μετὰ τῶν ἄλλων, ὅτι οἱ συνελθόντες ἐπίσκοποι ἦσαν Ἑσπέριοι μὲν πλείους ἢ τριακοσίους, τῆς Ἑῴας δὲ ἑβδομήκοντα· οἱ δὲ ἑβδομήκοντα γοῦν κατὰ Ἀθανασίου φρονοῦντες οὐ συνῆλθον τοῖς ἐξ Ἑσπέρας, διὰ τὸ συνεῖναι ἐκείνοις τὸν Ἀθανάσιον· ἀπελθόντες δὲ ἐν Φιλιππουπόλει ἰδίαν σύνοδον συνεστήσαντο, καὶ τὸ ὁμοούσιον ἀπεκήρυξαν. Οἱ δὲ τριακόσιοι τὴν σύνοδον συστησάμενοι τοὺς ἐν Φιλιππουπόλει καθεῖλον. *Si quæ ad hanc synodum spectant ediscere velis, Vitam sancti Athanasii legas, in qua inter alia invenies, quod qui conveniebant episcopi erant occidentales quidem plus minus trecenti: ex Oriente autem septuaginta; septuaginta autem male contra Athanasium affecti cum occidentalibus non conveniebant, eo quod Athanasius cum iis erat: abeuntes autem Philippopoli propriam synodum constituebant, et* ὁμοούσιον *abdicabant. Trecenti vero synodum habentes, eos qui Philippopoli conveniebant, depositioni subjiciebant.* Hæc autem in nullo alio codice leguntur: iis vero quæ a Balsamone et Zonara hic scribuntur, non consentiunt; atque ideo a neutro scripta, sed e margine in textum traducta videntur.

« ται, δς ἀπὸ μείζονος πόλεως εἰς ἐλαχιστοτέραν A « πόλιν ἐσπούδασε μεταστῆναι· ὅθεν συνέστηκεν « διαπύρῳ πλεονεξίας τόπῳ ὑπεκκαίεσθαι τοὺς « τοιούτους, καὶ μᾶλλον τῇ ἀλαζονείᾳ δουλεύειν, « ὅπως ἐξουσίαν δοκοῖεν μείζονα κεκτῆσθαι. Εἰ « πᾶσι τοίνυν τοῦτο ἀρέσκει, ὥστε τὴν τοιαύτην « σκαιότητα αὐστηρότερον ἐκδικηθῆναι; ἡγοῦμαι « γὰρ μηδὲ λαϊκῶν ἔχειν τοὺς τοιούτους χρῆναι « κοινωνίαν. Πάντες ἐπίσκοποι εἶπον· Ἀρέσκει « πᾶσιν. »

« civitate in minorem transire studuerit : unde « constitit eos ardenti plura habendi cupiditate « succendi, et magis arrogantiæ servire, ut vi- « deantur majorem habere potestatem. Placetne « hoc omnibus, ut ejusmodi improbitas acerbius « vindicetur? existimo enim eos ne laicorum qui- « dem debere habere communionem. Omnes epi- « scopi dixerunt : Placet omnibus. »

ΒΑΛΣ. Περὶ τῶν μεταβαινόντων ἀρχιερέων ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν ἀλλοτρίαν, ἤγουν διοίκησιν, εἴρηται ἐν τῷ πεντεκαιδεκάτῳ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, καὶ ἐν τῷ ιδ' κανόνι τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ ἐν τῷ κα' καὶ ἐν τῷ κβ' τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ, καὶ ἐν ἑτέροις. Καταφρονουμένων δὲ τῶν ἐν αὐτοῖς περιεχομένων, B ὁ ἐπίσκοπος πόλεως Κορδούβης, ὁ καὶ Ὅσιος κεκλημένος διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ ἀρετὴν, προοιμιασάμενος ὀφείλειν πᾶσαν φαύλην συνήθειαν ἐκριζοῦσθαι, πολλῷ δὲ πλέον τὴν ἀφορῶσαν καὶ εἰς πραγμάτων ἐκκλησιαστικῶν διαφθορὰν, ἐπήγαγε μὴ ἔχειν ἐπ' ἀδείας ἐπίσκοπον οἱονδήτινα ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μεθίστασθαι. Ὡς δέ τινος εἰπόντος συγγνωστέον εἶναι τὸν ἴσως τοῦτο ποιήσαντα διὰ τρόπον ἀγαθὸν, καὶ διὰ τὸ διδάξαι καὶ στηρίξαι λαὸν πλείονα, προσέθετο παρὰ τῶν ἐπισκόπων τοῦτο τολμᾶσθαι μὴ διὰ τρόπον ἀγαθὸν, ἀλλὰ διὰ πλεονεξίαν, ἢ δι' ἀλαζονείαν, καὶ ὥστε ἔχειν ἐξουσίαν μείζονα καὶ κερδαίνειν πλείονα. Οὐδεὶς γὰρ, φησὶν, ἐπίσκοπος εὑρέθη ἀπὸ πόλεως μείζονος μεταβὰς εἰς ἐλαχιστοτέραν, ὥστε C ἐκ τούτου περιαιρεθῆναι τὴν ὑποψίαν τῆς πλεονεξίας καὶ τῆς φιλοδοξίας. Τοίνυν καὶ ἠρώτησε τὴν σύνοδον, εἰ πᾶσιν ἀρέσκει αὐστηρότερον ἐκδικηθῆναι τὴν τοιαύτην τόλμαν, δηλονότι μὴ μόνον καθαιρεῖσθαι τὸν τοιοῦτόν τι ποιήσαντα, ἀλλ' ἐκπίπτειν καὶ τῆς τῶν πιστῶν ὁμηγύρεως· καὶ μηδ' ὡς λαϊκὸν κοινωνεῖν μετ' αὐτῶν; πρὸς ὃ οἱ τῆς συνόδου ἀπεκρίναντο ὅτι πᾶσιν ἀρέσκει. Τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐρωτήσει τις ὡς τοῦ ιε' κανόνος τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου διοριζομένου τὸν ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μεταβάντα ἐπίσκοπον μὴ καθαρεῖσθαι, ἀλλ' ἀποκαθίζεσθαι εἰς τὴν προτέραν αὐτοῦ ἐκκλησίαν, καὶ τοῦ παρόντος κανόνος παντελῆ ἀκοινωνησίαν τούτου καταψηφιζομένου, τίνι προσέχειν ὀφείλομεν; Λύσις. Καὶ ἀμφοτέροις. Οὐδὲ γὰρ ἐπικοινωνοῦσιν ἀλλήλοις. D Ἀνάγνωθι τὸν ῥηθέντα ιε' κανόνα. Εἰ δέ τις ἀνθυποφέρει τὸν κ' κανόνα τῆς ς' συνόδου λέγοντα οὕτω ῥητῶς· Μὴ ἐξέστω ἐπισκόπῳ εἰς ἑτέραν τὴν μὴ αὐτῷ προσήκουσαν πόλιν δημοσίᾳ διδάσκειν· εἰ δέ τις φωραθείη τοῦτο ποιῶν, τῆς ἐπισκοπῆς παυέσθω· τὰ δὲ τοῦ πρεσβυτέρου ἐνεργείτω· καὶ λέγει ὀφείλειν τὸ λοιπὸν τὰ τοῦ τοιούτου μᾶλλον κανόνος κρατεῖν, ὡς μεταγενεστέρου κατὰ πολὺ καὶ καθαίρεσιν μόνον ἐπάγοντος· ἀκουσάτω μεγάλην εἶναι τὴν διαφορὰν τῶν κανόνων. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἀλλοτρίου θρόνου ἐπέβη ὁ ἐπίσκοπος, καὶ κατεῖχεν αὐτὸν αὐθεντικῶς· διὸ σὺν τῇ καθαιρέσει καὶ ἀποκηρύσσεται ὡς ἀναιδέστατος· ὁ δὲ ἐν τῷ ῥηθέντι κανόνι τῆς ς' συνόδου δηλούμενος ἐπίσκοπος οὐδέν τι ἕτερον ἐνήρ-

BALS. De episcopis, qui a civitate in civitatem seu diœcesim transeunt, dictum est in synodi Nicænæ canone 15, et in canone 14 sanctorum apostolorum, et in 21 et in 22 Antiochenæ, et in aliis. Cum autem neglectui haberentur ea, quæ ipsis continentur, episcopus Cordubensis, qui Osius appellatus est propter virtutem quæ illi inerat, exorsus, debere omnem malam consuetudinem radicitus exstirpari, multo autem magis eam quæ spectat ad rerum ecclesiasticarum corruptelam; intulit non licere cuiquam episcopo ex civitate in civitatem transire. Perinde autem ac si dixisset quispiam, ei esse ignoscendum, qui honesta fortasse de causa hoc facturus est, et ut majorem populum doceat et confirmet; adjecit, hoc audere episcopos, non propter honestam aliquam causam, sed propter avaritiam, vel superbiam, et ut habeant potestatem majorem, et plura lucrifaciant. Nullus enim, inquit, inventus est episcopus, qui a majori civitate in minorem transierit, ut ex eo avaritiæ et cupiditatis gloriæ suspicio tollatur. Interrogavit itaque synodum : an ei placeret acerbius talem audaciam vindicari; scilicet non solum deponi eum qui tale quid fecerit, sed etiam a fidelium communione excidere, et nec ut laicum quidem cum ipsis communicare? 483 Ad quod synodi Patres responderunt, id omnibus placere. His ita se habentibus, interrogaverit quispiam : Cum canon 15 synodi Nicænæ statuit, ut episcopus, qui a civitate in civitatem transiit, non deponatur, sed in priorem suam ecclesiam restituatur, præsens autem canon eum absoluta excommunicatione condemnet; utrum sit sequendum? *Solutio.* Utrumque. Neque enim habent quidquam inter se commune. Et lege dictum canonem 15. Si quis autem contra afferat vicesimum canonem sextæ synodi, qui sic dicit expresse : Ne liceat episcopo in alia, quæ ad se non attinet, civitate publice docere; si quis autem hoc facere deprehensus fuerit, cesset ab episcopatu, quæ sunt autem presbyteri exerceat; et dicat hunc canonem in posterum magis observari debere, ut qui sit multo recentior, et depositionem solum inducat : audiat esse magnam canonum differentiam. Hic enim episcopus alienum thronum invasit, et eum sua auctoritate obtinuit. Et ideo una cum depositione etiam abdicatur, ut qui sit impudentissimus. Qui autem in prædicto sextæ synodi canone declaratur episcopus, in alia provincia nihil aliud exercuit, nisi quod solum publice docuit : et ideo solum deponitur. Quod etiam Antio-

chena synodus fieri decrevit in eum qui ultra suam A provinciam ordinavit, in tertio decimo ejus canone. Cum autem audis canonem dicentem, nulli licere episcopo a parva civitate in aliam migrare; ne dixeris a contrario, posse episcopum a magna civitate in parvam transire; utpote cum sint utique sublatæ causæ, quæ sunt in canone declaratæ. Nam hoc quoque a canonibus similiter punitur: qui indistincte statuunt, non eos solos deponendos, qui a quavis civitate in aliam transeunt, sed eos etiam, qui ultra provinciam aliquid sacerdotale exercent, et ad ecclesias, quæ illos sortitæ sunt revertuntur. Et hæc quidem sic. Tu autem, si velis quæ ad translationem, transitionem et invasionem attinent perfecte scire, lege commentarium canonis 15 primæ synodi.

γησεν εἰς ἑτέραν ἐνορίαν, ἀλλὰ μόνον ἐδίδαξε δημοσίᾳ· καὶ διὰ τοῦτο καθαιρεῖται μόνον. Ὅπερ καὶ ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ σύνοδος γίνεσθαι διωρίσατο εἰς τὸν παρ' ἐνορίαν χειροτονήσαντα ἐν τῷ ιγ' κανόνι αὐτῆς. Ἀκούων δὲ τοῦ κανόνος λέγοντος, Ἵνα μηδενὶ τῶν ἐπισκόπων ἐξῇ ἀπὸ πόλεως μικρᾶς εἰς ἑτέραν πόλιν μεθίστασθαι, μὴ εἴπῃς ἐξ ἀντιδιαστολῆς δύνασθαι ἐπίσκοπον μεταβαίνειν ἀπὸ πόλεως μεγάλης εἰς μικρὰν, ὡς τάχα περιαιρουμένων καὶ τῶν αἰτιῶν τῶν ἐν τῷ κανόνι δηλωθεισῶν. Καὶ τοῦτο γὰρ ὑπὸ τῶν κανόνων παρομοίως κολάζεται, ἀδιαφόρως διοριζομένων καθαιρεῖσθαι μὴ μόνους τοὺς ἀπὸ πόλεως οἱασδήτινος εἰς ἑτέραν μεταπίπτοντας, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς παρ' ἐνορίαν ἱερατικόν τι ἐνεργοῦντας, καὶ εἰς τὰς λαχούσας αὐτοὺς ὑποστρέφοντας. Καὶ ταῦτα μὲν B οὕτως· σὺ δὲ εἰ θέλεις ἀκριβῶς εἰδέναι τὰ περὶ τῆς μεταθέσεως, μεταβάσεως καὶ ἐπιβασίας, ἀνάγνωθι τὸ σχόλιον τοῦ ιε' κανόνος τῆς α' συνόδου.

ZONAR. Ut quisque in hac synodo eloquentia ac prudentia cæteris præstitit, ita certis quibusdam de rebus sententias suas explicavit; quæ si aliis quoque episcopis probarentur, communi omnium consensu firmatæ in canones promulgabantur. Primus igitur episcopus Cordubensis, Osius dictus, quid de episcopis ex alia in aliam urbem migrantibus censeret, exposuit. Quamvis enim et apostolicis et synodorum sanctionibus id vetitum esset, non deerant tamen aliqui in hoc genere contumaces. Sunt ergo, quæ in exordio canonis continentur, hujus fere sententiæ: tollendam esse scilicet pravam quamlibet consuetu- C dinem; sed eam, ex qua rebus quoque pernicies afferri queat, ex ipsis fundamentis evelli radicitus oportere. Quæ quidem verba, radicitus et a fundamentis evellendi, penitus consuetudinem illam exstinguendam atque abolendam esse demonstrant. Canonis vero decreto, ne ea urbe relicta, cujus episcopus creatus est, in aliam transire episcopo liceat, definitum. Neque enim migrationis illius obscuras esse causas, avaritiam videlicet atque arrogantiam. Avaritiam quidem, quod ex hac urbe in aliam plura habendi cupiditate demigret: arrogantiam vero, qui scilicet sedem mutare, atque in ampliori urbe collocare, elatione animi gloriæque majoris studio adductus concupierit. Nec enim, D inquit, qui ex ampliore urbe in humiliorem transmearit, aliquando repertus est; sed obscura et tenuis cum majore celebrioreque mutatur: quod quidem eorum, qui id faciunt, avaritiam ac incensam potestatis amplioris desiderio arrogantiam coarguit. Hanc sententiam cum in conventu episcoporum Osius explicasset, rogavit an omnibus in ejusmodi omnium pravitatem severius animadverti placeret? Deinde multam quoque adjunxit, qua eos a fidelium consortio excludendos, ac ne laicorum quidem more ipsis communionem cum fidelibus permittendam esse, censuerit. Quibus auditis synodi Patres, idem placere omnibus, responderunt.

BALS. Cum canon 12 Laodicenæ synodi et alii decernant fieri episcoporum electiones, non a multitudine civitatum, sed ab antistitibus, præsens canon statuit, quod si contigerit ex episcopis provinciæ aliquem unum abesse, et nolle cum populi multitudine convenire, ut fiat electio vacantis ecclesiæ, civitatis autem populus quærat antistitem: debet exarchus provinciæ, sive metropolitanus, etiam absentem episcopum litteris accersere, ut fiat episcopi constitutio ab omnibus provincialibus, ut vult canon 4 primæ synodi. Si is autem nolit adesse, nec per rescriptum assentiatur, fiat electio, ut populo visum fuerit, provincialium episcoporum: neque enim, qui abest, ignorantiam allegabit vel sui contemptum, quod scilicet a synodo vocatus non adfuerit. Cum hæc canon statuisset de electione vacantis ecclesiæ, quia ante vicesimum octavum canonem Chalcedonensis synodi metropolitani fiebant ab episcopis, et non a Constantinopolitano pro tempore patriarcha, ut nunc fit; dicit canon, quod si sit processura electio metropolitani, non fiat a solis provincialibus episcopis; sed etiam omnino accersi oportet episcopos vicinarum regionum, propter metropolitani magnitudinem, quem etiam exarchum provinciæ nominat. Sic enim ab omni mala suspicione libera erit electio, utquæ a pluribus antistitibus facta sit. Quia autem vilibus electis episcopis in parvis vilibusque parœciis, in quibus sæpe ne erant quidem episcopi, qui et pedibus incedebant, et erant aliqui contempti, episcopalis dignitas contumelia afficiebatur; statuerunt Patres, ne constituatur episcopus in vico, sive in pago, vel in exiguo oppidulo, in quo vel unus sacerdos sufficit; ne episcopalis dignitas vilipendatur: sed in illis urbibus constituantur episcopi, quæ hominibus abundant, et quæ jam olim habent episcopos. Tanquam autem dixisset quispiam, iniquum esse urbem populo frequentem non habere antistitem, eo quod jam olim episcopus in ea non constituatur; adjecerunt Patres, in hujusmodi civitate etiam de novo constitui posse episcopum. **491** Et hæc quidem sic. Tu autem nota etiam ex hoc præsenti canone, quod irrita est electio episcopi, quæ fit sine præsentia vel consensu omnium provincialium. Nam vel unum ex iis, qui aberat, accersi jubet canon. Et non potest quispiam dicere quod, quoniam plurium valent suffragia, unius absentia non affert præjudicium, etiamsi contraria est ejus sententia. Propterea enim, ut est consentaneum, accersantur omnes qui in regione adsunt in hanc urbium reginam antistites, quando debet alicujus ecclesiæ fieri electio, et eam unius absentia impedit. Cum autem

canon dicat, constitui oportere episcopos ubi prius fuerunt episcopi; dicebant quidam, non debere hoc omnino fieri in vilibus pagis aut urbibus, eo quod in iis antistites antea eligerentur, quando populo frequentes erant; sed causam promotionis antistitis esse regionis populi frequentiam, non autem antiquum privilegium: et adjecerunt, non oportere episcopum eligi in urbe, quæ a magna populi frequentia ad nihil redacta est ex gentium incursione, vel aliqua alia rerum perturbatione; sed in iis quæ populo abundant, etiamsi antistites antea non habuerunt. A Deo autem coronatus sanctusque imperator noster sæpe rogatus, an oporteat Orientales Ecclesias et a Sarracenis detentas episcopos electione sortiri; eis quidem eligi episcopos annuit, et solemnia iis qui eligere debent ad victus sufficientiam concessit per communem jussionem, quousque ecclesiis suis absunt; ut jus, quod in eis est ecclesiis, imperio quoque perpetuo servetur, utpote cum non desperet fore ut Christiani ad eas restituantur. Episcopos autem in pagis vilibus quomodocunque eligi non permisit: sed potius iis succensuit, qui ita eligunt; nempe quod episcopalis dignitas ex ea re contumelia afficiatur. Cum autem ille sanctissimus Thebarum metropolitanus Caloctene episcopos de novo elegisset, agitatum est in synodo tempore sanctissimi illius patriarchæ domini Michaelis summi philosophi, utrum metropolitanus debebat hoc novum opus facere cum synodali dijudicatione, et omnes dixerunt, quod debebat id, quod a Thebarum episcopo innovatum est, a magna synodo mandari; ut vult canon apostolicus, qui statuit, nihil magni momenti debere ab episcopo fieri, sine sententia synodali.

A ταύτην τὴν τῶν πόλεων βασιλεύουσαν ἀρχιερεῖς, ὅταν ψῆφος ὀφείλῃ γενέσθαι ἐκκλησίας οἱασδήτινος, καὶ ἐμποδίζῃ ταύτην ἡ ἀποδημία τοῦ ἑνός. Τοῦ δὲ κανόνος λέγοντος καθίστασθαι ἐπισκόπους ἔνθα καὶ πρότερον ἐτύγχανον ἐπίσκοποι, εἶπόν τινες μὴ ὀφείλειν τοῦτο γίνεσθαι εἰς εὐτελεῖς πάντη κώμας ἢ πόλεις, διὰ τὸ προψηφίζεσθαι εἰς ταύτας ἀρχιερεῖς, ὅταν ἦσαν ὑπὸ λαοῦ πληθυνόμεναι, ἀλλὰ τὴν αἰτίαν τῆς προβλήσεως τοῦ ἀρχιερέως εἶναι τὸ πολυάνθρωπον τῆς χώρας, οὐχὶ τὸ παλαιὸν προνόμιον, καὶ προσέθεντο μὴ χρῆναι ἐπίσκοπον ψηφίζεσθαι εἰς πόλιν καταντήσασαν ἀπὸ πολυανθρώπου εἰς τὸ μηδὲν σχεδὸν ἐκ τῆς τῶν ἐθνῶν ἐπιδρομῆς ἢ ἄλλης τινὸς τῶν πραγμάτων φορᾶς, ἀλλ' εἰς τὰς πολυανθρώπους, κἂν οὐχ εἶχον πρώην ἀρχιερεῖς. Ὁ μέντοι θεοστεφὴς B κραταιὸς καὶ ἅγιος ἡμῶν βασιλεὺς, πολλάκις ὑπομνησθεὶς εἰ χρὴ τὰς ἐν τῇ ἀνατολῇ οὔσας ἐκκλησίας καὶ παρὰ Ἀγαρηνῶν κατεχομένας ψηφισθῆναι, ψηφίζεσθαι μὲν ταύτας ηὐδόκησε, καὶ σολέμνια τοῖς ψηφίζεσθαι ὀφείλουσι διὰ τὰ ζωαρκῆ ἐπεφιλοτιμήσατο διὰ κοινῆς προστάξεως, ὅταν τέως ἀποδημῶσιν εἰς τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν, ἵνα τὸ ἐπὶ ταύταις προσὸν δίκαιον ταῖς ἐκκλησίαις καὶ τῇ βασιλείᾳ αἰωνιζόντως περιφυλάττηται, ὡς μηδὲ ἀπαγορεύων τὴν εἰς ταύτας ἀποκατάστασιν τῶν Χριστιανῶν. Ἐπισκόπους δὲ ὁπωσδήποτε εἰς κώμας εὐτελεῖς ψηφισθῆναι οὐ κατένευσεν· ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ὠργίσθη κατὰ τῶν οὕτω ψηφιζομένων, ὡς ἐντεῦθεν τοῦ ἀρχιερατικοῦ ἀξιώματος ὑβριζομένου. Τοῦ δὲ ἁγιωτάτου ἐκείνου C μητροπολίτου Θηβῶν τοῦ Καλοκτένη ψηφισαμένου ἐκ νέου ἐπισκόπους, λόγος ἐγίνετο παρὰ τῇ συνόδῳ ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ γεγονότος ὑπάτου τῶν φιλοσόφων, εἰ ὤφειλε τὸ καινισθὲν τοῦτο ἔργον ποιῆσαι ὁ μητροπολίτης μετὰ συνοδικῆς ἐπικρίσεως, καὶ πάντες εἶπον ὡς ὤφειλε τὸ παρὰ τοῦ Θηβῶν καινισθὲν παρὰ τῆς μεγάλης συνόδου ἐπιτραπῆναι μετὰ διάγνωσιν, κατὰ τὸν ἀποστολικὸν κανόνα τὸν διοριζόμενον μηδέν τι περιττὸν γίνεσθαι παρὰ τοῦ ἐπισκόπου ἄνευ γνώμης συνοδικῆς.

ZONAR. Multorum canonum decreto ad episcopos cujusque provinciæ episcoporum renuntiatio spectat. Ergo si in qua provincia multi episcopi esse soleant, in ea nonnullis morte consumptis, aut quibusdam forte depositione multatis, vel aliis præterea extra provinciæ fines necessaria de causa profectis, unum relictum esse contingat, sibique episcopum urbes illæ dari postulent; episcopum eum, qui mansit a metropolitano provinciæ, quem exarchum quoque nominat, per litteras evocari, deque multitudinis pastorem sibi efflagitantis voluntate certiorem fieri, ac eumdem in consilium adhiberi oportere canon affirmat. Qui si de tota re, ut dictum est, admonitus, neque adfuerit, neque rescripserit; populi voluntati morem gerendum, ac illis episcopum a metropolitano provinciæ concedi placet. Verum si de metropolitano provinciæ constituendo agatur, vicinioris quoque provinciæ episcopos advocandos esse decernit. Quod quidem eatenus valuisse putandum est, quamdiu metropolitanos ipsæ sibi civitates eligebant: nam hoc quidem tempore alia

ΖΩΝΑΡ. Τοὺς ἐπισκόπους παρὰ τῶν τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπων καθίστασθαι διάφοροι κανόνες ὁρίζουσιν. Ἐὰν οὖν διαφόρων ἐπισκόπων ὄντων ἐν ἐπαρχίᾳ, συμβῇ ἕνα περιλειφθῆναι ἐπίσκοπον τῶν ἄλλων θανόντων, ἢ τινων ἴσως καθαιρεθέντων, ἢ καὶ ἑτέρων ἀναγκαίως ἀποδημούντων, καὶ ζητῶσιν D οἱ τῶν πόλεων ἐκείνων χειροτονηθῆναι αὐτοῖς ἐπίσκοπον· χρὴ, φησὶν ὁ κανὼν, τὸν ἐναπομείναντα ἐπίσκοπον μετακαλεῖσθαι διὰ γραμμάτων τοῦ μητροπολίτου τῆς ἐπαρχίας, ὃν καὶ ἔξαρχον ὀνομάζει, καὶ ὑπομιμνήσκεσθαι ὅτι τὰ πλήθη ζητεῖ καταστῆναι αὐτοῖς ποιμένα, καὶ ἐκδέχεσθαι τὴν παρουσίαν αὐτοῦ. Εἰ δὲ ὑπομνησθεὶς, καθὼς εἴρηται, οὔτε παραγένηται, οὔτε ἀντιγράψῃ, χρὴ τὸ ἱκανὸν τῇ βουλήσει τοῦ πλήθους γίνεσθαι, τουτέστι, δίδοσθαι αὐτοῖς ἐπίσκοπον παρὰ τοῦ μητροπολίτου τῆς ἐπαρχίας. Εἰ δὲ ὁ μητροπολίτης τῆς ἐπαρχίας μέλλει κατασταθῆναι, χρὴ, φησὶ, καὶ τοὺς τῆς πλησιοχώρου ἐπαρχίας ἐπισκόπους μετακαλεῖσθαι. Τοῦτο δὲ ἐγίνετο, ὅτε καθ' ἑαυτὰς αἱ πόλεις τοὺς ἐπισκόπους τῶν μητροπόλεων ἐψηφίζοντο. Νῦν δὲ τοῦτο οὐ

γίνεται, ἀλλ' οἷς ἡ χειροτονία τῶν ἐπισκόπων ἀπονενέμηται, ἐκεῖνοι διὰ τῶν ἐπισκόπων τῆς ἐπαρχίας ψηφίζονται τοὺς ἀρχιερεῖς. Ἑξῆς δὲ ὁ κανὼν διατάττεται μὴ γίνεσθαι ἐπίσκοπον ἐν κώμῃ τινὶ ἢ πόλει μικρᾷ, ᾗ καὶ εἷς πρεσβύτερος ἀρκεῖ· ὃ καὶ ὁ νζ' κανὼν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου διωρίσατο. Προστίθησι δὲ ὁ κανὼν οὗτος ὅτι οὐκ ἀναγκαῖόν ἐστιν ἐπίσκοπον ἐκεῖ καθίστασθαι, ὡς ἂν μὴ κατευτελίζηται τὸ ὄνομα καὶ ἡ αὐθεντία τοῦ ἐπισκόπου· ἀλλ' οἱ τῆς ἐπαρχίας πρῶτοι ἐπίσκοποι, οἱ μητροπολῖται δηλαδὴ, ἐκεῖνοι ὀφείλουσι ποιεῖν ἐπισκόπους, ὅπου καὶ πρότερον, ἤγουν ἐκ παλαιοῦ, ἦσαν ἐπίσκοποι. Εἰ δέ τις, φησὶ, πόλις πρότερον μὴ ἔχουσα πλῆθος πολὺ πολιτῶν, εὑρίσκοιτο μετὰ ταῦτα γενομένη πολυπληθὴς, ὡς ἀξίαν αὐτὴν νομισθῆναι ἐπισκοπῆς διὰ τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ, λαμβανέτω B ἐπίσκοπον, κἂν μὴ ἐκ παλαιοῦ εἶχεν.

ΑΡΙΣΤ. « Εἰ, τῶν λαῶν ἐπικομιζόντων ἐπίσκοπον, « οἱ ἐπίσκοποι παρουσιάσουσιν, εἷς δέ τις λείπῃ, « προσκαλείσθω κἀκεῖνος. Εἰ δὲ προσκαλούμενος, « οὔτε γράφειν, οὔτε ἐνδημεῖν βούλοιτο, ὁ ζητούμενος χειροτονείσθω. »

Τοῦτο νῦν οὐκ ἐνεργεῖται, τὸ παρὰ τῶν κληρικῶν καὶ τῶν πρώτων τῆς πόλεως τὰς ψήφους τῶν ἐπισκόπων γίνεσθαι, ἀλλὰ παρὰ μητροπολιτῶν καὶ ἐπισκόπων αὗται προβαίνουσιν· ὡς ὁ δωδέκατος κανὼν τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου διατάττεται, καὶ ὁ ἐννεακαιδέκατος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ, καὶ ἄλλοι πολλοί. Δεῖ γοῦν ἢ πάντας παρεῖναι τοὺς ἐπισκόπους ἐπὶ τῇ ψήφῳ, ἢ καὶ τοὺς ἀπόντας διὰ γραμμάτων συμψήφους γίνεσθαι τοῖς παροῦσι. C

ΑΡΙΣΤ. « Μητροπολίτου καθισταμένου, καὶ οἱ πλησιόχωροι μετάπεμπτοι ἔστωσαν. »

Μητροπολίτου μέλλοντος ψηφισθῆναι, οὐ πάντες τῆς ἁπανταχῆ διοικήσεως οἱ μητροπολῖται εἰς τὴν ψῆφον αὐτοῦ κληθήσονται, ἀλλ' οἱ πλησιόχωροι· ἐκεῖνο γὰρ καὶ ἀδύνατον γενέσθαι, εἴπερ, κατὰ τὸν εἰκοστὸν πέμπτον κανόνα τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, ἐντὸς τριῶν μηνῶν αἱ χειροτονίαι ὀφείλουσι γίνεσθαι τῶν χηρευουσῶν ἐπισκοπῶν.

ΑΡΙΣΤ. « Εἰς ὀλίγην πόλιν καὶ κώμην, ᾗ καὶ εἷς αὐτάρκης πρεσβύτερος, ἐπίσκοπος οὐ καθίσταται· εἰ « δὲ πολυανθρωποτάτη γένοιτο πόλις, οὐκ ἀνάξιον. »

D Οὐκ ἀναγκαῖον, βραχείας οὔσης τῆς πόλεως ἢ τῆς κώμης, ἐν ᾗ καὶ εἷς πρεσβύτερος ἐπαρκεῖ, ἐπίσκοπον γίνεσθαι, ἵνα μὴ κατευτελίζηται τὸ τοῦ ἐπισκόπου ὄνομα. Εἰ δὲ καὶ βραχεῖα πόλις πολυανθρωποτάτη γένοιτο, οὐκ ἀπεικὸς καὶ ἐν αὐτῇ χειροτονηθῆναι ἐπίσκοπον.

ΚΑΝΩΝ Ζ'.

« Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· Ἡ ἀκαιρία ἡμῶν, καὶ « ἡ πολλὴ συνέχεια, καὶ αἱ ἄδικοι ἀξιώσεις « πεποιήκασιν ἡμᾶς τοσαύτην μὴ ἔχειν χάριν « καὶ παῤῥησίαν, ὅσην ὀφείλομεν κεκτῆσθαι. « Πολλοὶ γὰρ τῶν ἐπισκόπων οὐ διαλείπουσιν εἰς « τὸ στρατόπεδον παραγενόμενοι, καὶ μάλιστα « οἱ Ἄφροι· οἵτινες, καθὼς ἔγνωμεν παρὰ τοῦ « ἀγαπητοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν καὶ συνεπισκόπου

A ratio est, et ab iis, quibus episcopos creandi jus est, summi quoque sacerdotes per episcopos provinciæ deligantur. In iis porro quæ sequuntur, constitui episcopum in oppido quopiam, exiliive urbe, cui vel unus presbyter suffecturus sit, canon vetat. 492 Quod quidem Laodicenæ quoque synodi septimo et quinquagesimo canone definitum fuit. Addit vero hic canon præterea, non esse necesse in iis locis episcopum constitui, ne scilicet episcopi nomen ac auctoritas facile vilescat: verum a primis provinciæ episcopis, videlicet a metropolitanis, in iis tantum locis, ubi etiam prius, hoc est, ab antiquo tempore fuerant, episcopi collocari debent. Si tamen urbem, inquit, non ita celebrem, mox incolarum numero frequentari contingat, ut jam amplificata frequentia episcopo digna sedes judicetur; in ea quoque episcopum, quamvis antea nullum habuerit, constitui licere decernit.

ARIST. « Si populo episcopum appetente episcopi « præsentes fuerint, unus vero abfuerit, is etiam « vocetur. Si vocatus autem neque scribere, neque accedere velit, is qui petitur ordinetur. »

Istud hodie non est in usu, ut a clericis et civitatis primoribus episcoporum electiones fierent, sed istæ nunc a metropolitanis et episcopis procedunt. Ut duodecimus synodi Laodicensis canon statuit, et undevicesimus Antiochenæ, et alii multi. Ad sententiam itaque ferendam vel omnes episcopos præsentes esse, vel et absentes per litteras præsentibus consentire oportet.

ARIST. « Cum metropolitanus constituitur, etiam « vicini episcopi sunt accersendi. »

Cum metropolitanus est eligendus, non omne ubicunque sint, diœcesis metropolitæ ad electionem ejus vocabuntur, sed vicini. Illud enim et impossibile est fieri, si secundum vicesimum quintum synodi Chalcedonensis canonem vacantium episcopatuum ordinationes intra tres menses fieri debent.

ARIST. « In parva urbe et vico, cui etiam unus sufficiat presbyter, episcopus non constituitur. Sin « populo frequentissima sit urbs, non indignum. »

Non necesse est, si exigua sit civitas aut pagus, ubi et unus presbyter sufficiat, episcopum fieri, ne episcopi nomen parvi fieret. Si exigua autem civitas quamplurimis repleta sit hominibus, non incongruum est et in ea ordinari episcopum.

CANON VII.

« Osius episcopus dixit: Importunitas nostra, et « multa assiduitas, et injustæ postulationes effecerunt, ut nos non habemus tantam gratiam et « libertatem dicendi, quantam habere debemus. « Multi enim episcopi non intermittunt ad castra « accedere, et maxime Afri; qui, quemadmodum cognovimus a dilecto fratre nostro et co- « episcopo Grato, salutaria consilia non admit-

« tunt, sed ita contemnunt, ut unus homo ad A castra plurimas et diversas, et quæ non possunt juvare ecclesias, supplicationes afferat, et non, ut debet fieri et convenit, pauperibus et laicis vel viduis opem et auxilium afferat, sed sæculares dignitates et functiones aliquibus acquirat. Hæc ergo perversitas detrimentum non sine offendiculo et condemnatione nobis conciliat. Convenientius autem esse existimavi, ut episcopus illi suum auxilium præbeat, cui ab aliquo vis affertur, vel si quæ vidua injuria afficiatur, vel si quis rursus orphanus privetur iis, quæ ad ipsum pertinent: siquidem hæc nomina justam habent causam et supplicationem. Si itaque, dilecti fratres, hoc omnibus B videtur, statuite, nullum oportere episcopum ad castra accedere, præter eos, quos pius imperator noster suis litteris **493** accersit. Sed quia sæpe contingit aliquos, qui egent misericordia, ad ecclesiam confugere, qui propter sua peccata exsilio vel in insulam deportatione damnati sunt, vel quamlibet aliam sententiam acceperec; iis non esse negandum auxilium, sed sine cunctatione et dubitatione, veniam iis esse petendam. Si utique hoc quoque placet, omnes una quoque vestrum suffragium ferte. Responderunt omnes: Decernatur et hoc. »

C

BALS. In canone Antiochenæ synodi prohibiti sunt episcopi et omnes canonici sine permissione synodali ad imperatorem proficisci. Et ergo consequenter præsens quoque canon decernit, nullum episcopum in castra, seu ubi imperator agit, accedere sine evocatione imperatoris, nisi quis hoc sæpe facere voluerit ad deducendos pauperes vel condemnatos qui ad ecclesiam confugere: quod etiam a proxime dicendo canone octavo sublatum est, qui statuit ejusmodi quoque causas non ab episcopis agendas, sed a diaconis seu ministris aut servis. Et hæc est quidem canonis senten- D tia. Causæ autem, propter quas constitutus est, claræ sunt, nec interpretatione indigent. His ita habentibus, interrogaverit quispiam, An permittitur episcopo cum mandato synodali ad imperatorem proficisci, secundum canonem 11 antiochenæ synodi? *Solutio.* Præsens canon dictum canonem non tollit, sed potius illi consentit. Et ideo, ut mihi quoque videtur, cum synodali deliberatione episcopus sine ullo præjudicio ad regem proficiscetur: multo autem magis clericus. Nota autem ex præsenti canone, quod etiamsi sit episcopo prohibitum aliisque sacratis apud imperatorem diutius moram agere, decreto tamen imperiali hoc sine periculo facient, et quod eis imperatur exercebunt: ut neque imperatori quidquam possit imputari, si eos

A « Γράτου, τὰς σωτηριώδεις συμβουλὰς οὐ παραδέχονται, ἀλλὰ καταφρονοῦσιν οὕτως, ὡς ἕνα ἄνθρωπον εἰς τὸ στρατόπεδον πλείστας καὶ διαφόρους, καὶ μὴ δυναμένας ὠφελῆσαι τὰς ἐκκλησίας, δεήσεις διακομίζειν, καὶ μὴ, ὡς ὀφείλει γίνεσθαι καὶ ὡς προσῆκόν ἐστι, τοῖς πένησι καὶ τοῖς λαϊκοῖς ἢ ταῖς χήραις συναίρεσθαι καὶ ἐπικουρεῖν, ἀλλὰ κοσμικὰ ἀξιώματα καὶ πράξεις περινοεῖν τισιν. Αὕτη τοίνυν ἡ σκαιότης τὸν θρασμὸν οὐκ ἄνευ σκανδάλου τινὸς ἡμῖν καὶ καταγνώσεως προξενεῖ. Πρεπωδέστερον δὲ εἶναι ἐνόμισα ἐπίσκοπον τὴν ἑαυτοῦ βοήθειαν παρέχειν ἐκείνῳ, ὅστις ἂν ὑπό τινος βιάζηται, ἢ εἴ τις τῶν χηρῶν ἀδι- B κοῖτο, ἢ αὖ πάλιν ὀρφανός τις ἀποστεροῖτο τῶν αὐτῷ προσηκόντων, εἴπερ ἄρα καὶ ταῦτα τὰ ὀνόματα δικαίαν ἔχει τὴν ἀξίωσιν. Εἰ τοίνυν, ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, πᾶσι τοῦτο δοκεῖ, ἐπικρίνατε μηδένα ἐπίσκοπον χρῆναι εἰς τὸ στρατόπεδον παραγίνεσθαι παρεκτὸς τούτων, οὓς ἂν ὁ εὐλαβέστατος βασιλεὺς ἡμῶν τοῖς ἑαυτοῦ γράμμασι μετακαλοῖτο. Ἀλλ' ἐπειδὴ πολλάκις συμβαίνει τινὰς οἴκτου δεομένους καταφυγεῖν ἐπὶ τὴν Ἐκκλησίαν διὰ τὰ ἑαυτῶν ἁμαρτήματα εἰς περιορισμὸν ἢ νῆσον καταδικασθέντας, ἢ δ' αὖ πάλιν οἱανδηποτοῦν ἀποφάσει ἐκδεδομένους, τοῖς τοιούτοις μὴ ἀρνητέαν εἶναι τὴν βοήθειαν, ἀλλὰ χωρὶς μελλησμοῦ καὶ ἄνευ τοῦ διστάσαι τούτοις αἰτεῖσθαι συγχώρησιν. Εἰ τοί- C νυν καὶ τοῦτο ἀρέσκει, σύμψηφοι γίνεσθε ἅπαντες. Ἀπεκρίναντο ἅπαντες· Ὁριζέσθω καὶ τοῦτο. »

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ ια' κανόνι τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου ἐκωλύθησαν οἱ ἐπίσκοποι καὶ πάντες οἱ κανονικοὶ ἄνευ ἐκχωρήσεως συνοδικῆς πρὸς βασιλέα ἀπέρχεσθαι. Ἀκολούθως οὖν καὶ ὁ παρὼν κανὼν διορίζεται μηδένα ἐπίσκοπον εἰς τὸ στρατόπεδον, ἤγουν ἔνθα ὁ βασιλεὺς διάγει, παραγίνεσθαι χωρὶς μετακλήσεως βασιλικῆς, εἰ μὴ πολλάκις τοῦτο θελήσει τις ποιῆσαι διὰ χειραγωγίαν πτωχῶν τινων ἢ κατακριτῶν προσελθόντων τῇ ἐκκλησίᾳ. Ὅπερ καὶ ἀνῃρέθη ὑπὸ τοῦ ῥηθησομένου προσεχῶς η' κανόνος, διοριζομένου καὶ τὰς τοιαύτας ὑποθέσεις μὴ παρὰ ἐπισκόπου ὑπομιμνήσκεσθαι, ἀλλὰ παρὰ διακόνων, D ἤγουν διακονητῶν ἤτοι δουλευτῶν. Καὶ ἡ μὲν ἔννοια τοῦ κανόνος αὕτη· αἱ αἰτίαι δὲ δι' ἃς ἐθεσπίσθη σαφεῖς εἰσι, καὶ οὐ δέονται ἑρμηνείας. Τούτων οὕτως ἐχόντων, ἠρώτησέ τις· Εἰ ἐφεῖται ἐπισκόπῳ μετὰ συνοδικῆς ἐπιτροπῆς πρὸς βασιλέα ἀπέρχεσθαι, κατὰ τὸν ια' κανόνα τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου; *Λύσις.* Ὁ παρὼν κανὼν τὸν ῥηθέντα κανόνα οὐκ ἀναιρεῖ, ἀλλ' ἐκείνῳ μᾶλλον συμφωνεῖ. Διὸ καὶ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, μετὰ συνοδικῆς σκέψεως ἀποκριματίστως ἐπίσκοπος εἰς βασιλέα ἀπελεύσεται, πολλῷ δὲ πλέον κληρικός. Σημείωσαι δὲ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ὅτι, κἂν κεκωλυμένον ἐστὶ πρὸς βασιλέα σχολάζειν ἐπισκόπους καὶ ἑτέρους ἱερωμένους, ἀλλὰ κατὰ βασιλικὸν ὁρισμὸν ἀκινδύνως τοῦτο ποιήσουσι, καὶ τὸ προσταττόμενον αὐτοῖς ἐνεργήσουσιν, ὡς μήτε τοῦ

βασιλέως ἀνακρινομένου περὶ τίνος αὐτοὺς μετακαλεῖται, μήτε τούτων εὐθυνομένων ὡς ὑπεικόντων προστάττοντι βασιλεῖ. Ἀνάγνωθι τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου κανόνα ια', ιβ', καὶ τῆς παρούσης συνόδου κανόνα η', θ' καὶ κα'.

ΖΩΝΑΡ. Τινὲς τῶν ἐπισκόπων καὶ μάλιστα οἱ Ἄφροι, οἱ ἐν Ἀφρικῇ δηλονότι, συνεχῶς προσῄεσαν τοῖς βασιλεῦσιν, αἰτήσεις οἰκείας καὶ ἀξιώσεις ἔχοντες, οὐδὲ δικαίας ἴσως. Τοῦτο οὖν διορθουμένη ἡ σύνοδος αὕτη, φησὶν, ὅτι Ἡ ἀκαιρία ἡμῶν, ἤτοι τὸ μὴ εὐκαίρως προσιέναι τοῖς βασιλεῦσι, συνεχῶς δὲ καὶ αἱ ἄδικοι ἀξιώσεις πεποιήκασιν ἡμᾶς μὴ τοσαύτην ἔχειν χάριν, ἤγουν μὴ οὕτως εἶναι κεχαρισμένους καὶ αἰδοῦς ἀξίους νομίζεσθαι, μηδὲ παῤῥησιάζεσθαι δύνασθαι, ὅσον ὀφείλομεν. Πολλοὶ γὰρ τῶν ἐπισκόπων οὐ διαλείπουσιν εἰς τὸ στρατόπεδον παραγινόμενοι, καὶ μάλιστα οἱ Ἄφροι. Στρατοπέδου δὲ ἐμνήσθη, ὅτι ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οἱ βασιλεῖς στρατείᾳ ἐσχόλαζον. Οἵτινες ἐπίσκοποι τὰς σωτηριώδεις συμβουλὰς οὐ παραδέχονται, ἀλλὰ καταφρονοῦσι τῶν συνοδικῶν παραινέσεων οὕτως, ὥστε ἄνθρωπον (ἤτοι ἐπίσκοπον) ἕνα πολλὰς καὶ διαφόρους αἰτήσεις κομίζειν εἰς τὸ στρατόπεδον, καὶ μὴ δυναμένας ὠφελῆσαι τὰς ἐκκλησίας, καὶ μὴ γίνεσθαι καθὼς χρέος ἐστὶ ποιεῖν τοὺς ἐπισκόπους, καὶ καθὼς ἐνδέχεται. Τί δὲ ταῦτό ἐστι; Τὸ μὴ συναίρεσθαι καὶ ἀντιλαμβάνεσθαι καὶ βοηθεῖν τοῖς πένησι καὶ ταῖς χήραις ἢ τοῖς λαϊκοῖς, ἀλλὰ κοσμικὰ ἀξιώματα καὶ ἐνεργείας καὶ τοιαύτας ἐπινοεῖν, ἀντὶ τοῦ ἐπὶ ναοῦ ἔρχεσθαι αὐτοῖς, καὶ τοιαῦτα αἰτεῖν. Αὕτη τοίνυν, φησὶν, ἡ σκαιότης, ἡ κακία, ἡ πονηρία, προξενεῖ ἡμῖν τὸν θραυσμὸν, τουτέστι θραύει ἡμᾶς, ὥστε μήτε παῤῥησίαν δύνασθαι ἔχειν, σκανδαλιζομένων ἐφ' ἡμῖν τῶν ἀνθρώπων καὶ καταγινωσκόντων ἡμῶν. Πρέπειν δὲ μᾶλλον, φησὶ, λογίζομαι τὸν ἐπίσκοπον βοηθεῖν ἐκείνῳ τῷ βίαν ὑπό τινος πάσχοντι, καὶ ταῖς ἀδικουμέναις χήραις, καὶ τοῖς ὀρφανοῖς, οὓς ἀποστεροῦσί τινες τῶν αὐτοῖς διαφερόντων· καὶ τούτοις δὲ τοῖς ὀρφανοῖς, καὶ ταῖς χήραις, καὶ τοῖς καταδυναστευομέναις τότε βοηθεῖν, ὅτε δίκαια ἀξιοῦσιν. Εἰ γὰρ ἄδικόν τι αἰτοῦσιν, οὐδὲ ἐκείνων ἐν ἀδίκοις ἀντιποιεῖσθαι χρὴ τοὺς ἐπισκόπους. Εἰ τοίνυν τοῦτο δοκεῖ πᾶσι, φησὶν ὁ Ὅσιος, ἐπικρίνατε, ἀντὶ τοῦ, κυρώσατε τὴν γνώμην ταύτην, ὥστε μηδένα ἐπίσκοπον εἰς τὸ στρατόπεδον, ἤτοι εἰς βασιλέα, παραγίνεσθαι ἄνευ τῶν γράμμασι βασιλικοῖς μετακαλουμένων. Ἐπεὶ δὲ πολλοὶ προσφεύγουσι τῇ ἐκκλησίᾳ ἐλέους δεόμενοι, καὶ διὰ πταίσματα περιοριασθῆναι ἢ εἰς νῆσον πεμφθῆναι καταδικασθέντες, ἢ ἔκδοτοι γενόμενοι ἀποφάσει ἑτέρας κολάσεως, τοῖς τοιούτοις, φησὶν, οὐ χρὴ μὴ βοηθεῖν, ἀλλὰ μελλησμοῦ, ἤτοι βραδυτῆτος, χωρὶς καὶ δισταγμοῦ αἰτεῖσθαι αὐτοῖς συγχώρησιν.

accersat; nec ii tei futuri sint, ut qui jubenti imperatori obsequantur. Vide Carthaginensis synodi canones 11, 12, et præsentis synodi 8, 9 et 21.

ZONAR. Episcopi quidam, ac Afri præsertim, hoc est, qui in Africa degerent, privatis de rebus postulata et preces, quæ parum etiam forte æquitatis haberent, ad imperatorem assidue deferebant. Cui quidem malo synodus hæc mederi, cupiens: Nostra, inquit, importunitas, hoc est, nostra consuetudo ad imperatorem assidue, tempore minime opportuno adeundi, injustæque flagitationes, ne tantum gratiæ habeamus, hoc est, ut minus grati simus, nec ita veneratione digni existimemur, effecerunt, neque parum de ea, quam obtinere debuimus, loquendi libertate detraxerunt. Multi enim episcopi, ac Afri maxime, ad castra commeandi finem nullum faciunt. Castrorum vero meminit, quod militiæ ut plurimum imperatores vacarent. Qui quidem episcopi salutaria consilia nequaquam audiunt, verum synodicas admonitiones eousque contemnunt, ut unus homo (episcopus nempe) multas et diversas postulationes in castra deferat, quæ neque Ecclesiæ utilitatis aliquid ferre possint, neque tales sint, quales episcopalis officii ratio, ipsaque rerum natura præscribit. Quid vero id est? Ut neque scilicet pauperibus et viduis aut laicis patrocinentur, operamve iis sublevandis aut juvandis impendant, sed profanas dignitates ac munerum ejusmodi functiones cogitent, hoc est, animo versent, deque iis tantummodo obtinendis laborent. Hæc igitur nobis, inquit, perversitas, improbitas, nequitia detrimentum conciliat, hoc est, ita nostras vires frangit, ut etiam libere loquendi facultatem, ob ea quæ agimus offensis hominum animis, nosque sua existimatione condemnantibus nobis eripiat. Magis vero decere, inquit, existimo, ut eis, qui potentia cujuspiam opprimuntur, ac viduis, quæ per injuriam vexantur, tum pupillis, quos nonnulli fortunis evertunt, episcopus opem ferat: atque his quoque pupillis et viduis, ac iis, qui potentiorum **494** dominatu premuntur, ita demum præsto sit, si nihil ab illis iniquum postulari cognoverit. Nam si aliquid alienum ab æquitate illi quoque flagitent, ne iis quidem episcopos in ea re patrocinari fas est. Si ergo omnibus idem videtur, inquit Osius, hoc approbate, id est, hanc sententiam vestro decreto confirmate, ne quis ad exercitum, hoc est, ad imperatorem, præter eos qui ejusdem imperatoris litteris evocati fuerint, episcopus transeat. Quoniam vero multi misericordiam implorantes ad ecclesiam confugiunt, ob crimina exsilio vel in insulam deportationi, vel alteri cuipiam supplicio addicti; eos, inquit, ab episcopis repelli, opemve flagitantibus denegari non oportet; verum absque procrastinatione, hoc est, cunctatione omni dubitationeque sublata, pro ipsorum periculis deprecari.

ΑΡΙΣΤ. « Ὀρφανοῦ, καὶ χήρας, καὶ ἀπεριστάτου, « βιαζομένων, εἰς βοήθειαν κατατολμήσει καὶ « προσελεύσεται τῷ βασιλεῖ ὁ ἐπίσκοπος· ἀλλ'

ARIST. « Orphano, vidua, et ab aliis deserto, vi « oppressis, suppetias iis feret, et imperatorem « adibit episcopus; verumtamen ejusmodi pro-

« textu in castris non versetur, sed potius dia- A « conum mittat. »

ARIST. « Illis qui ad Ecclesiam confugient succurrendum est. »

Episcopum quidem opem ferre orphanis et viduis et oppressis qui ab aliis sunt deserti, ut et iis qui ad ecclesiam confugiunt ob peccata eorum, et misericordia indigent, et regem pro istis adire, et petere injuria quidem affectis ultionem, sed ob crimen aliquod condemnatis indulgentiam, præsens canon jubet. At episcopos ob istiusmodi causas suas relinquere ecclesias, et ad castra ire, vel alibi ubi imperator est, et de talibus tumultum facere, utpote quod a multis reprehensionem et convitium affert episcopis, non permittit fieri. Sed per diaconos suos desideria ad regem mitti statuit.

« οὐχὶ τῇ τοιαύτῃ προφάσει διατρίψει εἰς τὸ « στρατόπεδον, ἀλλὰ μᾶλλον διάκονον στέλλοιτο. »

ΑΡΙΣΤ. « Τοῖς ἐπὶ τὴν Ἐκκλησίαν προσφεύγουσι « βοηθητέον. »

Τὸ μὲν ἀντιλαμβάνεσθαι τὸν ἐπίσκοπον ὀρφανῶν καὶ χηρῶν, καὶ ἀπεριστάτων βιαζομένων, ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν εἰς τὴν ἐκκλησίαν καταφευγόντων διὰ τὰ αὐτῶν ἁμαρτήματα, καὶ δεομένων συμπαθείας, καὶ προσέρχεσθαι περὶ αὐτῶν τῷ βασιλεῖ, καὶ αἰτεῖν τοῖς μὲν ἀδικουμένοις ἐκδίκησιν, τοῖς δὲ καταχριθεῖσι διά τι πταῖσμα συγχώρησιν, ὁ παρὼν προστάττει κανών. Τὸ δὲ διὰ τὰς τοιαύτας αἰτίας τοὺς ἐπισκόπους τὰς ἑαυτῶν καταλιμπάνειν ἐκκλησίας, καὶ ἀπέρχεσθαι εἰς τὸ στρατόπεδον, ἢ ἀλλαχοῦ, ἔνθα ὁ βασιλεύς ἐστι, καὶ ὀχλεῖν περὶ τῶν τοιούτων, ὡς B ἐπάγον παρὰ τῶν πολλῶν τοῖς ἐπισκόποις μέμψιν καὶ λοιδορίαν, οὐ συγχωρεῖ γίνεσθαι. Ἀλλὰ διὰ τῶν ἰδίων διακόνων τὰς δεήσεις στέλλεσθαι τῷ βασιλεῖ ἐπιτάττει.

CANON VIII.

« Quandoquidem visum est, ne aliquis episcopus « in condemnationem incidat ad castra veniens, « si qui eorum tales habeant postulationes, qualium superius meminimus, per proprium ministrum peragant. Ministri enim persona non « est invidiosa, et quæ mandata fuerint citius « ferre poterit. Responderunt omnes : Et hoc « quoque constituatur. »

BALS. Præsens quoque canon eadem cum præcedente statuit, adjiciens, non per episcopos, sed cum diaconis eorum apud imperatores petitiones peragi debere. Diaconos autem hic ne dicas esse eos, qui ordinati sunt, sed simpliciter servos et quoslibet ministros.

ZONAR. Si quis vero, inquit, ex episcopis causas deprecandi habeant ejusmodi, quales ante commemoravimus; ut iis scilicet, qui per injuriam læduntur, quive potentiorum opibus opprimuntur, vel qui ob aliquem peccati lapsum damnati sunt, opitulentur; neque vero reprehensionis vitandæ causa ipsi in castra proficisci velint; suos ministros mittant. Ministri namque persona invidiosa non est. Nec enim quisquam, inquit, ministro vel diacono in castris moranti, quemadmodum episcopo illuc abeunti, succensebit: tum imperatoris litteræ noxam condonantes, aut aliquid ejusmodi continentes, deferri per diaconum quam celerrime poterunt.

ΚΑΝΩΝ Η'.

« Ἐπειδὴ ἔδοξε διὰ τὸ μὴ πίπτειν ὑπὸ κατάγνωσίν « τινα τῶν ἐπισκόπων ἀφικνούμενον εἰς τὸ στρα« τόπεδον, εἴ τινες αὐτῶν τοιαύτας ἔχοιεν δεήσεις, « οἵων ἐπάνω ἐπεμνήσθημεν, διὰ ἰδίου διακόνου « ἐπιστέλλοιεν. Τοῦτο γὰρ ὑπηρέτου τὸ πρόσ« ωπον οὐκ ἐπίφθονον τυγχάνει, καὶ τὰ παρασχε« θησόμενα θᾶττον διακομισθῆναι δυνήσεται. « Ἀπεκρίναντο πάντες· Καὶ τοῦτο ὁριζέσθω. »

ΒΑΛΣ. Καὶ ὁ παρὼν κανὼν τὰ αὐτὰ τῷ πρὸ αὐτοῦ θεσπίζει, προστιθέμενος μὴ διὰ τῶν ἐπισκόπων, ἀλλὰ μετὰ διακόνων τὰς πρὸς τοὺς βασιλεῖς ἐντεύξεις αὐτῶν γίνεσθαι. Διακόνους δὲ ἐνταῦθα μὴ τοὺς κεχειροτονημένους εἴπῃς, ἀλλὰ τοὺς ἁπλῶς C δουλευτὰς καὶ οἱουσδήτινας ὑπηρέτας.

ΖΩΝΑΡ. Εἰ δέ τινες, φησί, τῶν ἐπισκόπων τοιαύτας ἔχοιεν δεήσεις, οἵων ἀνωτέρω ἐμνήσθημεν, ἤγουν ἐπὶ βοηθείᾳ ἀδικουμένων, καὶ καταδυναστευομένων, ἢ διὰ πταίσματα καταχριθέντων, καὶ ἵνα μὴ καταγινώσκωνται, οὐ βούλονται ἀπέρχεσθαι εἰς τὸ στρατόπεδον, διακόνους οἰκείους πεμπέτωσαν. Τοῦ γὰρ ὑπηρέτου τὸ πρόσωπον οὐκ ἐπίφθονον τυγχάνει. Οὐδὲ γὰρ μέμψεται, φησί, τὶς τῷ ὑπηρέτῃ ἤτοι τῷ διακόνῳ διατρίβοντι ἐν στρατοπέδῳ, ὡς μέμψεται τῷ ἐπισκόπῳ ἐκεῖ ἀπελθόντι, καὶ τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως δοθησόμενα γράμματα εἰς συγχώρησιν ἴσως τῶν πταισάντων, ἢ ἕτερα οἱαδήτινα, συντόμως κομισθῆναι διὰ τοῦ διακόνου δυνήσεται.

CANON IX.

D

« Si cujuscunque provinciæ episcopi ad fratrem et « coepiscopum suum, qui est in majori civitate, « hoc est, in metropoli, mittant supplicationes, « is et ministrum suum et supplicationes mittat, « dans ei commendatitias quoque litteras, scribens scilicet per consequentiam etiam ad fratres coepiscopos nostros, qui illo tempore in « locis vel urbibus agant, in quibus imperator in « primis pius rempublicam gubernat. Si quis 495 « autem episcopus habet amicos in aula palatii, « et velit aliquid quod sit honestum et justum

ΚΑΝΩΝ Θ'.

« Ἐὰν οἱασδηποτοῦν ἐπαρχίας ἐπίσκοποι πρὸς ἀδελ« φὸν καὶ συνεπίσκοπον ἑαυτῶν ἀποστέλλοιεν « δεήσεις, ὁ ἐν τῇ μείζονι τυγχάνων πόλει, τοῦτ' « ἔστι τῇ μητροπόλει, αὐτὸς καὶ τὸν διάκονον αὐ« τοῦ καὶ τὰς δεήσεις ἀποστέλλοι, παρέχων αὐτῷ « καὶ συστατικὰς ἐπιστολάς, γράφων δηλονότι « κατὰ ἀκολουθίαν καὶ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς καὶ « συνεπισκόπους ἡμῶν, οἵτινες ἐν ἐκείνῳ τῷ « καιρῷ ἐν τοῖς τόποις ἢ ἐν ταῖς πόλεσι διάγοιεν, « ἐν αἷς ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς τὰ δημόσια « πράγματα διακυβερνᾷ. Εἰ δὲ ἔχοι τις τῶν ἐπι-

A « κόπων φίλους ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ παλατίου, καὶ βούλοιτο περί τινος, ὅπερ πρεπωδέστερον εἴη, ἀξιῶσαι, μὴ κωλύοιτο διὰ τοῦ ἑαυτοῦ διακόνου καὶ ἀξιῶσαι καὶ ἐντείλασθαι τούτοις, ὥστε τὴν αὐτῶν ἀγαθὴν βοήθειαν ἀξιοῦντι αὐτῷ παρέχειν. Οἱ δὲ εἰς Ῥώμην παραγινόμενοι, καθὼς προείρηκα, τῷ ἀγαπητῷ ἡμῶν ἀδελφῷ καὶ συνεπισκόπῳ Ἰουλίῳ τὰς δεήσεις, ἃς ἔχοιεν διδόναι, ὀφείλουσι παρέχειν, ἵνα πρότερον αὐτὸς δοκιμάζοι· εἰ μή τινες ἐξ αὐτῶν ἀναισχυντοῖεν· καὶ οὕτω τὴν ἑαυτοῦ προστασίαν καὶ φροντίδα παρέχων εἰς τὸ στρατόπεδον αὐτοὺς ἀποστέλλοι. Ἅπαντες οἱ ἐπίσκοποι ἀπεκρίναντο ἀρέσκειν αὐτοῖς, καὶ πρεπωδεστάτην εἶναι τὴν συμβουλὴν ταύτην. »

B ΒΑΛΣ. Ὅτι οὐκ ἀνῃρέθη ὁ ια' κανὼν τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου, δῆλον καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος. Φησὶ γὰρ ὅτι, ἐὰν ἐπίσκοπος θελήσῃ ἀποστεῖλαι δεήσεις εἰς τὸν βασιλέα διὰ συναδέλφου καὶ συνεπισκόπου αὐτοῦ ἀρχιερατεύοντος εἰς ἐπαρχίαν, εἰς ἣν διάγει ὁ βασιλεύς, ὀφείλει προσέρχεσθαι τῷ προσφόρῳ μητροπολίτῃ, καὶ ἀναδιδάσκειν αὐτὸν τὸ οἰκεῖον βούλημα· καὶ ὁ μητροπολίτης μετὰ διακόνου αὐτοῦ, ὀφείλοντος ἐπιφέρεσθαι κανονικὰς ἐπιστολὰς, ἤγουν εἰρηνικὰς καὶ συστατικὰς, ἀναδιδάξαι τὸν ἐνδημοῦντα ἐπίσκοπον, ὡς εἴρηται, εἰς τὸν βασιλέα τὴν τοῦ ἀδελφοῦ καὶ συνεπισκόπου παράκλησιν. Τοῦτο δὲ γίνεσθαι οὕτως ὡρίσθη, ἵνα ὁ μητροπολίτης ἐπιγνῷ τὴν ὑπόθεσιν, καὶ διαγνῷ εἰ ἐνδέχεται ἀνενεχθῆναι ταύτην τῷ βασιλεῖ, εἴτε καὶ μή. C Ὡς δέ τινος εἰπόντος, ἐκ τούτου ἀναιρεῖσθαι τὸν τῆς παρούσης συνόδου η' κανόνα, τὸν διοριζόμενον μετὰ διακόνων οἰκείων τοὺς ἐπισκόπους ὑπομιμνήσκειν τὸν βασιλέα τὰ περὶ τῶν ψυχωφελῶν αἰτιῶν, προσέθεντο οἱ Πατέρες, πρὸς μὲν βασιλέα μὴ ἀποστέλλεσθαι διάκονον παρὰ ἐπισκόπου χωρὶς συνοδικῆς ἐπιτροπῆς· πρὸς δέ τινας οἰκείους τῷ βασιλεῖ ποιεῖν μετὰ διακόνου ἀξιώσεις. Πλὴν καὶ τοῦτο, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, μετὰ εἰδήσεως τοῦ μητροπολίτου γενήσεται. Τοὺς μέντοι παραγινομένους εἰς τὴν Ῥώμην ἐπισκόπους μὴ ἄλλως τῷ βασιλεῖ προσέρχεσθαι, εἰ μὴ ὁ πάππας λάβῃ τὴν περὶ τούτου εἴδησιν· καὶ αὐτὸς δοκιμάσας τὰ περὶ τῶν δεήσεων, ἢ ἐπιτρέψει τὴν ἀναφορὰν, καὶ ἀποστείλῃ αὐτοὺς εἰς τὸν βασιλέα, D ἢ ἀπείπῃ· ὡς καὶ ὀφείλων ἀντέχεσθαι τῶν ἐπισκόπων, καὶ βοηθεῖν ἐπὶ πᾶσιν αὐτοῖς. Ὥστε σημειῶσαι ἀπὸ τῶν ἐν τῷ κανόνι τούτῳ περιεχομένων ὅτι οὔτε μητροπολίτης οὔτε ἐπίσκοπος χωρὶς συνοδικῆς διαγνώσεως δύναται δεήσεις ἀνενεγκεῖν τῷ βασιλεῖ ἢ δι' ἑαυτοῦ ἢ διὰ διακόνου αὐτοῦ. Ἀκούων δὲ ταῦτα γίνεσθαι μετὰ εἰδήσεως τοῦ μητροπολίτου καὶ τοῦ πάππα, πρόστιθει καὶ συνοδικὴν ἐπακολουθεῖν διάγνωσιν κατὰ τὸν ια' κανόνα τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου. Τὰ δὲ περὶ τοῦ πάππα ἐνταῦθα γεγραμμένα ἕλκυσον καὶ εἰς τὸν πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως, δι' οὓς λόγους πολλάκις εἴπομεν. Ἀνάγνωσον καὶ κεφάλ. β' τοῦ η' τίτλου τοῦ παρόντος συντάγματος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα. Τούτων δὲ οὕτω διορισθέντων, εἶπόν τινες μὴ ὀφείλειν οἱ νδη-

« impetrare; ne prohibeatur per suum ministrum et rogare et iis mandare, ut bonum suum auxilium ei petenti velint præbere. Qui autem Romam accedunt, quemadmodum superius dictum est, dilecto fratri nostro et coepiscopo Julio preces, quas habent dandas, præbere debent, ut ipse prius examinet; nisi aliquæ earum sint impudentes: et sic suam auctoritatem et curam præbens, eos ad castra mittat. Omnes episcopi dixerunt, eis placere et esse convenientissimum hoc consilium. »

BALS. Quod non sublatus sit canon undecimus Antiochenæ synodi, ex præsenti quoque canone clarum est. Dicit enim, quod si episcopus voluerit mittere preces ad imperatores per confratrem et coepiscopum suum, qui est in ea provincia antistes, in qua imperator agit, debet ad competentem metropolitanum accedere, et suam voluntatem eum docere: metropolitanus vero cum famulo suo, qui debet epistolas canonicas afferre, scilicet pacificas et commendatitias, docebit episcopum, qui apud imperatorem, ut dictum est, versatur, fratris et coepiscopi postulationem. Hoc autem sic fieri statutum est, ut metropolitanus causam cognoscat et discernat, an eam oporteat ad imperatorem referre, an non. Tanquam autem dixisset quispiam, per hoc tolli præsentis synodi canonem 8 qui statuit, ut episcopi cum propriis ministris imperatorem admoneant de causis animæ conducibilibus; adjecerunt Patres, ad imperatorem quidem non mittendum ministrum ab episcopo sine synodali mandato: sed aliquibus imperatoris familiaribus preces cum ministro esse exhibendas. Sed hoc quoque, ut mihi videtur, fiet cum scientia metropolitani. Episcopos vero, qui Romam accedunt, non aliter ad imperatorem accedere, nisi papa ejus rei scientiam habuerit: et ipse, precibus examinatis, vel relationem permiserit, et ipsos ad imperatorem miserit, vel denegaverit; ut qui etiam debeat episcopos complecti, et iis in omnibus ferre opem. Quare nota ex iis quæ in hoc canone continentur, quod neque metropolitanus neque episcopus sine synodali cognitione potest ad imperatorem vel per se vel per suum ministrum supplicationes referre. Audiens autem hæc fieri cum scientia metropolitani et papæ, adjice etiam synodalem consequi cognitionem, secundum canonem 11 Antiochenæ synodi. Quæ autem de papa hic scripta sunt, ad patriarcham etiam Constantinopolitanum applicanda propter rationes quas sæpe diximus. Lege et caput 2 tit. 8 præsentis operis, et omnia quæ in eo sunt. His autem sic definitis, dixerunt aliqui, non debere ullum metropolitanum sine patriarchali mandato vel permissu ad imperatorem unquam proficisci. Mihi autem videtur, quod quando primum metropolitanus

est imperatorem salutaturus, ex ea, quæ illum sortitus est, ad urbium reginam accedens, necesse habet hoc facere cum patriarchali permissione: postea autem sine impedimento, quando vult, ad imperatorem accedet ejus salutandi gratia, et eum commonefaciendi precum, quas cum patriarchali consensu prius ad eum retulit.

A τινα μητροπολίτην χωρὶς πατριαρχικῆς ἐπιτροπῆς ὁτεδήποτε εἰς βασιλέα ἀπέρχεσθαι. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ὡς, ὅτε πρώτως μέλλει ὁ μητροπολίτης τὸν βασιλέα προσκυνῆσαι ἐκ τῆς λαχούσης αὐτὸν ἀνελθὼν εἰς τὴν βασιλεύουσαν, ἀνάγκην ἔχει τοῦτο ποιῆσαι μετὰ πατριαρχικῆς ἐπιτροπῆς· μετὰ ταῦτα δὲ ἀκολύτως, ὅτε καὶ βούλεται, ἀπελεύσεται εἰς τὸν βασιλέα χάριν τοῦ προσκυνῆσαι αὐτὸν, καὶ παρακλητεῦσαι περὶ ὧν προανήνεγκε δεήσεων μετὰ πατριαρχικῆς εἰδήσεως.

ZONAR. In eodem argumento canones adhuc versantur. Cum enim in omnibus provinciis episcopi crearentur, ubicunque demum imperator ageret, ibi episcopos quoque adesse necesse fuit. Si quis igitur episcopus, inquit canon, ad episcopum regionis in qua imperator degit, de re aliqua scribat, ejus loci metropolitano primum eas litteras supplicationesque tradi oportet, quas is postea, per ministrum suum ad eum, cui scriptæ sunt, episcopum perferendas curabit, ipsique commendatitias quoque litteras dabit, quæ videlicet eum, qui mittitur, illi ad quem legatus est episcopo commendent atque concilient.
496 Tum illas quoque litteras, cum illius cujus res agitur episcopi litteris ac supplicationibus congruentes, adjungat. Hujus vero decreti ea ratio fuit; ut causam, de qua litteræ ab episcopo ad coepiscopum datæ sunt, metropolitanus cognoscat; ac siquidem postulatio importuna sit, nec ea de re imperatoris auribus censeat obstrependum, supplicationes eas rejiciat, curetque ad eumdem illum qui miserat referendas. Quod si quos etiam episcopus in palatio amicos habeat, cum eis per ministrum suum precibus agere, auxiliumque sibi in causa justa, quæque dignam antistite sacrorum postulationem contineat, deposcere licebit. Si vero ad imperatorem Romæ degentem supplicationes aliquas episcopi mittant, ab iis qui deferunt papæ illas tradi, ac ab eo justæ necne sint examinari oportet. Quod si nihil inverecunde ab imperatore petant, eas ipsemet mittat, auctoritatemque iis suam et curam commodet, hoc est, illorum patrocinium procurationemque ipse suscipiat.

ΖΩΝΑΡ. Ἔτι τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως ἔχονται οἱ κανόνες. Ἐπισκόπων γὰρ κατὰ πᾶσαν ἐπαρχίαν ὄντων, ἀνάγκη πάντως καὶ ἔνθα ὁ βασιλεὺς διέτριβεν, ἐπισκόπους εἶναι. Φησὶν οὖν ὁ παρὼν κανὼν ὅτι, ἐὰν ἐπίσκοπος πρὸς ἐπίσκοπον τῆς χώρας, ἐν ᾗ διάγει ὁ βασιλεὺς, γράφῃ περί τινος ὑποθέσεως, χρὴ τὴν ἐπιστολὴν καὶ τὰς δεήσεις τῷ μητροπολίτῃ B τῆς χώρας ἐκείνης ἐγχειρίζεσθαι, ἵνα αὐτὸς στέλλῃ ταύτην πρὸς ὃν ἐστάλη, δι' οἰκείου διακόνου, δοὺς αὐτῷ καὶ συστατικὰς ἐπιστολὰς, συνιστώσας δηλαδὴ τὸν πεμφθέντα, καὶ γνωριζούσας αὐτὸν τῷ ἐπισκόπῳ, πρὸς ὃν ἐπέμφθη, καὶ γράφων κατὰ ἀκολουθίαν, ἤγουν ἀκολούθως, οἷς ἔγραψεν ὁ τὴν ὑπόθεσιν ἔχων ἐπίσκοπος καὶ τὰς δεήσεις στείλας. Τοῦτο δὲ γίνεσθαι ὡρίσθη, ἵνα ὁ μητροπολίτης ἐπιγνῷ τὴν ὑπόθεσιν περὶ ἧς ἔγραψε τῷ συνεπισκόπῳ ὁ ἐπίσκοπος, καὶ εἰ φορτική τις εἴη, καὶ οὐκ ἐνδέχηται ἐνοχληθῆναι τὰς βασιλικὰς ἀκοὰς περὶ αὐτῆς, ἀποπέμψηται τὰς δεήσεις καὶ ἀντιστρέψῃ τῷ πέμψαντι αὐτάς. Εἰ δὲ καί τινας τῶν ἐν τῷ παλατίῳ ἔχοι φίλους ἐπίσκοπος, οὐδὲ τούτους ἀξιῶσαι κωλύεται διὰ τοῦ οἰκείου διακόνου βοηθῆ- C σαι αὐτῷ ἐπὶ ὑποθέσει εὐλόγῳ, καὶ πρέπουσαν ἀρχιερεῖ αἴτησιν ἐχούσῃ. Εἰ δὲ, εἰς Ῥώμην ἐνδημοῦντος τοῦ βασιλέως, σταλεῖεν παρ' ἐπισκόπων ἐν αὐτῇ τινες δεήσεις κομίζοντες, τῷ πάππᾳ ταύτας ὀφείλουσι παρέχειν, ἵνα αὐτὸς ἐξετάζοι, εἰ εὔλογοι αἱ δεήσεις εἰσί· καὶ εἰ μή τινα ῥήματα ἀναίσχυντα ἔχουσι πρὸς τὸν βασιλέα, ἀποστέλλοι ταύτας αὐτὸς, προστασίας καὶ φροντίδα παρέχων αὐτοῖς, ἤγουν προϊστάμενος καὶ συνεργῶν αὐτοῖς.

ARIST. « Si frater ad fratrem mittat, metropolitanus nuntium litteris muniat, et ad episcopos, « qui auctoritatem habent, scribat, ut nuntium « protegant. »

Episcopus qui preces quasdam ad imperatorem mittit, et de iis ad fratrem suum in castris cum rege degentem, ut ab ipso rege ut cum eo degeret evocatum, scribit, suum metropolitam adire debet, et preces ostendere, et diaconum quem mittere vellet, ut ab ipso metropolitano preces primo examinentur, ne forte justam petitionem non contineant. Et sic postquam illas examinaverit, litteris suis et epistolis commendatitiis missum corroborabit et episcopos qui cum rege degunt, diacono opem ferre postulabit.

ΑΡΙΣΤ. « Ἀδελφοῦ πρὸς ἀδελφὸν ἐπιστέλλοντος, ὁ « μητροπολίτης τὸν ἀπόστολον ἐνισχυέτω, καὶ « γραφέτω πρὸς τοὺς ἐν οἷς ἡ ἀξίωσις ἐπισκόπους, « τοῦ ἀποστόλου ἀντιλαμβάνεσθαι. »

D Στέλλων ὁ ἐπίσκοπος πρὸς βασιλέα δεήσεις τινὰς, καὶ περὶ αὐτῶν πρὸς συνάδελφον αὐτοῦ γράφων, ἐν τῷ στρατοπέδῳ μετὰ τοῦ βασιλέως διάγοντα, ὡς παρ' αὐτοῦ τοῦ βασιλέως μεταχληθέντα ἐπὶ τῷ μετ' αὐτοῦ συνδιάγειν, ὀφείλει τῷ ἰδίῳ μητροπολίτῃ προσέρχεσθαι, καὶ τὰς δεήσεις ὑποδεικνύειν, καὶ τὸν διάκονον ὃν ἀποστεῖλαι βούλεται, ἵνα παρ' αὐτοῦ τοῦ μητροπολίτου πρότερον αἱ δεήσεις ἐξετασθῶσι, μήποτε οὐ δικαίαν τὴν αἴτησιν ἔχωσι· καὶ οὕτω, μετὰ τὸ δοκιμάσαι ταύτας, γράμμασιν αὐτοῦ καὶ συστατικαῖς ἐπιστολαῖς τὸν ἀποστελλόμενον ἐνισχύσει· καὶ ἀξιώσει τοὺς μετὰ τοῦ βασιλέως διάγοντας ἐπισκόπους ἀντιλαβέσθαι τοῦ διακόνου.

A

KANΩN I'.

« Ἀλλὰ μετὰ πάσης ἀκριβείας (78) καὶ ἐπιμελείας « ἐξετάζεσθαι, ὥστε, ἐὰν τις πλούσιος ἢ σχολα- « στικὸς ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς ἀξιοῖτο ἐπίσκοπος γίνε- « σθαι, μὴ πρότερον καθίστασθαι, ἐὰν μὴ καὶ « ἀναγνώστου καὶ ὑποδιακόνου, καὶ διακόνου, « καὶ πρεσβυτέρου ὑπηρεσίαν ἐκτελέσῃ· ἵνα καθ' « ἕκαστον βαθμὸν, ἐάν περ ἄξιος νομισθείη, εἰς « τὴν ἁψῖδα τῆς ἐπισκοπῆς κατὰ προκοπὴν δια- « βῆναι δυνηθείη. Ἕξει δὲ ἑκάστου τάγματος ὁ « βαθμὸς οὐκ ἐλαχίστου δηλονότι χρόνου μῆκος, « δι' οὗ ἡ πίστις αὐτοῦ καὶ ἡ τῶν τρόπων καλοκα- « γαθία, καὶ ἡ στεῤῥότης, καὶ ἡ ἐπιείκεια γνώ- « ριμος γενέσθαι δυνήσεται· καὶ αὐτὸς, ἄξιος τῆς « θείας ἱερωσύνης νομισθεὶς, τῆς μεγίστης ἀπο- « λαύσει τιμῆς. Οὔτε γὰρ προσῆκόν ἐστιν, οὔτε ἡ B « ἐπιστήμη, οὔτε ἡ ἀγαθὴ ἀναστροφὴ ἐπιδέχεται « τολμηρῶς καὶ κούφως ἐπὶ τοῦτο ἰέναι, ὥστε ἢ « ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον ἢ διάκονον προχείρως « καθίστασθαι. Οὕτω γὰρ ἂν εἰκότως νεόφυτος « νομισθείη, ἐπειδὴ μάλιστα καὶ ὁ μακαριώτατος « Ἀπόστολος, ὃς καὶ τῶν ἐθνῶν ἐγένετο διδάσκα- « λος, φαίνεται κωλύσας ταχείας γίνεσθαι τὰς « καταστάσεις. Τοῦ γὰρ μηκίστου χρόνου ἡ δοκι- « μασία καὶ τὴν ἀναστροφὴν καὶ τὸν ἑκάστου τρό- « πον οὐκ ἀπεικότως ἐκτυποῦν δυνήσεται. Ἅπαν- « τες εἶπον ἀρέσκειν αὐτοῖς, καὶ καθάπαξ μὴ δεῖν « ἀνατρέπειν ταῦτα. »

CANON X.

« Ut cum omni cura et diligentia semper examine- « tur, ut si quis dives vel ex foro scholasticus « episcopus fieri dignus habeatur, non prius con- « stituatur, quam lectoris et hypodiaconi et diaconi « et presbyteri ministerium peregerit : ut in uno- « quoque gradu, si dignus existimatus fuerit, ad « episcopatus fastigium per progressionem possit « ascendere. Habebit autem uniuscujusque or- « dinis gradus non minimi scilicet temporis lon- « gitudinem, per quod et fides et morum probi- « tas, et constantia, et moderatio possit co- « gnosci ; et ipse, divino sacerdotio dignus exi- « stimatus, maximum honorem assequetur. Ne- « que enim convenit, neque scientia et bona « conversatio hoc recipit, ut temere et leviter « ad id accedatur, ut episcopus, vel presbyter, « vel diaconus prompte ac facile constituatur. « Sic enim merito neophytus existimetur, quan- « doquidem beatissimus Apostolus, qui fuit « etiam doctor gentium, maxime prohibuisse « videtur, ne celeres fierent constitutiones. Lon- « gissimi enim temporis probatio, et conversa- « tionem, et uniuscujusque mores non improba- « biliter exprimere poterit. Omnes dixerunt, « ipsis placere, et omnino non oportere ea sub- « vertere. »

ΒΑΛΣ. Ἐν τῷ ιζ' κανόνι τῆς πρώτης καὶ δευτέρας συνόδου ἱκανῶς ἐγράψαμεν περὶ λαϊκῶν μελλόντων C ἀρχιερωσύνης ἀξιοῦσθαι. Πλὴν ἐκεῖ μὲν γενικῶς

BALS. In canone 17 primæ et secundæ synodi satis scripsimus de laicis, qui sunt ad episcopatum promovendi. Cæterum illic quidem generaliter de

Guill. Beveregii notæ.

(78) *Ἀλλὰ μετὰ πάσης ἀκριβείας*. Præter Balsamonis et Zonaræ scholia, aliud huic etiam canoni annectitur his verbis conceptum, Σημείωσαι ὅτι τοὺς πλουσίους καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς σχολαστικοὺς ὁ κανὼν οὗτος κωλύει· διὸ οὐδὲ δοκεῖ καθολικῶς μάχεσθαι τοῖς ἀποστολικοῖς κανόσι, καὶ ταῖς οἰκουμενικαῖς συνόδοις, αἷς οἱ ἀπὸ λαϊκῶν, τῶν μὴ προσφάτως πιστευσάντων, ἀκώλυτός ἐστι πρόοδος παντελῶς εἰς τὴν τῶν ἐπισκόπων τιμήν· τὸ μέντοιγε νεόφυτον ἀλόγως ἅμα καὶ ἐναντίως τοῖς πρὸ αὐτοῦ κανόσιν ἐνόησε. Νεόφυτος γὰρ καὶ τῷ θείῳ ἀποστόλῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἡμῶν Πατράσι καὶ τοῖς κανόσιν, οὐχ ὁ νῦν εἰς κλῆρον παραγγέλλων, ἀλλ' ὁ τὴν Χριστιανῶν πίστιν ὑπολαμβάνων ἄρτι, καὶ νοεῖται καὶ λέγεται· πλὴν συνεπισκόπου, ὅτι οὗτος ὁ κανὼν οὐχὶ D ἐπίσκοπον μόνον μὴ γίνεσθαι ἀπὸ τῶν λαϊκῶν ἄνευ ὧν προσδιορίζεται συγχωρεῖν, ἀλλ' οὐδὲ πρεσβύτερον ἢ διάκονον, ὅπερ ταῖς ἁπανταχοῦ Ἐκκλησίαις ὁρᾶται, ἀπρόσδεκτον· πλὴν εἰ μήτις πάλιν ἐπὶ τῶν ἀπ' ἀγορᾶς πλουσίων μόνων καὶ σχολαστικῶν τὸν κανόνα λαμβάνειν λέγει, βοήθειάν τινα ἐπινοῶν αὐτῷ. Ἀλόγως δὲ παντελῶς καὶ ἡ τῆς παρατηρήσεως αἰτία. Διὰ γὰρ τὴν δοκιμασίαν τῶν τρόπων δεῖν φησι παραλαμβάνεσθαι τὸν χρόνον, ὥσπερ οὐκ ἐνὸν τοῖς λαϊκοῖς ἐξεταζόμενον δοκιμὴν παρασχεῖν βίου. Καίτοι εἰ μὴ δυνατὸν δοκιμασίαν βίου δοῦναι λαϊκὴν, οὐδ' ἁπλῶς εἰς κλῆρον χρὴ παραγγέλλειν ὅλως τοιοῦτον. Ἀδύνατον γὰρ ὡς ἄνοια βούλεται δοκιμὴν βίου λαϊκοῦ λαμβάνειν, ἀδόκιμον δὲ πῶς ἄν τις εἰς τάξιν ἄγοι κληρικὸν, ἢ τἀναντία ὧν ἐπαγγέλλεται κατασκευάζει τοὺς ἀνεξετάστους βίους τῶν λαϊκῶν κληρικῶν ὑποβάλλεσθαι τάξει ἀξιοῦν· εἰ μήπω ἀρχ νοεῖται δεῖν τοὺς εἰς κλῆρον μέλλοντας εἰσιέναι, κληρικοὺς χρηματίζειν πρότερον· εἰς τοῦτο γὰρ ἡ ἄνοια τελευτᾷ. *Nota quod divites atque ex foro scholasticos hic canon prohibet ; quare nec videtur catholice cum apostolicis canonibus pugnare, et cum synodis œcumenicis, quibus eos ex laicis, qui non nuperrime fidem amplexi sunt, ad episcopalem provehi honorem non prohibetur. Vocem itaque neophytum absurde et contrarie canonibus ipsum præcedentibus intellexit. Neophytus enim, et divino apostolo, et aliis nostris Patribus, et canonibus, non is qui modo in clerum cooptatur, sed qui Christianorum fidem modo amplexus est, et intelligitur et dicitur. Præterea observet etiam, quod hic canon non tantum episcopum ex laicis (exceptis iis) non fieri præcipit, sed nec presbyterum, nec diaconum ; quod a nulla prorsus Ecclesia admissum videtur : præterquam si quis rursus canonem de solis ex foro divitibus et scholasticis accipiendum dixerit, subsidium aliquod sibi exinde excogitans. Verum etiam causa observationis omnino absurda est. Ad morum enim probationem tempus assumendum esse dicit : ut non possibile sit laicis exploratam vitæ documentum exhibere. At si non possibile sit laicum vitæ experimentum dare, nec absolute in clerum talis omnino cooptari debet. Impossibile enim est, ut stulta ista opinio præ se fert, laici vitam exploratam habere. Inexploratum autem quonam quis pacto ad ordinem promoveat clericum, vel contraria iis, quæ pronuntiat, probant laicos ad clericorum ordinem cooptari posse, vitæ eorum inexploratæ sint ; nisi forsitan intelligatur eos, qui ad clerum suscipiendi sunt, clericos prius vocari : in hoc enim absurda ista opinio desinit.*

iis dictum est : hic autem de solis divitibus et scholasticis, id est, de iis qui rhetoricæ et arti dicendi vacant. Quod ergo illic quæsivimus de præfinito tempore canone declarato, hoc in præsenti quoque canone quærendum est. Neophytus autem, apud Apostolum quidem, est is, qui recens illuminatus est; apud canonem autem, qui ex divite vel scholastico ad episcopalem dignitatem provehitur. Quære et canonem 2 Nicænæ primæ synodi.

